
Universidad de Deusto
Biblioteca


Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theophylacti

ARCHIEPISCOPI BVLgariæ, in quatuor Domini nostri IESV CHRISTI Euangelia, enarrationes luculentissimæ.

250/8

PARISIIS

Apud Iohannem Roigny, uia ad diuum Iacobum, sub Basiliſco, & quatuor Elementis.

1543.

ARZOBISPADO SUPERIORES CENTRAL BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD LECTOREM.

LOCA aliquot inuenies pie Lector in Theophylacto cauenda, hæc scilicet tria quæ sequuntur, citra tamen catholici ipsius authoris notam.

Charta enim. 279. E. Spiritũ sanctũ a filio procedere negat.

Charta. 62. F. dicit, Dei est vocare, electos autem fieri vel non, nostrum est. Inque eam sententiã frequẽs loquitur.

Charta. 33. F. de diua virgine, Humanum quid volebat ostẽdere mater, ꝙ vt in filium potestatem habeat. Nihil enim magnum adhuc de eo intelligebat, &c.

Attende itaque lector, primam illam enunciationẽ nõ esse catholicam, quum spiritum sanctum ab vtroque procedere nulli sit dubiũ. Loquutus est enim Theophylactus noster Græcorum more, illis temporibus ita sentientiũ: & propterea minime reprehendendus, quia minime tunc ab ecclesia vniuersali sic definitum: quemadmodum nec sanctissimũ martyrem Cyprianum hæreticum fuisse dicemus, quandoquidem non agnoscentẽ baptisma ab hæreticis aut schismaticis administratum: ꝙ tum Ecclesiæ sanctio de sacramentorum per ministros etiam extra Ecclesiam errantes exhibitorum non minore efficacia, nondum euulgata fuerit.

Deinde quoniam electũ fieri, intelligi potest pro ipsa diuinæ electionis prædestinationisve impletione, quæ tequaquam fit citra hominis cooperationem, iuxta illud diui Petri, Satagite vt per bona opera certam vestram vocationẽ & electionem faciatis: eapropter illud ab authore adsertum, electos fieri vel non, nostrum est, eum potest subire sensum. De hoc tamen loco certius ipse idem author apud Iohannẽ cap. 6. folio. 305. b c d e. disserit, & fusius.

At relictis de diua virgine verbis, haud secus atque de altero quopiam Græci doctoris dicto sentiendum, ꝙ in ea excesserit verbis.

Paucula hæc cursim nobis pro pietate adnotare visum est. Vale amice lector, & hæc omnia boni cõsule, ac nostrã in cunctis diligentiam non ingratus amplexare. Vix enim quempiam inuenies qui hoc authore in sancta dei Euangelia vel exactius vel etiam locupletius scripserit. Iterũ Vale.

INTERPRES LECTORI SALVTEM.

THeophylactus ille, amice lector, tãetsi inter Græcos theologos recentior, & succinctæ dictionis filo familiarior, neutiquã mea sententia studiosis aspernandus fuerit, & non solũ non aspernandus, sed & multis nominibus commendandus. in arctũ enim cogit, quæ multi fusim non sine legentiũ fastidio tradiderunt: & breuis quidem est, in plerisque tamen abunde satis Euangelistarũ mẽtem explicat: quo manifeste videas ad hoc vnum spectasse eum, vt quammaxime prodesset. ita familiaris est, ne sit fastidio: ita autem breuis, ne conqueri possis obscurum esse. id quod paucis datũ. Ex multis authoribus apparet instar apiculæ in mellificinam sui aluearii probatiores sententias conuexisse, in primis autem ex Chrysostomo tanquam ex aureo suo fonte, maxime aureas interpretationes hausisse, ita vt in huius compendio parum desideres ad explananda Euangelia, eorum quæ ille sinuosis voluminibus protulerat. Quem & sequitur de libero arbitrio ac fide, & quibusdam aliis, & proinde in quibusdam interpretandis violentior. quod dixerim, vt in hoc tuum adhibeas iudicium, qui te solis canonicis scripturis addictum nosti: nõ vt totum a lectione auocẽ, quorũdam more, qui mox quum vnum & alterum displicuerit dictum, toto libro abrenunciant. Quin potius vtilia propter nævos paruos ne reiiciamus. Sunt & in humilibus casis penates. Audiuimus & balbos nonnunquam prudenter de quibusdam differentes. Ecce hic crebras paraphrases multũ lucis afferentes adiicit, pulchre cõnectit quæ ἀλλαχοῦ dissidere videntur. In allegoriis etsi non vbique solidus, iucũdus tamen est. Me sane nõ admodum laboris pœnitet, quem in hunc librum paucis mensibus insumpsi, ita volentibus amicis. Et quãuis eum rhetorico mundo non ornauerim, neque hoc si vel maxime voluissem, permisissent quotidianæ lectiones, conciones, vrgens typographus, & periculosi nostri dies: operam tamen dedi, vt fideliter redderem quod cõmunicandum susceperam, nihil minus agens quàm vt vel alienum vel meum quippiam admiscerem. Vnde si bene dicit, illius laus est: si alicubi non satisfacit expectationi tuę, vitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perandus ego non sum. interpretem egi, non dogmatistem. Meæ insipientiæ nugas potero ipse propriis libris euulgare si in rem studiosorum facere mihi videbuntur. Horrui sem per inepta mea dicta alieno & venerabili quopiam venditare nomine. Adegit tamen exemplar mutilum, vt vno in loco quædam infarcirem: deerat enim charta. De quo tamen (vt videbis) monui, ne quis vel in hoc fidem meam accuset. & non accusabis, opinor, vtut sermo durus sit & incõcinnus, qui nolui vt moraretur quo minus prodiret Theophylactus Euangeliorum enarrator, antea ferme à nostris ignoratus. Consultius enim visum illa quàm nulla dare, si forte vel sic te huiusmodi beneficiis demerear. Vale.

Anno. M. D. XXIIII.

INDEX

A Biathar qui Marco dicit, Abimelech liber Regũ dicit 94 c
Abnegare seipsum 46 b 109 b
Abnegatio Petri quomodo se habet 128 c
Abominatio desolationis qd 68 f
Abraham pater gentium, & quare ab eo genealogiam exorditur Matthæus 2 d 383 c
Abrahæ filios suscitare ex lapidibus, quid 9 c
Abraham iust⁹ misericors & hospitalis fuit 212 f Et cur a diuite sit inuocat⁹, nõ Lazarus Ibidem
Abrahæ sinus 213 c
Abraham gentilis fuit, & idolorum cultor 214 c
Abraham Chaldæus 181 b
Abrahã Hebræorũ pater 2 d
Abraham⁹ Isaac offerẽs, quẽ præfigurauit 320 f
ἀκαρπία 204 e
Adam vbi sepultus 132 a 247 c 383 d
Adam eiectus, e regione paradisi collocatus, & quare 212 e
Admonitionis sunt quæ hic fiunt: quæ autem alibi, suppliciorum. 290 c
Adolescẽtulus qui nudus profugit, quis 129 e
adorare deũ quomodo oporteat 283 b c
Adoratio soli deo impendenda 327 a
aduentus Christi duo, & duo præcursores 110 f
aduentus Christi duo, saluantis & iudicantis 276 e
aduersarii si non essent, nõ essent coronæ 166 b
aduersarii verbi cadẽt 344 e 275 f
aduersitatum solutio non statim petenda 298 b c
adulantur pharisæi, Christus arguit 91 a
ædificantes qui 120 e
ælius Adrianus templũ & ciuitatem Hierosolymorum funditus suffodit 123 c d
ætates hominis tres 10 b
æternum cur sit suppliciũ, cũ peccata sæpe parum durent. 290 b
affectiones Iudæorum duæ, inuidia & auaritia vno remedio curantur 183 b
afflictio 35 c
afflicti quomodo diligantur a patre cœlesti 352 b c
agnus dei cur Christus dicatur 265 e
Agricola Christus est 364 c
aliena & insolita semper plus placent familiaribus 287

alius & ali⁹ de persona, aliud & aliud de natura dicũtur. 256 e
Altaria apud nos a donis sacrantur, sed nõ in veteri lege ita fiebat 66 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambire dignitates, gētiū est. 117 b
ambitio q̄ mala & tyrannica. 57 a
amen, affirmatiua vox 13 f
amicus de via veniens quis 180 a
amicorum communia omnia 102 c
amoris rabies quid valeat. 182 f
ἀνέξεσθαι quere ἰσχυρόσκοπος. 301 b
ἀνεύθυμητος 233 c
Angeli ministri & præsides nostri 11 c 50 d
angeli inhumanis & immisericordibus indignantur 52 c
angeli & sacerdotes cooperarii Christi 339 d
angeli virtus quæ, & quare dicatur angelus 258 f
angeli, dei substantiā non vident 244 a
in angustiis pusillanimes ne simus 297 c
angulus 120.c
angusta porta 19 d
animal Christus non dicatur 303 c
animalis homo 201 c
animarum apparitiones falsæ 22 b & iterum 385 c
animam suam amare & inuenire, perdere & odisse 29 c 203 c
animæ mortuorum vbi 22 b & iterum 351 d e
Animę cibus omne opꝰ 37.e
animæ vestis & vxor, caro: pueri, opera 51 f
animæ vocabulo sæpe totus homo venit 259 d
animę virtutes tres, quibus diligere deum oportet 66 b & rursum 122 c
animæ curatio difficilior q̄ corporis 93 b 155 c
animam Christus sanans, virtutem quoq; infundit. 93.b
anima conculcata quid sit. 97 c
animæ virtutes omnes charitati offerendæ 122 d
animæ & spiritus discrimen. 141 d
animæ rationalis bona quænam 188.c
animarū vtilitas Christo curæ erat 200.a
anima quid 283.c
animalis homo 201.b 303.a
Antichristꝰ desolationis abominatio dicitur 69.a
antichristi tempore multi erunt pseudoprophetę, a quibus iusti seducentur. 69.d
antichristi tempora quomodo erunt, & eius impostura iniquitates multiplicabit, & charitatem turbabit. 71. d e
antichristus peccati & omnis malitiæ sentina 218.b
antichristi tempore homines erunt voluptuosi, dissoluti, & deliciis vacantes ibidem
antichristi tempore (vt nūc) quid quærēdum & faciendū sit ibidem
antichristus qualis, & qui notatur 328 c
ἀντιπαράκλητος 177 c
antiq vnde ante legē datā venere didicerint, & quare sit data lex & scriptura 1 a
ἄνυσις 274 c
ἀνυπόκριτος qñ adsit. 255 b
Apollinarisꝰ christū accepisse animā negans cōfutatur: & vnde erroris sui occasionē sumpserit 8 a 315 d
apolinarius Laodicēēsis cōfutatur, asserēs dominū & deū nostrū nō suscepisse perfectam hominis naturam, vi delicet corpus cum anima rationali, sed carnem solam &c 261 a b
apollinarisꝰ inanimatā carnē christi asserēs quomodo refellitur 273 c
apollinarius christū corpus è cælo sumpsisse asserēs, quod p virginē ceu canalē trāsierit, confutatur 275 d Et iterum corpus Christi ex hoc mundo esse negans 304 b c & 317 b
apostolorū mutuꝰ amor & reuerentia 344 a Eorūdem ruditas 353 c
apostolorum imitatores simꝰ 58 a b & 251 f
apostoli an montes transtulerint 48 f
apostoli prophetas in duobus excellunt 35 d
apostola, Samaritana fuit mulier 284 c
apostoli christo magis quàm sibiipsis credunt 76 f
apostolorum secunda vocatio 90 f
apostoli cur iubeantur in vna domo manere 102 b
apostolorum prudentia 138 b
apostoli Christum secuti, nihil curiosius perquirebant 173 a
apostolos suscipiētibus & nō suscipiētibus, quomodo appropinquet regnum dei 174 d
apostoli & prophetæ qua virtute miracula fecerint ante glorificatum christū 311 e
apostolorum fructus, gentes ad fidem conuersæ 363 b
apostolorum fides in verba Christi 353 a
ἀπροσωπολήπτως, ὡς quid 184 f
apud vt accipiatur 256 b
aqua viua, gratia spiritussancti est 282 a
aqua & sanguis de latere christi manātia qd signēt 386 a
aquilæ comparatus Marcus euangelista 88 f
aqua peruenimus ad christianismum 386 a
aquilo vētus infamat 182 c
arbitrium liberum, vide liberum arbiterium
arbori homo confertur 19 f
archelaus rex 8 b
area, ecclesia est 9 c
arcolæ 103 f

Universidad de Deusto
Biblioteca

arius asserens in nominibus nō in nomine baptizādum esse, confutatur. 87 f
arius confutatur, creaturam dei filiū & facturā fingens 256 d 259 c 265 f 333 a
arius confutatur asserens per filiū fieri omnia, non quòd factor, sed instrumentum. &c. 257 b c
ité volens demōstrare ꝙ filiꝰ non sit genitus à patre, sed fuerit sicut vna aliarū creaturarum 262 c 265 f 291 c
arij error Christum & horis & temporibus subiectum asserentis 270 c
arij error Christum secūdum diuinitatem orasse asserentis confutatur 241 f
arii error, asserentis christum dei vnigēitum, eo quòd solus ipse factus sit & cōditus à deo, omnia autem alia ab illo 276 c
Eiusdem error, potestatem filij negantis 286 f
Eiusdē, negātis filiū eiusdem cum patre esse substātiæ & potentię 291 c 333 a 334 d
arius confutatur, patrem inquiens per ipsum in discipulis fieri 374 d
arma diaboli, peccata 181. d
armenii duas in christo naturas negātes cōfutātur 261 f
armenii negantes aquam è latere Christi fluxisse confutantur 286 b
arrogans non est domini discipulus 308 d
Asina quid signet 118 a
asini symbolū in lege 343 b
aspectꝰ inuidiosi 290 a
Auaritiæ morbus quātus 71 f
auaris paupertas exosa 211 b
auaritia omniū malorum radix 342 c
audire nō sufficit, sed audisse oportet & discere 302 a
auditori attēto quid deus daturus sit ibidem
audiens & non faciēs, ruinam magnam patietur 159 c
auditorum ad captū sese christus tēperans, sæpe cōtraria loqui videtur 371 a b
auditorū gratia humilia sæpe de se christus loquit 308 d 316 c 330 c 349 b
auer duæ oblatæ quid significent 155 a
augusti Cæsaris tēporibus in summo malitia fuit 201 f
auricula serui pōtificis excisa quid signet 79 d 3 a
auricula obedientiam signat 376 d
aures ad audiendum habere quid 195 a b
aurum, thus, myrrha quid significent 7 a
auster ventus laudatur 182 c

B

Babylon & Aegyptus omnis nequitiæ officinæ 7 c
baptisma Iohannis & Christi differentia 386 b
baptismus Christi quid 9 c
baptismꝰ diabolū eiicit 33 c
baptismus an in solo Christi nomine fieri debeat 253 d
baptismi secūdi nulla spes, nisi per pœnitentiam 31 c
baptisma Iohānis pœnitētiæ tantum, non remissionis 89 c
baptismus præstat primū honestatis vestitum 207 d
baptizatus, filius dei efficitur 208 a
baptismatis iohānis vis 148 c
baptizari, ad custodiam puritatis non sufficit 260 a
baptisma Iohānis nō, sed christi erat articulatū 264 c d
baptismum quomodo dominus terrenam natiuitatē vocarit 275 c
baptisma fons Iacob 285 c
baptisma per probaticam piscinam designatur 289 a 290 c
baptismatis aqua qualis, & eius vis 289 b
baptismatis symbolū 274 d
baptismatis virtus & donum quanta ibidem. d
baptizari in noīe christi quomodo intelligendū 290 e f
baptizari solū nō sat esse, sed pōst bene operādum 87 f
baptismus per transitū Iordanis significatur 333 f
baptizatur cur dominus 89 f
baptizatis spūs sanctus datur, cælūq; aperīt 90 b & 149 f
baptizari non sufficit ad salutem 149 c d
baptizari incredulū & infidū impossibile 315 c f
barabbas quid 82 a
battalogia 17 a
battarismus ibidem
beatus non est, sciens, & non faciens 352 b c
beati felicitatem integrā nōdum acceperunt 248 c d
bella, fames, pestis, nunquàm aliunde quàm à deo proueniunt 98 c
benedicti qui 73 f
benefacere alicui sabbato lex non prohibet 289 f
benignitas dei in nos quanta 208 c
bethania 59 b 118 c 227 f 335 f
bethabara 265 c
bethleem quid 5 d
bethleē patria Dauid 145 a
bethleē ad austrū sita 194 d
bethphage domus maxillarū interpretatur 228 a
bethsaida ciuitas 268 c
bethsaida Iohannis patria 254 c
blasphemia 105 c
boanerges 95 f
boni natura omnibus à natura indita 280 b
bona nostra occultāda, & nō ostentanda 91 f
bona nostra ab inuidis occultanda 167 d
bona nostra deo offerenda & attribuēda 91 f 95 f 100 d
bona nostra duplicia, corporis & animi 225 f

Universidad de Deusto
Biblioteca

boni initia & semina accipimus per gratiam, quæ nos insumimus & crescere facimus 282 d
bonus solus deus 54 b 114 c
bona faciunt multi, sed non bene 209 c f
bonitatis fons & radix deus est 114 f 222 c
bonorum tres ordines eorum qui saluantur 206 f

C

cadauer quid 103 b
cadere nos propter nimiam confidẽtiam permittit deus 78 a 128 d
cadunt omnes qui aduersarij sunt verbi 375 f
Cæcus & mutus quis 31 c
Cęcũ quòd Iesus interrogat, quid sibi velit 117 d
cæcum ad Siloam cur mittit Christus 323 d
cæcus quis sit 347 d
cæli per Christũ aperti 10 b
cælorum regnum quid 25 c
cæli virtutes 45 d
cæsar quid 121 a
Cæsar quid subditis debeat 231 c d
cain 184 a
caiphas quid quòd vestimenta sua ruperit 80 c d
caiphas sanguinarius 339 f
calceamenta Christi quid significent 9 d
calix passionis 78 d
calicem cur deprecatur Christus ibidem
calix aquę frigidę quid 112 f
caluariæ locus 83 b 247 c
camelus mediũ animal inter munda & immunda 8 c
camelus quid 54 c 115 c
camelum deglutire quid 37 f
canes & porci qui 19 a
In cana galilęæ signũ an absolute primũ fuerit 271 c
capernaum 11 d
capernaũ Christi ciuitas 22 c
capernaũ exaltata quare 29 c & quid sit
carnalis quis 201 b
caro, animæ vxor: opera, pueri 51 f
carnẽ nihil mali habere si naturaliter moueatur 258 c
carnis volũtas quid sit 260 c
caro Christi cur non videtur in altari 127 c
caro Christi vinifica 160 c
caro & crux gloria dei 217 a
caro Christi indicibilem vim habet 252 b & dein
carnis vocabulo sępe totus homo venit 261 b c
caro christi in altari viuifica, sicut caro dei 266 d e
In cathedra Mosi sedere quid signet 64 f
castitatis commendatio 13 a
cathedra ī scripturis quid signet 116 f
cauillũ lepidũ in senes 287 a
χριστὸς nostrum prima recepit diua virgo 383 c
chananæa quid 42 f
charitas cognitio dicit 20 b
charitas sacrificiũ est 14 f
charitas inter mandata præcellit 64 b c
charitas vt exerceaī 176 d e f
charitatis prima filia eleemosyna 183 c
chrysostomi laus 222 d 395 d
christianũ mollia gestare non decet 28 e
christiani hois officiũ 207 f
christiani etiã improbi sunt, & gentiles boni 277 c
christianissimi capita duo 87 f
chaistianismus quid exigat 277 d
Christi qui dicãtur 2 c 341 d
christus rex & sacerdos 2 c
christus filius Dauid ibidem
christi duæ natiuitates 6 c
christus primogenitus & vnigenitus 5 c
christus pastor quomodo 6 c
christus cur. xxx. annorũ potissimum baptizari voluit. 10 b &. 150 b
christus vt medicus, non vt iudex venit 23 b
christ⁹ quare Helias, Hieremias, Iohãnes Baptista à quibusdã creditⁿ est 44 f 102 e
christ⁹ quare adũbrari voluerit gloriam suam 108 e
christus lapis ãgularis, & cur admirabilis dictus 120 e
christi frater est omnis pauper 74 a
christ⁹ se discipulis tradẽdo, immolauit se 86 b
christus cur sponsus 23 d & 94 a
christus quare pascha perfecit 76 d
christus præfigurat⁹ per Isaac 283 b c
christ⁹ quomodo tres dies in terra fuisse dicatur 33 b
christ⁹ vera margarita 37 c
christi fratres & sorores 38 b
christus extra vineã occisus 90 f
christus qũo viuentiũ nõ mortuorũ de⁹, & alibi viu ẽtiũ & mortuorũ de⁹ appellẽ 63 f
christ⁹ qũo triduanus 86 a
christo quomodo omnia tradita 87 c d
christus cur baptizatur 89 f
christus arguit, pharisæi adulantur incredulis 91 a
christ⁹ cur ī naui sedeat 97 a
christi cognati qui 96 f
christi nominis prętextu multi seducẽtur 123 d &. 125 a
christi aduẽtus secũdus quãdo erit 125 b
christus verum pascha 75 b 126 b
christus propheta 126 c
christi cura præferenda curæ pauperum ibidem
christũ neque discipulos proprias ędes habuisse 127 a
christus non sine corpore veniet 130 c
xp̃i p̃dicatiõis auspiciũ 278 b
xp̃i corp⁹ vere é i altari 126 c
christi humilia, auditorũ imbecillitati tribuẽda 370 c
christ⁹ super sedẽ dauid sedere quomodo dicitur 139 d e
christus cur nos liberauerit 143 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus quomodo sapientia crescebat 147 b
christo lecturo oblatus liber Esaiæ 151 e f
christus in capernaum cur signa faciat, in nazareth vero non 152 d e
christus filius hominis cur dictus. 157 a
christi caro viuifica 160 e
christi quos pudeat, & sermonum eius 169 d
christi nominis virt⁹ etiã per indignos operatur 171 f
christo potius quàm angelo ceu archãgelo tradita sunt omnia. 176 b
christus proximũ plus quàm seipsũ diligere docuit 176 f
christus cur Augusti Cæsaris temporibus potissimum natus 201 f
christi discipulum qualem es se oportet 203 b
christi discipulus sal esse debet. 204 c
christus fons virtutum 157 e
christus fons gratiæ, qui non euacuatur 262 f
christ⁹ anũculus Ioãnis. 255 a
christũ an viderit aliquis vnq̃ 263 b c
christi faciem videre qd. 48 a
christus cur agnus dei dicitur 265 d
christi pueritiæ miracula conficta 266 c
christus quõ horis & tempori non sit subiectus 270 b
christus non semel emẽtes & vendentes eiecit 272 b
christus cur non ipse baptizarit. 278 a
christ⁹ crescere quomodo dicatur 278 f
christus solus sponsus, docentes pronnbi 279 a
christi vna hypostasis cũ duabus naturis docetur 275 d
christi aduẽtus prædicatur in libro Moysi 284 b
christo quę attribuũtur humilia, propter auditorũ captũ ei attribuuntur 370 e
christus neq; viuus domũ propriã habuit, neque mortuus sepulchrum 387 b
christus variis modis vitã nostram lucrari quęrit 285 b
christ⁹ eũ nullo idigeret, cur sępe multa accepit 286 b c
christ⁹ in noĩe patris quõ venire intelligatur. 295 b
christus attẽtus & cõpositus, neq; oculis hinc & inde vagari solitus 296 b
christum hominẽ quibus indiciis Lucas deprehẽderit, q⁹ bus Iohannes 338 a
christ⁹ q̃ oröne nõ habeat opus, exẽplis oſtẽditur 338 d
christus panis est vitæ omnia viuificans 300. c d 301 c
christus mẽtiri nõ potest, nec etiam falli 353 a
Christi fratres, Ioseph filij 306 c
christus se verum hominẽ probauit 307 c
christ⁹ quo tpe ãni pass⁹ 335 d
Christi vox lazarũ suscitãtis. 338 f. & cur ploranit Ibidẽ
christus via ad patrem 36 c
christi in noĩe petendũ 369 d
christus dextra dei 364 d
christus agricola Ibidẽ c
christus paracletus & spũs sanctus dicitur Paulo. 360 e f
christus mortuus & nudus in pauperibus 387 c
christus post resurrectionem cur se tangi permisit 391 c
christus qũo post resurrectionem comederit. 391 d 392 f
christi nomen salutare 369 d
christi mors erat quędã peregrinatio 127 d
christũ cur mox vocati discipuli sequebantur 90 f
christiani doctoris officium. 246 d
chrysostom⁹ os aureũ 395 d
cibi nostri oẽs à christo. 39 f
cibũ à diabolo petentes 104 a
cibus pro mercede habendus A postolis, etiã vilis & parvus, & non vltra requirendum. 174. b 178 e f
cib⁹ christi, volũtas dei 286 a
cibus qui pereat, quis 299 a
cib⁹ permanens quis. Ibidẽ. d
cincti sancti ĩ scripturis introducuntur, & quid ipsum 8 f
circuncisio quid 142 c
claues soli Petro nõ sunt datę & quid significent 45 d
coactione & vi meliores nos de⁹ facere nõ cõsueuit 305 c
cœnã Christi, nõ in vẽtris sed animæ vtilitatẽ verti 200 c
cœnas xp̃i q̃ exceperit 241 d
cogere nos deus noluit, aliog non rationales nec liberi fe cisset arbitrij 206 a
cognatorũ iuidia ppria. 306 c
cognati qui sint christi 96 f
cognatos scriptura fratres vocat 385 b
cognitio p charitate 20 b
cognitio futurorũ solius dei. 269 b
cognoscere deum non possumus, nisi prius nos cognoscat 330 b
coitus carnalis vnde 260 d
colere deũ nemo se puter, qui operib⁹ dehonorat 60 b c
colaphizare quid 80 d
collybistæ qui 58 d 119 b
κόλλυβος Ibidem. 272 d
columba fœcunda 145 f
columbę simplicitas 10 c 25 f
cõmunione nemo pascitur, nisi anima sanatus 39 d e
cõmunionis sacramentũ quomodo dictum 303 c
cõparatio pulchra seminantis & metentis 286 e
cõpassionis expers in deo nõ manet 52 b
cõpassio christi quomodo habenda, & quid sit deplorandum 246 f 358 e
compassione carere, bestiale est. 337 e
compelle intrare cur dixerit dominus 202 e
cõcordia euangelistarum 1 f
cõcordia vera q̃ dicatur 51 c
concordia non semper bona. 27. c

27 c 193 e
cõcordię gloria quãta 355 d e
cõcupiscentiæ renunciandũ. 202.e.f
condẽnatio, incredulitas est. 277.a
cõfiteri in christũ quid. 27.b
confessione manifestãda pec cata. 173.b
confidens in sapientiam suam non inuocat deum. 29.f. & dein.
coniugij separatio quàm diffi cilis. 53.a
coniugij quis amor & cura es se debeat. 211.e.f
cõiugij diuortium cur Moses tam cito admiserit. ibidem
coniugij bonũ max imæ curæ fuit deo. 53.a
conscientia bona quid. 376.c
conscientia vnumquẽque pro iudicio iudicabit in secũdo aduentu. 277.c
cotendendum non esse cum fratribus propter tempora lia. 15 a 187 d
contentionem discipulorũ de primatu, duobus exemplis cõpescit christus 239 a
continere datur iis qui pecũt. 53 c
conuenire pro congredi vel coire. 4 b
conuersionis spes nulla post mortem 74 d
κυφὸς quis 180 d
cor hominis cognoscere, soli⁹ dei est. 252 c 304.b 370.a
corban est, quid 43.d 105 c
corbona quid 81.c
cornu 142.f
coronæ non essent, nisi essent aduersarij 166.b
corpus domus animæ 69.a
corpus quod decidit, cadauer dicitur. 103.b
corpus pro vinculo habemus 1046.b
corpus, mentis sepulcrũ. 160c
corpus christi Iudas nõ come dit, sed abscõdit. & ibidẽ de christi corpore plura. 77.c
corp⁹ ipsum domini panis est qui sanctificatur in altari. Ibidem.c
corpus christi anima & corpo re puris suscipiendum 133.f
corpus christi indiuisibile. 384.c
corpori necessaria reddenda. 121.b
correctio nõ fugienda 107.f
cor hominis figulino vasi cõ paratur, & quare 237.c
credens 119.e
credentes vitã bonam non ha bentes cõdemnabũtur. 37.e
credens per euãgelium abole uit legem 90.d
credentes signa subsequentia 135.c
credens christo, liber est, & di gnior regibus & hoibus o mnibus. 146.a
credens in christum, ab omni captiuitate liber 228.f
credẽs omnis duo lucratur, vt non pereat, & vitam habeat æternam. 276.c

credentes tantum inducentur in iudicium rationem red dituri. 276.f
credere cuipiã, & credere in quempiam, differũt. 348.b
Credere non potest malus. 347.c
In credentibus videntur opera spiritus 367.c
credere omnem carnem, glo ria dei est. 371.a
credentes in christum, nõ mo rientur 336.d.e
creditur nulli minus, q̃ ei qui multum iurat 15.c
credulitatis causa, gentes filij dei vocantur 340.a
χρίματα possessiones dictæ. 115.c
crucifigere rebelles, Romano rum erat mos 379.a
crux priscis quid. 27.d 146 d
crucem tollere 46.c
crux pessimorum supplicium 27.d 82.c
crucẽ christi quis ferat 83.a
crux poculum & baptismus. 116.c
crucis tormentũ veterib⁹ igno miniosum. 169.d 383.a
crux mortificatio affectionũ est, &c. 246.d
crucifixionis Christi hora q̃ fuerit. 382.b
crux, christi domini & regis principatus 246.d
crucis vtilitas ibidem
crux, igno miniosa. 109.c 383.a
crux & mors authores gratiæ nobis 275.c
crucis christi & serpẽtis exal tati comparatio ibidem.f
crux & caro, gloria christi. 217.a 249.c 276.a
culicem excolare, & camelum deglutire quid 66.c
cultores dei qui veri 326.c
cũ occidisset sol, cur Marcus addidit 91.d
curis huius vitæ ne simus ad dicti. 299.c
curiosus incredulitatis nõ est expers 221.c
custodia 85.d
custodia apostolorum. 372.a

D

Dęmonũ in hoĩes sęuitia 22 c
dæmones adusq; mũdi cõsum mationẽ nobiscum certare sinent. 22.c & cur id. 100.a
dęmone à melici & eorum ci bus. 91.c
dæmones latrones 177.c
dæmoniorum genus cur ieiu nio potissimum ejiciatur. 49.a & 91.c
dæmonibus non credendum etiam vera dicentibus. 91.c
dæmones nullam habere po testatem, nc in porcos qui dem. 100.b
dæmonum tormẽtum est, pel li ab homine 99.f
dæmonium quomodo eiicia tur. 112.a
dęmõ malign⁹ p vulpes & vo latilia cęli ſtelligitur 173.b
dæmonum cateruæ serpentes & scorpij. 175.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæmones, pcti milites 194 f
dæmones possunt etiam mira cula facere 168.b 269 b
dæmoniacus etiam suis, ppin quis existimabatur christus 96 b
damnatione maiore dignus q prætextu boni mala cõmit tit 65 e
damnũ simplex non solũ reddendum, sed cum augmento. 225 a b
dauid verus typus christi 2.c
dauid sedes quæ 139 c d
dauidis psalmi pro torculatibus qui 306 a
decimarum datio 221 a
deificationis author christus, quia sermo dei est 332 f
deipara 250 c 262 a
defunctorum spectris nõ credendum 213 f
delicię, oĩs pcĩ principiũ 10e
In deliciis viuentes inimici christi sunt 248 d
descendere è cælo cuius sit. 300 e f
descédit de cęlo de⁹ sicut de⁹, & ascendit in cælum vt homo &c. 275 d 300 f
descẽsus christi de cælo, ascensus noster in cælum 300 f
de⁹ an ab aliquo videaĩ 263 b c
de⁹ solus p seipsum iurat. 15 e
deus facit virtutes in nobis. 20 a b
deum quis diligat 363 c d
deũ plura dare q̃ petam⁹ 52 a
deo omnia possibilia 115 d
deo omnia opera bona tribuenda 91 f 95 f 100 d
deus excitat nocte & die 98 e
deo potius vbiq; obtẽperandũ q̃ nostræ volũtati 78. d
deus vere bonus, & bonitatis fons 114 f 222 c
dei in nobis regnantis modi duo 175 f
deus opus nobis est, & nobis deus opus habet. 186 e
deus quantus sit, nemo capere potest 191 c
dei filij quare dicamur 340 b
dei vindicantis & miserentis appellationes 201 d
dei iudicia nemo grauatim serat 209 b
deus solus cogitationes & corda cognoscit 21. a b 273 e 370 a
deus quomodo adorandus. 283 d e & dein.
deus quomodo etiam nũc operari dicatur 291 c
deus specie & figura caret. 294 e
deus omnibus dat, sed vtẽtes & custodientes, ostendunt dei donum 304 c
deus alius aliis post mortem apparet 61 c
deus semper in nobis seminat 164 b
deus quõ nos excæcet. 347 c
deus quó iustificetur in peccatoribus 322 c
deus peccatores nõ audit, qd sit 326 b
deus quos exaudiat, quos nõ. 326 a

deum

deum cognoscere non possumus, nisi prius cogniti ab illo. 330.b
deus quare iam nõ ore ad nos loquatur 1.a
deus pater noster & xpi. 389 f
dei relictio, excæcatio dicitur. 347.c
deificatio 332.f
dii dicuntur hoies. 359.d
dextra dei christus 364.d
dextra & sinistra quid 16.e
diaboli requies quæ 33.e
diaboli erga nos male affecti 74.b
diabolus apud Iob Mirmicoleon dicitur. 189.a
diaboli potentia demõstratur ex Iudæ pręuaricatione, qui vnus erat ex duodeci. 305 d
diaboli mala quę 318.f
diabolus princeps mundi curdicatur 361.f
diaboli iudicium 345.f
diabolum in qua virtute vincere possimus 204.b
didymus 390.f.
didrachmi soluendi consuetudo. 49.b
diei malitia quid 18 e
dies magnus festi 311.b
dies festi qũo colendi. 289.f
dies omnes, vna sunt 387.d
digitus dei quis, & per quem modum 181.b
dignitatis magnitudo, maioris condemnationis est causa. 193.a
dignitatum ordo 344.a
dilectionis species duæ 183.e
dilectio, p fide maxima 163.b
dilectio dei propter afflictiones non diminuitur 362.e
dilectio, omniũ mandatorum caput 363.f
dilectio dei mira erga mundum. 276.e
dilectum se à Christo cur tã sæpe inculcet Iohánes apostolus. 395.d.e
diligere omnes, perfecti est. 16.e
diligens deum, & proximum diligit. 122.a
diligere proximum & inuicẽ quomodo mãdatum nouũ. 355.b
diligat quis deum. ibidem. & 391.c
diligere deum quid sit 358.c
diligẽtis Christum, quantum præmium 359.f
diligere nos nõ cessauit Christus. 376.b
diluuiũ & Sodomiticũ incendium quid insinuent 218.a
dionysius Areopagita 194.a
discipuli etiã nolentes docendi, 203.a
discipuli Christi sunt, q̃ se ex iustis laborib⁹ nutriũt 90.f
discipulis dura nõ iniungenda. 23.e
discipulum Christi qualem es se deceat 203.b
discipul⁹ Christi sal sit. 204 c
discipuli à Christo vocati, vñ erat vt ipsum mox sequerẽtur. 268. e
discipulorũ suorũ cõtentionẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

de primatu, Christus duob⁹ exemplis cõprimit. 239.a
discordia doctorum offendit discipulos 374.b
Dispensatori duo necessaria, fides & prudentia 71.c
dispensator quis 223.b
dissentientes nihil persuadebunt. 374.b
dissentio laudabilis 324.d
dives Abrahamum cur in auxilium inuocet, ac non potius Lazarum. 212.f
Dives est, qui sibi diuitias reseruat. 223.b
ditior proximo nemo est qui proximũ vt se diligit. 54.c
diuitiarum amor, mons. 11.b
diuitiarum auidi, maxime vitæ cupidi 222.a
diuitias quo pacto pharisæi venentur 105.c 122.f
diuitiæ hominẽ non damnãt sed earum cura & solicitudo. 164.c
diuitiarum nostrarũ horrea, paupertũ sunt ventres. 188 b
diuitiarum domini nõ sumus 188.a 190,e
diuitiarum amore quanta sup plicia passuri sum⁹, toto. 16 cap. apud Lucam.
diuitiarum multarum quàm paucarum vehementius est vinculum. 54.d
Diuitias non comitatur vitæ lõgæuitas, nec aliqua quies 186.e
diuitiæ iniustitiæ 209.f
diuitias terrenas Christus minimum vocat 210.e
diuites nõ omnes pereũt, nec pauperes oẽs saluãtur. 219a
diuitiis salus animæ cõpensari non potest 222.a
diuitiæ quomodo distribuendæ. ibidem.d
Doctores orbis nihil tã decet quàm humilitas & diuitiarum contemptus 25.c
Doctorem deliciari nõ oportet ibidem.d
Doctores infirmis sint indulgentes, nec dura iniungant 23.e 105.a 107.b
doctores etiam vitę corruptę, non contemnendi, dummodo vere & bene doceant. 64.f.
doctor & princeps malus nõ sinens suos in bono proficere quid lucretur 65.f
Doctores mali quàm pernicioſi. ibidem.e.f
docendi dignitas, solius dei est. ibidem.d
Doctor quæ docet, facere debet 103.c.d 184.a
Doctores & magistros orbis quales esse oporteat. 184.a 192.a & dein.
doctorib⁹ veris pharisæi semper inuident 162.b
doctoris sermo nullus firmus, nisi prius factorem se declaret. 251.a
doctor constitui quis debeat. 267.b
docentes à discẽtibus pascantur 286.c
doctus à Christo nullus perit 276.a
doctrina Pharisæorũ & Sadducæorum interdicitur, & quare 185.b
doctrina mala & corrupta vita hoiem perdunt. 64.c
doctrinę aptũ oẽ tẽp⁹. 267.d
doctrinã dni qs teneat. 319.c
doctrina sanctorum apostolorum qualis. 173.d
dogmatum rectorũ seruatio est sanctificatio 373.e
dominica dies 249.f
domus Iacob qui sint 139.d
domus quandoq; pro generatione ponitur in scriptura. 199.c
domum Christus nõ habuit. 382.b
dona dei quando remouẽtur à nobis 52.d
dona presentia futuris non cõferenda 73.b
dona dei sancti in se auxerũt. 282.f & dein.
donec, q̃d significet ĩsacris. 5b
donec veniam, quomodo exponendum 395.a.b
Donec perpetuitatis vox. 5.b 52.d 88.b
dositheus 68.b
duo meliores sũt q̃ vn⁹. 102 b
duodecĩ discipuli quare. 24.f
dura discipulis non iniungenda. 23.e

E

Ebrietas sẽã qua Paulus, Dauid & deus ipse ex hoc mũdo excesserunt 238.d.e
ecclesię gentilis typus est mulier chananæa 42.f
ecclesia quomõ super Petrum ædificata 45.b
ecclesia dom⁹ paracleti. 93.c
Ecclesiastica dispẽsantes, multas mensas nummorũ habẽt 119.b
Ecclesia mirabilis 120.f
Ecclesiæ præsides mali tanguntur 192.d
ecclesiæ thesaurus quibus distribuendus 232.f
ecclesia omnes sumus, singuli membra, Christus vero caput. 348.b
Eclipsis in morte Christi innaturalis 83.e
Ego dico, Christi sermonis exordium 14.c 164.c
electio dei voluntatem nostrã non cogit si est mala. 305.c
electio fit à deo qua adhortamur ad bonũ, & bonitatem impartitur: in mẽte autẽ nostra & voluntate sitũ est saluari, & e diuerso 305.c
Electio dei an muteur. 352.c
electos fieri, in qua potestate sit. 62.f
eleemosyna filia prima charitatis deificantis 183.c
Eleemosyna vera 225.b
Eleemosynæ efficacia. 341.f
elegantia sermonis, & gentiliũ disciplina ad theologiã nil faciunt. 154.c
Elias posterioris aduẽt⁹ precursor, vt Ioãnes prioris. 29.a
Eliæ aduentus 110.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elias & Moses cur cum Christo apparent ibidem.b
eligit deus, quos postea, pter corũ malitiã deserit 352 c.d
elizabet 137.a
elizabet vna filiarum Aaron. 140.b
Embryo 260.c
Encænia quæ, & quo die celebrata 331.d
ἐνδιαίκητος 214.b
Enoch, Eliæ, & Iohánis in cęlum translationes 305.c
Episcopi mali & nõ vere docentis supplicium 192.d
episcopi munus quale. 145.a 167.f.194.a
episcopos nõ in vno loco, & segnes esse oportere, sed circumire, & multis prodesse. 91, f 153.c
episcopis & prędicatorib⁹ qd commendetur 394.a
Esaiæ testimoniũ de virginis partu contra Iudæos. 5.a
esaię liber christo lecturo oblatus 151.e
esse extra seipsum 206.f
Et pro enim 140.f
Et Petro, cur additum. 134.c
euangelia cur cõscripta. 1.b
euangelium quid 1.c
euãgeliũ virgini Marię annũciatum, omnis natura suscepit. 383.c
euangelia cur quatuor & cur scripta 1.b
euangelium lux 11.c
euangelij promissa 276.e
euangeliũ Marci vbi & quando scriptum 88.e
euãgelica vita regnũ dei 90.d
euangelium Aegyptiorum, & duodecim 136.a.b
euangelij sermo à multis contẽnitur quasi stultitia 197 b
euangelicus sermo vino cõparatur, lex aquis 271.d
euãgelium Matthæi, Marci, Lucæ, Iohãnis, Vide in eorum nominibus.
euangelicæ legis excellentia. 271.d
euãgelicę legis & veteris promissionũ diuersitas. 276.e
euangelistarum cõcordia. 1.f
super euangelistis quorundã sententia 88.e
euangelistarum quatuor comparationes ibidem.
euangelistæ in pcipuis nequaquam discordant 130.c
euangelistæ pauca ex multis scripserunt. 236.a
euangelistas omnes vnus spiritus mouit 255.c
euangelistæ nõ omnia scripserunt. 255.d 287.b 306.d 319.c 319.c
euãgelistarũ cõcordia de hora crucifixionis xpi. 382.b
eucharistiã sumptur⁹ qualiter affect⁹ esse debeas 386.a
eunomius confutatur, vnam eandemq; patris & filij potentiam & operationem negans. 291.f
eunomius cõfutatur spiritum seruum nugans 274.f
eunuchorum differentia. 53.f
eutychis deliramẽtũ, Christũ iuxta apparentiam hoiem apparuisse nugantis. 261.f 316.f
ἰδιόκτητος iustorum tantũ est Paulo, ἀνάξιος vero etiã peccatorum 301.a.b
exaudiat quos deus, quos nõ. 326.a
exęcatis miserius nihil. 238.e
exęcatio ẽ dei relictio. 347.c
excutere puluerem 25.c

F

Faciẽ xpi qs dicaĩ videre 48.a
faciem obscurare quid. 17.c
fames hierosolymitana 235.d
fastus osor dũs 281.c
fatuæ virgines 72.a
feriæ quartæ seiunium. 126.b
fermentum pharisæorũ quid. 185.b
festa Iudæorum tria. 306.a
festorum Iudaicorum significatio. ibidem.b
festos dies colere qd sit. 289.f
festi magnus dies 311.c
ficus quid, & cur à dño execrata 118.e
fici humiditas ibidẽ.
ficus arefacta, typus synagogę Iudaicæ. 59.b c. 118.f
ficus, Iudæorũ gnatio. 195.e
fidelis & prudẽs est rarus. 71.c
fidelis vere nõ est qui immundus est vita. 277.a
fidelis in Christo esse videtur quatenus credit. 363.c
fides sola sine operibus nõ iustificat 19.f 293.c 262.d
fide omnia perfici 14.f
fidei Christ⁹ miracula sua asscribit. 111.c
fides infirma facilẽ labitur. 40.c
fides propria, non patronorũ intercessio, petita assequitur. 42.f
fides & prudẽtia ab omni dispensatore exiguntur 71.c
fidẽ vbiq; saluat Christ⁹. 92.d
fidem chananææ dominus vt manifestet, non mox exaudit. 106.a
fide & prudentia in dũinis non minus quàm in secularibus opus. 192.a.b
fide impius iustificatur, cultu legali non sufficiente 154.c
fides nudata operibus, in tormentorum maiorem occasionem cedet 62.c
fides indubitata in sumptione sacramenti corporis retinenda. 303.b.c
fidei & credulitatis virtus quanta 215.d.e 362.d
fides, orationis basis 221.a
fides in Christũ defectura nõ est. 235.d
fides filiorum alios seruat. 155.d
fides sola nõ efficit filiũ dei, nec saluat 260.a 362.d
fides frigida & imperfecta non est fides 288.e
Fides sine operib⁹ mortua est & ediuerso 299.f
Fides, diligens dux ad omnem bonam operationem. 299.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fides in Christū est op⁹ perfectum, sanctum, & se habē tem sanctificans 299.c
fides, dei donū maximum & præclarissimum 300.c
fides illorum qui visis signis subito crediderunt 310.d
fides recta ex scripturis. 311.c
fide in Christū sumus liberi, & non vltrà serui. 317.a
fides in futuro seculo nō erit. 323.b
fides & opera in die cultu requiruntur, & se mutuò viui ficant. 326.c
fides baptismi, peccata soluit. 367.c
fidei est recipere inuisa. 391.c
fiducia nostra ī deū ponēda, & nunq̄ nos deseret. 189.a b
filiis ob parentum vitia nō erubescendum 3.c
filij regni, Iudęi 21.b
filij chalami qui. 94.b
filij & filiæ appellatio in scripturis 22.c.f & dein.
filius hominis 157.a
filij dei ꝙre dicamur. 340.a b
filij dei & resurrectionis qui. 232.a
filij dei sunt audientes verbū dei 319.b
filios dei fieri quid 206.a
filij dei quō nos aliter sumus quàm Israelitæ ibidem.f
filij paternorum peccatorum sectatores, impositū plerūq; ferunt pœnas 322.b
filius cœternus patri. 236.b
filius eiusdem cum patre substantiæ. 365.e
Filius etiam mittit spiritū sanctum ibidem.
filij gloria, eadem quæ & patris 347.f
filius quomodo sit in patre, & rursus pater in filio. 357.d
filius verus & nō mēdax deus Christus est. 371.b
filius Christ⁹ quomodo à patre audire dicitur 364.b
filij & patris eadē potestas & operatio & scientia. 291.f 346.f.357,e
filium dei videre, homini requies maxima 374.e
fimbriam vestimenti Christi tangere 41.a
finem ad vsq; bona agenda vt quis saluetur, & mala vt pdatur 55.a
finem habitura omnia prospera & acerba. 88.a
finem in memoria habere oportet 125.e
fortè in sacris literis quid notet. 230.b
fructum ferre semper oportet 9.c.d
futurorū cognitionem solus deus habet 269.b 368.a
fortis quis, & quæ vasa eius. 96.c
fratris defuncti absq; liberis vxorem ducere licitū: aliàs nequaquam 38.e
fratres xpi, filij Ioseph. 306.c
fructum afferēs quis dicatur. 363.c
fundamentum nostrū, sermo: extructio, opus 205.f
Fur quadruplū reddat. 225.a
Fur est, scripturis non recte vtens. 328.c
futurorum cognitio maxime dei propria 368.a
furori malorū cedēdū. 333.d
furiosus etiam a suis existimabatur Christus 96.b

G

Gabriel quid 140.c
Galilæa gentilium terra. 8.b
Galilæa 11.d
Galilæi seditiosi 244.f
gastrimargia modius occultans lucem 98.b
gaza & gazophylaciū 41.c 193.a 232.c
gaudiū bonis, contumelias & aspera p xpo pati 369.a b
gehenna quid, & vnde. 27.a
generationis diuinæ & carnalis comparatio 260.c
generationes quatuordecim quomodo, vbi tātum tredecim personæ 4.a
generationem quomodo scriptura noīare soleat 135.c
generis humilitas despecta 101.f
generis vtilitas nulla, nisi adsint boni mores 95.d
gentes paucis mandatis opus habent, & quibus 339.e
gentiles an boni inueniantur & si sint boni, quomodo boni dicantur 277.c
Gentiles inter se etiam dissidebant & tumultuabantur. 62.c
Genealogia Christi quare exordiatur ab Abraham. 2.d e
genealogia Ioseph & nō Mariæ quare ponitur 3.e
gladius est sermo fidei 27.c
gladiis omnino non vtēdum 79.d e
gladius quid 240.e
gloria dei quæ sit 254.c 363.b
gloriæ inanis morbus apostolos inuasit 49.f 238.f & dein.
glorię inanis amputandi rami, & per quem 200.d e
gloriam si sequeris, non inuenies: si fugeris, sequtur. 63.c
gloriæ vanæ sectator, seruus est & ignominiosus 348.a
gloria dei sancti 341.e
gloria a Christo data apostolis multiplex, & quæ maxima 374.e
gloria iustorum maxima, filium dei videre ibidem
gloria Christi, crux & caro 217.a 276.a 344.b & 370.f
Glorificari xpm quid 374.e
glorificatur quomodo pater per Christū, & ipsum quid sit 363.b
Greci etiā Hierosolyma adibant deū adoraturi 343.f
Græci naturali philosophiæ dediti 384.b
gratiæ & meritorum differentiæ 1.a
gratia etiam per indignos efficax 20.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratia dei omnes vocati tam boni q̃ mali 62. d
gratiæ deo agendæ ante cibũ & post semper. 39.c.43.d 77.c.& 127.c.169.a
gratiosa & gratia plena distare quamplurimum 139.b
gratia nouum testamentũ cur dicatur 263.a
gratia saluati sumus Ibidem
gratiæ & legis differẽtia.ibi.
gratia spiritus sancti,aqua viua 282.a
gratitudine omnia facienda. 77.c.f
gratitudinis exemplar Christus 39 c 43.b
Gregorius Theologus 28.b
grex pusillus quis & quare. 190.b

H

Hæc dicit dominus, prophetarũ sermo est.16.a 164.c 198.c
Hæretici vafri & blãdiloqui 19.c
Hæreticos deus non statim exuri & bellis cõsumi vult. 36.b
Hebdomadæ dies Iudæi sabbata vocant 387.d
hebraica Christus in honore vsque ad mortem habuit. 132.f
Hebræi scripturam sua malitia deprauarunt 5.a
Helias,vide Elias
Herodes quis,& vnde 5.d
Herodis amara mors 8.a
Herodiani qui 95.c. 108.a
Herodes cur Christus creditus a quibusdam 95.d
Herodes quid 95.e
Herodias an Philippo viuente ab Herode ducta 102.f
Herodes Iohannis occisor. Ibidem.d
Herodem vulpis nomine appellans dominus pharisæos notat 198.c
Herodes quare Iesum videre gauisus sit 245.c
hiatus quid 213.b
hidriæ lapideæ. 270.d. & dein.
Hieremias puer in prophetã assumptus 45.a
Hierosolymorum bellũ & desolatio quando 124.c
Hierosolyma Ierna malorum pharisæorũ nomine 113.e
Hierosolymitana sedes Iacobo minori tradita 129.e
Hierusalem 177.c
hyperbole vtendi mos 16.e 395.f
hypocritæ qui sint, & quibus comparentur 16.e
hipocritæ magni corã hominibus 137.f
hypocrisis malũ quale. 185.c
hypocrisim fugiũt, discentes Christum Ibidem
hypostasis vna in Christo cũ duabus naturis 275.d
hypostasibus differunt pater & filius 333.b
Hoc est corpus meũ,quomodo intelligendum 127.e
hodie & cras quid 198.f

Homicidium & mendacium maxime propria mala diaboli 318.f
homo, omnis omnium naturæ particeps 176.d
hominum infirmitas duplex, 187.b
homo.xxx.anno probus vel improbus cognoscitur,quia hæc ætas perfecta est. 10.b 150.a
hominum tres sunt ordines 201.b
homo duplex 329,c
hominis propositũ nil absque dei subsidio 240.b
homo est animal suapte natura vertibile 303.d
hominis reges maxima quæ. 374.c
hominis quæ sunt, verbo attribuuntur, & è diuerso. 376.d
hominem Christũ quibus indiciis deprehẽderit Lucas, quibus Iohannes 338.a b
homo,mortalis 395.c
hominẽ vt scriptura varie indicet 261.d
honor dei etiã misericordiæ præferendus 75.f
honore pauci apud suos afficiuntur 287.d
honores ambire & dignitates gentium est 117.b
Hora crucifixionis Christi. 382.b
horrea diuitiarum nostrarũ sunt,pauperũ vẽtres.188.b
hos anna quid 58.b 118.c
342.f
Hospitales esse debemus etiã si pauca possidentes 39.d
hospitalitatis exẽplar Christus cum apostolis Ibidẽ
hospitalitatis commendatio 81.d
hospitalitas quatenus venerãda 178.c
humano generi duo dominãtur 143.c & 276.b
humanæ naturæ infirmitas. 277.b c
humana natura vertibilis. 207.f
humanæ naturæ quæ sunt in Christo,diuinæ tribuuntur & contra 276.d
humilitatem ac frugalitatem oẽs virtutes docent. 138.a
humiliari discipulorum est. 57.b 360.a
humilitatis lex quo loco præcipiatur 349.f
humiles iniuria afficiẽtes maximis suppliciis obnoxii. 50.a
humilitas quanta 112.c
humilia sæpicule de se Christus loquitur, auditorũ gratia 316.e
humilitas Christi 349.a
humiliari,opus dei 350.a
humiliari quid sit 200.f
humiliari & superbire quorũ sit 350 a

I

Iacob prophetia falso ab Herodianis interpretata 95.e
Iacobus Hierosolymitanorũ episcopus

Universidad de Deusto
Biblioteca

episcopus vna veste per omnem vitam vsus 129.e
Iacobum Herodes occidit. 56.c
Iacobus minor, filius Ioseph 250.c
Idololatria per sextum virū mulieris Samaritanæ intelligitur 285.c d
Ieiunium contra tentationes armatura 10.e
ieiunii tempus 23.c d
ieiunii virtus in dæmoniacis curandis 112.a
ieiunam⁹ quartis feriis. 126.b
ieiunandum quibus 112.a
Iesus saluator & deus 4 c
Iesus omnibus condescendit, vt omnes lucrifaciat 29. c 33.a
Iesum quomodo videre possumus 48.a
Iesus vnde Nazaren⁹. 268.c
ignis inextinguibilis gehennæ 9,f 113.b
Ignem deus non hominibus, sed dæmonib⁹ parauit: nos autem in illum nos coniicimus 74.b
ignobilitas & obscuritas hominū deo nō displicet, nec etiā nobilitas placet 133. e f
ignorātia facit alacres. 70.e
immisericordes taxat. 387.c
immisericors raptor est. 74.b
immundi spiritus 91.b
immundus non vere fidelis 277.a
impii in iudicium non resurgent. Ibidem.b
Improbi cur hic in prosperitate plerūque viuant. 290.c
impudens quis maxime dicatur 219.d
Ἰνα & ὅτως, hoc est apud nos, vt quid in scriptura positæ designent 322.d
incarnationis Christi vnigeniti opus, sanctificare naturam nostram 371.d
incredulos spirit⁹ arguet. 9.c 366.c
incredulis mysteria non prodenda, & quare 19.a
incredulitas locum dat diabolo hoīs inuadendi 48.d e
incredulitas vnius, plurium vicit fidem 170.f
incredulitas, diaboli est substentatio ibidem
incredulitas remissionē peccatorum impedit 249.c
incredulitatis pœna 138.c
increduli omnes maledicti 277.b
increduli, oues non sunt, nec cognoscuntur a deo 330.b
incredulorum verba, quomodo & quare hoc 274.c 302.f
incredulitas cōdemnatio est 277.a
incredulos in iudicium nō resurrecturos, quomodo intelligendum 277.c
incredulitātis origo. ibidē & 291.c
erga indociles non austeriores esse nos decet 107.b
indociles esse quosdam secundum dū Manichæos, falsum esse conuincitur 339.b
infernus quid 213.c
infidelitatis origo, sed non sola 295.b
inimicos quomodo vlciscamur 319.e
inimicorum dilectio, virtutū vertex 16.b
infirmitas omnis a dæmone 196.e
infidelium iudiciū est, quod lux in mundum venerit. 377.c
infidū baptizare impossibile. 315.c
iniuria affecti etiā non sacerdotes, ligāt iniuriosos. 51.b
iniuria afficiēs, publican⁹ & ingratus ibidem.
iniustorum pœna indesinens 74.b
intelligens quid 175.e
intercessio sanctorum quatenus 42.f
intercedendi forma 344.a
Intercessore Christo an & quādo op⁹ habem⁹. 369.d
Inter natos mulierū, quomodo a quibusdā intelligatur. 161.f
interitus nostri duæ sunt causæ 64.c
Interpres verus scripturæ, Christi faciem videt 48.a
interrogantibus maligne, nō esse respondendum 60.a
inuidis bona nostra occultanda 167.d
inuidia quæq; obscurat bona 101. e
Inuidiæ Iudæorum comparatio 308.a
inuidiosi aspectus 390.a 344.c d
inuiti etiam discipuli discere cogendi 203.c

IOHAN.BAPT.

Iohannes cur missus 8.d
Iohannes mediator veteris & noui testamenti ibidem.e
Iohannes quia purus homo, affectiones sine corporis castigatione vincere non potuit 23.c
Iohannes cur miserit interrogatum, tu quis es &c. 27.f 161.c
Iohannes cur angelus dictus & non arundo 28. e. 89.b 161.e
Iohannes in sebaste sepelitur 39. a
Iohannis caput vbi ibidem.
Iohannis vita fuit irreprehensibilis 60.c
Iohannem tres hominum ordines adeunt 149.b
Iohannes vltimus prophetarum initiū noui testamenti 89.b
Iohannes cur puer in desertū abiit 144.a
Iohannis mors cur accelerata, & de ea Theophylacti opinio 278.b
Iohānes quare lucerna ardēs 294.b
Iohannes baptista cur angelus dictus 248.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOHANNES EVAN.
Iohannes quando & vbi euangeliũ scripserit 1.b c 255.a
iohãnes Matthæi Euangelij Hebraici in Græcum interpres 1.d
iohannes quare nomen Theologi meruerit ibidem
iohãnes leõina facie cur 88.e
iohannes cõtemplatiuus 90.f & 392. c
iohannes quid 142. d 255. b
iohãnes illiteratus totus, quæ nullus alius euãgeliſtarum intonare auſus fuit, nos docuit 254. d e
iohãnes ſuauiſſimis moribus mitis & virgo erat 255.a
iohãnes cur dixerit, in principio erat verbum: & non potius, in principio erat filius 256. a
iohannes à Chriſto dilectus 47. a 355. a 253. b & 394. d
iohãnes quomodo Chriſti cognatus fuerit 255. a
iohannes cur in ſinu domini recubuerit 353. b
iohannes ad Veſpaſianũ vſq; quare ꝓdicaſſe fertur 395. b
iohannis in cælum tranſlatio ibidem. c
iohannes ab omni faſtu alienus 388. c 395. b
iohannis euangelium poſtremò ſcriptum 295 d e
iohannẽ euang. Traianus cõdemnauit 56. c
iohannes à Chriſto ad ſcribẽdum motus 395. c
iob cur ſe de bonis operibus iactet 221. b
iob ad opprobria peſſimè ſe habuit 13. c
ionę ſignũ quod nam 182. b
ioſeph genealogia cur enarratur, & non Mariæ 3. c
ioſeph an iuſtus volens dimittere Mariam 4. b
ioſeph ex Cleophæ fratris vxore ſex liberos habuit. 58. b 84. f
ioſeph liberi, matris Ieſu priuigni ſunt 84. f 133. d
ioſeph quõ Matthæo filius Iacob, Lucæ vero filius Eli 150. c
ioſeph Arimathæus 133. f
ioſephus hiſtoricus 69. a & 234. c
iota & apex quid 14. a
ira quæ iuſta 14. d
ira, mala beſtia 222. c
iraſcendum quatenus 153. c
irreprehenſibiles qui 137. b
iſaac natiuitas 160. c
iſaac typ⁹ chriſti 383. c 320. f
iſcariotes ab Iſcara pago 76. c
iſrael duplex 142. a
iſraëlitæ qui ſint 269. b c
iudas confeſſio dicitur 197. a 339. c
iudæ duo 76. c
iudas iſcariotes vñ. 25. 76. c
iudas Chriſti corpus non comedit, ſed occultauit, & quare 77. c
iudam Chriſtus omni ſtudio reuocare niſus 79. c

iudæ iſcariotæ mors 81. b
iudas ꝙ in apoſtolum aſſumpt⁹ ſit, quid ſignificet 96. a
iudas non ſemper malus fuit, ſed aliquando ſanctæ volũtatis 305. c 332. d
iudæ cur loculorum concredita diſpenſatio 342. b
iudas auarus, fur, & ſacrileg⁹ ibidem
iudam primum abluiſſe videtur Chriſtus 350. b
iudæa cõfeſſio, & iudæus confitens 83 c
iudęi quare Chriſtum non in die feſto occidendum putãt 75. a
iudæi non à principio nec natura mali 170. f
iudaicũ quicquid eſt poſt chriſtum, malum eſt 15. f
iudæorum moroſitas 29. b
iudæorum inhumanitas erga vxores 113. f
iudæorum mos in dilacerandis tunicis 130. c
iudæorum perditiones duæ 230. f
iudæi corporalem, Samaritani localem cultum offerunt deo 283. d
iudæorum feſta tria 306. a
iudæorum frequens ablutio 270. d
iudæorum negligentia plurimi deſiderantur libri ex ſacris 8. c
iudæi Chriſtũ capiẽtes cur retrorſum concidunt 376. a
iudæi vnum vinctum quõ dimittere cõſueuerint 380. c
iudęi quõ Rom. traditi 383. b
iudæi multa abſq; legis præcepto faciebant 380. c d
iubileus annus 321. b
iudex nõ dona, ſed opera excipiat, & iudicabit 46. c
iudices, ne ĩcognitũ cõdẽnẽt, diligenter attendãt 313. b
iudicio nõ contendẽdũ 15. a
ĩn iudicio de⁹ alius aliis apparebit 61. e f
iudicium ſequitur miſericordia, hanc fides 66. d
iudicii diẽ filius nouit 70. d
iudicia dei nemo grauatim ſerat 209. b
iudicium in ſecundò aduentu, erit vniuſcuiſque conſcientia 277. c
iudicium filio dedit pater nõ quòd filius hominis, ſed ꝙ deus ſit 293. a
iudicium mundi, quo iudicatur mũdus, quod ſit 345. d e
iudicij ſermo cur tã ſæpe ĩculcatur à deo & euãg. ibidem
iugum chriſti quid 30. c
iulianus apoſtata 115. f
iurare in lege euãgelica õnino malum eſſe 15. d
iurãdum per deũ eſaias dixit 371. f
iuranti frequenter, minus creditur 15. c
iuramentum non ſemper ſeruandum 39. a 103. b
iuſti quõ poſſideãt terrã 12. f
iuſtitia eſt oĩs virt⁹ 13. b 14. b
iuſtorũ aĩæ in manu dei 22. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustificationes quæ 137. a
iustus & iustitia 143.c
iustus & sanctus quis. ibidem
iustitia cum superbia, hominem facit infimum 220.c
iustificatur quomodo deus in peccatoribus 322.c d
iustitia priuãtur, qui nõ credunt in Iesum 367.c

L

laborantes qui sunt 30.b
laboribus iustis se nutriẽtes, veri discipuli Christi etunt 90.f
laboribus non semper intendendum 103.d
laborans, & in deo spem ponens, citra solicitudinem vivit 189.e
laborandũ esse semper 288.c
lachrymæ fons Iacob dicuntur 285.c
laicus & Christianus omnis proximo prosit: & non solum pastores 204.d
lamech 67.d 184.a
lãpas omni animę datur 71 a
languor 12.b
lapis angularis quis 120. e
latro vt in paradiso esse dicatur 247.f
latrones, figura duorum populorum 83.d 132.c
latronũ crura cur cõfringantur 385.e
latrones qui 177.c
latronis indicia 328.d
lauari debemus vt dignè corpori p̃xi cõmunicem⁹ 351.e
laudari à deo & non ab homine prius decet 158.a
lazari & diuitis auari enarratio, nõ historia, sed parabola dicenda 212.b
lazarũ suscitantis christi vox 338.f
Lazari resuscitatio cur in finẽ resuscitata 342.c
lectio scripturæ non saluat ni si adsit fides 291.a
lectioni vacãdum in sabbato. 79.c
legio quid 280.f
leões i Samariã ĩmissi.
legem quó christus impleuisse intelligatur 10.a.13.f
lege & prophetis nemo melior factus 276.e f
lex, dei plantatio est, adeoq; non est eradicata 42.a
lex iuxta spiritum intelligenda ibidem
lex Christi, Helię præstat vitæ 172.c
legem dei docentes, etsi non faciãt, audire oportet 64.f
leges tres nobis dedit deus, & varias 196.b c 271.d
legem dei meditari, & in ea ratiocinari & lætari 188.c
lex naturę in cordibus hominum scripta 158.c
à lege nihil excidit quin fiat 211. c
lex ianua ad christum. ibidẽ.
lex imperfecte imperfectis locuta ibidem
legis cessatio quando. ibidem c d & 286.a b
legi per christum nihil derogatum 211.c

Lex Mosi peccata reprehẽdit pœnãq; nulli parcens infert 376.f
Legem seruantibus lõgitudo dierum promittitur, euãgelium autem custodiẽtibus, vita æterna ibid.d.e
Legis finis quomodo Christ⁹ 286.b
Legalia nõ à peccatis, sed spiritualia liberant 317.a
legis & gratiæ differentia. 163.b
Lex & ꝓphetæ volũtatẽ dei, id est, salutẽ perficere nõ potuerunt. 286.a
lex omnis scriptura. 332.f
legisperiti 183.f
lex, non solum libri Mosi dicuntur 365.c
lepra, morbus immedicabilis 154.c
leprosum cur Christus tãgit. 92.a.b
leprosis mũdatis cur iniũctũ à dño vt se sacerdotibus ostenderent 216.e
leprosi decẽ quos designent. 216.f
leui tribus cõsecratio. 49.b
leuiathan 48.d
liber 2.a
libertas spiritus. 144.c
libri veteris testamenti plurimi desiderãtur ob Iudæorũ negligentiam. 8.c
liberũ arbitriũ ostẽdit Christus, dicens, si qs vult. 46.b & 352.d
liberi arbitrij sumus. 98.c
liberũ arbitriũ. 205.f. 230.a 301.d
liberi arbitrij assertio. 230.a 294.f
liberum arbitriũ extenuatur. 305.a. & dein.
liberum arbitrium non aufert deus 352.d
libero arbitrio alij aliter vtuntur 205.f
ligatio & solutio quatenus. 51.b
ligatis manib⁹ & pedibus ꝓicere quomodo intelligendum 62.f
lignis etiam propter pulchritudinem sacrificatum ab hominibus 285.d
lignum olim maledictũ, crux 383.b
loco non circũscribitur secundus aduẽtus Christi. 217.f
locustæ quæ 8.f
locustarum natura 89.e
longanimitas à Christo docetur 60.d
lotio pedum quid signet. 251. c.d. & dein.
lucas vbi & quando euangelium scripserit. 1.d. 135.f
lucæ vitulus datur. 88.f
luciferi casus 175.b
ludi genus puerile Iudæorũ. 162.b
lugere, quædam iuuandi species est 50.b
lũatici dæmõiaci sũt 12.c 48.c
lux mundi, apostoli 13.d

M

macedoniani spiritũ sanctum creaturam

creaturam esse ostendere co nantes,& his quę facta sunt annumerantes,confunduntur 258. b c
Macedoniani, spiritus gloriã extenuantes, & filij seruum eum asserentes, refutantur 274. f 366. e
Macedonius confutatur,alterius substantiæ esse spũm,& minorẽ filio asserẽs 358. d
magdalenæ tres 75. b 245. b
magi,qui & quare veniũt 5. e
magi Babylonij fuere 7. c
magistratus templi officium 243. a
magister an quis vocari possit 65. c d
magnetis cõparatio cũ patre nos trahentes ad se 301. e
maledictio vsq; ad passionẽ Christi operabatur 351. a b
male agere quid sit 237. b
Malum effugere non sufficere,sed fructus virtutis faciẽdus 9 b
mali à sacramentis abarcendi 77. b
malorum consuetudo dimittenda 15. b
mali non sunt à natura, nec à deo 35. a 170. f
malum prætextu boni faciẽs, maiori damnatione dignus 65. c
mala omnia Sathan infert humanæ naturæ deo permittẽte 196. e
malus & improbus nõ potest credere 347. c
malitia tempore Augusti in summo erat 201. f
malitiã suã omnem diabolus in Christum effudit 243. f
malitia,non is qui male agit, odienda,& quare 237. b
malitia multifariã diuisa. ibi.
mala & nascuntur & crescunt 305. e
malitia siqi nõ cõstat 381. b
maligne interrogãtibus non respondendum 60. a
mandata dei de mutuo amore tractant 122. c
mandata quæ 137. a
mandata Christi,iugum leue 36. c
mãdare patrẽ filio quõ intelligendum 348. f & 362. b
mandatorum, caput dilectio 363. f
manere ĩ christo quid 362. f
manere in vna domo cur iubeantur apostoli 102. b
manifestare Christũ se alicui quid 329. f
manichæi, christũ corpus in Iordane deposuisse asserentes,confutantur 10. b
iidem arbitriũ liberũ negãtes confutantur 294. f
manichæus refellitur 42. a
manichęorũ mira improbitas panem omnéq; creaturam à deo malo factam asserentium 259. e 296. e
manichęi confutantur,malos nos esse à natura nugantes. 294. f 332. d 305. d
manichæi confutantur impossibilem esse vitæ mutationem asserentes 239. b
manichæi confutantur, christum secundum apparentiã tantum incarnatum asserentes 261. f. 305. f
manichęorum error, veterem legem à malo opifice conditam nugãtiũ 275. f. 286. f
manichæi confutantur,mundum non esse à bono deo asserentes 379. e
eorundẽ error, vetus testamẽtum à deo nõ esse, nec prophetas à deo missos refellitur 329. b
manna Hebręorum 10. f
mãna qd interpretetur 300. b
mãna in figura est vnigenit⁹ filius dei homo factus. ibid.
manifestè licet peccans, non condemnandus, nisi redarguatur peccans 62. c
manſuetudo non vbique bona 44. c
manus,operatiua virtus 95. b
manus Christi potestas 332. c
marcelli error, Christum è cęlo cum corpore descendisse nugantis 304. c
marciõis error, vetus testamẽtum à nouo tanquã malum abalienãtis 275. e 186. f
marcion cõfutatur, Christum in mundo iuxta apparentiã apparuisse asserens 385. a
marcus Petri discipulus, aliàs Iohannes dictus, quãdo euãgelium scripsit 1. d 88. c
marcus aquilæ assimilat̃ ibi. f
marci euãg. character. ibid. d
marcus cur Petri nomẽ amputãtis auriculã, subticet 129.
margarita vt nascatur 37. c
mari vita præsens littori futura confertur 393. c
maria pro stagnis vocat scriptura 295. f
maria quare desponsatur 4. a
maria ãte & post partũ virgo & nũq̃ à ioseph cognita 5. a
maria mater Iesu nouerca dicitur filiorum Ioseph 133. d
maria ẽ qua tribu 140. b
maria quid 140. c
maria domum reuertitur parturiente Elizabeth 142. a
maria Iacobi, Deipara dicitur 250. c
Maria θεοτόκος quare dicitur 327. c
Mariæ vugentes Iesum tres 162. d
mariæ quatuor 385. c
maria magdalene soror Lazari meretrix non fuit 126. b
maria magdalene quare conuersa retrorsum 389. b
martha virtutem practicam, maria contemplatiuam significat 178. f
martha non quam oportuit in Christum fidem habebat 336. c
masseliani hæretici ocio dediti confutantur 299. b
matthæi euangelium hebraice scriptum Iohãnes in græcam linguam vertit 1. c
matthęi cõuersio quãdo 23. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

matthæus cur faciem hominis gerit 88.f
matthæus binominis 93.c
matrimonii difficultas 53.d
media nocte domini aduentus futurus 72.a
mediatore christo an & quãdo opus habeamus 359.f
mel agreste quod 8.f
melchisedech ordo 229.c
mendacium libertatis carentia & humiliatus sermo sequitur 326.d
mendacium & hypocrisim abominatur deus 185.c
mendacii pater diabolus 318.f
mendacem Deum facit, qui non credit verbo 279.c & deinde
mens lampas est, virtutibusque accenditur 72.a
mensarij in sacris literis qui intelligantur 119.b
meritorum & gratiæ differentia 1.c
meretrices & publicani quomodo & qñ sacerdotibus & monachis meliores 60.c
messionis trinæ symbolum 274.d
messis & operarii 14.f
messis quid 98.f
metu magis q̃ beneficiis addi scimus quod oportet 292.b
migratio in Babylonem quid 3.f
militare genus tumultibus & conuitiis gaudet 131.c
militaris ordo, auri mancipium 375.d
minima mandata quæ 14.a
minimus in regno cælorum 14.b
miracula dæmones facere possunt, & fecerunt 168.b
maracula cur Christo adhuc viuo apostoli permissi facere 25.a
miracula sua Christꝰ fidei tribuit 111.c
miracula etiam à deo alieni facere possunt 355.c
miraculorũ operationẽ promouet charitas ibidem
miracula pueritiæ christi conficta 266.c
miraculis quę fiũt, maiora sũt q̃ quæ per naturam 271.c
miraculo prosternũtur iudei, vt ne excusationem habeant. 376.a
misereri ad ostẽtationẽ, nihil ī se habet vtilitatis 242.c.d
misericordia in quibꝰ est 13.a
misericordia christi in fici arboris arefactiõe ostẽditur, & quomodo 59.b.c
misericordia facienda sensibiliter & spiritualiter 74.c
misericordiæ opera spiritualia ibidem
misericordia deo gratior quã decimæ 66.d.e
misericordia præuenit 135.d
misericordia christi ad eos q̃ sunt mortui, etiam perfluxit 143.a
missi dicũtur prophetæ 161.c
mysteria qbꝰ nosse datũ 97.e
mysteria occultãda inter impios & inobedientes 19.a
mystica traditurus dñs, solita ria petere solet 296.a.375.c
mites qui 12.f
modius occultãs lucem quid 98.b
mœchia & scortatio differũt 15.a
mõllia gestare nõ decet christianum 28.d
monastice professis vę qui ad mundana regrediũtur 21.f
monasticæ cõmendatio 60.c
mons, superba mens 119.d
mõstrabit, verbũ hũile 292.a
morbus 12.b
morbi, milites & vltores dei 21.a
mqrbos difficiliores plerunq; ex peccatis oriri 21.c 360.c
plerũq; propter probationẽ vel ex ignauia 290.b
morbi initium facile curatur 171.d
mori fideles nõ dicũtur, propter resurrectionis spem 336.c.d
mors nostra, Christo somnus ibidem
mors præter naturam ingressa 78.c
mors discipuli Christi qualis esse debeat 169.d
mortem cur homines timent 78.c
mors Christi sanctificatio nostra 84.c Resurrectio nostra 300.b
mors Christi quasi quædam peregrinatio 127.d
mortuus pacem habet, viuens autem turbatur 146.b
mors Christi non quasi communis 310.f
mortem prædicere non esse humanum ibidem.f
mortis nostræ tẽpus cur ignotum nobis esse deus voluit 71.a.b
morientes nos prius expiramus, & tũ caput inclinamꝰ, Christus contra 385.c
mors iusto facilis & læta 188.c
mortem erga, omnes insuauiter affecti sumus 128.c
mortis regnum quandiu durauit 238.b
mori pro veritate, gloria dei 345.b
mors christi nõ corruptio sed translatio 249.a.b.330.f
mortem quomodo & an christus timuerit 78.c.345.b
mortuorum spectris non credendum 213.f
mortuus, qui malas cogitationes non confitetur 173.b
moses & Elias in transfiguratione Christi cur visi 110.b
mos loquentium non intelligentibus 241.b
mulieres vngentes dominum quot fuerint 75.b
mulieres iustorum & iustæ sæpe etiam steriles 137.b
muliebris constantia ac fides 385.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mulieres sanctæ ĩprobos peperunt 140.c d
mulieres, ĩfirmitas sua a christi comitatu non prohibet. 133 c d
mulieres, genꝰ damnatum & maledictum 84.f 249.b
mulierum conditio 388.d
mundo corde qui 23.a
Mundi nomine Iudæi nõuũ quam veniunt 375.a
mundi vita, Christus 302. b
mũdi quomodo apostoli fuerunt 351.b
mundi cõsummatio, fur. 71.a
mundus quid 259.e.358.f
mundum quomodo iudicare & nõ iudicare Christus dicatur 376.f 314.b
ex mũdo esse & non esse quid sit 315.d
mundus, & mundum vincere quid 370.d
mũdi princeps quis intelligẽdus, & cuius mundi 361.f
mutuum quid 15.f

N

Nardus pistica quid 126.c
natura legem perficere nõ potuit 10.a
naturas ferarum sequentibus deus erit pãthera, vrsus, leo 61.f
naturam humanam transcendẽtia quærere non debemꝰ 128.f
naturæ lex in cordibus hominum scripta 158.c
natura humana vertibilis 305.d
Natura hũana ĩfirma 377.b
naturam qui obseruat, non recipit quę sunt super naturã 202.b
natura & ratio lex dicitur naturalis 259.d
naturam iuxta viuere, animalis hominis est 201.b
naturę duæ in Christo. 318.b
naturæ humanæ quæ sunt, vicissim tribuuntur diuinæ in Christo: & contra 276.d
in nauem Christum suscipere quid 298.d
Nazarenꝰ qd interpretet 8.c
Nazarenorũ insipictia 38.b
Nazareth quid 140.d
necessariis contenti debemus esse 107.d
necessitas corporis ineuitabilis per Cæiatem significatur 121.a
necessitatem nulli infert deus 260.a
negociatio latrocinium est. 199.d
negociatorũ genꝰ auarum, & lucri cupidissimum 62.a
neophytus ad summa obseruãda non cogẽdus 75.c
Nepthalim 11 d
Nestorii error, aliũ esse filiũ dei & Mariæ nugãtis. 140 a. 196.e. 261.d.e. & 327.d.
Eiusdem error, qꝫ in puro homine habitet filiꝰ dei. 313.d
Eiusdem error Christum crescere secundum profectum virtutis asserentis 278.f
Eiusdẽ error negãtis Christũ esse natura substatiaque filium dei & deum, & creaturam asserentis 333.a
eiusdem error asserentis christo post resurrectionem eidem deificationem contigisse, & non è cælo 300.f
nicodemus non perfecte credidit 273.f
nobilitatis authoritas 49.b
nocte vacandũ oratiõibus ob maiorẽ quietẽ animi 40.b
nocte quiescendum cum deo, die vero prodesse oportet hominibus 256.b
noe irrisus in arcæ præparatione 70.f
nominum impositio & mutatio, à deo 268.b
nomine Christi petendum 369. d
nomina imponit diuina scriptura ex operibus 268. b c
non intelligentibus quę dicimus, vt loquamur 241.b
non posse pro non velle 318.e 347.c
nos nostræ potestatis non sumus 15.e
nouatianorum hæresis, post baptismum & communionem peccantem non suscipientium 130.f
nouum test. vide testam
nuptię virtutibꝰ nõ obsũt 21.c
nuptiæ auxilium vitę mortalium 232.a
nuptiarum mos 266.f

O

oblationes pro defunctis parũ cõducere his qui in peccatis moriuntur 186.b
obediẽtes pueri qui sint 60.c
obediẽdũ deo ĩ internis, ĩ externis potestati 63.b.231.b
obedientia duplex 87.c
obscurius cur Christus sæpe loquutus sit 286.a
obumbrare 139.f
ociositas omnẽ malitiam docuit 299.b
occidere seipsum, diabolicum est 315.d
occisus Christus, quãdo pati voluit 75.b
oculus malus 105.e
offendicula quæ 50.c
offendere insipientem quando liceat 49.d.200.a
offensæ ex corde remittendæ 52.d
offerendũ quõ, ex paupere vidua dictimus 235.a
oleum eleemosyna 17.e
oleum sacrum vnde 102.c
omnes pro multis 26.c.57.b
onus christi leue 30.b
onerati qui sunt ibidem
operarijs multis opus 173.c
opera nostra nos maxime benedicunt 25.f.& 26.a b
opus omne siue bonũ siue malum, cibus animæ 327.e
opera bona non habentes excluduntur à regno 72.c
opera bona sibi & nõ deo tribuẽs, contemnit deũ 105.e
negat deum 220.c
de opere bono nõ superbiendum 215.f.& dein

Universidad de Deusto
Biblioteca

Operū bonorū iactātia quare in pharisæo condēnetur, ī Iob vero coronetur 221.b
opus perfectū, fides in Christum 299.e
operum malorum iudiciū erit etiam in credente 277.a
opera sine fide mortua sunt, & è diuerso 299.f
opera bona cum fide exiguntur 111.f. 226.c
plura vide in fides
operari post mortem non licet. 62.c.117.c
operatio primùm, deinde cōtemplatio 190.f
operatiōes tres vna cū tribus eccleſi ę ordinibus primum Dionyſio aſsignatę 226.d
operari oportet cū qui Christum ſequitur 299.c
operatio aliud, aliud ſolicitudo 299.c
operatio bona conſeruat fidē ibidem.e.f
opus dei quid 299.e
operari vnicuique quod vult permittit deus 352.c
operatio eadem patris & filii eādem potētiā arguit 291.f
operatiōes ſpiritus in quibus apparent 367.c
opera ſpiritus in non credentibus ſunt viſa ibidem
oportet, non neceſsitatis ſem per ſed & euētus ſignificatiuum eſt 330.c
opprobria ferre, maximū & grauiſsimum eſſe 15.a
orandum quare, & vnde 17.a
oratio quid ibidem
orationis perſeuerātia 219.c
orationibus noctæ potiſsimū vacandum 40.b
orandum in eccleſia 16.f
orādū ſine ītermiſsiōe. 129.a & diſtractiōe mentis. 170.a.180.c
orantes quare plerūque nihil accipimus 224.d
orationis fundamētum fides 220.a
oratione quod Chriſtus op⁹ non habeat, exemplis oſtē ditur. 338.d
oratiōes qeté requirūt 104.d
non orat deum qui noxia petit. 280.c
ordines eccleſiæ tres 226.d
ordines tres ſuſcipiētiū & ſeruantium verbū dei 98.a
ordines tres ad Iohannē accedentes 149.a
ordines hominum tres 201.b
ordines ſaluatorū tres. 206.f
ordo & modeſtia inter diſcipulos qualis 344.a
ordinatus propter aurū, à deo depoſitus eſt 119.c
ordinaturis orādum. 96.a & 157.c
oculus malus 105.c
origenes ſuppliciorum finem aſſerens, refutatur. 74.c 109.d.213.b
origenis de Thoma ſomniū. 335.c
ornatus Chriſtiano homini negligendus 18.d
oues paſtoribus gratæ eſſe debent, & quare 394.a

P

Pacem habere cum peccato, eſt affectionibus ſeruire. 204.b
pacifici qui 14.f
pacificū eſſe oportet chriſtianum ibidem
palea quis 149.d
palæſtina inaquoſa. 270.d
palmæ 334.c
palma victoribus tributa. ibidem
pallium quid 15.f
panes in dominicum corpus vertuntur 66.c
panes quos offerimus, εὐχαριστία dicuntur 62.a
panes quinque 140.b
panis in altari non figura eſt ſed ipm corp⁹ & caro Chriſti. 66.c 77.c 127.e
panes, ppoſitionis. 30.c 156.f
panis piſcis ouum, à deo roganda 180.c
parabolice cur Chriſt⁹ loqui ſoleat 34.b 164.a
parabola 105.f
parabola non per omnia ſeruatur 369.b
parabola & eius partes quatenus inquirendæ & aſſumendæ iiſque credendū. 209.d 277.b 369.b
paradiſus quid 248.c
propter parentes nō erubeſcēdum 3.c
parentes & vxores quomodo & quando relinquēdi. 90.f 115.f 173.a
parentes odio haberi poſsūt, quando de veri dei cultu periculum eſt 203.c
parentum cura vſq; ad extremum ſpiritū habēda. 384.f
parentibus obediendū, modo non obſiſtant pietati. ibidē
παρρησία 141.f 369.c
partis pro toto frequens vſus in ſcripturis 261.b
partus cōparatio quàm apta. 368.f
paruarum rerū magnas nonnunquam eſſe affectiones. 54.f
paruuli q dicti 29.f 364.c.d
paſcha cur & quando Chriſtus perfecit 76.d 378.f
paſcha Chriſtus legitime edebat, Iudæi vero non. 76.c
paſcha quomodo comedebatur. 237.f
paſſus Chriſtus quo anni tēpore 331.c
paſcha feſtum quid 306.b
paſci ab aliis, graue nō putandum 286.c
paſſionē ſuā Chriſtus ob cauſas duas prædicit 225.f
paſſio Chriſti an ploranda. 246.f 358.c
paſtoris indicia 328.d
paſtoris boni deſcriptio. 328.d 332.b & dein.
paſtor ouium Chriſtū amet. 394.a
patris & filij voluntas vna teſtas, iudicium, operatio, ſcientia, ſubſtantia. 293.c 346.f 358.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater Christi & pater noster quomodo deus dicat. 389.f
pater absque mediatore amat nos 369.f
pater quos trahere dicitur. 320.c.d
patet quod solus verus de⁹ dicatur, filio quoq; cõuenire 371.c
pater carnalis author natiuitatis nõ est, sed cooperarius & minister dei 65.d
patria contemptus prophetarum. 101.f
patientiam per tentationes in nobis probat deus 104.d
Pauca licet possidens misericordiam tamẽ exerce. 39.d
Pauli locus ad Heb. quòd nullus sanctorum receperit ꝓmissionem, vt intelligatur. 247.f
Pauli Samosateni error, Christum tunc primum substitisse nugãtis, quando ex Maria natus esset. 254.f 259.c 265.f
Pauperes spiritu qui 12.e
Pauper omnis, frater Christi. 74.a
Pauperes beati qui intelliguntur. 157.f
Pauperes non omnes saluandi. 219.a
pauperem pascens, deum pascit. ibidem. 188.b
Pauperes non tantum alacriter & liberaliter suscipiendi, sed etiam nolentes cogendi. 202.c.f
paupertas non est erubescenda. 286.b.c
in paupertate pusillanimes ne simus. 297.c
Paupertas, virtutũ cap. 222.d
Paupertas Christi ꝓpter nos 172.c
Pax apud solos dignos manet. 25.c
Pax non omnis bona 193.c
Pax mundi stulta 361.a
peccatum maius & peccatum minus. 381.f
Peccatorum remissio maius qd q̃ corporis curatio 22.f 93.b 155.c
Peccatum in summo fuit Augusti temporibus 201.f
Peccatum in spiritum sanctũ quomõ irremissibile. 32.d 187.a
Peccantes, priuatim arguẽdi. 51.a
Peccatum, à deo dispergit. 67.f
Peccata remittere solius dei esse 143.c 317.c
peccatores canes 106.c
Peccata proximorũ vt nostra lugenda 12.c
Peccatũ vmbra mortis 143.f
Peccatum super terram remitti potest, non postea. 155.f
Peccato nemo satiari potest. 206.c
Peccatum quid 115.d 202.c
Peccare in cælum 207.b
Peccatores cur prosperentur. 290.c
Peccatorib⁹ cur infligatur ꝑpetua pœna ibidem.
peccatorum remissionem incredulitas impedit 315.f
Peccata nostra nõ excusat dei prædestinatio 381.c.f
peccata nostra precedũt, deinde sequitur iusta dei vindicta. 230.f
peccata quare hic nõ semper puniãtur in omnib⁹. 290.c
peccatorum remissionẽ qualiter accipere possumus. 217.c
peccata secunda grauiorẽ pœnam patientur 33.c
peccata non tempore iudicari, sed delictorum natura. 290.c
Peccatores deus non audit, quomodo intelligendum. 26.b
Pecuniæ visco tenaciores. 222.f
pecunias habens an saluetur. ibidem
Pecuniæ amor vbique taxatur 211.c
Pedũ lotio quid signet. 351.c
Peierare plerunque melius q̃ ob iuramentum quid impiũ facere 39.a 103.b
pentecoste quid 306.b
Per præpositionis vsus 257.d
Pera quid 240.c
peregre proficiscẽs Christus 60.c 72.d 77.a 127.d
Peregre profecturi supernis benedictionibus nos commendemus 254.b
Periculis temere se inijcere, diabolicum esse 26.d 39.b
Periurium quando fieri licet, quando non 103.b 39.a
permissio dei non excusat nostra peccata 381.e
pernoctandum in orationib⁹ 157.d
persequutio 35.c
persecutionem nõ soli martyres patiuntur 13.b
perseuerandum in orationib⁹ vt votorum compotes fiamus. 106.b
perseuerantia quantum bonũ 387.e.f.
pestilentia, fames, bellum, nõ aliũde quàm à deo. 68.c.d
petendum in nomine Christi 369.d
Petri socrus 21.c
Petri charitas in Christum. 40.c.d
petrum bene loquentem, beatum: male autem, Satanam Christus dicit 46.a
petri negatio quomodo se habet. 128.c. & quare ab Euangelistis scripta 377.b.c
Petro non soli claues datæ. 45.d
petrus cur in monte manendum suadet 170.b
petrus pœnitentiæ exemplar. 239.f
Petr⁹ labi permissus ob temeritatem 128.d 243.d
petrum insipienter quidã excusant ibidem.c
petrũ super quomodo fiat ædificatio ecclesiæ 45.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

petrus Christũ hoſpitio excipit 21.c 153.d
petrus cur gladio percuſſerit. 376.c
petrus typum gerit epiſcopi. 393.b
petrus præeſt orbi 395.b
petrus practicus 388.f
phares & Zares myſteriũ. 2.f
pharisæus qd interpretat. 9.a
pharisæi tam inimici Chriſti quàm diaboli 31.f
pharisæi veris doctoribus inuident 162.b
phariſęis meretrices meliores 60.b
pharisæi quare cæci, & cæcorum duces 66.f
phariſęorum hæreſis. 285 d.e
phariſęorũ lepra quo vnguento ſananda 75.c
pharisæorũ doctrina cur fermentum 44.d 108a
pharisæorũ captioſa quæſtio de libello repudij 113.c
pharisæi & legiſperiti differunt 183.f
pharisaica diſciplina quomodo damnetur 122.c
pharisæi potentes 141.f
pharisæi omnis malitiæ receptacula ſunt 144.c
pharisæus quis 156.b
cur cũ phariſæis & malis mãducet dominus 183.a
pharisæi vt monachi. ibidẽ.f
pharisæi, ſcandalorum authores 214.c
pharisæorum vulpini mores. 198.e
phariſęus cur ob honorũ opẽ iactantiã dãnatus. 221.b
pharisæorum improbitas erga ſimplices 232.c
phaſe quid 236.f
phylacteria ſuper manum & fimbrię quid ſignẽt. 65.b.c
philippus in lege Moſi doctꝰ 268.d
philoſophia triplex 384.b
philoſophia noſtra verbo & opere conſtat 168.f
photini error, Chriſtum tunc primum ſubſtitiſſe dicentis quando naſceretur ex Maria. 259.c
pietatem promittens & nõ faciens, hypocrita eſt 65.c
pietas præferenda impiis parentibus 173.a
pietatis prætextu nõ oportet ſeditiones excitare 195.c
pilatus vnde Pontius dicitur 81.a
pilatus mollis & ambitioſus. 382.f non efferis moribus. 381.a
pilatus Chriſtum dimittere cupit 131.c
pinnaculum templi 11.a
piſces duo 104.b
pluuia & ſol quid 16.b
πνευματόμαχοι 258.b
poculum, mors 376.d
pœna & vltio peccatorum cur ſit perpetua 294.a.b
pœnitentia ſecundum baptiſma. 33.e
pœnitentiæ exemplar Petrus 239.f

poſt

poſt pœnitentiã remiſſio peccatorum per Chriſtũ. 28.c
pœnitentia valde laborioſa. 33.c.
pœnitendi tempus poſt vitã nullũ eſſe & operandi. 72.c
pœnitentiæ fructus 148.f
põpę quibꝰ cordi ſunt. 307.b
pontificum peccatum. 272.d
pontificum quorundã ſanctitas. 71.d
pontificẽ ſolũ vnũ Iudęis lex admittebat &c. 75.a 129.b
põtificum arma qualia. 79.b
pontifices ſpiritualia vendentes tanguntur 119.b
pontifices inuidiæ & philautię mancipia. 67.b.c
pontificatus à Romanis emebatur Hieruſalem. 129.f
põtificatus dignitas apud Hebreos 338.b.c
pontifices collybiſtæ. 272.d
pontius Pilatus vnde. 81.a
Porci qui ſint 19.a 206.d
porcina vita quæ. 22.d
porci ſurſum nunquã ſpectantes. 206.c
porci grunnitus vt compeſcatur. 206.d
porphyrij euãgeliũdei ſubuertere conãtis ſophiſma. 257a
porta anguſta 19.e
Portæ inferi quæ. 45.c
poſſe pro velle. 318.e 347.c
poſſibilia vt ſũt oĩa deo. 115.d
poteſtas omnis quomõ Chriſto tradita 87.d 175.f
poteſtatis noſtræ nos non ſumus. 15.d.e
practica & cõtemplatiua. 90f
præcedenter non voluit Chriſtus crucifigi 77.a
præceptores etiã inuitos diſcipulos docere debẽt. 102.e.f
prędicatio apoſtolorũ p granum ſinapis & fermẽtũ intelligitur 36.c 197.b
prędicare omni creaturę, quo modo intelligendũ. 135.b.c
prædicatores niſi ab operibꝰ diabolicis abſtineant, non docent 180.f
prædicatio verbi, per lotionem pedum ſignificatur. 351.c.d.
prædicationis Chriſti auſpicium. 278.b
prædicantiũ ſermo quãdo feliciter currit 174.c
prędicans & docens etiam bene operari debet. 92.a
prædicantes, pro mercede cibum habeant, non vltra. 174.c.d 178.d.e
prædicatorũ & epiſcoporum officium 394.a
prefecti aliorũ, fidem & prudentiam habeant 192.b
præfectura omnium petro tributa. 395.b
prælationis cupiditas nõ prohibetur 112.c
præſides eccleſiarum mali de bonis pauperũ delicioſe viuentes taxantur. 192.d.e
Præueniendus nobis Ieſus. 57.f
Præuenit nos ubique deus. 103.d.225.a

preces

Universidad de Deusto
Biblioteca

Preces breues & crebrę 17.a
preces ocio & secessu opus habent. 78.b
cur interdum a deo differãtur 106.a
preces veræ quomodo fiant 112.a
precum non exaudiendarum ratio 224.d
prima azymorũ quæ. 76.c d
primas amare gentilium est 57.a b
primi & postremi qui dicantur 116.a
primogenitus & vnigenitus Christus 5.d
primogenitus quis dicatur. 144.d
principes etiam quidã Iudæorum in Christum crediderunt 313 a 324.c d
principibus malis popul⁹ plerũq; similis euadit 47.c d 71.c d
princeps malus quid lucretur nõ sinens suos in bono p-ficere ibidem.
principes quid subditis debeant, & subditi principibus 231.b c
principes semper veritati reluctabũtur,& quare 312.d e
principes turba in bono segniores 324.c
principatum habens & opes quid facere debeat 71.a b
probatica piscina vnde dicta & quid signet 289.a 290.c
procedere spiritum sanctum, quomodo intelligendum 365.d e
prodigii & signi differentia 288.b
Proditorem primum abluit Christus 350.b
proditorem suũ Christus manifestat 76.c
proditiõis indignitas. 234.f
promittere faciles ne simus. 335.c
promissionem integram beati nondum habent 248.c
promissa nobis bona quæ intelligenda ibidem.a b
prophetarum dicere, Hæc dicit domin⁹,& quare. 198.c 14.c 164.c
prophetæ multa mala passi. 60.c
prophetarum contemptus patria 101.f
prophetarum nullus regnum dei prædicauit 163.c
prophetæ quænam patria. 152. c
prophetis in omnibus credẽdum 251.f
prophetant & indigni,& qui 240.c
prophetiæ vis 268.b
propositionis panes 30. c
propriis primum benefacendũ,deinde reliquis 151.c f
proselyti 66.a 343.f
prostrationis Iudæorũ causa. 376.a
prouidentiæ opera 295.b
proximus est omnis homo 54. 177.b

proximum diligẽs,nihil mali facit 64.c
proximi commodum in omnibus cõsiderãdũ.366.d e.
prudentia & fides ne cessăriæ cuilibet dispensatori 71.c
prudentia serpentis 25.f
pseudoprophetæ venere non missi 329.b
publicanus quis 156.a
Publicanos discipulos facit Christus 224.f
publicani per filium prodigũ significantur, pharisæi per seniorem filium 209.b
publicani vnde victũ habeãt 225.a
pueri cur multi moriantur 320.a b
puerorũ occisio cur permissa. 7. e
pueros nos esse humilitate & innocentia debemus 49.f
puerilis simplicitas 114.c
pueris similes esse debemus, malitiæ expertes, ambitionis & inanis gloriæ 171.d
pueri in lecto quiescẽtes quinam sint 180.a
pueri conditio simplex, innocua 221.d e
pueritiæ christi miracula cõficta 266.c
puer apud Hierosolymam comestus 234.c
pueri/contumaces 29.b
puluerem excutere 25.c
purgatorii vbi. 22.b.186.b
purgatorium ex Theophyl. 186.b
punire nemo debet in discussa causa 73.f
puritas fit per verbum dominicum 351.c
pusillus grex quis,& quare 19.b

Q

Quæstiones curiosæ vitãdæ. 145.d
quæstiones etiã pueriles proponẽtes a doctoribus suscipiendi 54.a
quæstuarii doctores taxantur 292.c
quietem requirunt orationes. 104. d
quis pro nullus 347.c
quomodo,incredulitatis verbum 274.c
quies corporis in hac vita nõ inuenitur 191.c

R

Raab figura ecclesiæ 3.b
Rachel sepultura 7.f
raptor est qui non miseretur proximo 74.c
rarę nisi sint res, etsi maximę conténuntur 152,d
ratio lux nostra 258.d
ratio & natura lex dicitur naturalis 259.d
rebelles Romani crucifigebant 379.a
recipere 213.a
reddere Cæsari quid 231.b c
redimi Israel quid sit 251.b
regibus in templo aliquid agere non licet 59.f
regibus similes ambulare debemus, quia Christi.id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

vncti vocamur 131.f
Regnãtis dei in nobis modi duo 175.f
Regina Austri quid signet 182.c
regnum dei quod, & quando deus regnare dicit 217.d
regni filii 21.b
regnum cœlorum quid 11.f 90.e
regnum dei 197.b
regnũ dei, resurrectio 77.c
vita euangelica 90.c
regnum mortis quãdiu duraverit 238.b
regnum cœlorum quomodo appropinquat. suscipientibus & nõ suscipientibus apostolos 174.d
relinquẽda quomodo omnia, & quæ 54.d
reliquias ciborum ab aliis nobis appositorũ auferre non debemus 107.c
remittere peccata cuius sit. 317.b
Reprehensionis exemplar. 299.a
reprehensio vtilis, si rite fiat 18 f.
Requiescendum aliquando a laboribus 103.d
res maximæ ni sint raræ, contemnuntur 152.d
respiscite, aliter intelligendũ dictum a Iohanne, aliter a Christo 90.d
respõdere maligne interrogãtibus non oportet 60 a
resurrexisse in morte Christi multos iterum morituros. 84.c
resurrectio. 77.c 127.f & 238.b
resurrectio duplex 301.a
resurrectio quid 121.f
resurgere in iudiciũ quid sit, & q in id inducẽtur 277.b
resurrectio ex mortuis, & corporum incorruptio humanæ naturæ data per Christum 300.b
resurrectionis cur sæpe dominus meminerit 301.c
Resurrectionis propter spem fideles mori non dicuntur. 359.c f
resurrectionis sacramẽtũ magnum & difficile Ibidem f
resurrecturum Christum Iudæi vñ sciuerũt. 344.d.e.f
resurrectio regnũ dei & quare, vide regnum dei
Resurrectionis Christi hora incerta 388.a
Rhaca quid 14.d
Rhama quid 7.f
rubi igniscentis miraculum quo referatur 295.c d
Rhut figura ecclesiæ 1.b
rete trahentes qui sunt, qui illorum socii 154.c
retia laxare ibidem
Romanorum principatus virilis 334.b
Romanorũ magistratus σπεκουλάτορες vocantur 236.c
Romanis quo Iudæi traditi. 333.b

Sabbatum

Sabbatum profanabãt pharisæi 30.c
Sabbato vacandum lectioni. 30.c
Sabbato ne se loco moueant Iudæis præcipitur 85.c
Sabbatum quid interpretetur 64.f & 120.b
Sabbatum Iudæi omne festũ nominabant 156.f
Sabbatum & Sabet 220.f
Sabbatum colere, est malorũ abstinentia 289.f
Sabbatum tota manu soluentes, Iudæi reprehendũt christum 324.f
Sabbata Iudei dies hebdomadæ appellitant 387.d
Sabellii error, tres personas vnam esse docẽtis, eandẽq; tria nomina habere nugantis 56.d & 158.c d
Sabellii error filium patri cõ substãtialẽ negãtis 374.d
Saccus 89.e
Saccus, pœnitentiæ & luctus symbolum 29.d
Sacculus & pera qd insinuẽt. 240.c
Sacerdotio corã deo soli mũdi fungantur 137.c d
Sacerdotes licet sint indigni, tamen gratia per eos operatur 171.f
Sacerdoti se ostẽdere, qũo intelligendũ. 200.c 154.f
Sacerdotiũ veteris legis ablatum 80.d
Sacerdotes & monachi sua ꝓ missa negligunt, ideo meretrices & publicani iis meliores 60.b
Sacerdotes negociatores. 232 f
Sacerdotes etsi mali, honorãdi 340.c
Sacerdotes & angeli cooperatores Christi 339.d
Sacerdotes Iudæorũ remitendi potestatẽ peccata nõ habent 317.d
Sacerdotum dignitas quanta 386.d.e
Sacrificium iuge 214.a
Sacrificia vetera, figuralia. 373.f
Sacrilegi, quarum sunt partiũ 342.c
Sadducæi qui & vnde dicti. 9.a
Sadducæi hæretici erãt. 121.d
Sadek, iustitia 9.a
Sal qui sunt 113.c
Salome Ioseph filia 84.f
Salome quid. 255.b
Salus ex Iudæis qũo intelligatur 283.c
Salus hominum, vt est voluntas dñi, maioris faciẽda à cõcionatoribus q̃ cibus corporalis 286.a
Salutare quẽpiam per viã curiosi à Christo prohiberentur. 174.a
Salus nõ humana virtute metienda, sed diuina 54.c
Salutem fideliũ pater christo concredidit 349.e.f
Salutatiões Mariæ omnis natura susscepit 383.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

saluari, in mente & voluntate nostra situm est, habita electione dei ad bonum 305.a 342.f
saluare, solius dei est 332.f
saluatorũ ordines tres 206.f
non saluãdorum ordines tres 90.d.164.c
samaritani qui, & vnde dicti 25.c 216.f 280.f
samaritan⁹ cur ĩ exẽplũ proximi inducitur 177.b
samaritanus cur Christus dictus 229.b c
samaritani, Assyrij 216.f
samaritani quomodo Christũ colant, & quòd iudæis probiores 283.b c
samaritana nicodemo prudẽtior 282.f
samosateni error patrem hominẽ asserentis 293.a
samuelis generatio 260.d
sanctum quodnã dicatur 332.f & 373.f
sanctas vestes contingere nihil prodesse sine fide 24.a
sancti pro vinculo corpus habent 146.b
sancti quomodo fulgebunt, q pro Christo passi 46.c f
sancti licet pro nobis orent, nos tamen pro nobis petentes magis exaudimur 42.f
sancti, gloria dei sunt 341.d
Sancti, oues: peccatores vero, hœdi 73.c
sancti vt in paradiso esse dicãtur 248.d e
sanctorum delicta quare scripta 130.f
sanctorum felicitas nondum consummata 248.b.c.d
sanctus & sanctitas 143.c
sanctus quilibet lux dici potest, non lux illa 259.b
sanctitas & iustitia differunt. 143.c
sancti inuidia non laborant 56.b
sanctificatio corporis & sanguinis 109.c
sanctorum intercessio quatenus 42.f
sanctorũ animæ in manus patris nũc ascendunt 133.. b
sanctificatio duplex, animæ & corporis 109.c
sanctificatio rectorũ dogmatum seruatio 373.c
sanguinaria herba ad statuã Christi nascens &c. 24.a
sanguinis christri communio nẽ accedẽs qualẽ affectum habere debeat 386.a
sanguis veteris & noui testamenti, 127.f
sanguinem flere aut sudare, 241.f
sapientes mundi 29.f
sapiens quid 175.d
sarraceni discĩcti incedũ 18.f
satanas 109.a
satietas iustorum 12.f
satis est, vt intelligatur 241.b
scandala fieri necesse est, sed non vt nos perdant 50.c
scandalum insipientium vulitati proximi posthabẽdum 200.a

Scandali necessitas non absoluta, sed ex mala voluntate 214.c
Scandalorum authores pharisæi 214.f
sciens voluntatem domini & non faciens, plus punietur. 193.b
sciẽtiã Christi habẽs, omnia habet 37.b.c
scientiæ scripturarum vtilitas 15.b
Scientia de deo non corporalis est aspectus 357.b
scenopegia quæ 306.b
scorpii 175.c
scortatio & mœchia differũt. 15.a
scortatoribus væ 241.d
scribæ qui 6.a
scriptores elegantissimas literas pueris præscribunt. 352.a
scripturę persecutatione nihil vtilius, quia illudere nõ potest 151.a. 116.c
scripturæ diligens perscrutatio curanda, non defunctorũ spectra 213.f
scribi in cælis quid 175.d
scriptura Hebræis sublata, & collata nobis 213.f
scriptura sacra qua ratiõe inuenta 1.b
scripturæ proprietas ĩ dictione domus 199.c
scriptura spiritualiter non literaliter diiudicãda. 304.c
scripturæ lectio non saluat nisi adsit fides 294.c.f
scripturæ in spiritusancto intelliguntur 328.d
scripturæ ostium sunt intratu ris ad deum 328.c
scriptura regula fidei 311.c
scriptura omnis lex. 332.f & 346.c
scripturis non vtens quis est. 328.b.c
scripturam non esse mendacẽ probatur 347.b.c
seculi futuri status 248,b.c
sedere super duodecim sedes quid. 55.a
sedere à dextris 116,c
sedere & item stare, cuius sit. 239.d
seipsum occidere, diabolicum est 315.d
semẽ genitale quomodo trãsformetur ĩ embryõe. 260.c
semper bene faciendum 9.b
semitæ 89.b
senator 133.f
senatoribus & diuitibus Ioseph exemplo est 133.f
septem malitiæ spiritus 33.c
septem dona spiritus ibidem
septẽ pro multis. 163.f.181.e
septenarius numerus spirituſãcti symbolũ 107.c.134.f
septies pro sæpius 215.c
sepultura Christi, vnguẽti effusione quomodo præsignata. 76.a
sepelire apud Lucã nono cap. quid significet 172.f
sermo fidei, gladius 27.c
sermo sine operibus vanus. 92.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sermo dei quare fermento comparatur 197.d
Sermones scripturarū, ianua & ostium 329.a
Sermo humiliatus mendacium sequitur, veritatem liber 326.d
sermonem Christus ad auditorum imbecillitatem attemperat 349.a 361.c
sermones dei non solū audire sed & facere oportet 302.a
sermonis diuini omnes aduersarii cadent 375.f
serpentis prudentia 25.f
Serpentis exaltati & crucis Christi comparatio pulchra. 275.e f
serui vltra non simus, sed liberi & filii per fidem 317.c d
seruilis obedientia 362.a b
seruitus grauior quæ sit. 171 B C.
sicera quid 317.b c
sycima prædiū Iacob. 281 c
sicut, de patre filioq; cū dicit, æqualitatē indicat 373.d
sidon quid 43.a
si forte, proprietas in scripturis 230.b
signum primum quod fecerit Christus 271.c
signorum operatio dilectionē dei nō arguit 20.a b
Siloa figura christi est. 323.d
Simeon, sacerdos non erat. 146.a
Simones tres 25.b
Simon, obedientia. 83.a. 131.f 268.c
Synagoga prophetarum patria 152.c
in synagoga cur Christus potissimum docuit. 303.c
sinus Abrahæ 213.c
sinus maris Ibidem
sinus patris quid 263.d
σίγμα 62.a
si vis, Christo tantum conuenire 20.c
societatis vtilitas 102.a
socrus Petri sanatur 91.c d
sol tētationē significat. 34.d
solicitudine excæcari mentē. 18.a
solicitudo quid 189.c
solicitudo infidelitatē arguit 18.a
solicitudo aliud, aliud operatio 199.c
Solitarii maxime tentantur 150.f
solitudinis cōmoditas ad mystica 375.c
Solomonis sapientia quæ fuerit 182.d
Solomonis templum quot annis sit extructum 273.a
solutio & ligatio quatenus 51.b
σῶμα quasi σῆμα 160.c
somor mons 280.e
σωτὴρ, saluator 139.c
spectra non miranda, iisq; nō credendum 213.f
spinæ & tribuli qui 19.f
spiritualia quærenti, dantur etiam corporalia 18.d e
spiritum nos prius reddimus, deinde caput inclinamus: Christus
Christus autem cōtra fecit 383.e
spiritus sanctus cur columbæ specie repræsentatur 10.c
spiritu pauperes 12.e
in spiritum sanctum peccare. 32.c d 187.a
spiritus immundi 91.b
spiritus sanctus sapiētiæ fons 110.d
spiritus vnus omnes euangelistas mouit 255.d
spiritus & animæ discrimen 141.d
spiritus malitiæ eiiciendus vt inhabitet Christus 163.f
in spiritu quādo simus. 192.f
spiritualis quis 281.b
ad mensuram operationem spiritus ōnes accepim⁹ præter Christū &c. 279.c
spiritum sanctum a filio procedere negat Theophylactus cum Græcis antiquis, &c. ibidem.e
spiritus, filii quomodo esse dicatur Ibidem.c d e
spiritus ante pentecosten & mortem Christi quomodo nō datus fuisse intelligatur 311.e f
spiritus sancti donū ante christum glorificatum nō erat largum, & quare ibidem.c
spiritus sancti quomodo procedere propriū sit. 365.d e
spiritus ministratorii innumeri. ibidem.
spiritus sanctus a patre per filium hominibus datur. ibi.
spiritum sanctū & filius mittit ibidem.
spiritus sancti aduētus triplicis vtilitatis causa 367.a
spiritus operationes in quib⁹ apparent ibidem.c
spiritus sanct⁹ nihil aliud docet q̄ quod Christus ibi.f
spiritus sanctus nō est minor filio 368.c
spiritus sanctus quicquid suggerit, a patre & filio habet. Ibidem
spiritus sanctus cur posterius venerit ibidem
spiritus sancti gratia aqua viua 382.a
spōsus est solus Christus, docentes pronubi 279.a
stater 49.c
stare coram filio hominis qd 235.f
statuam erexit mulier profluuio sanguinis liberata 24.a
status post hanc vitam qualis 248.c
stella quam magi viderūt, angelica fuit virtus 5.f
στρατηγοὶ, qui, & quodnam eorū officiū. 236.c & 243.a
strenui nomen quale 135.f
stridor dentium quid 62.f
studiosi Christum sequūtur, ignaui suis locis desident. 295.f
studiosis datur nosse mysterium regni, aliis non. 34.e
stultitia 105.e
in sublime tolli qd sit 189.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſubditi principibus quid debeant 231.c.d
ſubſtantia patris & filij vna quõ intelligenda 357.d
ſuccincti lumbi quid 160.d e
ſudare ac flere ſãguinẽ 241.f
ſudor Chriſti ibidem
ſumma haud exigenda ab his qui nuper ad fidem adducti ſunt 75.e
ſuperbia 105.e
ſuperbia quam ſit pernicioſa 220.c
ſuperbire, dæmonum opus 350.a
ſuppliciorum gradus 21.a
ſupplicium maximum, eſſe extra lucem 276.f
ſuppliciũ æternũ etiã pro peccato non diuturno 190.b c
ſuſpicio, malorũ radix 158.e
ſycaminus arbor 215.f

T

Tabithacumi 101.b.c.56.d
Talentũ quis duplicat 72.e
Tangere veſtẽ Chriſti 100.f
Templa propter nos inhabitat deus 67.f
Templum cur latronum ſpelunca factum 119.a
Templo dei qui eiiciuntur 119.a.b
templo non ſemel eiecti negociatores 272.c
Templum Hieroſolymorum funditus euerſum 123. c d
quot annis extructum fuerit 273.a
temporalium non omnino, ſed ſpiritualium habenda cura 299.b.c
temporalia cõtemnenda, nec pro his cum fratribus contendendum 15.a.313.b.c
temporalia omnia, vaſa dicũtur 218.e
tẽporariũ peccatũ cur ppetua pœna mulctetur 290.b.c
temporibus oportunis, & accommodis deus omnia facit 310.c
tenebræ exteriores 74.d
tenebrarum princeps, diabolus 361.f
tentationes nos coronant 75.f
tentationes tres 11.c
tentatio per ſolem intelligitur 20.d
tentationibus nos non temere iniicere debemus 78. d 90.c
tentatio declarat qualis quiſque ſit 34.d
tentationes quum vincimus, à deo eſt 376.b
tentationes continuis precibus ſuperari 78.f
tentationum capita tria 151.b
tẽtationum genera duo 179. d 242.c
non intrare in tẽtationẽ quid ibidem.b
tẽtari cur nos ſinit deus 298. a b & dein.
ternarii numeri vis 78.f
terrena ſapientes, tribus terræ dicuntur 70.a
Terrenis non adhærendum. 69.a

terræmo-

terræmotum ſcriptura in rerum alteratione ponit 84.d
teſtimonia chriſti tria, Iohannes, opera, pater 294.a
Teſtimonium Iohannis Baptiſtæ quare tam crebrò aſſumat euangeliſta de Chriſto 262.a
Teſtamentum nouum gratia item & veritas appellatur 263.a.358.f
teſtamenti veteris & noui idẽ legiſlator 375.d.e
teſtimoniũ chriſtus de ſe dare & nõ dare quomodo intelligendus 294.a.b
teſtamẽtum vetus, figura: nouum, veritas 273.a
thamar ſcortum, & cur eius potiſſimum meminerit Euang. 2.f
Theophylacti precatio 123.a
eiuſdem adhortatio 227.d 270.f
theologia turris vineæ 61.e
θεοτόκος Maria quare dicta 327.e
theudas & Iudas quare occiſi 63.b
theſaurus eccleſiæ quis 232.f & dein.
thimiamatis altare 137.d
thomas vere ĩcredul⁹ 290.e f
thus, aurum, myrrha, quid ſignificent 7.a
tibiæ nuptiales quæ 24.a
timendus quis ſit 185.e f
timẽtibus dominum nulla eſt penuria 206.b c
timor, pietatis & reuerentiæ eſt augmentum 171.b
Timor, periculorum cauſa 21.f
tyrus quid 42.a
titulus trilinguis quid ſignificet 247.e
titulus crucl quare ſuprafcriptus 373.f
tonitrui filij 95.f
pro torcularibus pſalmi Dauidis 306.a
Totum deo tribuendum 378.b
trabs & feſtuca in oculo. 18.f
tradita Chriſto omnia à patre quomodo 30.a
tradendo ſe Chriſtus diſcipulis, immolauit ſe 86.b
transfiguratio quid 47.b
transfigurari Chriſtum qui videant 46.e
transformatio quomodo 109.f
tribus terræ 70.a
tributum debemus præcipib⁹ &c. 251.a.b c
triduanus Chriſtus quomodo 86.b
trigeſimus annus, perfecta ætas 10.b.150.b
trinitatis declaratio 140.b
trinitatis vna gloria 347.f
in Triade diuina vnus & nõ tres dij 333.b.c
trinitas ſancta credentibus benefacit, non ſolus pater 301.e
Triſtitia affici, non eſt imple re mandatum 358.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tu dicis, quomodo intelligẽ dum 379.f & dein.
tunicas dilacerãdi mos. 130.c
tunica quid 16.a
tunicam dare quid ibidem
tunica inconsutilis 384.c
turbationum remedia sunt attentio & oratio 235.c.d
turpiloquos taxat 32.f
turturum natura 145.f

V

Vado, quid significet. 310.f
Vasa fortis 96.c
Valentini hæresis, Christũ iuxta apparentiã tantũ extitisse nugantis 261.f
Vaporibus pascuntur dæmones 91.b
vę diuitib⁹ huius seculi. 157.f
Velociter prædare, quid. 5.b
Velum templi quid 84.c
Velut, quid significet. 28e.b
Vendentes & ementes nõ semel eiecit Christus. 272.b
Venire ad Christũ per patrẽ quomõ intelligẽdũ. 304 d.e
venter pro corde 311.d
Ventilabrum quid est 9.e
Veracem deum reddit, q credit verbo 279.b
Verbũ qui fiat 264.b.c
verbum quid sit 256.b
Verbum sum, cui conueniat. 321.b
Verbũ dei quomodo audiendum 35.f
verbum dei audiẽtes, in filios dei adoptantur 260.f
Verbi diuini aggrauationes. 351.d
Verba mea in vobis manere quid significet 363.a
Verba, id est facta 145.b
verbum dei, iuxta consumés. 193.b.c
verbum dei, lumẽ in tenebris 158.c
verbi dei virtus magna 375.c
Verbi dei prædicatio multis parabolis ostenditur. e.f & 34.a.b.c
Verbum dei suscipientiũ & eõ seruantiũ tres ordines. 98.a
verbo & doctrina laborantes quandoque quiescant à laboribus 103.d
Verbo dei aduersarij cadent. 375.f
Verbi donum opus habet labore, & amplius à doctoribus exigitur. 211.b.c
verbi diuini impedimẽta quę 351.d
verbi dei prędicatio plotionẽ pedũ significatur. ibidem.c
verbũ dei, causa cõdemnationis non attendenti. 245.d
verbũ duplex, quorũ neutrum quadrat in filiũ dei. 256.f
veritas illuxit, & vmbrę legis transierunt 154.c.d
veritatẽ sequitur simplex turba & fuci nescia, legisperitorum autem nemo 61.c
veritate plenus quomodo dicatur Christus 300.a.b
Veritas, fidei basis 279c
veritatis excellentia ostenditur, 379.c.f & 380.a.b.c.d
Vermis conscientiæ non moriens. 113.b
Vertibile animal homo. 305c
vespera sabbatorũ, & profundum crepusculũ dilueuli, & valde mane, idem 85.f
vestes exuendæ 351.d
vestimenta rũpere quid. 80.c 84.c
vestis animæ, caro 118.c
vestem Christi tãgere. 108.f
veste vna per omnẽ vitã vsus est Iacob⁹ frater dñi. 129.e
veteris legis & euãgelicæ promissionũ differẽtiæ. 276.c
vetus testamentum figura, nouum veritas. 263.a 358.f
via euangelium dicitur. 8.e
Via 89.c
viæ domini 143.d
via salutis non humana infirmitate metienda, sed diuina virtute 241.e.f
vices siue hebdomadæ Salomonis 136.f
videre filium dei, requies maxima 374.e.f
videri Christ⁹ an possit, & an angeli illũ videant. 263. b.c
vigilantia & oratione effugimus mala 235.e.f
vigilare quid 71.a.b
vigilandum & orandũ. 125.f
vigiliæ noctis iuxta militarẽ disciplinã distributę. 40.c
vigilia secunda & tertia quid intelligendæ 191.c
vigilandum quomõ. ibidem
vinctũ vnum cur Iudęi dimittere solebant 380.c
vindicãtis & miserẽtis dei in scriptura appellatiões. 201d
vindictæ cupiditas quantum malum 52.d
vindicta nõ sumenda. 158.c
vinea quę, & eius cultores. 229.f.
vineæ turris, theologia. 61.a
viperarum progenies quare Iudæi dicti. 9.b 32.f 148.f
vires animæ nostræ tres sunt. 64.b
virginitatis virtus paucorum est, & à solo deo datur. 53.f
virginitas nuptiis pferẽ. 54.a
virginũ locus in tẽplo. 67.d
virgines fatuę quę 72.a
virgines immisericordes cum scortis eiicientur 71.f
viri cur soli in scriptura numerantur 297.a
Virtus absque deo perfici nequit. 20.b.c
virtus nominis christi etiam per ĩdignos operatur. 171.f
virtus oĩs, mediocritas. 95.b
virtus quomodo à Christo egreditur 100.f
virtutum vertex, inimicorum dilectio 16.a.b
Virtus ardua ac difficilis. 148.d
nos ad Virtutem aliquid conferre. 240.e
virtus proximi nihil mihi pderit in iudicio 72.b
virtutes ob vanam gloriam, mercedem vbi accipiant. 16.d.e
virtute etsi quis prædituꝰ, indiget tamen vt à deo cure-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. 362.d.e
Visio prophetarum 2.a
visiones quando diuinæ, & quando diabolicæ. 137.d
vita ꝑsens quare nox & dies dicatur 323.a
vmbræ legis trãsierũt, & veritas dei illuxit 154.c
vitæ amans 241.c.345.a.b
vita nihil hominib⁹ suauius. 303.d.e
Viuere vt dicatur Christus. ibidem.c
vita nostra debet, esse regalis & libera 131.f
vitam cãmque ꝓternam dare, dei est 329.c.d
vita præsens mari, futura litori comparatur 393.c
vitæ mutationem impossibilẽ nõ esse, contra Manichæos 239.b
vlcisci quomodo nos debeamus de inimicis 319.e
vna sabbatorum 220.f
vnum & primum idem. ibidẽ
vn⁹ è duodecĩ. 126.f 236.c.d
vnctio post lotionem. 17.e
vnctionis efficacia. 226.d
vnctionis Mariæ magdalenæ mysteriũ 76.a 341.b.c.d.e
vnctionis institutũ. 102.c.d
vnigenitus & primogenitus christus 5.c 276.c
vocatio apostolorũ secunda. 90.f
voluntatem nostram deus vel punit vel coronat 16.d
voluntas dei, salus hominũ. 286.a
voluntate qui nõ adiuuatur, etiamsi à deo assumitur, nõ percipit vtilitatem 304.e
voluntas mala quàm damnosa. 305.c.d 381.c
voluntas nostra nos perdit & saluat, facta electiõe à deo. 305.c.d
Voluntates duę ĩ xpo 241.e.f
volũtatẽ dei qs faciat. 308.c
votum quid 17.b
Vox, spũs inarticulat⁹. 264.c
vox Christi Lazarum suscitantis. 238.f
vsque, perpetuitatis vox. 88.b
vsura 193.b
vt, nõ semper causæ, sed & euentus significatiuum est. 36.f.334.d 347.b
vulpes qui 21.e
vxor & parentes quomodo relinquendi 115.f
vxoris vtilitas ibidem.

Z

Zabulon 11.d
Zacharias quis, & quare inter templum & altare occisus. 67.c.d.& 184.b
Zacharias 137.a
Zacharię silentiũ quid. 138.e
Zache⁹ quare filius Abrahã 224.e.f
Zares 2.f
Zizania quæ 36.f
Zona pellicea quid 89.e
Zorobabel non in Bethleem natus, vt Iudæi interpretantur, sed Christus.

FINIS.

Theophylacti

ARCHIEPISCOPI BVLGARIAE, A in euangelium Matthæi Enarratio: Interprete Ioanne Oecolampadio.

QVemadmodũ magni illi atque diuini viri, qui ante datam Mosi legem vixere, nõ ex literis & libris discebant, sed munda præditi mẽte, spiritus illustratione illuminabantur atque in hũc modum, deo ipsis ore ad os colloquẽte, quę deo placita erant, cognoscebant. Tales se præstabant Noe, Abraham, B Iob, Moses. At postquam deteriores facti sunt homines, & indigni, qui à spiritu sancto illustrarentur & docerentur, cõcessit tandem misericors deus & scripturas, vt vel per illas, diuinæ voluntatis essent memores. Ita & Christus apostolis coram in sua persona locutus est, & spiritus sancti gratiam misit doctoris. Verum, quoniã hæreses pullulaturæ erant, quæ mores nostros depascerẽtur, operæprecium visum est, vt scriberentur & Euangelia, quo discentes ex illis veritatem, non ab hæresium mendacijs deciperemur, moréque nostri non prorsus pessundarentur. *Cur euan gelia conscripta.*

Quatuor autẽ Euangelia nobis dedit, fortassis ideo, quia quatuor virtutes vniuersales ex eis discimus, fortitudinem, prudentiam, iustitiam, & temperantiam: Fortitudinem quidem, quum dicit dominus, Ne timueritis eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt: Prudentiã verò, quando admonet, Estote prudentes, vt serpentes: Iustitiã autem, quando docet, Sicut vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite eis: Temperantiam quoque, quando affirmat, Omnis qui aspexerit mulierem, vt concupiscat eam, iam mœchatus est in corde suo. Euangelium dicitur, eò quòd nuntiet nobis res prosperas, & bene se habentes, hoc est bonam: nempe remissionem peccatorum, iustitiam, reditum in cœlos, adoptionem in filios dei. Nuntiat autem, quòd facile & gratis *C quatuor virtutes. Ibidem. Mat. 10. Mat. 7. Mat. 5. Euãgeliũ quid. Nota diferẽtiam meritorũ & gratiæ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D & gratis hæc accepimus, neque noſtro labore aſſecuti ſimus hæc bona, neq; ea ex noſtris acceperimus bonis operibus, ſed gratia & miſericordia dei talia bona conſequnti ſimus.

Secundam Matthæum. Quatuor ſunt Euangeliſtæ, quorum duo, Matthæus & Ioannes, ex numero & choro duodecim ſunt: Marcus vero & Lucas, ex ſeptuaginta. Erat autem Marcus diſcipulus & comes Petri, Lucas vero Pauli. Igitur Matthæus omnium primus ſcripſit Euangelium Hebraico idiomate ad eos, qui ex Hebræis crediderant, poſt octo annos aſſumpti in cœlos Chriſti. Porrò Ioãnes hoc ex Hebraica lingua in Græcam, vt ferunt, interpretatus eſt. At Marcus poſt decẽ annos aſſumpti Chriſti, ex ore Petri edoctus, ſcri-
E pſit: Lucas autẽ poſt. xv. annos. Deniq; Ioãnes poſt triginta duos annos. Referunt enim, quòd poſt mortem illorum ſuperſtiti allata fuerint tria Euangelia, vt videret ea atq; iudicaret, num illa vere conſcripta fuiſſent. Ioãnes autem, & ipſe ampliorem veritatis gratiam ſortitus, adimpleuit quæcunq; ab aliis prætermiſſa fuerant, & quæ ſuccinctus alij dixerãt, ipſe fuſius in ſuo Euangelio tradidit. Cæterũ Theologi nomen obtinuit, eo quòd alij nullam fecerũt memoriam quod verbum dei extiterit ante ſecula, de quo ipſe diuine prodidit, vt ne putetur verbum dei purus homo, hoc eſt, abſq; deitate eſſe. Matthæus enim de ſola ſubſtantia Chriſti in carne diſſerens, ad Hebræos ſcribebat, quibus ſufficiebat diſcere quòd ex Abraham & Dauid natus eſſet Chriſtus. Nam qui
F ex Hebræis crediderit, contentus eſt, ſi certior fiat, ex Abraham & Dauid natum eſſe Chriſtum. Iam quid dicis, an non ſufficiebat vnus Euãgeliſta? Audi, ſufficiebat quidem, ſed vt vberius veritas monſtraretur, quatuor conſeribere permiſſi ſunt. Nam quum videris quatuor, qui non in vnum locũ conuenerunt, neque conſederunt ſimul, aliis & aliis in locis vitã egiſſe, & de eiſdem rebus quaſi ex vno ore ſcripſiſſe, non admiraberis Euangelij veritatem: ſed fateberis, quòd ex ſpiri-
De cõcordia euãgeliſtarum. tu ſancto loquuti fuerint. Et ne mihi dicas, quòd non conſonent in omnibus. Vide enim, in quibus diſſonẽt: num ille dixit, Natus eſt Chriſtus, alius autem dicit, non? Abſit. Cõcordes enim ſunt in his, quæ magis neceſſaria & præcipua. Igitur ſi in præcipuis nõ ſunt diuiſi, quid miraris, ſi in minimis videantur variare? nã hæc de cauſa, quòd non in omnibus conſonant, magis vera loquuntur. Alioqui ſuſpecti haberi potuiſ-

ſent, quòd inter ſe conſediſſent, & habito conſilio mutuo ſcripſiſſent: nunc autem quum quod prætermiſit hic, ſcripſit ille, hæc ſola eſt cauſa quare variare videantur. Et hæc quidem ſic ſe habent. Nos autem ſeriem contextus aggrediamur.

CAPVT. I.

IBER. Quam ob cauſam non dixit, viſio, vel ſermo, ſicut prophetæ, qui ſuos libros ſic inſcripſerũt? Viſio quã vidit Eſaías, & ſermo qui factus eſt ad Eſaiã. Quæ-
I. ris ut diſcas quare? Prophetæ loquebatur B ad duros corde & inobedientes, & ideo dicebant, Diuina eſt viſio, & ſermo eſt ex deo, vt timeret populus, & nõ cõtemneret dicta. Matthæus autem ſermonem habebat ad credulos, gratos & obedientes, & propterea nihil tale prædixit, quale prophetæ. Poſſem autem & aliud dicere, quòd prophetæ mẽte videbant ea quæ videbant, ſpiritu ſancto apparitionem faciente, & propterea viſiones vocabant. Matthæus autem non mentaliter, & per apparitionem Chriſtum vidit, ſed corporaliter cum eo fuit, & ſenſibiliter audiit eum videns eum in carne: & idcirco non dicit, viſio quam vidit, hoc eſt, apparitio, ſed, liber generationis Ieſu. *Ieſu.* Nomen Ieſu non eſt Græcum, ſed Hebraicum, & interpretatur Saluator. Ieſua C enim ſalus apud Hebræos dicitur. *Chriſti.* Chriſti dicebã *Chriſti* tur reges & ſacerdotes. Inungebantur enim oleo ſancto à *qui dicẽ-* cornu quod ſuperponebatur capiti, & diſtillabat. Dicitur *bantur.* igitur dominus Chriſtus, & ut rex, quia contra peccatum regnauit: & vt ſacerdos. Obtulit enim ſemetipſum ſacrificium pro nobis. Inunctus autem eſt & ipſe oleo illo vero & præcipuo, nempe ſpiritu ſancto. Quis enim alius habuit ſpiritum, vt dominus? In ſanctis gratia ſpirit⁹ ſancti efficax fuit, in Chriſto autem non operabatur gratia ſpiritus, ſed Chriſtus cum ſpiritu conſubſtantiali operabatur miracula. *Filii Chriſt⁹ ſi* Dauid. Quia dixerat Ieſu, ideo ne putes q; de alio Ieſu di- *liusDauid* cat, adiecit, filij Dauid. Erat enim & alius Ieſus celebris, qui *Pſal. 133.* poſt Moyſen ducatũ populi Iſrael ſuſcepit & militauit, ſed is fili⁹ Nane dicebatur, nõ Dauid. Fuitq; ante Dauid multis ſeculis: nec fuit ex tribu Iuda, de qua deſcẽdit Dauid, ſed ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

D alia. *Filii Abrahæ.* Quare apposuit Dauid, filij Abrahæ? Quia apud Iudæos celebrior erat Dauid, & posterior fuit Abrahamo, regnóq; clarior. Nã inter reges ipse prim⁹ deo placuit, & promissionem accepit à deo, quòd ex semine suo surrecturus esset Christus, eapropter omnes Christum filiũ Dauid dicebant. Et seruabat Dauid verum typum Christi. Sicut enim ipse post Saul reprobatum à deo & odibilem, regnauit: ita & Christus postquam priuatus est Adam regno & principatu, quod habebat in omnia tam animantia & dæmonia, incarnatus venit & regnauit. *Abraham genuit Isaac,* Ab Abraham incipit genealogiam, eo quòd ipse pater Hebræorũ fuerit, & quòd ipse primus acceperit promissiones: quoniam in semine eius benedicendæ essent omnes gentes. Decenter autem ab hoc Christi generationẽ recensẽt. Christus enim est semen Abrahæ, in quo benedicti sumus omnes qui ex gentibus, quique prius eramus maledicti. Abraham autem interpretatur pater gentium: Isaac vero risus, gaudiũ. Non meminit autem Euangelista filiorum Abrahæ ex concubinis, vtputa Ismaelis & aliorum, eo ꝙ Iudæi non ab illis descenderunt, sed ab Isaac. *Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.* Vides quòd propter hoc memor fuerit Iuda & fratrum eius, quòd ab ipsis duodecim tribus descẽderint. *Iudas autẽ genuit Phares & Zaram de Thamar.* Thamarem Iudas desponderat vni filiorum suorum Her: illo autem sine liberis mortuo, sociauit eam Onan, qui & ipse filius eius: extincto autem & hoc propter malitiam suam, Iudas nulli eam copulauit. At ipsa desiderans ex semine Abrahæ prolem, depositis vestibus viduitatis, vestẽ sumpsit scorti, & quasi scortum esset, rem habuit cum socero suo, concepitque ex eo duos pueros gemellos. Porrò quum pareret, primus manum præmisit ex vtero, quasi primum proditurus, & obstetrix coccineo funiculo protinus extentam pueri manũ signauit, quo dignosci posset vt primogenitus: sed puer manũ statim corripuit intra vterum, & alius prior natus est. Deinde ille qui manũ præmiserat, vocatus est Pharez *my*res, quod est dissectio: dissecuit enim naturalem ordinem. *sterium.* Qui autem corripuit manum, Zara dictus. Significat autem hæc historia sacramentum quoddam. Nam sicut Zara ostẽdit quidem primum manum, & retraxit: ita in sanctis qui erant ante legem & sub circũcisione, apparuit vita Christiana.

Quare ab Abraham genealogiã exordiatur.

Gene. 25 29. 30. 36.

Pharesꝫ Zarez

Genes. 12.

na. Omnes enim illi non ex obseruationibus & mandatis legis iustificati fuerunt, sed quia euangelicam vitam vixerũt. Et obserua quomodo Abraham patrem & domum propter deum reliquit, & naturam obnegauerit. Cõsidera Iob, Melchisedech. Vbi autem lex venit, cõtracta est talis vita. Quẽadmodum autẽ illic nato Phares, posterior iterum exijt Zara: ita lege data, iterum apparuit, quæ coccineo fasciculo, nempe sanguine Christi signata fuit. Propterea & Euangelista memor fuit duorum, quasi declarans natiuitatem illorum sacramentis plenam. Et aliter dicere potes: Memor est Thamar, tametsi non laudanda videatur, eo quòd dormierit cum socero: vt ostendat, quòd Christus quum susceperit omnia propter nos: & hoc susceperit, vt tales habeat progenitores: immò vt per hoc ipsum quòd ex eis natus est, eos sanctificaret: non enim venit vocare iustos, sed peccatores. *Phares autem genuit Esrom, Esrom autẽ genuit Arã, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naasson, Naasson autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz ex Rachab.* Rachab putant quidam Raab scortum, quę exploratores Iesu Naue susceperit, seruauitque suos, & seruata est etiam ipsa. Mentionẽ autem facit eius, vt declaret quòd sicut ipsa scortum fuit, ita & gentium congregatio. Fornicabãtur enim in studiis suis, sed susceptis exploratoribus Iesu, apostolis inquam, omnes qui illorum crediderunt sermonibus, saluati sunt. *Booz autem genuit Obed ex Ruth.* Ruth hæc alienigena fuit, coniuncta autem Booz: ita & ecclesia ex gentibus alienigena existens, & a testamentis extraria, oblita autem populi sui, & cultus simulacrorum, & diaboli cui iuncta erat, nupsit filio dei. *Obed autem genuit Iesse, Iesse autem genuit Dauid regem, Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.* Hic quoque eius quę fuit Vrię, mentionem facit: vt doceat quòd nemo debeat erubescere propter progenitores, sed dare magis operam virtute sua illos clariores efficere: & quod omnes accepti sint deo, etiam si è scorto nati, modo virtute sint pręditi. *Salomon autem genuit Roboam, Roboã autem genuit Abia, Abia autem genuit Asa, Asa autem genuit Iosaphat, Iosaphat autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Ioathan, Ioathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam, Ezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Iosiam, Iosias autem genuit Iechoniam &*

Rut. 4. *Raab figura ecclesiæ.*

1. Para. 2 Ruth. 4.

Ruth figura ecclesiæ.

Propter parentes nõ erubescendum.

2. Re. 12

1. Para. 3

2. Pa. 36

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *fratres eius in migratione in Babylonem.* Migrationem in Babylonem, vocat captiuitatem quam tulere abducti simul in Babylonem. Et alias quoque belligerati sunt Babylonij, sed mediocriter eos afflixerunt: tunc autem ipsos à patria sua migrare fecerunt. *At post transmigrationē in Babylonem, Iechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autē genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliachim, Eliachim autem*
1.Para. 3 *genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achin autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matthan, Matthan autem genuit Iacob, Ia-*
E *cob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, ex qua natus est Iesus, qui*
Quare genealogia Ioseph & nō Mariæ ponitur. *uocatur Christus.* Quare genealogiam Iosephi narrat? quæ enim communio Iosephi, & partus sine semine nati? neque enim vere erat pater Christi Ioseph, vt à Ioseph Christi genealogia censeatur. Audi igitur, quòd vere neque communionem habet Ioseph cum natiuitate Christi, sed oportebat
Num.36. eam propter genealogiā matris dei censeri. Verum quia lex erat, mulierū genealogiā nō ponere, propterea non virginis genealogiā ponit, sed posita genealogia Iosephi, & huius genealogiā posuit. Erat enim lex, nō ducendā vxorē ex aliena tribu, neq; ex aliena familia, hoc est cognatione, sed ex sua cognatione & familia: atq; adeo quia talis erat lex, manifestū ꝙ & Iosephi genealogia posita genealogiā colligat matris dei. Nā ex eadem planè tribu & familia erat mater dei.
F Nam si non fuisset, quomodo fuisset ei desponsata? Atq; ita obseruauit Euangelista legem præcipientē non ponendam mulierū genealogiā, & nihilominus genealogiā matris dei posuit. Virum autē Mariæ nominauit eū, iuxta cōmunem cō suetudinem. Etenim mos est sponsum adhuc procum agentem, virum dicere sponsæ, etiam si nondum habitæ sint nuptiæ. *Omnes igitur generationes ab Abraham usq; ad Dauid, quæ tuordecim: & a Dauid usq; ad migrationem in Babylonem, generationes quatuordecim: & a migratione in Babylonem usque ad Christum generationes quatuordecim.* In tres ordines distribuit generationes, vt monstret quòd Iudæis nihil profuerit, licet iudicibus fuerint subditi vsq; ad Christum, & quòd opus habuerint vero & iudice & rege ac sacerdote, qui est Christus. Nam postquam defecerunt reges, venit Christus secundum
Quo quatuordecim prophetiā Iacob. Vbi autē sunt à demigratione Babylonica vsq; ad Christum generationes quatuordecim, quū tredecim tantū

tantum personæ reperiantur? Si quidem in genealogia mu- A
lier recenseretur, possemus & Mariam connumerare, & com *generationes, ubi*
plere numerum: nunc autem mulierem diximus od genealo- *giam non pertinere. quomodo igitur dicitur hoc? Dicunt tantū tre-*
quidam quòd & demigrationem posuerit ceu personæ or- *decī per-*
dinem occupantem. Christi vero natiuitas sic erat. *Nam sponsæ,*
ut desponsata est mater eius Maria Iosepho. Quare deus per- *Quare ma*
misit vt ipsa desponsaretur, & omnino suspicionem daret ho *ria despō*
minibus quasi cognosceret eam Ioseph? vt haberet in aduer- *satur.*
sis curatorem: nam hic in fuga in Aegyptum curam eius habuit, & seruauit eam. Est & alia causa, vt lateret diabolum: & propterea desponsata est. Diabolus enim quum audisset quòd virgo vterum gereret, obseruauit virginem. vt igitur deceptor decipiatur, desponsat semper virginem Mariam: & figura quidem fit coniugij, non autem res ipsa. *Priusquam* B
conuenirent ipsi, inuenta est uterum gerens ex spiritu sancto. Con- *Conuenire pro cō-*
uenire hic significat congressum. Priusquam enim congre- *gredi, uel*
derentur, concepit. Vnde & Euangelista obstupescit, & cla- *coire.*
mat: Inuenta est, quasi de re quadam admirabili dicens. *Ioseph autem uir eius, quum esset iustus, & nollet eam traducere, no-* *An Ioseph*
luit clā dimittere eam. Quomodo erat iustus Ioseph, quū lex *iustus no-*
præceperit adulteram traducere, hoc est denunciare & pu- *lens dimit*
nire: ipse autem adumbraturus peccatum, & præuaricaturus *tere ma-*
legem, eā dimittere voluerit? Soluitur autem hoc, quia pro- *riam.*
pter hoc quòd iustus fuit (nolebat enim crudelis esse) præ
multa benignitate, misericordia eam prosequebatur, ostendens se superiorem lege, & iam super legalia mandata vi-
uentem. Deinde quia & ipse cognouit de spiritu sancto eam C
concepisse, propterea noluit traducere & affligere eam, quæ
de spiritu sancto, non ex adultero conceperat. Vide enim
quid dicat, quoniam inuenta est in vtero habens: A quo
inuenta est? à viro, hoc est, innotuit quod ex spiritu sancto concepit. Vnde clam voluit eam dimittere, & non audebat habere vxorem, quæ tantam habebat gratiam. *Hæc*
autem ipso cogitante, ecce angelus domini in somno apparuit ei,
dicens. Quum angeretur iustus, angelus ei astitit, dicens eum quid faciendum. In somno autem apparet ei.
Nam angelus quidem pastoribus vt agrestibus manifeste
locutus est, huic autem vt iusto & fideli per somnum.
Quomodo autem non crediturus esset, quum angelus

 doceret

Universidad de Deusto
Biblioteca

D doceret eum de iis quæ ipse animo versabat,& de iis quę nul
li dixerat?Nam quum ipse cogitaret,& non loqueretur,astit
it angelus. Merito igitur credidit ex deo esse. Dei enim
est scire quæ non effamur. *Ioseph fili Dauid.* Filium Dauid
eum dixit,in memoriam reducens quod prædictum erat fu
turum Christum ex semine Dauid. Et hæc dicens, admo
nuit vt non discederet: sed cogitaret Dauid, qui promissio
nem acceperat de Christo. *Ne timeas.* Ostendit hic quòd
metuerit habere eam,ne forte offenderet deum, vti adulte
ram fouens.& aliter,Ne timeas,hoc est,tu quidem times ad
iungi illi, quia ex spiritu concepit, sed ne timeas. *Accipe.*
Hoc est,domi & intus tene. Cogitatione enim & mẽte iam
amandauerat eam. *Mariam uxorem tuam.* Hoc dicit. Tu
E quidem fortasse putas adulteram esse: ego autem tibi dico,
quòd vxor tua sit:hoc est, quòd à nullo vitiata, sed tua sit
spõsa. *Quod enim in ea natum,ex spiritu sancto est.* Non enim
solum libera est ab illicito coitu, sed & diuiniore quodam
modo concepit, & propterea rectius gaudere debes. *Pariet
autem filium.* Vt ne quis dicat, & vnde tibi credam quod ex
spiritu sancto est? dicit de futuro quod paritura sit filium.
Nam si de hoc verum dixero,manifestum quod & hoc quod
ex spiritu sancto,verum est.Non dixit autem,pariet tibi,sed
simpliciter,pariet.Non enim peperit illi,sed toti orbi:neque
illi soli gratia facta est, sed in omnes effusa est. *Et uocabis
nomen eius Iesum.* Tu vocabis, vtpote pater, & curam ge
rens virginis.neque suspiceris Ioseph quòd quia à spiritu est
F conceptio, virginem ideo dimittere debeas adiutorio desti-
Iesus saluator & deus. tutam, sed ministrabis ei in omibus. *Hic enim saluabit popu
lum suum.* Hoc loco interpretatur quid significet Iesus,nem
pe saluatorem. Ipse enim, inquit, saluabit populum suum:
non solum Iudaicum,sed & gentilem,qui credere & fieri po
pulus eius non addubitauerit. Quomodo autem saluabit?
num ab hostibus? minime, sed à peccatis suis, vnde manife
stum,deum esse qui nascetur. Solius enim dei est ignoscere.
Esaiæ. 7 *Hoc autem totum factum est, ut adimpleatur quod dictum est a domi
mino per prophetam dicentem.* Ne putes,quod nuper hæc pla
cere inceperint deo,sed superiorib⁹ seculis,& ab initio. Scis
enim ô Ioseph prophetã: vtpote in lege doctus. Et animad
uerte quòd dictum est à domino. Non autem dixit, dictũ ab
Esaia,sed à domino. Non enim homo loquutus est, sed deus
per os

per os hominis,vnde fide dignum oraculum est. *Ecce uirgo* A
prægnans erit. Dicunt Hebræi, quod non habeatur in pro
pheta virgo,sed adulescentula. Ad quòd dicendum quod in
scriptura idẽ sit adulescentula & virgo. Adulescentulã enim *Esaiæ te-*
nominat incorruptam,quoniã nisi peperisset virgo, quomo- *stimonium*
do futurum erat signum & admirabile? Audi enim Esaiã di- *de uirgi-*
cẽtem: Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Et sta- *nis partu*
tim addit, Ecce virgo &c. Alioqui si nõ pareret virgo, signũ cõtra Iu-
non esset. Deprauant igitur Hebræi sua malitia scripturam, *dæos.*
& pro virgine adulescẽtulam ponunt. Igitur siue adulescen-
tula vocetur,siue virgo, omnino virginem intelligere opor-
tet,vt & hoc sit miraculum. *Et pariet filium,& uocabũt nomen
eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum deus.* Dicũt Hebæi, B
Quomodo igitur non vocatus est Emanuel, sed Iesus Chri-
stus? Dicendum itaque quòd non dixit vocauit,sed vocabũt,
hoc est,opera eius demonstrabunt eum deũ esse,& nobiscum
conuersari. Diuina enim scriptura ex operibus imponit no-
mina,sicut quum dicit: Voca nomen eius,velociter prędare. *Velociter*
Et vbi vocatus est tali nomine? Quia simul vt natus est domi *prædare.*
nus,direptus & captiuus abductꝰ est error. sic dicitur nomi-
natus esse ab opere appellatione inuẽta. *Excitatus autem Io-*
seph a somno,fecit ut iniunxerat sibi angelus domini. Vide animũ
alacrem,quomodo statim obedierit. *Et accepit uxorem suam.*
Continuo eam nominat vxorem Ioseph,eiiciens malam su- *Donec ad*
spicionem,& docens quod nõ alterius,sed illius fuerit vxor. *significet*
Et non cognouit eã,donec peperisset filium suũ primogenitum. Hoc *Gene. 8.*
est, nõ habuit vnquàm rem cum ea. Hoc enim loco verbum, *Mat. 28.*
donec,non hoc manifestat,quod non cognouerit eam vsque C
ad partum,postea autem cognouerit, sed omnino nunquàm
eam cognouerit. Hoc enim habet scripturæ proprietas. Sic
quum dicit,nõ reuersus est coruus in arcam,donec aresceret
terra,neq; enim postea rediit. Sic & alio loco, Vobiscum sum
vsq; ad cõsummationẽ seculi: igitur post cõsummationẽ non
erit nobiscum? Et quomodo? Tũc enim multo magis erit. Sic
igitur & hoc loco,donec peperisset,intelligas,hoc est,neque
ante partum, neque post partum cognouit eam. Quomodo
enim contigisset sanctã illam,postquàm ineffabilem partum *Christus*
cognouisset? Filiũ suum primogenitũ,nõ quòd alio quodam *primoge-*
nato dicat eum primogenitũ,sed simpliciter vt primum & so *nitus & uni*
lum natum. Christus enim & primogenitus est,vt primo na- *genitus.*
tus &

Universidad de Deusto Biblioteca

D tus: & vnigenitus, vt non habens alium fratrem. *Et uocauit nomen eius Iesum*. Ostendit hoc loco obedientiam Ioseph. quia quæcunque dixerat ei angelus, fecit.

CAPVT II.

Vum autem natus esset Iesus in Bethlehem Iudææ.

Bethlehē Q Bethlehem interpretatur domus panis, Iudæa autem cōfessio. Fiat igitur, vt nos nunc per confessionem fiamus domus panis spiritualis. *In diebus Herodis.* Meminit Herodis, vt tu discas quòd defecerunt à tribu Iuda reges & principes, & necessario venit Christ⁹. Herodes enim non erat Iudæus, sed Idumæus, Antipatri filius ex vxore Arabe. Quum defecissent principes, expectatio gētium venit, sicut Iacob prædixit. *Regis.* Erat enim & alius Herodes Tetrarcha: & propterea ponit dignitatem regis. *Ecce Magi ab oriente uenium in Hierosolyma.* Quare Magi veniunt? In condēnationem Iudæorum. Nam quum Magi, homines cultui Idolorū dediti, crediderūt, quā postea defensionē prætexēt Iudęi? Et alia causa est, vt gloria Christi magis effulgeat testimonium perhibentibus Magis, qui plus aduersarij erāt deo, & obnoxij dæmonibus. *Ab oriente.* Et hoc ad condēnationem Iudæorum pertinet. Illi enim per tantum spatium venerunt: Hebræi vero Christum, quem apud se habebant, persequuti sunt. *Dicentes, Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?* Ferunt illos Magos fuisse ex Balaam cōiectore progenitos.

Herodes unde.

E

Gen. 49.

Magi qua re ueniāt

F Nam vt inuenerūt oraculum illius, Orietur stella ex Iacob, intellexerunt mysterium Christi, & idcirco natum adire voluerunt. *Vidimus enim stellam in oriente.* Quando audis stellam, ne talem putes illam, quales videmus, sed diuinam virtutem & angelicam in figura syderis apparētem. Nam quoniam astrologi Magi erant, propterea dominus familiari eos signo adduxit, sicut Petrum piscatorem à multitudine piscium ad nomen Christi venatus est, & stupescere fecit. Quod autē angelica virtus fuerit stella, manifestū ex eo, quòd & in die refulserit, & ad motum Magorum se mouerit, & ad quietem eorum quieuerit. Quin & à septētrionali parte, quę est Persidis, ad meridiē, in qua est Hierusalem, mouebatur. Nūquam autem stella à septētrione ad meridiem vertitur. *Et uenimus, ut adoremus eum.* Videntur hi Magi magna virtute præditi. Nam qui in aliena regione adorare voluerunt, quomodo non

Num. 24

Stella fuit angelica uirtus.

Lucæ. 2.

non in Persida in ipsa magna libertate prædicauerunt? *Herodes autem rex ut audiuit, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.* Herodes quidem turbatus est, vt alienigena, regno suo timens. sciebat enim quòd illo indignus esset. Iudæi autem quare turbantur. oportebat enim gaudere potius, quòd rex suus à Persicis regibus adoraretur. sed reuera insipiens possessio est malitia. *Et congregatis omnibus pontificibus & scribis populi interrogauit eos, ubi nascatur Christus.* Scribæ erant doctores populi, quales sunt quos nos dicimus grammaticos. Singulari autem dei dispensatione interrogantur illi, vt confiteantur veritatem, & ex hoc condemnentur, quòd illum crucifixerunt, quem prius confessi sunt. *At illi dixerunt, in Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam.* Per quem prophetam? Per Micheam. ille enim dicit. *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda.* Contempta enim erat, vtputa parua: nunc autem quia ex ea prodiit Christus, celebris est. Omnes enim ex finibus terræ veniunt, & sanctam adorant Bethlehem. *Ex te enim egressus est dux.* Egressus est, inquit, non in te manebit. & bene. Non enim mansit Christus in Bethlehem, sed ex ea postquàm natus est exiet, & in Nazareth frequenter cōuersatus est. Dicūt autem Iudæi quòd hoc prædictum sit de Zorobabel, sed mētiuntur manifestè. Etenim Zorobabel nō in Bethlehē natus est. Vide enim nomē eius Zoro, significat semē & natiuitatē Babel aūt Babylona, hoc est, q nat⁹ vel genitus est in babylone. Sed & propheta manifeste arguit eos, dicēs: Egressus ei⁹ à principio, à diebus ęternitatis. Cui⁹ aūt alterius egressus sunt ab initio, & à diebus æternitatis quàm Christi? qui duos egressus habuit, hoc est natiuitates. Nā prima eius natiuitas, ab initio fuit à patre, secunda autē fui à diebus seculi, principium sumens à matre dei, quæ in tempore fuit. Dicant igitur Iudæi, num zorobabel ab initio fuerit? sed non habent quod dicant. *Qui pascet populum meum Israel.* Pascet dixit, non tyrannidem exercebit, vel deuorabit. Alii enim reges, non pastores, sed lupi sunt: Christus autem pastor, sicut ipse dicit: Ego sum pastor bonus. Populum Israel dicit, tā eos qui ex Iudæis, q̄ qui ex gentibus crediderūt. Israel enim interpretatur, vidēs deū. Vnde omnes deū vidētes, Israelitæ sunt, etiāsi ex gētib⁹ nati sunt. *Tūc Herodes clā uocatis Magis.* Clāculo illos vocauit propter Iudęos. Suspicabatur

A

Scribæ.

B

Mich. 5.

Matth. 2

Mich. 5.

C

Christus pastor.

Iohan. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dcabatur enim ꝙ Iudæi fortassis puerũ facturi essent magni,
& curaturi, vt seruét eũ, vtpote liberatorem suũ, & propter-
ea clam insidiatur. *Diligenter quæsiuit ab eis tempus stellæ quæ*
apparuit. Hoc est, accuratè didicit. Stella enim ante q̃ na-
tus esset dominus, apparuerat Magis, quoniam multum tẽpo
ris in iter insumpturi erãt, ideo multo ante apparuit stella.
Adorant eum adhuc in fasciis iacentem. Aliqui autem di-
cunt: quòd cum Christo nato apparuerit stella, & Magi per
biennium venerunt, & non in fasciolis inuenerunt puerum,
neque in præsepio, sed in domo cum matre bimum. Sed tu
priorem sententiam vt meliorem habe. *Et missis eis in Beth-*
lehem, dixit, ite, & diligenter inquirite de puero hoc. Nõ dixit
de rege, sed de puero: neque enim nomẽ ferre poterat: demõ
E strans quantũ cõtra illũ insaniret. *Vbi uero repereritis, re-*
nunciate mihi, ut & ego ueniam, & adorem illum. At illi audito re-
ge, profecti sunt. Ipsi cum dolo carerent, putabant & illum
absque dolo loqui. *Et ecce stella quam uiderant in oriente, præ*
cessit eos. Occulta erat ad paruũ tẽpus stella singulari dis-
pensatione, vt Iudæos interrogarẽt, & turbaretur Herodes,
manifestiórq; fieret veritas. Vt autem ipsi egressi sunt à Hie
rusalem, iterum apparuit ducens eos. Vnde manifestũ, quòd
stella erat virtus. *Donec progressa staret supra ubi erat puer.*
Et hoc rarum. Descendit enim stella à summitate, & terræ
propior facta, ostendit eis locum. Nam si ex summitate ap-
paruisset, quomodo certiores fieri potuissent de loco in quo
F esset Christus? Stellæ enim multum locum comprehendũt.
Vnde tu supra domum tuam vides lunam forte, & ego eam-
dem video non nisi supra domum meam, & vnicuiq; videtur
stare non nisi supra domum suam lunam vel aliam stellam.
Vnde & illa stella non demonstrasset Christum, nisi descen
disset, & quasi supra caput pueri stetisset. *Visa autem stella,*
gauisi sunt gaudio magno ualde. Quod nõ aberrassent, sed in-
uenissent quod quærebant. *Et ingressi domum, inuenerũt puer-*
um cum Maria matre eius. Mox quidem vt natus fuit, recli-
nauit virgo puerum in præsepiũ. nõ enim inuenerant domũ.
Verisimile autem est postea eos inuenisse domũ, vbi & Ma-
gi inuenerunt eos. Ascenderant enim in Bethlehem, vt recẽ-
Luc. 2. serentur illic, sicut & Lucas dicit. Multa autem concurren-
te multitudine vt censeretur, non habebãt ad tempus domũ,
sed in spelunca natus est: deinde inuenta domo, visus ibi est

à Magis

à Magis dominus. *Et quum procidissent, adorauerunt illum.* A
Vide animæ illustrationem. Pauperem videbant, & adora-
bant. Multis enim argumentis didicerant quod esset deus,
ideo & ei offerunt munera vt deo, & vt homini. Audi enim.
Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei dona, aurum, & thus, & myrrham. Aurum quidem obtulerunt ei, vt regi. Aurũ enim *Quid per*
subditi regibus pendunt. Thus autẽ, vt deo. Deo enim thus *aurũ thus*
adolemus. Myrrham vero, vt degustaturo mortem. Nam Iu *& myr-*
dæi cum myrrha mortuos sepeliunt, vt corpus maneat incor *rham.*
ruptum. Myrrha enim quum sicca sit, arefacit & exsiccat hu
miditatem, & non sinit innasci vermes. Vides Magorum fi-
dem, quod & à propheta Balaam didicerunt dominum &
deum & regem esse, ac pro nobis moriturum. Audi autẽ pro Nu. 24.
phetam, Quum recubuerit (inquit) requiescet vt leo. Ecce re B
giam dignitatem per leonem significat, mortalitatem autẽ
dum ait, quum recubuerit. Qui benedicũt te, benedicentur:
ecce & deitatem. Sola enim dei natura hanc benedictionis
virtutem habet. *Et oraculo accepto in somnis, ne reflecterentur*
ad Herodem, per aliam uiam redierunt in regionem suam. Vide
consequentiam, primum deus illos ad fidem per stellam ad-
duxit: deinde quum venerunt in Hierosolymam, docuit eos
per prophetam, quòd in Bethlehem nascatur: & tandẽ per
angelum. Et illi obediunt oraculo, hoc est diuino colloqo.
Oraculo igitur accepto, & apparitione à deo habita, impo-
suerunt Herodi, & non timuerũt ne forte se insectaretur, sed
confisi sunt virtute nati, veríque testes fuerũt. *Digressis au-* C
tem illis: ecce angelus domini in somnis apparet Ioseph dicẽs. Surge,
& accipe puerum & matrem eius. Vidisti quã ob causam per-
miserit deus desponsari virginem? Hic enim apparet quod à
deo factum, vt diligentem eius curam Ioseph gereret. Non
dixit autem, accipe vxorem tuam, sed matrem eius. Nã quo
niã suspicio soluta fuit, & iustus per miracula in partu, pro-
bauit ex spiritu esse omnia, non vltra vxorem eius illam no-
minat. *Et fuge in Aegyptum.* Fugit & dominus, vt creda-
tur ꝙ reuera homo sit. Nam si in manus incidisset Herodis,
& non fuisset occisus, opinati fuissent incarnatum eũ appa-
renter. In Aegyptum autem fugit, vt & illã sanctificet. Duæ *Babylõ & Aegyptꝰ*
enim sunt regiones omnis nequitiæ officinę, Babylon vide- *officinæ*
licet, & Aegyptus. Babylonem per magos suscepit adoran- *malorũ.*
tem: Aegyptum autem sua præsentia sanctificauit.

Et esto

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Et esto illic, donec dicero tibi.* Esto pro eris illic, donec à deo iussus fueris. Oportet enim nos nihil facere præter diuinã voluntatem. *Quæsiturus enim erat Herodes puerum, ut perderet illum.* Vide incogitantiam hominis, qui laborat vt diuinam vincat voluntatem. Nam si quidem nõ est ex deo, quid times? sin ex deo est, quomodo perdes puerum? Ille autẽ accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptũ,
Osee.11. & fuit illic vsque ad obitum Herodis: vt impleretur quod dictum est à deo per prophetam dicentem, Ex Aegypto vocaui filium meum. Dicunt Iudæi, quod propter populum dictum sit hoc, qui ex Aegypto per Moysen eductus sit. Dicimus itaque, & quid nouum, quod per figuram dictum est de populo, impletum autem vere in Christo? Deinde quis est
E filius dei? populus ne, qui adorauit idolum Beelphegor & sculptilia, an qui re vera est filius dei? *Tum Herodes ubi nidit sibi illusum fuisse à Magis.* Sicut deus illusit Pharaoni per
Exod.1. Moysen, sic Herodi per Magos: quoniam & Herodes & Pharao puericidæ erant. Pharao masculos Hebræorum pueros in Aegypto occidit, Herodes autem in Bethlehem.

Iratus est enim (inquit) uehementer, & misit ac interfecit omnes pueros qui in Bethlehem & omnibus confiniis eius à bimatu & infra, iuxta tempus quod percontatus erat à Magis. Ostendit irã contra Magos, qui in nullo offenderant. Quare autem permissi sunt pueri occidi? Vt ostendat Herodes suam malitiã. Sed forte dices mihi, Et quid hoc? Nunquid vt osteudatur illius malitia, ideo iniuria fieri debuit pueris? Audi igitur
F quod non iniuria affecti sunt, sed coronas meruerunt. Omnis enim qui malum aliquid patitur, vel patitur vt peccata dissoluat, vel vt coronæ augeantur, sicut & illi pueri magis coronati sunt. *Tunc impletum, quod dictum est à Hieremia pro-*
Hierc.31 *pheta dicẽte.* Vt ne quis putet quod inuito deo facta sit puerorum interemptio, ostendit quod prænouerit & prædixerit. *Vox enim, inquit, in Rhama audita est.* Rhama locus fuit Palæstinæ excelsus. nomen enim hoc excelsum significat:
Rhama. fuitque in sorte tribus Beniamin, qui fuit filius Rachel. Rachel autem sepulta fuit in Bethlehem. Dicit igitur prophetа Bethlehem Rachel, eo quod in illa sepulta fuit Rachel: fletum autem & ploratum auditum fuisse in excelso. Audi igitur prophetam, *Lamentatio & ploratus, & fletus multus. Rachel plorans filios suos.* Hoc est Bethlehem.

Et noluit

Et noluit consolationem admittere, eo quòd non sint. In hac vita A non sunt, quia animæ sunt immortales. *Defuncto autem Herode.* Amara morte periit Herodes. febri, & dysenteria, & scabie, & podagra, & putredine verendorũ, generatione vermium, & spirandi difficultate, & tremore & cõtractione mẽbrorum malam absoluit animam. *Ecce angelus domini in somnis apparet Ioseph in Aegypto, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & uade in terram Israel.* Non dicit fuge, sed vade: timor enim nullus erat. *Mortui enim sunt quærentes animam pueri.* Vbi Apollinarius est, qui dicebat dominum nõ accepisse animam? hinc enim arguitur. *Vigilauit autem ille, & accepit puerum & matrem eius, & uenit in terram Israel. Verum quia audiuerat quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode*
patre suo, timuit illuc abire. Tres filios reliquit Herodes, Phi- B lippum & Antippam & Archelaum. Archelaum regem, alios autem tetrarchas esse iussit. Timuit autem Ioseph in terram Israel abire, hoc est in terram Iuda, eo quod Archelaus similis patri suo erat. *Oraculo autem accepto in somnis, secessit in partes Galilææ.* Galilæa non erat terræ Israel, sed Gentilium, vnde & Iudæi sicut abominationem illos videbant.

Ac profectus habitauit in ciuitate quæ dicitur Nazareth. At quomodo Lucas dicit quod postquam natus fuit, impleuit *Luc.2.* quadraginta dies, & à Simeone gestatus est, descenderit dominus in Nazareth: hoc autem loco, quod post reditum ex Aegypto venerit in Nazaret? Discc igitur, quòd quæ filuit matthæus: dicit Lucas. Vt exempli gratia aliquid dicam, Postquam natus est. impleuit quadraginta dies, deinde de- C scendit in Nazareth: hæc dicit Lucas. Matthæus autem dicit post hæc, quod fugerit in Aegyptum, deinde venerit ab Aegypto in Nazareth. Non dissident ergo inter se. Nam Lucas dicit descẽsum à Bethlehem in Nazareth: Matthæus autem postea reditum ab Aegypto in Nazareth. *Vt impleatur quod dictum est per prophetas, Nazareus uocabitur.* Et *Iudæorã ob ne-*
quis propheta hoc dixit, non inuenitur nunc. Per negli- *gligẽtiam*
gentiam enim Iudæorum multi libri desiderantur, & ob *plurimi*
continuas captiuitates fortassis absque scriptura hoc di- *desiderãtur libri*
cebatur apud Iudæos. Significat autem Nazaræus, sancti- *ex sacris.*
ficatus. Igitur quoniã sanctus Christus, recte dicitur Nazaræus. Sanctus enim Israel à multis prophetis vocatur dñs.

Cap. III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT III.

IN diebus illis. Non quum dominus esset puer, & in Nazareth habitabat, sed simpliciter sic inquit, vt in tempore illo, quod est ante seculum, quod nũc. *Accessit Iohãnes Baptista.* Propterea missus est à deo Iohãnes, vt argueret Iudæos, & psuaderet eis vt sua mala agnoscerent, Christumq̃ susciperent. Nam nisi quis sensum acceperit peccatorum, non venit ad pœnitẽtiam. *Missus igitur est Iohãnes in deserto Iudææ prædicans, & dicens, Resipiscite.* Arrogantes erant Iudæi, & idcirco cogit eos ad pœnitentiam. *Appropinquauit enim regnum cœlorum.* Regnum cœlorum dicit primum & secundum Christi aduentum, & virtuosam vitam. Quando enim in terra ambulamus, quasi in cœlo degentes absque affectionibus, regnum habemus cœlorum. *Hic enim est qui dictus est ab Esaia propheta dicente, Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius.* Via euangelium dicitur, semitæ autem legalia mandata, vt trita & vetera. Dicit igitur, Parati estote ad euangelicam vitam, & legis mandata recta, hoc est spiritualia facite. spiritus enim rectus est. Quando igitur videris Iudæũ carnaliter intelligentem ea quæ legis, dic quod ipse nõ faciat vias rectas, hoc est, non spiritualiter intelligat legem. *Ipse uero Iohannes habebat indumentum suum ex pilis camelorum.* Ad pœnitentiam hortabatur etiam habitu. lugubrem enim gerebat vestem. Dicunt autẽ camelũ mediũ esse inter munda & immũda animalia: nã quia ruminat, mundum est: quia autem vngulas non diuidit, est immundum. Iohannes autem quoniam ad deum adducebat populum Iudaicum, qui videbatur mundus esse, & gentilem, qui immundus, eratque mediator veteris & noui testamenti, idcirco ferebat pilos camelorum. *Et zona pellicea circa lumbos suos.* Omnes sancti introducuntur à scriptura cincti, veluti semper in opere existentes. Negligentes autem & delicati non cinguntur, vt nũc Sarraceni. Vel quòd affectiones concupiscẽtiq̃ mortificarunt. Pellis enim, mortui animalis pars est. *Cibus aũt eius erant locustæ, & mel agreste.* Quidam dicunt herbas esse locustas, quidam fructus agrestes. Mel autem agreste, quod à feris apibus conficitur, & in arboribus ac petris inuenitur. *Tunc egressa est ad illum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio undique finitima Iordanis, & baptizabantur confitentes peccata sua.* Tametsi baptizabatur, non tamen remissionem peccatorum habebat baptisma Iohannis, sed solam pœnitentiam prædicabat Iohannes, & ad remissionem peccatorum ferebat, hoc est ad Christi baptisma ducebat, apud quem remissio peccatorum. *Quum uidisset autem multos ex Pharisæis.* Pharisæus interpretatur abiectus & diuisus. Videbantur enim Pharisæi in vita & scientia separati esse, & excedere alios. *Et Sadducæis.* Hi neque resurrectionem credebant, neque angelum, neque spiritum: interpretantur autem iusti. Sedek enim iustitia. iustos autem seipsos nominabant. vel ab Hæresiarcha Sadok nominantur. *Venientes ad baptismum suum, dixit illis.* Non venerant bona mente, vt cæteri, & idcirco etiam reprehendit eos. *progenies uiperarum, quis submonstrauit uobis fugere à futura ira?* Durè eis loquitur, sciens peruersitatem illorum, tametsi aliquantulum laudet, dicens, Quis submonstrauit vobis? Admiratur enim quomodo hoc factum sit, vt tam mala natio vestra resipiscat. Progenies autem viperarũ vocat eos, eo quòd sicut illæ deuorantes matres suas nascãtur, similiter & illi, patres, hoc est magistros & prophetas occiderunt. A futura ira, gehennæ inquit. *Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ.* Vides quid dicat, quoniam non oportet solum fugere malitiam, sed etiam facere fructum virtutis. Declina enim, inquit, à malo, & fac bonum. *Et ne litis hac mente, ut dicatis apud uosipsos, Patrem habemus Abraham.* Hinc perierunt, quod in generositate sua confidebant. *Dico enim uobis, quod potest deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ.* Per lapides intelliguntur Gentes, è quibus multi crediderunt. Simpliciter tamen dicebat Iohannes, quod ex lapidibus possit deus facere filios Abrahæ. Erat enim & vulua Saræ lapis, propter sterilitatem, & nihilominus peperit. Excitauit autem deus filios Abrahæ ex lapidibus, quando multi videntes crucifixum, & ruptas petras, crediderunt. *Iam uero & securis ad radicem arborum posita est.* Securim vocat iudicium domini, arbores autem, singulos. Igitur qui non crediderit, iam succidetur excinditur, & in gehennam mittitur. *Omnis igitur arbor.* Etiam si ab Abraham descendat. *Non faciens fructum bonum.* Non dixit, quæ non fecit, sed non faciens: semper enim oportet fructum ferre. Nam licet heri misericors fuerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ris, hodie autem rapias, non bonus eris. *Exsecatur, & in*
ignem mittitur. Gehennæ scilicet. *Ego quidem baptizo uos in*
aqua ad pœnitentiam: qui autem post me uenit, fortior me est. Di-
xit eis, Facite fructum. Ostendit igitur quis fructus, nem-
pe credere in eum qui post se ventutus erat. Venit enim post
eum Christus. Nam sicut sex tantum mensibus posterior eo
erat: ita & iuxta manifestationem fuit posterior. Manife-
status est enim prius præcursor: deinde Christus, qui ab eo
Quid per calciamen ta. testimonium acceperat. *Cuius non sum idoneus calciamenta ge-*
stare. Per calciamenta autè intelligas duos descensus eius,
nempe eum qui è cælis in terram, & eum qui à terra in infer
num. Calciamentum enim est pellicea caro, & mortifica-
tio. Hos igitur duos descensus non potest portare præcur-
E sor, intelligere non valens quomodo facti sint. *Ipse uos ba*
ptizabit in spiritu sancto. Hoc est, inundabit vos largiter spi-
ritus sancti gratiis, quia meum (inquit) baptisma nō dat spi-
ritualem gratiam, sed neque peccatorum remissionem: ipse
autem & remittet vobis peccata, & spiritum liberaliter da-
bit. *Cuius uentilabrum in manu eius.* Non credatis quòd si
Ventila brum. baptizati fueritis ab illo, & deinde peccaueritis, ignoscat vō-
bis. Nam & ventilabrum habet, hoc est, iudicium & inqui-
sitionem. *Et repurgabit aream suam.* Hoc est, Ecclesiam,
Area ec clesia. quæ multos quidem habet baptizatos, sicut area omne quod
in agro cultum fuit: sed inter hos alii quidem sunt palea, hi
scilicet qui leues sunt, & spiritibus malitiæ agitātur: alii au-
F tem triticum, qui vtiles sunt, & alios pascunt doctrina & o-
pere. *Et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem com*
buret igni inextinguibili. Inextinguibilem illum ignem vo-
cat. Vnde nugatur Origenes quod futurus sit finis supplī
ciorum. *Tunc aduenit Iesus à Galilæa ad Iordanem, ut baptiza-*
retur ab eo. Iohannes autem prohibebat eum, dicens. Quum mā
dus esset, baptizatur, vt nos abluat: & vt ostendat vobis,
quod si baptizari volueritis, prius mundemini, vt ne inqui-
netis baptisma, postea facile in sordes relabētes propter ma-
lam consuetudinem. Prohibet autem eum Iohannes, vt ne
videntes illum putent quasi vnum ex multis ad pœnitenti-
am baptizari. *Mihi opus est, ut a te baptizer.* Opus enim
habebat præcursor à domino baptizari, vtpote ab Adam de-
scendens. Nam & ipse contraxerat ex inobedientia inqui-
namentum.

namentum. Christus autem purificauit omnes ipse munda- A
tus. *Et tu uenis ad me.* Non ausus fuit dicere, Et tu bapti-
zaris à me? sed, Et tu venis? Tam pius erat. *Respondit au-*
tem Iesus, & dixit, dimitte nunc. Nunc (inquit) permitte: erit
autem tempus, quo digna nobis erit gloria, licet nunc non
appareamus. *Si enim decet, ut impleamus omnem iustitiam.* Hāc Naturæ le
omittit illum. Legem vocat iustitiam. Maledicta est (inquit) gem perfe
nunc humana natura, quia legem non potuit perficere. Ego cere non
igitur quum impleuerim alia quæ in lege sunt, & desit hoc potuit.
vnum vt baptizer: ea propter quum hoc fecero, liberabo na
turam à maledicto. Hoc me decet. *Et baptizatus Iesus, sta-*
tim ascendit ab aqua. Christus quum triginta annorum esset, B
baptizabatur, eo quòd ætas illa peccata omnia in se accipit.
In prima ætate magna est insipientia. In secunda, quæ est
adolescentum, magna est flamma concupiscentiæ & iræ. in
virili autem amor opum regnat. Expectauit igitur hanc
ætatem, vt per omnes ætates impleret legem, & nos sancti-
ficaret. Statim ascendit ab aqua. Manichæi dicunt quòd cor
pus suum deposuerit in Iordane, iuxta apparentiam autem
aliud corpus monstrarit. Cōfutantur autem hic. Iesus enim
(inquit) ascendit: nō alius ascendit, sed is qui in aquam de-
scenderat. *Et ecce aperti sunt cœli* Adam illos clausit, per C
Christum autem aperiuntur: vt discas quòd quando bapti-
zaris, aperis eos. *Et uidit spiritum dei descendentem quasi co-*
lumbam, & uenientem super eum, & ecce uox è cælis dicens.
Descendit spiritus, vt testimonium perhibeat quod maior
sit qui baptizatur, quàm qui baptizat. Iudæi enim magni *Iohan. 5.*
ficabant Iohannem, at Christum non tantum curabant. Vi-
derunt autem spiritum omnes venientem super Iesum, vt ne
putarent quod vox dicens, *Hic est filius meus dilectus.* Pro-
pter Iohannem dicta sit, sed viso spiritu crederent quod pro
pter Iesum vox illa sit. (Quasi columbam) propter inno-
centiam & mansuetudinem, & quod mundissima sit colum
ba, & vbi fœtor est, ibi non maneat, sic & spiritus sanctus.
Et vt de Noe dicitur columbam nunciasse diluuii solutio- *Gene. 8.*
nem, ramum oliuæ afferentem: sic & hic spiritus sanctus
manifestat peccatorum solutionem. Illic ramus oliuæ, *Gene. 3.*
hic misericordia dei. *Hic est filius meus dilectus, in quo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *mihi bene complacitum est.* Hoc est, in quo requiescam, in quo placabor.

CAPVT IIII.

T Vnc *Iesus ductus est in desertum a spiritu.* Docens nos, quod post baptismum magis oportet expectare tentationes. Ducitur à spiritu sancto: nihil enim sine spiritu fecit. Ducitur autem in desertum, vt ostendat nobis quod diabolus tentet nos quando viderit solitarios, & non ab aliis adiutos. Oportet igitur nos nõ temere fidere nobisipsis.

Vt tentaretur a diabolo. Diabolus dicitur, quod accuset &
E infamet deum apud Adam. Dixit enim illi, Deus vos odit. & nunc virtutem apud nos calumniatur. *Et quum ieiunasset.* Ieiunauit: vt ostendat quòd magna armatura contra tenta-
Ieiunium. tiones sit ieiunium: sicut principium omnis peccati, deliciæ.

Diet quadraginta, & noctes quadraginta. Tot ieiunauit,
Exod.24 quot & Moyses, & Helias, quod si plures ieiunasset, visa fuit
3. Re.19 ses incarnatio eius fictitia & apparens. *Postea esuriit. Et quũ accessisset ad eum ille qui tentat, dixit:* Quando permisit naturæ, tunc & esuriit, vt daret occasionem diabolo accedẽdi & congrediendi secum propter famem, & sic prosternat & deiiciat eum, nobisque victoriã largiatur. *Si filius dei es, dic ut lapides illi panes fiant.* Audiuit vocem cælestem latro. Iterum videt eum esurientem, & dubitat adhuc, quomodo fi-
F lius dei esuriat, & ideirco tentat eum vt discat. Adulatur autem ei, putans se quid suffuraturum, dicendo, Si filius dei es. Iam rogas, Et quod peccatum erat, facere lapides panes? Audi igitur, quia audire diabolum in aliquo, peccatum est. Vide autem & aliud. Non dixit, vt lapis hic panis fiat, sed lapides: volens Christum ad superflua instigare. Esurienti enim vnus panis sufficit, & propter hoc Christus non audi-
Deut.3. uit eum. *At ille respondens, dixit: Scriptum est, Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo, quod egreditur per os dei.* Ex vo teri testamento est, Mosis enim sermo est. Nam & Hebræi cibati sunt manna, quod non erat panis, sed per verbum dei implebat omnem Hebræorum indigẽtiam, & fiebat om-
Manna. nia quæcũque comedere cupiebant. siue piscem, siue ouum, siue caseum concupiscebat Iudæus, illius gustum manna ei præbebat.

præbebat. *Tunc assumit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & A statuit eum supra pinnaculum templi.* Pars quædam tẽpli erat, sicut quæ apud nos dicuntur ἐξέδραι: videntur enim sicut alæ esse. *Et dicit ei, Si filius dei es tu, mittito te deorsum.* Scriptum est enim, Angelis suis mandauit de te, & *in manibus portabũt te, ne forte impingas in lapidem pedem tuum.* Si filius dei es tu, quasi hoc dicat. Ego non credo voci cælitus missæ: attamen tu, si filius dei es, ostende mihi. Quãuis filius dei erat, num o maledicte præcipitare debebat seipsum? Tuæ crudelitatis est, præcipitare dæmonio actos, dei autem saluare. Non scriptum est, In manibus portabunt te, propter Christum, sed propter sanctos, qui indigent angelico præsidio. Christus autem qui deus est, non opus illo habet. *Dixit illi Iesus iterum: Scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum.* Manifuete repellit eum deus, docens & nos mãsuetudine dæmones vincere. *Iterum assumit eum diabolus in montem excelsum ualde, & monstrat ei omnia regna mundi, & gloriam eius, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si procideris & adoraueris me.* Quidam putant montem excelsum valde, affectionem & studiũ in possidendis diuitiis, in quem conatur inimicus Iesum ducere, sed non recte opinantur. In sensibili enim forma apparuit ei diabolus. Cogitationes enim tales non habuit dominus, absit. Sẽsibiliter igitur ei mõstrauit in mõte omnia regna, ante oculos ea apparere faciẽs. Et hæc omnia tibi dabo, inquit. Mundum quasi suus proprius esset proponit præ superbia. Hoc & nunc dicit auaris, vt adorantes se omnia hæc habeant. *Tunc dicit ei Iesus, Vade post me Satana.* Scriptum est enim, *Dominum deum tuum adorabis, & illum solum coles.* Ibidem. Irascitur illi dominus, quando videt illum ea quę dei sunt sibi vendicantem, & dicentem, Hæc tibi dabo. vt propriaos inimici obturauit. *Tunc omittit illum diabolus, & ecce angeli accedebant & ministrabant ei.* Tres tentationes experGen. 3. tus est dominus, gulæ, vanæ gloriæ, & auaritiæ. Illæ enim *Tentatio-* præcipuæ sunt affectiones. Has igitur qui vicerit, alias *nes tres.* multo magis vincet. Vnde Lucas dicit quod omnem tentationem consummauerit, quandoquidem capita tentatio- *Luc.4.* num vicit. Proinde angeli ei ministrant: quo commonstratur quod & nobis post victoriam angeli ministraturi sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D omnia enim propter nos & fecit & monstrauit dominus,
Galilæa. quoniam ei vt deo angeli semper ministrant. *Quum audis-*
Capernaũ *set autem Iesus, quod Iohannes traditus esset: secessit in Galilæam,*
Zabulon *& relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum, quæ apud*
Nephtha lim. *mare in confinitis Zabulon & Nephthalim.* Secedit Iesus, docens nos ne temere periculis nos iniiciamus. Secedit autem in Galilæam, hoc est deuolubilem. Gentes enim in peccatis volutantur. Habitat autem in Capernaum, quod est domus consolationis. vt enim faciat gentes domum consolationis, descendit. Zabulon interpretatur nocturna, Nephthalim autem latitudo. Gentes enim & noctem habebant, & latitudinem in via: non enim per angustam viam ambulabant, sed per eam quæ in perditionem fert. *Vt impleatur*
Esaiæ. 9. *quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem, Terra Zabulon, & terra Nephthalim iuxta viam maris trans Iordanem Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est eis.* Viam maris pro eo quòd est ad viam maris sitam. Lux autem magna, Euangelium. Lex enim lux & ipsa erat, sed parua. Vmbra autem mortis, peccatum: similitudo enim & figuratio mortis est. Nam sicut mors corpus, ita & ipsa animam detinet. Orta autem est lux nobis. Non enim quæsiuimus illam nos, sed illa missa est nobis, quasi sequens nos.

Euangelii lux.

Ex hoc cœpit Iesus prædicare ac dicere. Ex quo tempore detentus est in vinculis Iohannes, cœpit prædicare Iesus. Expectauit enim Iesus, vt Iohannes prius de se testificaretur, & pararet sibi viam, qua venturus erat: sicut serui ante dominos præparant. Aequalis enim existens patri dominus, habebat & ipse prophetam Iohannem, sicut & pater suus. Deus habuit prophetas ante Iohannem, imò & illi patris sunt & filii. *Resipiscite, in propinquo enim est regnum cœlorum.* Regnum cœlorum est & Christus, est & vita virtutibus prædita. Quando enim quis super terram viuit sicut angeli, nonne cælestis est? atque ita in vnoquoque nostrum est regnum cœlorum, si angelicam vitam agimus. *Ambulans autem apud mare galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores.* Hi fuerunt discipuli Iohannis. Viuente autem adhuc Iohanne accesserũt Christum. Porrò vbi Iohannem viderunt

Regnum cœlorum.

viderunt vinctum, reuersi sunt ad piscatoriam, & sic veniens Christus piscatur eos, dicens. *Venite post me, faciamque uos piscatores hominum. Illi autem statim relictis retibus, secuti sunt.* Vide obedientes homines, statim secuti sunt. Vnde manifestum quod hæc secunda vocatio sit. Antea enim docti erant à Christo, deinde reliquerunt eum: nunc autem viso ipso, statim secuti sunt. *Et progressus inde, uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi filium, & Iohannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre suo.* Summa virtus est pascere patrem senem, idque iuste partis sumptibus. *Sarcientes retia sua, & uocauit eos.* Pauperes fuerunt, & quia non poterant emere noua, reparauerunt vetera. *At illi protinus relicta naui & patre suo, secuti sunt eum.* Apparet Zebedæum non credidisse, & propterea reliquerunt eum. Vides quando oportet relinquere patrem, nempe quando obstat virtuti & pietati. Hi autem vt viderunt priores sequentes Christum, merito secuti sunt, imitantes illos. *Et circumibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis illorum, & prædicans Euangelium regni.* Vt monstret quòd non contrarius sit legi, ingreditur in synagogas Hebræorum. *Et curauit omnem morbum, & omnem languorem in populo.* A signis incipit, vt credantur quæ docet. Morbus autem est diuturna mala valetudo, Languor vero temporarius, & deordinatio in corpore. *Et dimanauit fama illius in totam Syriam, & attulerunt ad eum omnes male affectos uariis morbis, & tormentis contractos, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos.* Non C petiit Christus ab aliquo qui adducebatur, fidem: nam isthuc ipsum à longe afferre, fidei erat. Lunaticos autem dicit dæmoniacos. Dæmon enim volens hominibus persuadere quòd stellæ maleficæ sint, obseruat luna quum integra est, & tunc insidiatur, vt videatur luna passionis & morbi causa, & infametur opificium dei, quemadmodum & Manichæi errant. *Et secutæ sunt eum turbæ multæ a Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis & Iudæa, & a regionibus trans Iordanem sitis.*

Morbus. Languor. Lunatici dæmoniaci sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D

CAPVT V.

T *Quum uidisset turbas, ascendit in montem.* Docet nos, nihil ad ostentationem facere. Ascendit in mõtem, quia docturus erat. docuit nos à media sedere turba, quando docendum. *Et quum sedisset ipse, accesserunt ad eum discipuli eius.* Aliæ quidem turbæ propter miracula, discipuli autem propter doctrinã accedunt. vnde postquàm curauit corpora, & fecit miracula, curat & animam: vt discamus quòd & animarum & corporum sit opifex. *Et aperto ore suo.* Quare additũ est, aperto ore suo? videtur quòd superfluat. Minime: docuit enim etiã non aperiẽdo os suum. Quomodo? per vitam & miracula, nunc autem aperiens os,
E docet. *Docebat eos, dicens.* Non tantum discipulos, sed & turbam. Incipit autem à beatitudinibus, sicut & Dauid à beatitudine incepit. *Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum cœlorum.* Primum modestiam & humilitatem animi ceu fundamentum iacit. Nam quoniam propter superbiam Adam cecidit, per humilitatem erigit nos Christus, quãdoquidem deus fieri sperabat Adam. Contriti autem anima, sunt pauperes spiritu. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient.* Qui propter peccata lugent, non propter temporalia. Lugentes autem dixit, semper & non semel, & non pro nostris peccatis tãtum, sed & pro peccatis proximorum. Consolationem vero accipient & hic. Qui enim luget pro-
F pter peccata, gaudet spiritualiter, & illic quoque multo magis. *Beati mites, quoniam ipsi hæreditatem accipiẽt terræ.* Aliqui spiritualem terram dicunt, cœlum videlicet: vérum tu & hanc terram intellige. quoniam enim putantur mites, despecti & inopes, dicit quòd hi magis omnia habeant. Mites autem sunt, non qui prorsus non irascuntur, tales enim insipientes sunt & insensati, sed qui iræ vim habent, cõtinent autem, & quando oportet irascuntur. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam illi saturabãtur.* Quandoquidẽ de misericordia dicturus est, ostendit primum seruãdam iustitiam, & eleomosynam non ex rapina dandam. Porro iustitia omni cum alacritate exercenda est, quod significat cum dicit: Esuriẽtes & sitientes. Quoniam autem anari quidam abundantes esse videntur, & saturati, dicit quòd iusti magis etiam hic satientur, quia propria secure possidẽt. *Beati misericordes, quoniam ipsi mi-*

ipsi misericordiam consequentur. Non in solis diuitiis est misericordia, sed & in sermone, & si nihil habes, etiam in lachrymis. Misericordiam autẽ consequentur & hic ab hominibus. Qui enim heri misericors fuit, etiamsi hodie inops sit, ab omnibus misericordiam consequitur, & alibi multo maiorẽ à deo. *Beati mundo corde, quoniam ipsi deũ uidebunt.* Multi sunt non rapientes, sed & misericordes, verũtamen scortantur, & aliàs immundi sunt. At Christus iubet cum aliis virtutibus etiam mundos, hoc est castos esse: non solum corpore, sed & corde. Nam absq; sanctificatione, hoc est castitate, nullus videbit deum. Sicut speculum, si fuerit mundum, accipit imagines rerũ & anima pura faciem dei, & scripturarum scientiam suscipit. *Beati pacifici, quoniam ipsi filii dei uocabuntur.* Nõ solum illi qui cum aliis pacẽ habent, sed & qui seditiosos alios consiliãt. Pacifici autem sunt & qui per doctrinam inimicos dei conuertunt. Filij autem dei fiũt tales. Etenim vnigenitus conciliauit nos deo. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Non soli martyres, sed & multi persecutionem patiũtur: quia iuuant iniuria afflictos, & in summa omnẽ virtutẽ fouẽt. Iustitia enim est omnis virtus. Fures autẽ & homicidæ, tametsi etiam ipsi persecutionem patiantur, non sunt tamen beati. *Beati estis, quando exprobrauerint uos & persecuti fuerint.* Ad ipsos apostolos se conuertit, ostendens quòd maxime proprium sit doctoribus opprobria audire. *Et dixerint omne malum uerbum contra uos, mentiẽtes propter me.* Non simpliciter qui exprobratur, beatus est, sed quando & propter Christum, & falsò: si autem duo hæc non affuerint, miser ille est, vtpote multis existens offendiculo. *Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in cœlis.* Quum de aliis loqueretur, non dixit mercedem multam: hic autem ostendit, quòd sustinere opprobrium, magnum sit & grauissimum. Multi enim suspenderunt seipsos. Et Iob, quanuis sustinebat multas tentationes alias, tunc tamen maxime turbabatur, cum exprobrarent ei amici quasi propter peccata sua pateretur. *Sic enim persecuti sũt prophetas, qui ante uos fuerunt.* Vt ne suspicentur apostoli, quòd persecutionem patiãtur eo quod aduersa Christo docuerint: cõsolatur eos, quia & ante vos prophetis propter virtutem hoc accidit: vnde illorum passiones vos consolari debent. *Vos estis sal terræ.* Prophetæ ad vnam gentem missi sunt, vos autem totius

Nota.

A

B

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dtorius terræ sal estis, mordentes & condientes doctrina & reprehensionibus dissolutos, vt non pariat vermes perpetuos: propterea ne abiiciatis mordacitatem reprehensionum, etiam si persecutionem patiamini, & vobis exprobrent. Ideo dicit. *Quod si sal infatuatus fuerit, in quo salietur?* Hoc est corrigetur. *Tunc igitur foras proiicietur.* A dignitate doctorum. *Et conculcabitur.* Id est despicietur. *Vos estis lux mundi.* Prius sal, & tunc lux, Qui enim reprehendit quæ occultæ fiunt, ille lux est. Omne enim quod manifestat, lux est. nō gentem autem vnam illustrauerunt illi, sed mundum. *Non potest ciuitas occultari, quæ supra montem sita est.* Docet eos, vt durent in certamine, & diligentem vitæ suæ rationem habeant, vt ii, in quos omnes spectant. Ne igitur putetis, inquit, quod in angulo latituri sitis, sed spectabiles eritis, & ideo videte quomodo citra maculam agatis vitam, vt ne & aliis offendiculo sitis. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modium, sed super candelabrum, & lucet omnibus qui in domo sunt.* Ego quidem accendi lumen, nunc vestri officij erit, ne gratia extinguatur, ita vt & aliis luceat fulgor vitæ vestræ. Inquit enim. *Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrū qui in cœlis est.* Non dixit, vos ostentetis virtutem, hoc enim nō esset bonum, sed illa sola luceat, vt & inimici vestri admirentur, & glorificent, non vos, sed patrem vestrum. Et si ita operamur virtutem, in gloriam dei oportet eam operari, non in nostram. *Ne existimetis, quod uenerim ad destruendam legem uel prophetas: non ueni ut destruam, sed ut adimpleam.* Quoniam ipse nouas leges introducturus erat, vt ne putetur quod deo aduersarius sit, dixit, prius occurrens prauæ quorundam suspicioni, quod nō destruat, sed magis adimpleat legem. Quomodo autem adimpleuit? Primum quidem, quia perfecit omnia quæ de eo prædixerunt prophetæ. Ideo & Euangelista subinde dicit, Vt impleatur quod dictum est de eo per prophetas. Deinde & omnia mandata legis impleuit. Peccatum enim nō fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Quin & alia ratione adimpleuit legem, *Infr. eodē* hoc est denuo impleuit: quecunque enim illa adumbrauit, ea *Quo adim* hic pfecte depixit. Illa dixit, Ne occidas: hic vero dixit, Ne *pleat legē* temere irascaris. Sicut & pictor nō corrumpit lineamēta pri- *Esaiæ. 53* ma, sed magis illustrat & adiplet. *Amen dico uobis.* Amen *Amen.* affirmatiua particula est pro etiam, Nam dico vobis. Donec

nec prætereat cœlum & terra, iota unum & apex non præteribit ex lege quoad omnia facta fuerint. Ostendit hic, quòd mundus præterit & transfiguratur. Dicit igitur quòd quandiu subsistit vniuersum, neque minima Litera è lege transibit. Alij autem, iota & apicem decem legis præcepta dicunt, alij autem crucem. Iota est rectum lignum, & apex transuersum: quo sensu dicit quod ea quæ de cruce dicta sunt, implebuntur. *Quisquis igitur soluerit unum ex mandatis his minimis, & docuerit sic hominos, minimus uocabitur in regno cœlorum.* Minima mandata dicit, quæ ipse traditurus erat, non legalia. Nominat autem ea minima propter humilitatem: vt & te instruat modeste docendo loqui. Minimus autem vocabitur in regno, hoc est in resurrectione, vltimus & abiectus in gehennam: non enim in regnum cœlorum ingredietur, apage, sed regnum resurrectionem intellige. *Quisquis autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum.* Primum ponit, fecerit: postea docuerit. quomodo enim alium inducā in viam, qua nunquàm transiui? Cæterum si fecero, & non docuero, non habebo tantam mercedem: sæpe etiam & condemnationem, si quando propter inuidiam vel negligentiam non docuero. *Dico autem uobis, quod nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarū & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Iustitiā dicit omnem virtutē: sicut & quum dicitur, Iustus erat Iob, pius, irreprehēsibilis. Horresce homo animaduertens quanta à nobis repetantur. Deinde docet nos quomodo abundemus, & enumerat virtutes. *Audistis quod dictum sit priscis, Non occides. Quisquis autem occiderit, obnoxius erit iudicio.* Hoc à certo quodam esse dictum non dicit. Si enim dixisset, quod pater meus dixerit priscis, ego autem dico vobis: videri posset diuersam à patre legem ponere. Iterum autem si dixisset, Ego dixi priscis, ægre acceptus fuisset sermo. Indefinite igitur dixit, Dictum est antiquis. quoniam autem vetera nunc antiquata sunt, & ferme abolita, oportet omissis illis currere ad noua. *Ego autem dico, Qui irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio.* Prophete dicturi futura dicebant, Hæc dicit dominus: Christus autem, Ego dico, ostendens diuinam substantiam. Illi enim serui erant, ipse autem filius, omnia quæ sunt patris, in se possidens. Qui irascitur fratri suo temere, ille condemnatur: Si autem quis irascitur ratione iusta motus, & vt alium erudiat,

A Iota & apex.

Minimus in regno.

B Iustitia.

C Exod. 20

& ipi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D & spirituali zelo, non condemnabitur. Vnde & Paulus vehemēter iusta. ha ire loquutus est ad Elymā magum, & ad pontificem: non temere quidem, sed zelo. Tunc autem temere irascimur, quādo propter opes vel gloriam. *Quicunque uero dixerit fratri suo* Rhaca. *rhaca, obnoxius erit concilio.* Rhaca significat idem quod Tu: vt quum ad aliquem contemptum nobis dicimus, Abi tu. Volens igitur nos & de paruis solicitos esse &, mutuū venerari, admonet horum. Quidam dicunt rhaca Syriace & indignatiuum & respuitiuum quiddam signare. Quisquis igitur iniuria affecerit fratrem suum, contumelia inuadens, obnoxius erit concilio sanctorum apostolorum, quando sedebunt iudicantes duodecim tribus Israel. *Quicunq; autē dixerit, stulte, reus erit gehennæ incendio.* Multi hoc graue & durum esse E putant, non est autem. Nam qui fratrem suum ratione & prudentia priuat. facitq; vt à nulla differat bestia, quomodo nō dignus gehenna? Etenim qui scōmatis & cōtumeliis persequitur, charitatem destruit, qua destructa, simul omnes tolluntur virtutes: sicut omnes conseruantur ea salua. Dissoluit igitur omnes virtutes, qui cōtumelia proximum afficit, dum charitatē dilacerat: & proinde ignis incendio dignus fuerit. *Si obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te: dimitte munꝰ tuū ante altare, & abi prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniēs offer munus tuū.* Contemnit deus proprium honorem, tantum vt nos diligamus. Si autem habuerit aliquid contra te frater tuus. nihil aliud apposuit. Siue enim iuste siue iniuste habeat, recōciliare. Et non dixit, si habes tu contra illum, sed si habet ille cōtra te, conare vt ipsum ad amicitiam reducas. Apponit autē dimittendum donum, vt tibi necessitatem imponat reconciliandi, & tu si volueris offerre donum, cogaris reconciliari. Charitatē Docet etiam interim charitatem esse sacrificium. *Esto bene-* sacrificiū. *uolus aduersario tuo cito, quandiu es in uia cum eo, nequando te tradat aduersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in carcerem conliciaris. Amen dico tibi, neutiquam exibis illinc, donec reddas ultimum quadrantem.* Nonnulli putant aduersarium dici diabolum, viam autem vitam: dominum vero admonere, vt quandiu in hac vita es, descisças à diabolo, ne postea possit te de peccato arguere, quasi aliquid de suo habētem, tuncq; pœnæ tradaris vsque ad vltimum quadrantem pro peccatis corrigendis. Quadrans habet duo minuta. At tu intellige, quod

quod de aduersariis qui hic sunt dicat: per hoc admonens, ne A iudicio contendas, & ita à diuinis operibus auellaris, etiam si iniuria affectus fueris, inquit, ne abeas ad tribunal: sed in via litem solue, ne ob potentiam aduersarij grauiora patiaris. *Audistis quod dictum sit, Ne mœcheris.* Aliud est mœchia, aliud scortatio. Mœchia enim est cum coniugata, scortatio vero cum soluta. *Ego autem dico uobis, quòd quicunque aspexerit uxorem alterius ad concupiscendam eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo.* Hoc est, qui stat, & curiose aspectat, & palpat, & accēdit cōcupiscentiā suā videdo, & iterū videt, vt magis eam concupiscat. Talis enim malū perfecit iam in corde. Quod si opus non addidit quid hoc? Non potuit: quia si potuisset, statim malum perpetrasset. Verum cognosce, quòd B & si concupiscamus, deinde prohibeamur facere opus: ingnū est quod manifeste à gratia protecti fuerimus. Ita & mulieres dum se ornant, vt aliquibus placeant, etiam si non placeant, attamen pharmacum miscuerunt, etiā si nullus bibat. *Et si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue illum, & abiice a te. Vtile enim tibi est ut pereat unum ex membris tuis, & non totum corpus mittatur in gehennam.* Oculum & manum audiens, ne existimes de membris his dici: non enim apposuit, dexter vel dextera? sed de his qui videntur esse amici, & nocent nobis. Vt exempli gratia, Adolescens est, cui sunt amici intemperantes, à quibus damnum accepit: hos igitur amputa, inquit. Fortassis enim & illos seruabis, vbi hoc persenserint: q; si minus, certe vel teipsum. Iam amas illorū amicitiam, vtrique peribitis. *Dictum est, quod quicunque dimiserit uxorem suā, det ei repudiarium.* Moses iussit, si quis oderit vxorem suam, separetur ab ea, vt ne quid grauius contingat. Nam quum odio habetur, fortassis occidi posset. Dare autem iubet dimissæ libellum absolutorium, quem vocat repudiarium. ita vt iā non ad ipsum accedat, & ex hoc fiat confusio, viro alteri cohabitante. *Ego autem dico uobis, quod qui dimiserit uxorem suā, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Non soluit Mosaica, sed corrigit, exterrens virum, vt ne absque causa odio habeat vxorem. Nam si iusta de causa, dimiserit eam, nempe fornicantem, nulli condemnationi est obnoxius. Quod si absque fornicationis causa cō demnatus est, cogit eam mœchari, sed & qui accipit eam, mœchus est. Nisi enim ille accepisset, rediisset vtique illa, &

subdita

Mō cōtem ptū dendā iniuriā dicio.

Exod. 20

Malorum cōsuetudo dimittēda

Deut. 24

Universidad de Deusto Biblioteca

D subdita fuisset viro. Christianum autem oportet esse pacificũ, etiam ad alios, & multo magis cũ Vxore pacem habere.

Leuit. 19 *Iterum audistis quod dictum sit priscis, Non peierabis, sed persoluas domino iuramenta tua.* Hoc est, quando iuras, vera loquere. *Ego autem dico, non iurare omnino, neque per cœlum, quia sedes dei est: neque per terram, quia scabellum pedum eius est: neque per Hierosolyma, quia ciuitas est regis magni.* Iudæi quia deum

Esai. ulti. audierant dicentem, Cælum mihi thronus, terra autem scabellum: iurabant per elementa. Igitur dominus prohibens eos, non dicit, quia pulchrum & magnum est cælum, & terra vtilis est, ideo per ea non iurare: sed quia cælum thronus est dei: terra autem scabellum pedum eius, vt ne sit locus idololatriæ. Forte enim in deorum numerum relata fuissent ele-

E menta, à iurantibus per ea: id quod antea factum est. *Neque per caput tuum iurabis, quia non potes vnum pilum album uel nigrum facere.* Deus solum per semetipsum iurat, vtpote nulli subiectus: nos autem quum non simus nostræ potestatis,

* quo pacto per caput nostrum iurabimus? alterius enim est professio. Si enim tuum est caput, muta si potes vnum capil-

Nulli minus creditur, quàm qui frequenter iurat.

lum. *Sit autem sermo uester, etiã, etiam: non nõ.* Vt ne dicas: & quomodo fidẽ mihi habebunt? inquit. Si semper vere loquutus fueris, & nunquã iuraueris. Nulli enim minus creditur, quàm ei qui frequenter iurat. *Quod autem amplius his est, a malo est.* Iurare (inquit) & adiicere amplius ad etiã vel non, à diabolo est. Porrò si dixeris quòd & lex Mosi mala erit,

Deut. 6. quoniam iurare iubet: disce quod tunc non erat malum iura

F re: post Christum autem malum est, sicut & circuncidi, & in summa, quicquid est Iudaicum. Sugere enim puero cõuenit,

Exodi. 21 viro minime. *Audistis quod dictum sit, Oculum pro oculo, dentem*

Deut. 19. *pro dente.* Lex condescendens permittit vt eadem quis patiatur, quæ inflixit, vt ne mutuum offendant, vel timore ne eadem patiantur, absterriti. *Ego autem dico uobis, ut ne resistatis malo: sed quisquis impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, obuerte ei & alteram.* Malum hic diabolum vocat, qui per hominẽ operatur. Nõ oportet igitur obsistere diabolo? Etiam: at non est repercutiendum, sed sustinendum. Non enim igni extinguitur ignis, sed aqua. Ne existimes autem quod loquatur solũ de percussione maxillæ, sed de omni alio malo quod infligitur. *Et ei qui uult tecum iudicari, & tunicam tuam tollere, permitte ei & pallium.* Etiam si quando te ad iudicem trahat, &

hat, & obturbet, tũc dimitte ei pallium: non si simpliciter pe- A
tat. Tunica proprie dicitur quam subuculam vel induſiũ vocamus: pallium, quo illam tegimus: quanuis sæpe alia pro aliis dicantur. *Et qui te angariauerit ad miliarium unum, uade cum eo duo.* Quid dico (inquit) tunicam & pallium? etiam corpus tuum da ei qui te iniuste trahit, & magis quàm ille vult. *Petenti abs te, da: & uolentem a te mutuum accipere, ne auerseris.* Siue amicus, siue inimicus, siue infidelis, siue pecunias petat, siue auxilium aliud. Mutuum autem non cum fœnore dicit, sed simpliciter vsum. Nam & in lege absque vsura mu- Leuit. 19.
tuum dabant. *Audistis quod dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, Diligite inimicos uestros.* Venit ad verticem virtutum: quo quid maius? Non est autem impossibile. Moses enim & Paulus Iudæos cõ B
tra se insanientes, plus quàm seipsos diligebãt, & omnes sanctos suos inimicos. *Bene precemini deuouentibus uos, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro his qui læduntur & infestantur uos.* Inter benefactores oportet illos habere. Oñis enim qui nos tentat & persequitur, leuiorem facit pœnam quam pro peccatis ferre deberemus. Etiam alia ratione, nempe quia talem mercedem nobis dat deus. Audi enim. *Vt sitis filii patris uestri, qui est in cœlis: qui solem suum exoriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Vide quantum bonum dat qui te odit & lædit, modo sustinere velis. Per pluuiam autem & solem intellige etiam doctrinam & scientiam. Om- C
nes enim illustrat & docet. *Nam si dilexeritis diligentes uos, quam mercedem habetis? nonne & publicani idem faciunt?* Trepidemus, quòd neque publicanis sumus æquales, neque amantes diligimus. *Et si dilexeritis amicos uestros, quid amplius facietis? nonne & publicani sic faciunt? Eritis igitur uos perfecti, sicut pater uester qui in cœlis est.* Nam hominum alios diligere, a- Diligere
lios odio habere, imperfectorum est: omnes autem dilige- omnes.
re, perfectorum.

CAPVT VI.

CAPVT. VI.

D ATTENDITE *ne eleemosynam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab illis, alioqui*
A *mercedem uestram non habetis apud patrem uestrum, qui est in cælis.* Postquam ad summam virtutum charitatem duxit, nunc tollit inanem gloriam, quæ sequi solet bene operantes. Vide autem quid dicat. Attendite, inquit, & cauete: quasi de aliqua mala bestia dicat, attende ne te dilaceret. Porrò licet coram hominibus eleemosynam facias, non tamen ideo facias, vt videaris ab hominibus, non condemnaris. Sin vanæ gloriæ scopũ spectaueris, etiamsi in penetralibus promptuarij tui feceris,
E condemnaris. Voluntatem enim vel coronat vel punit deus. *Itaque quum facis eleemosynam, ne tuba canatur ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in uicis, ut glorificentur ab hominibus.* Non tubas habebant hypocritæ: sed animum eorum deridet
Hypocritæ qui. hoc loco, quòd eleemosynam suam volebant celebrari. Hypocritæ sunt, qui alij sunt, alij apparẽt: & misericordes quidẽ videntur, alij autẽ sunt. *Amen dico uobis quod habent mercedem suam.* Quum laudantur enim totũ acceperũt ab hominibus. *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dex-*
Hyperbole. *tera tua.* Per hyperbolem hoc dicit, quasi diceret, si possibile, etiam temetipsum ignores. Vel etiam aliter, Sinistra est inanis gloria, dextra vero eleemosyna. nesciat igitur eleemosynam inanis gloria. *Vt sit eleemosyna tua in abdito, &* pa
F *ter tuus uidens illud in abdito, reddat tibi in manifesto.* Quando? Tunc quũ nuda & manifesta omnia erunt, & tũc magis glorificabere. *Et quando oras, non eris quemadmodum hypocritæ, qui amant in angulis platearum stantes orare, ut cõspicui sint hominibus. Amen dico uobis, quod habent mercedem suam.* Hypocritas & illos nominat, vti eos qui videntur quidem attendere ad deũ, sed ad homines magis attendunt, à quibus habent, hoc est accipiunt mercedem suam. *Tu autem quando oras, ingredere in cubiculum tuum, & clausa ianua tua ora patrem tuũ in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi in manifesto.*
Orãdũ in ecclesia. Quid igitur? in ecclesia non orabo? Omnino, sed recto animo, & citra ostentationem. Locus enim non nocet, sed modus & intentio. Multi enim etiam in abscondito orantes, hoc
Battalogia. vt hominibus placeant faciunt. *Orantes autem, ne fitis battalogi*

logi in precibus uestris, sicut ethnici. Battalogia est nugacitas, A vt exempli gratia petere aliquid terrenum, gloriam, diuitias, victoriam. Battarismus enim est inarticulata vox, qualis est puerorum. tu igitur ne nugax & multiloquus fis. *Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. ne igitur assimilemini eis.* Preces Nõ sunt longæ preces faciendæ, sed breues quidẽ & crebræ. *breues &* oportet enim pauca loquentes perseuerare in precibus. *crebræ.* *Scit enim pater uester quibus indigetis, antequam petatis.* Non e- *Quare o-* nim vt doceamus, petimus: sed vt nos à temporalibus & secu *randum.* laribus curis abstrahamus, & ociose & magna cum vtilitate cũ eo colloquamur. *Sic igitur orate: Pater noster, qui es in cœlis.* Aliud est votum, aliud oratio. Votum enim est promissio coram deo, vt quando promittit quis se abstinere à vino, B vel alia quadam re: oratio autem petitio bonorum. Dicens autem pater, ostendit tibi quanta bona sis assequutus, factus filius dei. Et dum dicit, in cælis, ostendit tibi patriam tuam, & domum paternam. Nam si vis habere patrem deum, in cælos specta, & non in terram. Nõ dicit autem, pater meus, sed pater noster, vt omnes quasi fratres vnius patris habeas. *Sanctificetur nomen tuum.* Hoc est, facito nos sanctos, vt & tu per nos glorificeris. Sicut enim blasphematur propter me, ita & sanctificatur propter me deus: hoc est, vt sanctus glorificatur. *Adueniat regnum tuum.* Secundus scilicet aduentus. nam fretus bona conscientia, precatur vt veniat resurrectio & iudicium. *Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra.* C Sicut, inquit, angeli faciunt voluntatem tuam, ita & nos da eam facere. *Panem nostrum supersubstantialem da nobis.* Panẽ dicit, qui substantiæ & constitutioni nostrę sufficit. *Hodie.* Tollit curam de crastino. Corpus autem Christi panis est supersubstantialis: cuius esse participes citra cõdemnationem precamur. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quia & post baptisma peccamus, precamur vt dimittat nobis. sic autem dimittet, quemadmodum & nos. si vindictæ auidi & memores fuerimus, non remittet. Habet me deus vt exemplar, & quod facio alij, facit & mihi. *Et ne inducas nos in tentationẽ.* Imbecilles sumus homines, ideo non debemus nosipsos in tentationes inijcere: sed si incidemus, orandũ ne absorbeamur a tentatione. Absorptus enim & victus, ille in profundum tentationis inductus est, at non item qui incidit, & vincit. *Sed libera nos a malo.* Non dixit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D à malis hominibus, non enim illi nos iniuria afficiunt, sed malignus dæmon scilicet. *Quoniam tuum est regnum & potentia, & gloria in secula, Amen* Animat nos hoc loco. Nam si rex est, & potens pater & gloriosus, omnino & nos vincemus malignum, & glorificabimur posthac. *Etenim si remiseritis hominibus delicta sua, remittet etiam uobis pater uester cæleſtis.* Iterum nos docet esse alienos à vindicandi cupiditate. Memoriam autem patris inculcat, vt reuereamur eum: & quum eius simus filij, non exasperemur. *Quod si non remiseritis hominibus delicta sua, neque pater uester remittet uobis delicta uestra.* Nihil enim ita odit benignus deus, vt crudelitatem. *Porrò quum ieiunaueritis, ne ſitis ſicut hypocritæ uultuoſi. Obſcurant enim faciei ſuas, ut uideantur hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, quòd habent mercedem ſuam.* Obscuratio facici est pallor: quando non qualis est quis apparet. sed simulat tristitiam. *Tu autem ieiunans, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ut ne uidearis hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito: & pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi in manifeſto.* Prisci in gaudij signum habebant vngi post lotionem: & tu quoque sic gaude, & lætare. Per oleum autem & eleemosyna intelligitur. Porrò caput nostrum, hoc est Christum, oportet eleemosyna inungi: faciem autem, hoc est, sensum, lachrymis lauare. *Ne theſaurizetis uobis theſauros ſuper terram, ubi ærugo & tinea corrumpit: & ubi fures perfodiunt & furantur. Theſaurizate autem uobis theſauros in cælo, ubi neque ærugo, neque tinea corrumpit, & ubi fures non* F *perfodiunt, neque corrumpunt.* Postquam inanis gloriæ morbum eiecit, consequenter de inopia loquitur. Homines enim propter vanam gloriam multa possidēt. Ostendit quàm sit inutile thesauros habere super terram: quia ærugo & tinea corrumpunt cibos & vestes, fures autem aurum & argentum. Deinde ne quis dicat ei, Sed non omnia furto pereunt, inquit. Quanuis nihil horum sit, attamen sic addictum esse diuitiarum solicitudini, quomodo non miserum? ideo dicit. *Vbi enim eſt theſaurus ueſter, ibi erit & cor ueſtrum. Lucerna corporis eſt oculus: ſi igitur oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Si igitur lux quæ in te, tenebræ ſunt, tenebræ ipſæ quantæ!* Hoc dicit, quòd si adieceris animum opum solicitudini, extinxisti lucernam, obtenebrasti tuam animam.

animam. Sicut enim oculus si simplex hoc est sanus fuerit, il- A
luminat corpus si autem malus, hoc est morbidus, obtene- *Solicitudi*
brat: ita & mens excæcatur præ solicitudine Quod si mens *ne excæ-*
obtenebrata fuerit, fit & anima tenebrosa, & multo magis *catur mẽs*
corpus. *Nullus poteſt duobus dominis ſeruire.* Duos dominos dicit contraria præcipientes: exempli gratia, vt Deus & Mammon. Nos autem facimus dominum nostrum diabolum, sicut & ventrem deum. Natura enim est verè dominus deus: Mammona autem est iniustitia. *Aut enim unum odio habebit, & alterum illum diliget: aut huic adhærebit, & alterum illum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire & Mammonæ.* Vides quòd nō potest dives & iniustus deo seruire. Abiicit enim diuitiarum amor à deo. *Propterea dico uobis, ne ſoliciti ſitis ani-* B
mæ ueſtræ quid eſuri ſitis aut bibituri, neque corpori ueſtro qui-
bus indumẽtis uſuri. Quod est hoc propterea? A deo elici propter opes. Non comedit autem anima, incorporea enim est. sed iuxta communem consuetudinem loquutus est. Videtur autē anima nó posse esse in corpore, nisi pascatur caro. Nō explodit autē operari, sed seipsos totos curis tradere, & negligere deū, hoc est quod prohibet, quoniā & agros colere oportet, & vitæ curam habere. *Nonne anima plus eſt quàm cibus, & corpus quàm indumẽtum?* Hoc est, qui maius dedit animę, formans scilicet corpus, non dabit & alimentū & indumentum, *Aſpicite ad uolatilia cœli, quia non ſerunt neque metũt, neque congregant in horreum, & pater ueſter cæleſtis paſcit ea. non-* C
ne uos longe præcellitis illa? Potuisset afferre in exemplum Heliam & Iohannem, & meminit auium: vt admoneat nos etiā illis brutiores esse. Pascit autem eas deus, qui indidit eis naturalem scientiam ad colligendas escas. *Quis autem ex uobis ſolicitus poteſt apponere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?* Hoc inquit, quòd licet solicitus fis, nihil poteris nō volente deo. cur igitur in vanum crucias teipsum? *Et de ueſtimento quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcant, non laborant, neque nent. Dico autem uobis, quod neque Solomon in omni gloria ſua amictus fuit ut unum ex his.* Non solum per aues ratione carentes nos admonet, sed & per lilia quæ matureſcunt. Nam si deus illa ornauit, quanuis nulla necessitas exigat, quanto magis penuriam nostram in Vestibus supplebit? Ostendit autem quòd licet multum solicitus fis, non poteris tamen ornari sicut lilia: quandoquidem neque Salomon

Universidad de Deusto
Biblioteca

D prudentissimus, & delicatissimus in omni regno suo potuit ornari vt vnum ex illis. *Quod si gramen agri, quod hodie quum sit, cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit, an non multo magis uobis id faciet parum fidentes?* Discimus hoc loco quòd nullus curare debet ornatum. Hoc enim caducorum florum est, & quod ornatur, fœnum est. Vos autem dixit, rationales, quibus deus animam & corpus formauit. Parum fidunt autem omnes soliciti. Nam si perfectam in deum haberent fidem, non tam vacillanter soliciti essent. *Neque igitur soliciti sitis dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut quibus operiemur? Hæc enim omnes gentes quærunt.* Comedere & bibere non prohibet, dicere autem, quid comedemus? prohibet: sicut dicũt dinites vesperi, Quid comedemus
E mane? Vides quod delicias & luxum prohibet. *Scit enim pater uester cæleſtis quod habetis his omnibus opus. Quærite autem primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur uobis.* Regnum dei, bonorum fruitio est: illa autem per iustitiam contingit. Omni igitur quærenti spiritualia, adduntur etiam corporalia, liberalitate dei. *Ne igitur soliciti sitis in crastinum. nam dies crastinus curam habebit suiipsius. sufficit enim diei sua malitia.* Malitiam diei, afflictionem & calamitatem vocat. Sufficit enim tibi, quòd hodierna afflictione obruaris: quòd si & pro crastino solicitus fueris, quando vacabis deo, semper temetipsum crucians pro corporalibus?

CAPVT. VII.

F

E iudicetis, ut ne iudicemini. Non reprehendere prohibet, sed condemnare. nam reprehensio vtilis est, cõdemnatio autẽ probrosa, & despectus plena. Vel aliter intelligo de eo qui magis peccatis obnoxius, opprobrat alios, & condemnat minus culpabiles, & in his quæ deus iudicaturus est. *Quo enim iudicio iudicatis, iudicabimini: & qua mensura metimini, metientur uobis. Quid autem uides festucam quæ est in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo, non uides? Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eiiciam festucam oculi tui, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, eiice primum trabem ex oculo tuo, tunc uidebis ut eiiciat festucam ex oculo fratris tui.* Carpturum alios oportet immaculatum esse. Nam habens trabem in oculo suo, hoc est, magnũ lignum magnũ scilicet peccatum, & reprehendens alium festucam habẽtẽ, impudentiorem illum facit. Ostendit autem dominus, quòd magnus peccator non potest bene videre peccatum fratris. Nam qui habuerit in oculo trabem, quomodo videre potest alium mediocriter malum? *Ne detis sanctum canibus, neque mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant uos.* Canes sunt infideles, porci autem porcinam vitam agentes. Mysteria igitur incredulis non sunt prodenda, neque clari & margaritis similes sermones de theologia immundis communicandi. Porci enim conculcant quæ dicuntur, canes autem conuersi lacerãt vos: quod fecerunt philosophi quum audirent crucifixum B Christum. Dilacerant autem vos ratiocinando, impossibile esse cauillantes. *Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.* Imperauit vobis in superioribus magna & difficilia: ostendit igitur hoc loco quomodo imperata perficiantur, nempe per preces continuas. Petite enim dixit, hoc est, semper. non enim dixit, petatis semel deinde & exemplo humano confirmat dictum. *An quis ex uobis homo, quem si petierit filius eius' panem, lapidem daturus sit illi? aut si piscem petierit, num serpentem addet illi?* Erudit hoc loco quòd oportet vehementer petere, & vtilia petere. Sicut enim vos, inquit, videntes filios vestros vtilia petere, panem & piscem, datis omnia quæ petierint: ita & C vos spiritualia quærite, non carnalia.

Si igitur uos, quum sitis mali, nostis dona bona dare filiis uestris, quanto magis pater uester qui in cælis est, dabit bona petentibus se? Malos nominat homines ad deum comparatos, quoniam natura nostra bona est, vtpote à deo condita: voluntate autem mali sumus. *Omnia igitur quæcunque uolueritis ut faciant uobis homines, & uos facite eis. Hæc enim est lex, & prophetæ.* Breuem ad virtutem viam ostendit. Ex nobis enim scimus quid facto opus. Nam si vis beneficia accipere, benefac: si vis diligi ab inimicis, dilige etiam inimicos. Etenim lex dei & prophetæ illa dicunt: ferme & naturalis lex præcipit. *Introite per angustam portam, quia lata est porta & spatiosa uia quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui ingre-*

Tobi. 4.

 diuntur

A

B

Canes & porci qui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *diuntur per eam.* Angustam portam vocat tentationes vo-
luntarias, veluti ieiunium & alia: & præter nostram volun-
tatem euenientes, vt vincula, persequutiones. Quemad-
modum autem corpulentum, vel sarcinis onustum, per an-
gustam ingredi nequit: ita neque delicatus vel dives: per
latam autem tales vadunt. Cæterùm ostendens quod & an-
gustia temporaria sit, & latitudo compendiosa, portam &
viam vocauit. Per afflictionem enim qui affligitur, quasi
per portam transit, & delicatus quasi per viam ingreditur:
& quia vtraque temporaria, eligatur quæ melior.

Quid? Angusta est porta & stricta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt inuenientes eam. Admiratiua dictio est, Quid? Admiratur enim, papè quàm angusta? Quomodo igitur ali-
E bi dicit, Onus meum leue? propter futuras retributiones.

Infrà. 2. *Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. a fructibus eorum cognoscetis eos.* Vafri & impostores hæretici. propterea dicit, atten-
Vafri & Blãdiloqui hæretici sunt. dite, hoc est cauete. Blandiloquentiam enim prætexunt, & vitam simulant sanctam, sed intrinsecus latet aculeus. In-
dumentum autem ouis est & mansuetudo, quam vsurpant dum adulantur & decipiunt. A fructu autem cognoscun-
tur, hoc est, operum & vitæ. Nam licet ad tempus simu-
ent, sed produntur successu temporis.

1 *Numquid colligunt a spinis uuam, uel a tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: arbor autem putris fructus malos.*
F Spinæ & tribuli sunt hypocritæ. Spinæ, vt occultè carpen-
tes: tribuli, vt vafri & versatiles. Arbor autem putris, om-
nis qui tristi & dissoluta vita putrescit. *Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor putris fructus bonos facere?* Quandiu est putris, non potest. vbi autem conuertitur, po-
test. Vide enim quòd non dixit, non poterit: sed quatenus est putris, bona non parit. *Omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, & in ignem mittitur.* Vtique ex fructibus agno-

Supra. 3. Luc. 3. *scetis eos.* His Iudæos perstringit. nam & Iohannes talia eis dicebat. Arbori autem confert hominem, eo quòd potest à sterili peccato in virtutẽ inseri. *Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cælorum: sed faciens uoluntatem patris mei, qui in cælis est.* Hoc loco ostendit seipsum domi-
num, quandoquidem dicit, domine, domine. nam ita se & deum dicit. Docet autem nos, si fidem absque operibus habue-

habuerimus, nihil nobis eam profuturam. Nam dicendo, A
Qui facit voluntatem, non dicit, qui semel fecit, sed qui vsq;
ad mortem facit. Et non dixit voluntatem meam, ne offende
ret auditores, sed patris mei. Omnino autem vna eadémque
voluntas est patris & filii, nisi degener sit filius.

Multi autem dicent mihi in die illa, domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes fecimus? Et tunc confitebor eis, Nunquã cognoui uos, discedite a me operarii iniquitatis. Multi quum prædica
re incipiebãt, eiiciebant dæmonia: & quãuis indigni essent:
per nomen Iesu fugabant dæmones. Nam gratia etiam per
indignos efficax est, sicut per indignos sacerdotes sanctifi-
camur: & Iudas quoq; signum fecit, & filii Sceuę. Quod au-
tem dicit, Nunquã cognoui vos, hoc vult, Neque tunc, quã- B
do miracula faciebatis, diligebam vos. Hoc enim loco chari
tas cognitio dicitur. *Omnem igitur qui audit sermones meos, & facit eos, assimilabo eum uiro prudẽti, qui ædificauit domum suam su* Charitas cognitio.
per petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram. Absque deo virtus perfici nequit. idcirco
inquit, assimilabo eum viro prudenti. Petra autem est Chri
stus, domus autem anima. Quicunque igitur animam suam
ædificabit, operando mandata Christi, illum neque pluuia,
id est diabolus qui de cœlo decidit: neque flumina, homines
scilicet lædentes, qui ab hac pluuia multiplicantur: neque
venti, hoc est, spiritus mali, & in summa, tentationes omnes, C
si talis fuerit, poterunt deiicere. *Et omnis qui audit sermones meos, & nõ facit eos, assimilabitur uiro stulto, qui scilicet extruxit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & spirauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, fuitq; ruina eius magna.* Non dixit, assimilabo eũ, sed per seipsum
assimilabitur stulto ille qui credit quidem, non autem opera
tur, hic est qui super arenam ædificat, ignauiter operãs, pro-
pterea & à tentationibus deiicitur: irruit, hoc est impin-
git in eum tẽtatio, & cadit. Nullus autem infidelium cadit.
illi enim omnes humi iacent: at fidelis stat. Et fit ruina, quia
Christianus est, magna. *Et factum est, quum consummasset Ie*
sus sermones illos, obstupuerunt turbæ in doctrina eius. Erat enim docens eos ut authoritatem habens, & non sicut scribæ. Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

D principes obstupuerunt (quomodo enim, quĩ eum odio haberent?) sed innocua plebis multitudo. Mirabantur, non facundiam verborum, sed libertatem. maiorẽ enim quàm prophetæ prę se ferebat libertatem. Illi enim dicebant, Hæc dicit dominus: Christus autem vt deus, Ego dico vobis.

CAPVT VIII.

VUm autem descenderet à monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Et *ecce leprosus accessit, & adorauit*
Q *eum, dicens, Domine, si uis, potes me mundare.* Leprosus enim, vt pote ciuilis & modestus nõ a-
E scendit in montẽ, vt ne doctrinæ obesset. quĩ igitur descendisset, adorauit, magnam præ se ferens fidem. Nõ dixit, si obsecraueris deũ, curabis me: sed, si vis, & ideo
Leui. 14. es Christus. *Et extenta manu sua tetigit eum, dicens: Volo: mundus esto. Et confestim mundata est lepra illius. Dicitque ei Iesus, Vide nulli dixeris: sed uade, teipsum ostende sacerdoti, & offer munus quod precepit Moyses in testimonik illis.* Attigit leprosum. ostendens quòd non obnoxius sit legi quæ præcepit ne tangatur leprosus, sed dominus eius sit, & quòd mũdo nihil sit immundum, & quòd sancta eius caro sanctificationem communicet. Fugiens autem gloriã, iubet vt nulli dicat, sed ostẽdat se sacerdoti. Nam nisi sacerdos mundum pronunciasset, extra ciuitatem illi manendum fuisset. Præcepit quoque vt
F offerat donum in testimonium Iudæis: hoc est, Quando me arguent vt destructorem legis, tu mihi testis eris, qui nũc iussus es à me vt offeras ea quæ in lege perficiuntur. *At quum ipse ingressus esset Capernaum, accessit ad eum Centurio, obsecrans eum, & dicens.* Neque hic in monte accessit, vt ne prædicaret doctrinæ. Idem autem hic est qui & apud Lucã. Quã-
Luc. 7. uis autem Lucas dicat quòd alios miserit nuncios ad Iesum, non contradicit tamen Matthæo dicenti quòd per se accesserit. Verisimile enim est ipsum principio alios misisse, deinde periculo crescente per se accessisse, ac dixisse. *Domine, puer meus discumbit domi paralyticus, grauiterque cruciatur. Et dicit illi Iesus, Ego cum uenero, curabo eum.* Non attulit puerum in lecto, credens quòd & absentem curare posset. Quapropter.

Et Centurio

Et Centurio respondens, dixit, Domine, non sum idoneus ut sub te- A
ctum meum ingrediaris, sed tantum dic sermonem, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sub potestate, & habeo sub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alteri ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Vt autem hæc audiuit Iesus, admiratus est, & dixit his qui sequebantur, Amen amen dico uobis, ne in Israel quidem tantã fidem inueni. Si ego (inquit) qui regis seruus sum, militibus mihi subditis impero, tu multo magis imperare potes morti & morbis: ita vt ab hoc recedant, ad alium autem ventũt. Corporales enim morbi, milites sunt & vltores dei. Proinde *Morbi mi-*
admiratur Christus, & dicit quòd neque in Israelitis tãtam *lites dei.*
inuenerit fidem, quantam in hoc gentili.

Dico autem uobis, quòd multi ab oriente & occidente uenient, & B
accumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob, filii uero regni eiicientur in tenebras exteriores. illic erit ploratus, & stridor dentium.

Non dixit quòd multi gentiles accubituri essent, vt ne Iudæos exasperaret: sed adumbrando rẽ dixit, Multi ab oriente & occidente. Mentionem autem fecit Abrahæ, ostẽdens quòd non sit contrarius legi veteri. Porrò dicens tenebras exteriores, monstrauit esse pœnas quasdam tolerabiliores & leuiores. Sunt enim & in suppliciis gradus. Filios autem re- *Filii re-*
gni Iudæos dicit, ad quos & promissiones factæ sunt. Filius *gni Iudæi*
enim (inquit) primogenitus meus Israel. *Exod. 4.*

Et dixit Iesus Centurioni, Abi, & sicut credis, ita fiat tibi. Et sanatus est puer eius in hora illa. Declaratur ex his, quoniam si il- C
le verbo sanatus est, verè etiam dictum quòd Iudæi adiicẽdi essent. *Et ingressus in domum Petri, uidit socrum eius decumbentem, & febricitantem, tetigitque manum illius, & reliquit illam febris: & surrexit, ac ministrauit illis.* Intrauit in domum Petri vt comederet: & attingens manu socrum Petri, non solum febrim extinxit, sed & sanitatem integram præstitit, ita vt receptis viribus etiam ministrare valeret. Scimus alioqui multo vix tempore conualescentes confirmari. Quum a- *Luc. 4.*
lii Euangelistæ dicant quòd obsecrarint eum, & sic curata
sit, Matthæus hoc breuitatis rationem habens prætermisit. *Nuptiæ*
Dicebam enim tibi in principio, alium dicere, quod alius o- *uirtutib⁹*
mittit. Porrò disce hic quòd nuptiæ non à virtute prohibẽt, *nõ obsunt*
princeps enim apostolorum socrum habuit. *Vespere autem facto attulerunt ei dæmoniacos multos, & eiecit spiritus uerbo, &*

omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *omnes malè habentes curauit, ut impleatur dictum per Esaiam prophetã dicentẽ, Ipse infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit*

Esaiæ. 53 Vesperi & intempestiuè languidos adducebant. Ipse autẽ vtpote misericors, curauit omnes. Deinde ne discredas quomodo tot morbos tam breui tempore curauerit, affert Esaiã testem: tametsi propheta de peccatis hoc dicat, Matthæus autem de morbis posuit, eo quòd plerique ex peccatis accidant. *Quum uidisset autem Iesus turbas multas circum se, iussit ut abirent in ulteriorem ripam.* Non erat gloriæ quæsitor, & per hoc etiam Iudæorum declinabat inuidiam. *Et quum accessisset unus scriba, dixit ei, Præceptor, sequar te quocunque ieris. Dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: at filius hominis non habet ubi caput reclinet.* Scribam dicit, literam legis

E sciẽtem. Hic igitur vt vidit multa signa, arbitratus est ex his Iesum quæstum facere, & idcirco laborabat vt eum sequi posset, quo & ipse aliquid colligeret. Christus autem cogitationi eius occurrens, quasi in hunc modum dicit, Videris mihi velle sequi vt opes colligas: nõ vides ne domum quidem mihi esse? Talem esse oportet & eum qui me sequitur. Hæc autem dicebat, quasi pigeret eum comitatus eius, at ille secessit. Nonnulli vulpes & volatilia diabolos dicunt: quasi diceret, dæmones in te habitant. vnde ego in anima tua quietem non inuenio. *Alius autem ex discipulis suis dixit ei, Domine, permitte mihi primum abire ut sepeliam patrem meum. At Iesus dixit illi, Sequere me: sine mortuos sepelire mortuos suos.* Postquã quis sese tradiderit deo, non debet denuo ad vitæ huius curas cõ-

F uerti. oportet sanè & parentes venerari, sed magis oportet venerari deum. Huius autẽ pater incredulus erat, quod manifestum ex eo quod dicit, Sine mortuos sepelire mortuos suos, hoc est infideles. Si autem illis neque patrem sepelire li-

Nota. cuit, væ his qui monasticem professi ad mundana regrediuntur negocia. *Et quum esset ingressus nauim, sequuti sunt eum discipuli sui, & ecce terræmotus magnus factus est in mari, ita ut nauis à fluctibus operiretur: ipse uero dormiebat.* Discipulos solos seruauit secum, vt miraculum viderent. Permisit autem tempestatem oriri, vt ad tentationes exercerentur, & vt per miraculum crederent. Dormiuit vero, vt timore perculsi suam agnoscerent infirmitatem, & eum obsecrarent ac dicit.

Et accedentes discipuli, excitauerunt illum, dicentes: Domine, serua nos,

ua nos, perimus. Et dicit eis, Quid timidi estis, parum fidẽtes? Nõ A incredulos dicit, sed paruæ fidei. Nam per hoc quod dicũt, Domine, serua nos, fidem monstrant: quod autẽ dicunt, perimus, non est fidei. Illo enim simul nauigante non erat formidandum. Vide autem quòd exprobrans eis vt timidis, ostendit timorem afferre pericula. Idcirco primum sedat turbationem animæ illorum, & tunc soluit etiam maris tempestatẽ.

Tunc enim (inquit) excitatur, increpauit uentos & mare, & facta est serenitas magna: homines uero admirabantur, dicentes, Qualis est hic, quia uenti & mare obediunt ei? Quod videbatur, homi nis erat, opera autem dei. *Et quum uenissent ad ulteriorem ripã in regionem Gergesenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci.* Dubitantibus illis in naui qualis esset, veniunt dæmones præco B nes, quãuis tam Marcus quàm Lucas vnum dicant, habentẽ *Mar. 5.* legionẽ. At tu intellige quòd vnus ex his duobus fuerit insignior forte. A seipsis autem ad illum venerunt, nemo enim *Luc. 8.* illos adducere audebat: tam crudeles erant.

E monumentis egressi. erant autem sæui supra modum, ita ut nemo posset transire per uiam illam. In monumentis versabantur. *Apparitiones animarũ fallaces.* Dæmones dogma quoddam instituere volebant, quòd animæ mortuorum fiant dæmones. quod nemo credere debet. Anima enim egressa, in mundo non errat. Iustorum enim *Sapien. 3* animæ in manu dei sunt: peccatorum vero & ipsæ hinc adducuntur, vt anima diuitis. *Et ecce clamabant dicentes, Quid Luc. 13.* *nobis & tibi Iesu fili dei? Venisti huc ante tempus ut torqueas nos?*

Ecce filium dei prædicant, prius confitentes inimicitias. Tormentum autem & cruciatum putant, si non permittantur lædere homines. Quod autem dicit, ante tempus, intelli C ge quòd existimabant Christum non ferentem immensas ipsorum malitias, non expectaturum tempus suppliciorum, id quod non est: nam vsque ad consummationem mundi sinentur certare nobiscum. *Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens: dæmones autem rogabant eum dicentes, Si eicis nos, permitte nobis ut eamus in gregem porcorum. Et ait illis, Abite. Illi uero egressi, abierunt in gregem porcorum.* Dæmones petunt, vt vel suffocatis porcis cõtristent dominos illorum, vt ne Christũ susciperẽt. Christus autẽ cõcedit dæmonibus: *Dæmonũ in hoĩes* monstrans qua amaritudine & odio erga homines ferantur, & si *sæuitia*

D tur,& si potestas eis daretur,& non prohiberentur,peius nos quàm porcos illos affligerent. Ipse enim custodit dæmoniacos ,ne seipsos occidant. *Et ecce ferebatur totus grex porcorũ per præceps in mare, & perierũt in aquis. Porro qui pascebant, aufugerunt,& digressi in ciuitatem, renunciauerunt omnia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit in occursum Iesu: & quum uidissent illum,rogabant ut decederet a finibus suis.* Tristitia affecti erant,& existimabãt se grauius quiddam passuros,& ideo deprecabantur eum,tu autẽ discе quòd vbi est vita porcina,ibi non manet Christus,sed diabolus.

CAPVT IX.

E *Ingressus nauem , traiecit ac uenit in suam ciuitatem. Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decumben*

E *tem.* Suam ciuitatem Capernaũ dicit,illic enim habitabat: Bethlehem enim peperit , Nazareth
Iohan. 5. educauit,Capernaum prębuit domicilium. Para
Lucæ. 2. lyticus autem ille alius est quàm is qui apud Iohannem. Ille
Matth. 2 enim erat in probatica piscina in Hierusalem , hic autem in
Mar. 2 Capernaum. Et ille quidem non habuit hominem,hic autem à quatuor portatur,sicut Marcus dicit, & per tectum demittitur:quod à Mathæo prætermissum. *Quumque uidisset Iesus fidem illorum, dixit paralytico , Confide fili: remittuntur tibi peccata tua.* Filium vocat,vel vt creaturam dei, vel vt eum qui crediderat.Declarans autẽ quod paralysis ex peccatis esset,pri-

F mùm peccatum soluit. *Et ecce scribæ quidam dixerunt intra semetipsos: Hic blasphemat. & ut uidit Iesus cogitationes illorum, dixit, Vt quid uos mala cogitatis in cordibus uestris? Quid enim est facilius dictu , Remittuntur tibi peccata tua: an dicere , Surge & ambula?* Vel ex hoc quòd cogitationes resciuit,ostendit se deum. Arguit igitur eos ferme sic dicẽs, Vos quidem putatis me blasphemũ,eo quòd pollicear me remittere peccata, id quod magnum quidem est. Videtur autem vobis quòd ego per hoc effugium quęrã,vt non reprehendar. Ego igitur & ex corporis cura fidem vobis facio quòd animas ianẽ: per rem minore quidem,sed quæ difficilior videatur,confirmans & peccatorum remissionem,quæ magna quidem est, sed facilior vobis videtur,eò quòd minor appareat. *Vt autem sciatis quod potestatem habeat filius hominis super terram remittere peccata, tunc dicit para*

lytico, Surge, & tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. A *Surrexitque ille, & abiit in domum suam. Et quũ uidissent turbæ, admiratæ sunt, & glorificauerunt deũ, qui dedit hominibus potestatem talem.* Iniunxit ei vt lectum gestaret,vt ne phantasia videatur,& vt turbę simul videant miraculum.maximum enim omnium existimabant purum quendam hominem. *Et prætereiens Iesus illinc , uidit hominem sedentem in telonio, qui Matthæus dicebatur: & dicit illi. Sequere me. Et surrexit , ac secutus est eum.* Non post Petrum & Iohannem hunc vocauit,sed quando vi Actu. 10. dit obtemperaturum. Sic & Paulum vocauit postea suo tempore.Admirare autem Euangelistam, quomodo vitam suam inuulgat,quam occultarunt alij, cum appellantes Leui. Dei autem opus fuit , solo verbo eum conuerti . *Et factum est illo recumbente in domo; ecce multi publicani & peccatores uenerunt, &* B *recubuerunt cum Iesu & discipulis suis . Et quum audissent pharisæi, dixerunt discipulis eius, Cur cum publicanis & peccatoribus sumit cibum præceptor uester.* Gaudens Matthæus quòd ad se diuertisset Iesus , publicanos alios vocauit . Christus autem simul vescebatur cum eis,vt eis prodesset,tametsi propter hoc male audiret. Pharisæi enim volentes discipulos ab eo auellere,accusabant publicanorum conuiuium. *Iesus ubi audiuit, quid inquit? Non opus habẽt ii qui ualent, medico , sed male habentes. Ite aũt, & discite quid sit, Misericordiam uolo, & non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã.* Nõ ve Osee. 6. ni, inquit, nunc tanquam iudex, sed medicus: vnde & foretorem fero. Arguit autem illos vt imperitos, dicens, Ite,& discite, hoc est, quia hactenus non didicistis , vel saltem nunc ite C & discite, quòd deus maioris facit misericordiam in peccatores, quàm sacrificium. Quod autem dicit, non veni vocare iustos: per ironiam dicit, hoc est, vos, qui iustificatis vosmetipsos: quia nullus hominum erat iustus. sed peccatores , non vt maneant peccatores, sed ad pœnitentiam . *Tunc accedunt discipuli Iohannis, dicentes , Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli aũt tui non ieiunant?* Discipuli Iohannis inuidebant gloriæ Christi,& reprehendũt eum non ieiunantem. Dubitabant enim quomodo vincerent absque corporis castigatione affectiones , id quod Iohannes non potuit. Ignorabant enim quòd Iohannes homo esset purus , & virtute iustus: Christus autem virtus ipsa, vtpote deus. *Dixit igitur illis Iesus: Non possunt filii thalami lugere quandiu cum eis est sponsus.*

Venient

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Venient autem dies quum auferetur ab eis sponsus, & tũc ieiunabũt.
Præsens, inquit, tempus, tempus gaudij est, quandiu cum discipulis sum. Sponsum enim seipsum vocat, quòd cooptet sibi
Sponsus Christus. nouam congregationem, hoc est ecclesiã: mortua veteri, hoc est synagoga. Filios autẽ thalami, apostolos vocat. Tempus vero ieiunij, quum ego passus fuero, & assumptus in cœlum. Ieiunabunt fame & siti, persecutionem patientes. Ostẽdit autem quàm imperfecti sint discipuli: & dicit, *Nullus inuittit assumentum panni rudis in uestc ueteri: tollit enim supplementũ illius*
Nõ inlungenda du ueteres: *a uestimento, peiorque fit ruptura. Neque mittũt uinum nouũ in utres*
alioqui rumpantur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt: *sed mittunt uinum nouum in utres nouos, & utraque simul seruantur.* Nondum, inquit, facti sunt discipuli fortes, sed opus
E habent intelligentia, neq; grauis molles illis imponẽda mandatorum. Hæc autem dicebat, docens & discipulos, vt & ipsi docturi orbem, indulgentes sint. Pãnus enim rudis ieiunium est: & vinum nouũ: vestis autem vetus & vtres, infirmitas discipulorum. *Quum hæc illis loqueretur, ecce princeps accessit, & adorauit eum, dicens, Filia mea dudum defuncta est: sed ueni, & pone manum tuam super eam, & uiuet. Surgensq; Iesus secutus est eũ, & discipuli eius.* Videtur ille fidem habere, quanuis non magnam. Obsecrat enim Iesum, non vt solum verbum dicat, sed
Lucæ. 8. & vt veniat, & manum imponat. Defunctam autem esse dicit filiam, quanuis apud Lucam dicatur nondum defuncta. dicit autem velut cõiectans eò quòd reliquerat eam iam ex-
F tremum exhalantem spiritum: vel vt augẽs calamitatem, quò ad misericordiam prouocaret Christum. *Et ecce mulier quæ sanguinis profluuio laborauerat annis duodecim accessit a tergo, & tetigit fimbriam uestimenti eius. dicebat enim intra semetipsam, si tantum tetigero uestem eius, salua ero Iesus autem conuersus, ut uidit illam, dixit, Confide filia. fides tua saluam te fecit. Et salua facta fuit mulier ex hora illa.* Mulier hæc quoniam immunda erat, ob pietatem non accessit manifestẽ, ne forte quo pacto prohiberetur. Quanuis autẽ putabat se posse latere: veruntamen sperauit se sanitatem assecuturam, si tantum summam eius vestem contingeret, quæ per fimbriam significatur. At Saluator prodit eã, non vt amans glorię, sed vt fidem illius ad nostram vtilitatẽ declararet, & vt in fide roboraretur etiã archisynagogus. Cõfide autem dicit ei, eò quòd timida erat, quia furtim donum acceperat. Et filiam vocat, vt fidelem. Ostẽdit item

item quòd nisi habuisset fidem, neutiquam recepisset beneficium, quanuis sanctas contigisset vestes. Dicunt autem quòd statuam domino fecerit, ad cuius pedes nascatur herba quæ profluuio sanguinis laborãtibus medeatur, quã Iuliani temporibus impij contriuerunt. *Et quum uenisset Iesus in domum principis, et uidisset tibicines, et turbam tumultuantem, dixit illis, Secedite, non enim mortua est adolescentula, sed dormit. et deriserunt illum.* Quoniam nõdum nupta erat, deflebant eam nuptialibus tibiis, secundum legem hoc facientes. Dormire autem dicit illã, eò quòd apud se mors somnus esset: valebat enim facilè suscitare. Cęterum quòd deriserunt eum, ne mireris: nam testimonium amplius dant miraculo, quòd vere mortuam suscitarit. Ne quis enim diceret quòd in excessu quodam esset, idcirco in confesso erat apud omnes eius mors. *Vbi autem* B *eiecta est turba, ingressus est, et tenuit manũ illius: et surrexit adolescentula. Et emanauit fama illa in totã terram illam.* Vbi turba est & tumultuatio, non operatur miracula Iesus. Tenet autẽ manum, virtutem illi dans. Et tu si mortuus fueris peccatis, tunc surges quando apprehendet manum tuam, ita vt opereris eiecta turba, & tumultuatione sedata. *Et quum discessisset illinc Iesus, secuti sunt illum duo cæci, clamantes, & dicentes, Miserere nostri fili Dauid.* Græci vt deo dicebant, miserere: vt homini autẽ dicebãt, fili Dauid. Celebre enim erat apud Iudęos, Messiam è semine Dauid vẽturum. *At quum uenisset in ædes, adierunt illum cæci. Et dicit illis Iesus, Creditis quod possim hoc facere? dicunt illi, Etiam domine.* Trahit secum cæcos vsque in domum, vt monstret solidam illorum fidem, & condemnet Iu- C dæos. Interrogat autem eos an credant: ostendens fidem omnia perficere. *Tunc tetigit oculos illorum, dicens, Secundum uestram fidem fiat uobis. Et aperti sunt illorum oculi.* In domo seorsum curat, vt vitetur inanis gloria. Per omnia enim docet modestiam & humilitatem mentis. *Et interminatus est illis Iesus, dicens, Videte ne quis sciat. Illi autem ut egressi sunt, diffamauerunt illum in tota terra illa.* Vides quomodo factum fugerint. Illi veto non vt inobedientes, sed vt grati diuulgauerunt. Quanuis autem alicubi dicere videtur, Abi, & narra gloriam dei, non est huic contrarium: vult enim apud se manentes nihil dicere, narrare autem gloriam dei apud alios. *Quum autem illi egrederentur, adduxerunt illi hominem mutum & dæmoniacum, & eiecto demonio loquutus est mutus.* Non

erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

D erat morbus naturalis, sed à dæmone immissus: propterea & alij adducunt illum. nó enim per seipsum orare poterat, quia dæmon eius linguam vinxerat: vnde neque fidem exigit, sed statim curat, ejecto dæmone mutum loqui prohibente. *Et admiratæ sunt turbæ, dicentes, Nunquã apparuit sic in Israel.* Admiratæ turbæ, Christum & prophetis & patriarchis præposuerunt. nam potestate sua curabat, non sicut illi precantes. Videmus autem & pharisæos quid dicant. *Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Summæ stultitiæ sermones illi sunt. nullus enim dæmon ejicit dæmonem
E Esto autem quòd demones ejiciat vti seruientes dæmonum principi, morbos igitur & peccata quomodo soluebat, & regnum dei prædicabat? nam dæmon contrario modo morbos auget, & à deo separat. *Et circumibat Iesus ciuitates omnes ac uicos, docens in synagogis illorum & prædicans euangelium regni, & sanans omnem morbum ac omnem languorem.* Quoniam misericors est, non expectat illos ad se venientes: sed ipse prospiciens ne habeant excusationem quòd nullus illos docuerit, opere & sermone trahit eos docens, & miracula faciens. *Quum uidisset autem turbas misericordiæ affectu motus est ergà illos, quod essent destituti ac dispersi uelut oues non habentes pastorem.* Non habebant pastorem, eò quòd principes illorum non solum non corrigebant, sed & nocebant. Veri enim pastoris est erga gregem misericordia affici. *Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate igitur dominũ messis, ut extrudat operarios in messem suam.* Messem vo-
F cat magnitudinem ministerij quo egebant: operarios autem eos, qui docere debebant, quales tunc non erant in Israel. Dominus autem messis, dominus apostolorum & prophetarum. Manifestum autem hoc ex eo, quod ordinauit apostolos non petendo deum. Audi enim:

CAPVT X.

Et accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem super spiritus immundos, ita ut ipsi ejicerent &
E *sanarent quemuis morbum, & quemuis languorem.* Duodecim discipulos eligit iuxta numerũ, duodecim tribuum, virtutemque illis tradidit, quamuis pauci essent, ac emisit. Pauci enim per angustam portam transeunt.

transeunt. dedit enim eis faciendi miracula virtutẽ, vt in ad- A
mirationem adducerent, & magis obtemperantes doctrinæ habeant auditores. *Duodecim autem apostolorum nomina sunt hæc: Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius.* Enumerat autem discipulorum nomina, propter pseudoapostolos. Præponit autem Petrum & Andream, quoniam & primum erant vocati. Deinde ponens filios Zebedæi, præponit Iacobũ Iohanni, non propter dignitatem, sed quia ita acciderat. Dicit igitur. *Iacobus Zebedæi filius, & Iohannes frater eius, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, Lebbæus cognominatus Thaddæus. & Iudas Iscariotes, qui & tradidit illum.* Vide humilitatẽ Matthæi, quomodo se post Thomam ordinarit. Ad Iudam autem quum venisset, non dixit, pollutus ille, inimicus ille dei, sed Iscariotẽ illum à patria no
minauit. Erat enim & alius Iudas, qui & Lebbæus Thaddæus B
dicebatur. Duo igitur Iacobi, nempe vnus Zebedæi, alter Alphæi: & duo Iudę, Thaddæus vnus, & alter proditor. Tres autem Simones, Simon scilicet Petrus, & Cananæus, & proditor. Simon enim Iudas Iscariotes dicebatur. *Illos duodecim emisit Iesus, & præcepit eis dicens, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne ingrediamini: sed ite potius ad oues perditas domus Israel. Proficiscentes autem prædicate dicẽtes, Appropinquauit regnum cœlorum.* Illos quales? piscatores, vulgares, publicanos. Primum autem misit ad Iudæos, ne dicere queant, Quoniam ad gentiles missi fuerunt, ideirco nos Iudæi iure non credimus. Destituit igitur Iudæos omni excusatione. C
Coniunxit autem Samaritanos gentilibus, quoniam Babylo *Samaritæ*
nij erant, & in Iudæa domicilio habebant, prophetasque non *ni Baby-*
recipiebãt. Porro per regnum cœlorum, futurorum intellige *lonii.*
fruitionem. Armat autem eos miraculis, dicens, *Infirmos sanate, leprosos mundate, dæmones ejicite. Gratis accepistis, gratis date.* Nihil tam decet doctorem, quàm humilitas, & diuitiarum contemptus. Duo igitur hæc hoc loco docet dicens, Gratis accepistis, ne superbirent quòd talia dona & haberent, & darent. Gratis enim & per gratiam talia accepistis, sed cum humilitate & diuitiarũ estote cõtemptores. Gratis enim (inquid) date. Et vt perfectius malorum omnium radix extirpetur, *Non possideatis aurum, neque argentum, neque æs in zonis ue*
stris, neque peram ad iter, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque uirgam. dignus enim est operarius suo cibo. Magno studio

Universidad de Deusto
Biblioteca

D eos exercet,& propterea omnia ab his superflua aufert,& curas eis adimit. Nam neq; virgâ eos habere sinit,quod exactę paupertatis est:& dignos fide facit eos,qui paupertatem doceãt. Deinde ne dicãt,quomodo educabimur?iquit, Dignus est operari⁹ cibo suo,hoc est,à discipulis pascemini. Debebũt enim hoc vobis,vt operariis. Dixit autẽ cibo,non luxu. Neq; enim deliciari oportet doctorẽ. *In quãcunq; ciuitatẽ uel uicũ fueritis ingressi,exquirite quis in ea dignus sit:atq; illic manete,donec exeatis.* Nõ ad oẽs iussit ire,ne mixti indignis,arguãtur. Omnino si ad solos dignos ierint, õnino & pascẽtur. Iubet aũt manere,& nõ de domo in domũ ire:ne tanq̃ guloſi male audiãt,& videãtur primos q̃ susceperãt,iniuria afficere. *Quum aũt intrabitis domũ salutabitis illã: & siquidẽ fuerit domus digna, ueniat pax uestra supra illam:sin minus fuerit digna, pax uestra ad uos reuertatur.* Per salutationẽ & pacẽ,benedictionem intellige, quę apud solos dignos manet. Disce igitur hoc loco quòd nostra maxime opera nos benedicãt. *Et quicunque non exceperit uos,neque audierit sermones uestros, exeũtes ex ædibus aut ciuitate illa,excutite puluerem pedum uestrorũ. Amen dico uobis,tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorũ in die iudicii, q̃ ciuitati illi.* Excutere vult puluerẽ,monstrantes quòd nihil illinc acceperint propter duritiam illorum qui persuaderi nõ potuerunt, vel quòd testantur se illorum nomine magnum iter cofeciſe, nihilq; illis profuisse. Tolerabilius igitur erit Sodomis quàm incredulis,eo quòd Sodomitæ hic puniti, alibi mitius punientur. *Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum.*

F Armauerat eos miraculis, de cibis bonam fiduciam illis fecerat apertis dignorum ianuis. Dicit nunc & grauia quæ euentura erant.suam præscientiam manifestans. Consolatur autẽ per hoc quòd dicit,ego. Ego,inquit,potens ille:& proinde fidite:inuicti enim eritis. Instruit autem eos ad passionem. Nam sicut impossibile est oues in medio luporum nihil pati: ita & vos inter Iudæos. Verum licet patiamini, ne succenseatis. Volo enim vos mansuetos esse,sicut oues, & sic magis vincere. *Estote igitur prudentes sicut serpentes,& simplices uelut columbæ.* Vult discipulos etiam prudentes. Idcirco quum audieris Christianos dici oues, nõ intelligas quòd oporteat eos stupidos esse. nam & prudentes oportet esse, & scire quomodo versandum sit in medio multorum inimicorum. Sicut enim serpens totum corpus obiicit vt percutiatur, caput

Prudẽtia serpentis, & simplicitas colũbæ.

caput aũt seruat:ita & christianus,inquit, oĩa sua det, etiam A
percutiẽtibus, corpus suũ:caput autem quod est Christus,& fidem in illum seruet. Et sicut serpẽs in angustã quãdam caueruam circũgyrat se, & transiens pellem veterem expoliat se:ita & nos per angustam viam incedamus, vt veterẽ exuamur hominẽ. Verũtamen quia & serpẽs nociu⁹ est, iubet nos simplices esse,hoc est synceros,& absq; malitia, nullumq; offendentes,sicut colũbæ. Illę enim quũ aufferuntur eis fœtus, & persecutionẽ patiũtur,rursus ad dominos suos reuertũtur. Esto igitur prudens sicut serpens, ita vt ne deridearis ob vitam ab aliis,sed omnia tua citra labẽ perficias. Erga alios autem te nocentes sis velut columba, hoc est neutiq̃ malignus. *Cauete autẽ ab hominibus.tradent enim uos in cõciliis, & in synagogis suis flagellabũt uos,& ad duces & reges ducemini propter me in* B
testimonium ipsis ac gentibus. Vides hoc esse prudẽtis,cauere, & nõ dare occasionẽ volentibus persequi,sed prudẽter agere res nostras. Si pecuniam voluerit qui persequitur,da:si honorem, permitte, vt ne occasionem habeat:si autem fidem auferat,custodi tuum caput. Non autẽ discipulos missurus erat ad Iudæos solum,sed etiam ad gentes:idcirco dicit, In testimoniũ ipsis & gẽtibus,hoc est,in notã & in reprehensionem eorũ qui non credũt. *At quũ tradiderint uos,ne sitis solliciti quid aut quomodo loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Nõ enim uos estis illi loquẽtes,sed spũs patris uestri q̃ loquitur in uobis.* Ne dicant,quomodo persuadere poterimus idiotæ sapientia præditos?iubet bene sperare,& solicitudinẽ deponere.nam quũ inter fideles loquẽdum,dignũ est vt præmediteC
mur:& paratos esse ad defensionẽ,Petrus admonet. Inter tubas autẽ & reges insanientes,suum promittit robur,ne timeamus. Nostrũ est enim confiteri:sapienter autẽ respõdere,dei. Et ne suspiceris naturalẽ esse in defendẽdo idoneitatẽ, iquit, Non vos loquimini, sed spiritus. *Tradet enim frater fratrẽ in mortem,& pater filium,& insurgẽt filii aduersus parentes, & mortẽ afficiẽt eos.* Prędicit eis euẽtura,ne turbẽtur quũ acciderit, Ostẽdit aũt & prędicationis vim,quomodo naturã ipsam cõtẽnere faciat. Hic enim Christianismus est, & insaniã illorũ interim manifestat,quòd neq; familiaribus parcũt. *Et eritis odio habiti ab oĩbus propter nomẽ meũ. Qui aũt perseuerauerit usque in finẽ,hic saluus erit.* Ab oĩbus,hoc est à multis.Non enĩ oẽs illos odio persequebãtur: nam nonnuli & fidem acceperant.

D Qui autem vsque in finem perseuerauerit,& non solum incepe
rit,ille æternæ vitæ particeps erit. *Quum autem uos fuerint*
persecuti in ciuitate hac, fugite in aliam. Amen dico uobis,nõ peram-
bulaueritis omnes ciuitates Israel,donec uenat filius hominis. Quæ
supra dicta sunt,terribilia erant:vt quòd tradent vos, & eri-
tis odio, & post eius ascensionem futura erant : quod autem
nunc,dicitur de his quæ ante crucem. Non enim consumma
bitis ciuitates Israel in persecutionibus , & statim veniam ad
vos,Iubet enim fugere eum qui persecutioné patitur. Enim-
uero temere se in periculum inducere,& authorẽ fieri cõdem-
nationis homicidis,& damno esse his quibus per prædicatio
nem prodesse poterat,diabolicum est. Donec veniat filius ho
minis,non de secundo aduentu intelligas, sed de conuẽtu &
E consolatione ante crucem. Missi enim ad prædicandum, ite-
rum ad eum redierunt,& cum eo conuersati sunt. *Non est di*
scipulus supra præceptorem,neque seruus supra dominum suum:suffi-
cit enim discipulo ut sit sicut præceptor suus,& ut seruus sit sicut domi
nus suus. Docet hoc loco ferendas iniurias. Nam si ego præ-
ceptor & dominus sustinui, multo magis vos discipuli & ser
ui. Interrogas autem quomodo dicit,Non est discipulus su-
pra præceptorem,quum videamus multos discipulos præce-
ptoribus antecellere? Intellige igitur quod donec fuerint di-
scipuli,minores erunt præceptoribus : quod si prestantiores
fuerint,non erunt iam discipuli, sic & seruus quandiu est ser
uus, non erit supra dominum suum. *Si ipsum patremfamilias*
uocauerunt Beelzebul, quanto magis domesticos illius ? Ne igitur ti-
F *meatis eos: nihil enim est tectum , quod non sit retegendum : & nihil*
occultum quin futurum ut sciatur. Cõsolationem accipite à me.
Si enim me principem dæmoniorum vocauerunt, quid grae
si & vos familiares meos conuitiis taxent? Domesticos voca
uit,suam erga illos declarans familiaritatem. Sed confidite,
veritas nõ occultabitur,sed tempus reuelabit & vestram vir-
tutem,& conuitiatorum malitiam. Nihil enim est occultum
quod non sciatur. Licet igitur nunc traducant,tamen postea,
vos etiam claros reddent. *Quod dico uobis in tenebris, hoc dicite*
in luce: & quod in aurem auditis, prædicate in tectis. Id quod
seorsum dixi vobis,& in vno loco(hoc est enim in aurem,&
in tenebris)fidenter docete,& magna voce,ita vt omnes vos
audiant. Quia autem dicendi libertatem & pericula sequun-
tur,subdit. *Et ne timeatis ab his qui occidunt corpus,animã autem*
non

non poterãt occidere timete autem magis eum qui potest & animam A
& corpus perdere in gehennam. Docet & mortem contemnẽ-
dam. Terribilius enim,inquit, gehennę supplicium est. Qui
enim occidunt,solum corpus destruunt,animæ autem fortas
sis benefaciunt. Deus autem in gehennam proiiciens,& ani-
mam & corpus punit. Gehennam autem quum dicit,signifi-
ca perpetuam pœnam . Gehenna enim dicitur à semper na-
scendo. *Nonne duo passeres minuto asse ueneũt? & unus ex illis non*
cadit in terram sine patre uestro. Vestri uero etiam pili capitis omnes
numerati sunt ne igitur metuatis,multis passeribꝰ præstatis uos. Ne
sicut derelicti turbarentur,inquit,Si neque passer ignorante
me capitur,quomodo vos quos amo,derelinquã? Euidentem
autem scientiam & prudẽtiã indicans, dicit capillos vestros
numeratos esse. Ne putes igitur quòd opus sit operãte deo vt B
illaqueẽtur passeres: sed quòd neq; illorum aucupium à deo
ignoretur. *Omnis igitur qui cõfitebitur in me corã hominibus,cõfi-*
tebor & ego illum corã patre meo qui est in cœlis. Porro quisquis ne-
gauerit me coram hominibus,negabo eũ & ego coram patre meo qui
est in cœlis. Ad martyrium & testificationem adhortatur,nõ
sufficit enim in sola anima , sed vult & per os confiteri nos
Deus. Nõ dixit autem,qui cõfitebitur me,sed in me,hoc est,
in mea virtute. Nã qui confitetur,superna virtute adiutus cõ
fitetur, Postea de negãte non dixit in me,sed cui:ostẽdens q
non habens supernũ auxilium,negatur. Omnis enim qui cõ-
fitetur quod deus est Christus , inuenit Christum confiten-
tem de se patri quòd fidelis sit seruus . Qui autẽ negauerint,
audient: Nescio vos. *Ne putetis quod uenerim ut mittam pacem* C
super terram: non ueni ut mitterem pacem, sed gladium . ueni enim
ut dissidere faciam hominem aduersus patrem suum,& filiã aduersus
matrem suam: & sponsam aduersus socrum suam , & inimici hominis
erunt familiares eius. Non vbique bona est cõcordia: sed bo
num quãdoque est dissidium. Gladius igitur est sermo fidei,
qui nos auellit à consuetudine familiarium & cognatorũ ad
pietatem impedientium. Nõ enim simpliciter dicit vt ab his
sequestremur & dissideamus: sed dum non conducunt,& im-
pediunt à salute. *Qui amat patrem uel matrem ultra me ,non est*
me dignus: & qui amat filium uel filiam ultra me, nõ est me dignus.
Vides quòd tunc oportet nos odio habere parentes & filios,
quãdo volunt nos à Christo magis auellere. Et quid dico pa
trem & matrem & filios? quod maius est, audi. *Qui*(inquit)

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *non accipit crucem suam, ac sequitur me, non est me dignus.* Quisquis (inquit) non renunciauerit præsenti vitæ, & tradiderit se in mortem contemptibilem (hoc enim prisci crucem vocabant) non est me dignus. Quoniam multi vt fures & latrones crucifiguntur, apposuit: Et sequitur post me, hoc est, iuxta leges meas viuit. *Qui inuenerit animam suam, perdituru est eam: & qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam.* Inuenire videtur animam suam, qui vitam quæ in carne est, custodit: sed perdit eam, quia mittit in æternum supplicium. Qui autem perdit animam suam, & moritur, non vt latro vel seipsum strangulans, sed propter Christũ. ille seruat eam. *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ*
E *accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Excitat nos vt suscipiamus eos qui à Christo mittũtur. Nam qui discipulos suscipit, ipsum veneratur, & propter illum etiam patrem. Oportet autem suscipere iustos & prophetas in nomine iusti & prophetæ, hoc est quia iusti sunt & prophetæ, non propter præfecturam & subsidium à regibus. Quod si quis fortè & prophetæ figuram gerat, opere autem non idem præstat, tuque vt prophetam ipsum susceperis: & Deus, quasi iustũ susceppisses, tibi retribuet. hoc enim signat, mercedem iusti accipiet. Vel etiam aliter intelligas quòd iustus existimetur etiam ille qui suscipit, & accipiat mercedem quam iusti capiunt. *Et quicunque potauerit unum ex pusillis istis poculo frigidæ aquæ tantum nomine discipuli, amen dico vobis, non*
F *perdituru est mercedem suam.* Ne paupertatem quis prætexat, dicit quòd etsi poculum aquæ frigidæ des eò quòd illo meus discipulus sit, & huius accipies mercedem. Poculum autem aquæ frigidæ dat & qui docet quempiam flagrantem igne dei vel concupiscentiarum, & facit eum nominari discipulum Christi, nec hic perdet mercedem.

Crux.

CAPVT XI.

ET factum est quum finem fecisset Iesus mandandi duodecim discipulis suis: progressus illic ut doceret & prædicaret ciuitatibus illorum. Missis discipulis ipse
E cessat facere miracula, & solum docebat in synagogis. Nam si ipse præsens curasset, nulli tunc accessissent discipulos. vt igitur & illi habeant locum sanandi, ipse progressus est

Iohannes

Iohannes autem quum audisset in carcere facta Christi, missis duobus A
discipulis suis, dixit illi, Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?
Non interrogat Iohannes quasi ignorans Christum. Nam quo pacto ignoraret, quum testatus sit, Ecce agnus Dei? Verùm quia discipuli eius inuidebant Christo, vt pluribus argumentis certiores eos redderet: propter hoc mittit eos, vt vel visis miraculis credant Christum Iohanne maiorem esse: & idcirco fingit se rogare, Tu es qui venturus es? hoc est, qui expectatur in scripturis in carne venturus. Nonnulli autem dicunt, quòd quũ dixerit venturum, interrogauit de descensu ad inferos, quasi ignoret Iohannes, & dicat, Es tu ille qui ad infernum venturus est, an alium expectamus? Hoc autem friuolũ fuerit dicere. Quum enim prophetis aliis excellentior fuerit Iohannes, quomodo crucifixionem Christi & B
eius ad inferos descensum ignorasset, præsertim cum Christum agnũ nominarit, eo quòd pro nobis immolandus erat? Sciebat igitur Iohãnes quòd ad infernum venturus esset dominus cum anima, vt & illic saluaret (sicut dicit Gregorius theologus) omnes qui crediturí erant quòd pro nobis incarnatus esset. Et non sicut ignorans rogat, sed sicut volens copiosis testimoniis discipulos suos docere de Christo ob mira culorum operationẽ. Vide enim & Christum quid dicat ad *Gregori*
hanc interrogationem. *Respondit autem, inquit, Iesus, & dixit theologus*
eis, Ite & renunciate Iohanni ea quæ audiitis & uidistis: Cæci uidẽt,
& claudi ambulãt: leprosi mundantur, & surdi audiunt: mortui excitantur, & pauperes euangelizãtur. Et beatus est quisquis non fuerit
offensus per me. Non dixit, annunciate Iohãni, Ego sum qui C
ueturus sum: sed vt sciẽs q̃ Iohannes hac de causa discipulos misisset, vt videant miracula, inquit: Quæ videtis, annũciate Iohãni. & omnino ille accepta occasione hac amplius de me vobis testimoniũ perhibebit. Pauperes autẽ qui euangelizãtur, intellige vel apostolos Euangeliũ prædicãtes (pauperes enim erant, & piscatores, & vt priuati cõtemptibiles) vel auditores Euangelij, de cœlestibus bonis audientes. Ostendẽs autẽ discipulis Iohannis q̃ non laterent eum quę cogitabãt, dicit, Beatus qui nõ offensus fuerit in me. nam ipsi multũ de eo dubitabãt. *Illis autem euntibus, cœpit Iesus dicere turbis de Iohanne, Quid exiuistis in desertũ ut uideretis? Nũ arundinem quæ agitatur à uento?* Fortassis turbæ vt audierunt Iohannis interrogationem, offensæ sunt, ne forte & Iohannes de Christo

 dubitasset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D dubitasset, & sic facile mutasset sententiã, quanuis prius testificatus fuisset de Christo. Hanc igitur suspitionẽ è medio tollens Christus, inquit: Non est Iohannes arundo, hoc est, inconstans & varius. Nam si talis esset, quare exiuistis ad eũ in desertum? Non enim ad arundinem, hoc est facile mutabi lem hominem exiuissetis, verum sicut ad magnum & cõstan tem hominem exiuistis. Proinde talis manet, qualem eum iu dicastis. *Sed quid existis ut uideretis? hominem mollibus uestimẽtis indutum? Ecce qui mollia gestant, in domibus regum sunt. At quid existis uidere? Prophetam?* Nam ne dicere possint, quòd delicitis primum seruiuerit, factus sit remissus, inquit, Non. Vestis enim eius ex pilis erat, & ostendebat à deliciis alienum.

Nota,

E Si enim mollia gestasset, in regum domibus versatus esset, & non in carcere si delicias fuisset sectatus. Disce igitur ꝙ non oportet probũ Christianũ mollia gestare. *Etiam dico uobis, & excellentiorem Propheta. Hic est enim de quo scriptum est, Ecce*

Iohannes quare dicit° angelus,

ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparaturus est uiam tuam ante te. Angelus vocatus est & propter angelicam vitam, ac ferme materiæ expertem, & propter hoc quòd nun ciauit prædicauitque Christum. Præparauit autẽ viam Chri sti, quasi testificans de eo, & quasi baptizans in pœnitentiam. Nam post pœnitentiam remissio peccatorum, quam re missionem Christus dat. Hæc autem dixit Christus postquã à se abierant discipuli Iohannis, ne videatur eis adulari. Va

Malac.3.

ticinium autem, dictum Malachiæ est. *Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista.* Cum affir

F matione hoc asserit. Dicens autem mulierum, seipsum excepit. Christus enim à virgine natus est, non muliere, quæ virum passa. *Qui autem minor est in regno cælorum, maior illo est.* Quoniam multas Iohannis laudes dixerat, vt ne putent ꝙ & se maior sit ille, inquit hoc loco manifestius, quod ego mi nor, & natu iunior, & iuxta vestram opinionem inferior, ma ior illo sum in regno cælorum, hoc est, in spiritualibus & cæ lestibus bonis. Nam hic quidem ipso minor sum, & secundum hoc prior me natus est, & vobis magnus videtur, sed illic maior sum. *A diebus autem Iohannis Baptistæ usque ad hunc diem regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.* Videtur hæc superioribus non cohærere, sed non sic habet. Vide igitur, Etenim de se dixerat Christus quòd maior sit Iohanne, & cogit illos vt ei credant, ostendens quod multi rapiant

piant regnum cœlorum, hoc est, fidem in se. Opus autem est A
virtute multa. Relinquere enim patrem & matrem, & animam suam contemnere, quanta vis? *Omnes enim prophetæ & ipsa lex usque ad Iohannem prophetizauerunt.* Ex hoc bene illa consequitur. dicit enim, Ego sum ille venturus. Omnes enim prophetę impleti sunt. Non autem impleti fuissent, si ego nõ venissem. Nihil igitur expectetis vlterius *Et si uultis recipere, ipse est Helias ille qui uenturus erat.* Si vultis, inquit, accipere, hoc est, si sana mente iudicatis, & non inuida, ipse est Helias quem dixit propheta Malachias venturum. Etenim prę- *Malac.3.*
cursor ac Helias idem sortiti sunt ministerium: & hic quidẽ prioris aduentus, Helias autem posterioris præcursor. Deinde ostendens quòd ænigma sit Iohannem Heliam esse, & intellectu opus ad intelligendum, inquit, *Qui habet aures ad* B
audiendum audiat. Ita inducens eos vt interrogent ac discãt.

Cui autem assimilabo generationem hanc? Similis est pueris sedentibus in foro, & acclamantibus sodalibus suis, & dicentibus, Tibia cecinimus uobis, & non saltastis: lamentauimus uos, & nõ planxistis. Insinuat hic Iudæorum morositatem. Difficiles enim moribus, neque Iohannis austeritate, neque Christi simplicitate inuitari potuerũt: sed similes fuerũt pueris cõtumacib⁹, quos neq; facilitate neq; luctu quis placarit. *Venit enim, inquit, Iohannes neq; comedẽs neq; bibens, & dicũt, Dæmonium habet. Venit filius hominis comedens & bibens, & dicũt, Ecce hominem edacem, & uini potorem, amicumq; publicanorum & peccatorum.* Lamenta tioni assimilat vitam Iohãnis: erat enim magnæ tam in ver bis quàm operibus seueritatis. At Iesus mirè dispensans om- C
nia, omnibus condescendit, vt omnes lucrifaciat, & regnum euangelizet: proinde non eius fuit austeritatis cuius Iohannes. *Et iustificata est sapientia a filiis suis.* Hoc dicit, Neque Iohannis vita neque mea vobis placet, sed omnes salutis vias aspernamini. Iustus apparebo ego, qui sapientia sum. Nulla enim posthac vobis occasio erit, sed omnino iudicabimini. Etenim ego quidem impleui omnia, vos autem increduli facti, iustum me, vtpote qui nihil intermiserim, comprobatis.

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ fuerant plurimæ uirtutes ipsius, quod non pœnituissent. Postquam monstrauit ꝙ omnia quæcunque oportebat fecerat, & manserunt absq; pœnitentia, consequenter exprobrat. *Væ tibi Chorozaim, uæ tibi Bethsaida.* Ex qua Andreas & Petrus & Philippus & filij Zebedæi

Universidad de Deusto
Biblioteca

D bedæi fuerunt: atque ita non naturæ, sed voluntatis malitia fuit. Nam si naturæ, fuissent & illi malt. *Quoniam si in Tyro & Sydone factæ fuissent uirtutes scilicet quæ factæ in uobis, olim in sacco & cinere pœnituissent. Veruntamen dico uobis, Tyro & Sidoni tolerabilius erit in die iudicii, quã uobis.* Deteriores dicit Iudæos Tyriis & Sidoniis. Tyrij enim naturalem legem transgressi sunt, Iudæi autem & Mosaicam. Et illi quidem non viderunt miracula, hi autẽ & miracula quę videre, accusarunt. Saccus pœnitentiæ symbolum est. Lugentes videmus cinerẽ & puluerem super caput spargere. *Et tu Capernaum, quæ usq; ad cœlos et exaltata, usque ad infernum detraberis: quoniam si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ in te, manssissent usq; in hodiernum diem. Veruntamen dico uobis quod Sodomis tolerabilius erit in die iu-*
E *dicii, quam tibi.* Capernaum exaltata est eo quòd sit ciuitas Iesu. glorificata enim fuit, vtpote patria eius, sed nihil vtilitatis inde accepit, non credendo: & propterea contrario modo iudicata est vsque in infernum, quòd talem sortita inquilinum. non sit emendatior facta, Quoniam autẽ Capernaum interpretari quis potest agrum consolationis: vide ꝙ si quis mereatur fieri ager spiritus paracleti, & deinde sublime sapiat, & exaltetur vsque in cælum, ita corruet quoq; per superbiam. Horrescas igitur ô homo. *In illo tempore respondit Iesus, & dixit, Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ, quod occultaueris hæc sapientibus & intelligentibus, & reuelaueris ea paruulis.* Quod dicit, hunc sensum habet. Confiteor, hoc est, gratias ago tibi, quod Iudæi qui sibi videntur esse sapientes & periti in scripturis, non crediderunt, imperiti autem & paruuli cre-
F diderunt & cognouerunt mysteria. Occultauit autem mysteria deus ab his qui videntur esse sapientes: non vt inuidens, vel vt author imperitiæ, sed ideo quòd non erant digni, propter hoc quòd videbantur esse sapientes. Nam qui videtur sibi sapiens, & confidit in sapientia sua, neque deum inuocat. Vnde deus postea non vocat eum, neque inuat, neq; reuelat. Et aliter, Deus propter magnam misericordiam suam nõ reuelat eis plura mysteria, vt ne magis puniantur, vtpote aspernantes ea quæ didicerunt. *Etiam pater, sic fuit bene placitũ ante te.* Manifestat hoc loco benignitatem patris, quòd non ab alio pronocatus reuelat paruulis, sed sic placuit ab initio. Cõplacitum enim voluntas est, & beneplacitum. *Omnia mihi tradita sunt a patre meo.* Dixit supra quòd absconderit pater. Ne

Ne igitur suspiceris quòd ipse quidẽ nihil faciat, omnia autem patris sint, dicit, Omnia mihi tradita sunt, & vna potestas mea & illius. Quum autem audis, tradita sunt: ne suspiceris quòd tanquam seruo & inferiori tradita fuerint, sed tãquam filio. Nam secundum hoc quòd natus est à patre, omnia tradita sunt ei. Nisi enim natus esset ab eo, & eiusdem esset substantię, non fuissent ei tradita. Non à domino, inquit, sed à patre meo: vt exempli gratia si nascatur pulcher puer à pulchro patre, & dicat, Data est mihi pulchritudo à patre meo. *Et nullus cognoscit filium nisi pater. neque patrem quis cognoscit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.* Manus dicit: Nulli sit mirum me omniũ esse dominũ, quum scilicet & aliud magis possim, nempe scire patrem, ac sic ipsum cognoscere, vt & aliis eum possim reuelare. Cõsidera autem quòd superius dixerit patrem reuelasse mysteria paruulis: hic autem filius patrem reuelauerit. Vides igitur vnam virtutem patris & filij: siquidem & pater reuelat ac filius. *Venite omnes ad me qui laboratis & onerati estis, & ego requiescere uos faciam.* Omnes vocat, non solum Iudæos, sed Gentiles. Per laborantes intellige Iudæos, vt facientes traditiones legis, & in operatione mandatorum legis fatigatos. Per oneratos autem, Gentiles onere peccatorũ oppressos. Hos igitur quiescere facit Christus. Credere enim, & confiteri, & baptizari, quis labor? Quo modo autem non & quies? quandoquidem & hic nihil solicitum esse oportet de iis quæ ante baptismum facta sunt, & alibi quies te susceptura est. *Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem a-*
C *nimarum uestrarum. Iugum enim meum commodum est, & onus meũ leue.* Iugum Christi humilitas & mititas. Qui igitur se humiliauerit omni homini, requiem inuenit, imperturbatus manens: sicut vanæ gloriæ cupidus & arrogans semper in curis est, nolens quoquam minor haberi, sed cogitans quomodo magis glorificetur, & quomodo vincat inimicos. Iugum igitur Christi (humilitatem dico) leue est. Facilius est enim humili naturæ nostræ humiliari, quàm sublimari. Dicuntur itẽ & omnia mandata Christi iugum leue, quoniam propter futuram retributionem leuia, tametsi ad breue tempus grauia videantur.

CAPVT. XII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D

CAPVT XII.

IN illo tempore ibat Iesus sabbatis per segetes: discipuli uero illius esuriebant, & cœperunt uellere spicas, & comedere. At pharisæi quum uidissent, dixerunt illi, Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in sabbato. Ille uero dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quum esuriret ipse, & ii qui cum eo erant? Quomodo ingressus sit in domum dei, & panes propositionis ederit, quos ipsi non licebat edere, neque his qui cum illo erant, nisi sacerdotibus solis.

1. Reg. 22.

Iterum Pharisæi naturalem passionem arguunt, quum ipsi grauius peccent. Dominus per historiam Dauid admonet eos. Ille enim, inquit, propter famem maius quiddam ausus

Panes propositionis.

E fuit. Panes autem propositionis erant duodecim, qui quotidie proponebantur in mensa, sex in dextera parte, sex in sinistra. Quanuis autem & Dauid propheta erat, non tamen ei inde licebat edere, sed sacerdotibus: quanto magis non licebat his qui cum eo erant? attamen propter famem uenia dignus erat. sic igitur & discipuli. *An non legistis in lege, quòd sabbatis sacerdotes in templo sabbatum prophanant, & crimine uacant? Dico autem uobis quòd templo maius est hoc in loco.* Lex prohibebat in sabbato operari. Sacerdotes in sabbato & ligna scindebant, & ignem accendebant, atque ita prophanabant sabbatum, hoc est inquinabant, vt vobis videtur. At dicis mihi, quòd bene licebat sacerdotibus: discipuli autem sacerdotes non erant. Dico igitur quòd templo maius est hoc in loco, hoc est, quia ego maior sum templo, & dominus cum di-

Num. 28. Exod. 20. 23. Deut. 5.

F scipulis sum: maiorem ergo habent hi potestatem soluendi sabbatum quàm sacerdotes. *Quod si sciretis quid sit, Misericordiam uolo, & non sacrificium: nequaquam condemnasseris insontes: nam dominus est & sabbati filius hominis.* Ostendit eos & imperitos, & nescientes propheticum. Oportebatenim (inquit) misereri esurientibus. Et aliter, Ergo filius hominis, domi-

Supra. 9. Osee. 6.

nus sum sabbati, & dierum opifex, & ego vt dominus soluo sabbatum. Intellige autem & iuxta anagogen quoniam operarii erant apostoli messis autem & aristæ: credentes. Porrò euellebant apostoli & comedebant, hoc est, cibum habebãt, salutem hominum. Hoc autem faciebant in sabbatis, hoc est in ocio malorum. Pharisæi autem indignabantur. sic & in ecclesia doctoribus docentibus & prodesse cupientibus pharisæi

sæi sæpe inuidẽt, & ægrẽ ferũt. *Progressus autẽ illinc uenit in* A *synagogam illorum: & ecce homo erat manum habens aridam, & interrogabant illum dicentes, Num licet sabbatis curare? ut accusarent eum.* Alii Euangelistæ dicunt quòd Iesus interrogauerit pha- Mar. 3. risæos. Dici igitur potest quòd quum inuidi essent, præuene- Luc. 6. rint & rogauerint illũ, vt dicit Matthæus. Deinde Christus iterũ interrogauit eos, vti ridens eorum cæcitatem, id quod ab aliis Euangelistis dicitur. Interrogant igitur eum, vt occasionem habeant ad calumniandum. *At ille dixit eis, Quis erit ex uobis homo, qui habebit ouem unam, & si ea inciderit sabbatis in foueam, nonne apprehendet illam, & eriget? quanto igitur præstantior est homo oue? atque ita licet sabbatis benefacere.* Ostendit eos propter auaritiam, & vt ne priuentur oue, dissoluere B sabbatum, propter inuidiam autem non ferre vt curetur homo: vnde hoc loco crudeles eos esse, & contẽptores dei ostẽdit. Contemnunt enim sabbatum, vt non pereat ouis: immisericordes autem sunt, quia hominis curam respuunt.

Tunc dicit homini, Extende manum tuam: & extendit, & restituta est sana sicut altera. Multi & nunc aridas manus habent, hoc est, immisericordes sunt, & non communicant: sed quando sermone euangelico docentur, extendunt eas, & communicant, quãuis Pharisæi, superbi dæmones, qui nobis eã amputarunt, propter suam in nos immisericordiam manus ad misericordiam extendi nolunt. *Pharisæi autem egressi cœperunt consilium aduersus eum, quomodo illum perderent. at Iesus ubi nouisset secessit inde.* Inuidebant: nam quando beneficiis afficiuntur, tũc insaniunt. Secedit autem Iesus, eo quòd passio- C nis tẽpus imminebat, parcens interim illis, ne homicidii criminis fiant obnoxii. Temere enim se in pericula obiicere, *Temere se in peri deo gratũ non est.* Vide autẽ quod signanter dicit, Egressi. *culã mute* nam vt exierunt à deo, tunc voluerunt perdere Iesum. Nul- *re nõ deo* lus enim in deo manens talia vult. *Et sequutæ sunt eum turbæ gratum.* multæ, & curauit eos omnes, & increpauit eos, ne se manifestum faciant. Vt inuidiam illorũ demulceret, manifestari nõ vult. Nihil enim omittebat quod ad illorum curam pertinebat. Esa. 42.

Vt compleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam dicẽtem, Ecce filius meus quem elegi, dilectus meus, in quo sibi bene complacuit anima mea. ponam spiritum meum super illum, & iudicium gentibus annunciabit. Non contendet, neque clamabit. Introducit & prophetam testem mansuetudinis Iesu. Quæcũque enim, inquit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D quit, voluerint Iudæi, faciet. Si voluerint vt non appareat, fa
ciet etiam istud, & nō reluctabitur vt inanis gloriæ auidus,
Neque clamabit, sed annunciabit turbis ne manifestent se:
sed & gentibus iudicium annunciabit, hoc est, etiam gentes
Iudicium. docebit. Iudicium enim est doctrina & scientia, & diiudica
tio boni. vel, & futurum iudicium annūciabit Ethnicis, qui
nunquam audiuerunt de futuro iudicio. *Neque in plateis au
diet quis uocem eius.* Non enim in medio fori, vt gloriæ appe
tētes, sed in tēplo & synagogis & mōte & iuxta littora doce
bat. *Arundinē cōminutā nō confringet, & linū fumigās non extin
guet.* Poterat, inqt, Iudæos vt calamū contritū cōfringere,
& irā eorū vt linū fumigās, hoc est ardēs, extinguere: sed no
luit quoad dispēsatio adimpleret, & per oīa vincit eos. Hoc
E em significat quod subdit, *Donec eiciat ad uictoriā iudicii, Et
in nōie illius gentes sperabunt.* Ne em haberēt quod prætexe-
rent, omnia sustinuit, vt postea condemnaret eos, & vinceret
nihil contradicentes. Et quidnam est quod nō fecit vt lucri-
faciat illos? sed noluerunt. Vnde gentes sperabunt in eum,
quoniam Iudæi noluerunt. *Tunc adductus est ad eū dæmonia-
cus cæcus ac mutus, & sanauit illum, ita ut cæcus ac mutus loqueretur & cerneret. Et obstupuerunt omnes turbæ, dicebantque,* Nū hic
est filius Dauid? Vias ad fidem occluserat dæmon, oculos, au
res, & linguam: sed Iesus sanat, & filius Dauid à turbis no-
minatur. Expectabatur enim Christus ex semine Dauid. Et
nunc si videris quēpiam neque quid bonum sit per se intelli
gentem, neque alterius sermones suscipientem, existima illū
cæcum & mutum, quem sanarit deus tacto eius corde.

F *Quæ cum audiuissent Pharisei, dicebant, Hic non eiicit dæmonia
nisi in Beelzebul principe dæmoniorum.* Tametsi dominus pro
pter eos secesserat, illi nihilominus etiam procul audientes
taxabāt: quūq; homines multis afficerentur beneficiis, erāt
tam inimici, quàm diaboli. *Quum autem sciret Iesus cogitatio-
nes illorum, dixit illis, Omne regnum diuisum aduersus sese, desola-
tur: & omnis ciuitas aut domus diuisa aduersus seipsam, nō stabit. Et
si Satanas Satanam eiicit, aduersus seipsum diuisus est: quomodo igi-
tur stabit regnum eius?* Innulgādo cogitationes illorum, deū
se esse comprobauit. Excusat autem se apud illos communi-
bus exemplis, & monstrat insipiētiam eorū. Quomodo enim
dæmones seipsos eiiciunt, quum magis inter se conueniant?
Satan autem dicitur aduersarius. *Et si ego in Beelzebul eiicio
dæmonia,*

dæmonia, filii uestri in quo eiiciunt? Propterea ipsi uestri erunt iu- A
dices. Esto, inqt, quòd ego talis sim: filii vestri, hoc est mei
discipuli, in quo eiiciunt? Nunqd & illi in Beelzebul? Quòd
si illi diuina virtute, multo magis ego. Illi em in nōie meo
miracula operātur, ꝓpterea illi vos cōdēnaturi sunt, quia il-
los videtis in meo nōie miracula facere, & adhuc me accusa
tis *Quòd si spiritu dei ego dæmonia eiicio, ergo peruenit ad uos re
gnū dei.* Hoc dicit, ꝙ si in diuina virtute ego eiicio dæmo-
nia, ergo ego sum filiꝰ dei. & aduenio ꝓpter vos, vt afficiami-
ni bñficiis, atq; ita puenit in vos meus aduēt⁹. hic em est re-
gnum dei. quid igitur aduentum meum, qui propter vos est,
accusatis? *Aut quomodo potest aliquis intrare domum potentis, &* B
uasa eius diripere, nisi prius liget potentem, & tunc domum eius di-
ripiat? Tātum, inquit, abest vt amicos habeam dæmones,
vt & aduersarios habeam, & ligem eos qui ante meum aduē
tum fortes erant. In domum autem, id est, in mūdum ingres-
sus Iesus, spolia dæmonum homines abstulit. *Qui nō est me
cum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.* Quomo
do, inquit, Beelzebul mihi cooperaturus est, qui contrarium
mihi operatur? Ego quidem veritatem doceo, ille autem ma-
litiam. quomodo igitur est mecum? Et ego quidem congre-
go homines ad salutem, ille autē dispergit. Notat autē Pha-
risæos, quòd se docente, & multis prodesse cupiente, ipsi dis-
pergerent populum ita, ne accederent ad se. Vnde ostendit
eos re vera dæmoniis plenos. *Ideireo dico uobis, Omne pecca-* C
*tum & conuitium remittetur hominibus, at conuitium in spiritum
sanctum non remittetur hominibus. Et quisquis dixerit uerbum aduer
sus filium hominis, remittetur illi: qui autem dixerit aduersus spiritū
sanctum, non remittetur ei, neque in præsenti, neque in futuro.* Di
cit hoc loco omne aliud peccatum, quātūuis inexcusabile sit
vtpote scortationem, furtū, & similia, talia esse, vt confugere
liceat ad humanam infirmitatem, & sit veniæ locus. quando
autem quis viderit miracula spiritus sancti fieri, & accusaue
rit ea quasi à diabolo facta: qualem habiturus est ille excusa
tionē? Manifestū est enim scire eum ꝙ à spiritu sancto fiant.
sua autem sponte male operari. quomodo igitur talis venia *Sup. 11.*
dignus erit? Itaque Iudæi quando viderunt Christum man- *Lucæ. 7.*
ducantē & bibentem, ac versantē cū publicanis & meretrici
bus, aliaq; omnia more fili hominis facientem, & deinde ar
guerunt eum vt comedonē, & vini potorem: in hoc erāt ve-
nia digni, & neque pœnitentia super hoc ab eis exigebatur.

D videbantur enim rationabiliter offendi. Quando autē vide
runt eum operari miracula, & arguerunt, & blasphemauerūt
spiritum sanctum, dicentes hoc dæmoniacum esse, quomodo
remittetur hoc peccatum, nisi pœnitentiam egisset? Et ita
disce quòd ille qui blasphemat in filium hominis, videns eū
De pēō in spiritū sanctū irremissibili. humano more viuere, & dicēs, Hic meretricarius est, vorax,
& vini potor, dum Christus hoc facit, talis etsi non pœni-
teat, de hoc non reddet rationem. Veniam enim accepit,
tanquam qui non intellexerit illum fuisse deum, eo quòd tā
occultus fuerit. Qui autem blasphemat in spiritum sanctum,
hoc est in spiritualia opera Christi, & dicit ea esse diaboli-
ca nisi pœnitentiam egerit, veniam non assequetur. Non
enim rationabilem causam habuit vt calumniaretur. Non re
mittetur igitur vel hic vel alibi. Multi enim sunt qui hic qui
E dem puniuntur, sed alibi pœnæ immunes sunt, vt pauper La
Luc. 16. zarus: alii autem & hic & alibi, vt Sodomitæ, & hi qui in spi
ritum sanctum blasphemant: alii vero neque hic, neque ali-
bi, vt apostoli, & præcursor. Nam licet videantur persequu-
tionem pati, sed non patiuntur illam pro peccatis. sunt enim
probationes & coronæ. *Aut facite arborem bonam, & fructū
eius bonum: aut facite arborem putrem, & fructum eius putrem. Ex
fructu enim arbor cognoscitur.* Quum Iudæi non possent ope
ra Christi arguere vt mala, Christum faciētem illa blaspheme
mabant vt dæmoniacum. Vel & me, inquit, dicite arborē bo
nam esse, & miracula mea, quæcunque illa sunt, fructum bo-
num: vel si me dicitis arborem putrem, manifestum quòd &
F fructus, miracula videlicet, putres erunt. Verū miracula fru-
ctum bonum esse dicitis. igitur & ego bona sum arbor. Om-
nino enim sicut ex fructu arbor, ita & ego ex miraculis co-
gnoscor. *Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, qui
mali estis?* Ecce, inquit, vos quum arbores malę sitis, fructū
bonum fertis, maledicētes mihi: vnde & ego si malus essem,
Iohan. 8. fructus afferrem malos, & nō talia miracula. Progeniem vi-
perarum eos vocat, quoniam in Abraham gloriabantur. osté
dit autē quòd non sint ex Abraham, sed ex progenitoribus
Turpiloquos taxat. se dignis. *Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo ex bono
thesauro emittit bona, & malus homo ex malo thesauro emittit ma-
la.* Quando enim videris quempiam obscœne loquentem,
scias quòd multa plura habeat in corde, quàm quę loquitur.
Nam ex abundātia effudit se in externa, & thesaurum possi-
det

det absconditum, Paruam enim partem declarat. Similiter & A
bona dicens, plura habet in corde. *Dico autem uobis, quod ho
mines de omni uerbo ocioso quod loquentur, rationem reddent in die
iudicii. Ex sermonibus enim tuis iustificaberis, & ex sermonibus tuis
condēnaberis.* Terret hic nos, quoniam & pro ocioso verbo Iob. 9.
rationem daturi sumus, hoc est pro mendacio, calūnia, inor Prou. 12.
dinatis & ridiculis. Deinde ponit testimoniū ex scriptura, 18.
ne videatur propria dicere. Ex sermonib⁹ tuis iustificaberis, Eccle. 20
& ex sermonibus tuis condēnaberis. *Tunc responderunt qui-
dam ex scribis & pharisæis, dicentes, Magister, uolumus à te signū
uidere.* Admirans Euangelista apposuit, tunc. Quum enim
obedire illos oporteret propter signa præcedētia, tunc signū
petunt. De cœlo autē volunt signum videre, sicut alius Euā B
gelista dicit. putabant enim quòd signa super terram pote-
state diaboli faceret, mundi enim rector est diabolus. Quid
igitur ad hæc saluator? *Respondens dixit illis, Generatio prauа* Deut. 32.
& adultera signum quærit, & signum non dabitur illi, nisi signū Io
næ prophetæ. Quemadmodum enim fuit Ionas in uentre ceti tribus Ionæ. 2.
*diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus
diebus & noctibus.* Prauam generationē vocat eos, quia do-
lose semper tentabant, adulteram autem, quia desciscebant à
deo, & adhærebant dæmonibus. Signum autem dicit resur-
rectionem suam, vt admirabilem. Postquam enim in cor ter-
ræ, in infimum locum infernum descendit, resurrexit. Tres
autem dies & tres noctes à patre intelligas, & non integras.
Mortuus enim est in parasceue, quæ ipsa vna dies est: & mor
tuus fuit sabbato: nox autem dominicę ipsum adhuc mortuū C
apprehendit. Tres igitur dies & noctes à patre numerantur,
quia & sic sæpe numerare cōsueuimus. *Viri Niniuitæ surgēt
in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quod ipsi pœ
nituerint ad prædicationem Ionæ: & ecce plus quam Ionas est hoc lo
co.* Postq̄, inquit, Ionas exiit à ceto, & prædicauit, credide-
runt: in me autem, etiam quum surrexero, nō credetis. Vnde
& condēnabimini à Niniuitis, qui crediderunt seruo meo
absq; miraculis, quānis barbari fuerint: Vos autē assueti pro
phetis, visis signis nō creditis mihi domino: quod significat
dicens, Et ecce plus Iona hoc loco. *Regina Austri excitabi* 3. Re. 10
tur in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam: quia uenit 2. Para. 9
*a finibus terræ ut audiret sapientiam Solomonis: & ecce plus quam
Solomon hoc loco.* Regina, inquit, a longe venit, quānis esset

Dmulier infirma, vt de arboribus & lignis & naturalibus quibusdam audiret: vos autem me, quum ad vos venerim, & arcana dixerim, non suscepistis. *Quū autem immūdus spiritus exierit ab homine, perambulat per arentia loca, quærens requiem: & nō inueniēs, tunc dicit, Reuertar in domum meam unde exiui. & quum uenerit, reperit eam uacantem, & scopis purgatam atque ornatam. Tunc abit, & adiungit sibi septem alios spiritus sceleratiores, & ingressus inhabitat illic: & fiunt postrema hominis illius peiora primis. Sic erit & generationi huic peruersæ.* Ostendit illos vsque in extremam perditionem venisse, quòd ipsum nō susceperint. Et sicut à dæmoniis liberati, si ignaui fuerint, deteriꝰ habēt: ita & vestra generatio à dæmonio tenebatur quū idola adoraret, sed per prophetas eiectus est ille dæmon. Veni autem
E & ego, mundare vos magis volens: sed quia repulistis me, & interimere vultis, vt grauius peccantes, grauius etiam puniamini: & extrema captiuitas vestra grauior erit, quàm prima. Tu autem intellige & hoc, ꝙ per baptismum eiicitur spiritꝰ, & vadit ad loca inaquosa, & animas nō baptizatas, sed in illis non inuenit requiem. Requies autē est dæmonii baptizatos turbare per mala opera, quoniam non baptizatos iam ha-
Isaiæ. 11. bet. conuertitur igitur ad baptizatum cum septem spiritibꝰ. Sicut enim septem sunt dona spiritus, ita è diuerso septē sunt malitiæ spiritus. Quum autem ingressus fuerit in baptizatū, deterior fit calamitas. Prius enim spes erat per baptismū esse purgatum: postea autem non est spes secundi baptismi, nisi per pœnitentiam, quæ valde laboriosa est.

F *Adhuc autem loquente illo ad turbas, ecce mater eius & fratres eius stabant foris, quærentes ei loqui.* Humanum quid volebat ostendere mater quòd vt in filium potestatem habeat: nihil enim magnum adhuc de eo intelligebat. propter hoc ipso adhuc loquēte, volebat ad se illum attrahere, quasi ambitiosula tanto sibi filio subdito. Quid igitur? Christus quoniam intentionem eius sciebat, audi quid dicat. *Dixit autem quidam illi, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes tibi loqui. At ille respondens dixit ei qui sibi renūciauerat, Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? & extendens manum ad discipulos suos, dixit, Ecce mater mea, & fratres mei. Quisquis enim fecerit uoluntatē patris mei, qui est in cœlis, ipse meus frater, & soror, & mater est.*

Caute legē, uide ne mem li.

Non iniuria afficiens matrem, hæc dixit, sed corrigēs mētem eius gloriæ auidam & humanam. Nō enim dixit, Non est

est mater mea: sed, si nō fecerit voluntatē dei, nihil ei prode A
rit ꝙ me genuit. Non enim negat naturalem cognationem, sed apponit etiam eam quæ est per virtutē. Nullus enim indignus, à cognatione vtilitatē capit. Igitur correcto vanæ gloriæ morbo, iterū obedit matri vocanti. Dicit enim Euangelista.

CAPVT XIII.

IN die uero illo egressus est Iesus è domo, & sedit iuxta mare: & congregatæ sunt ad illum turbæ multæ, ita ut ipse nauim ingressus sederet, & uniuersa turba in littore stabat. Sedit in naui, vt omnes auditores in faciem haberet spectantes, & om B
nes cōmodius audirēt. Sane è mari piscatur eos qui in terra.

Et loquutus est eis multa in parabolis. Simplicibus turbis absque parabola in mōte loquutus est: his autem in parabola, ut pote dolosis pharisæis, vt si non intelligant, quærant & discant. Præterea, vt indignis non oportebat doctrinas eis pro ponere nudas. Nō oportet enim margaritas ante porcos mittere. Primam autem parabolam ponit, quæ auditorem faciat attentiorē. *Ecce exiit qui seminabat ad seminandum.* Seipsum dicit satorem, semen autem verbum. Exiit autē non loco, nā vbiq; erat: sed secundum illud quod nobis propior factꝰ est per carnem, dicitur egredi è finibꝰ paternis. Exiit autem ad nos, quoniam nos ad ipsum intrare non potuimus. Et ad qd faciendum exiit. Num vt exurat terram propter spinas? num vt puniat? Minime, sed vt sementem faciat. Semen autē suū C
dicit, eo quòd & prophetæ seminauerunt, at non semen suū, sed dei. Ipse vt deus semen suum, hoc est propriū, seminauit, non enim diuina gratia illustratus est, sed ipse erat sapientia dei. *Et quum seminaret, alia quidem ceciderunt iuxta uiam, & uenerunt uolucres & deuorauerunt ea: alia autem ceciderunt in terrā petrosam, ubi non habebant multā terrae, & protinꝰ exorta sunt, eo quod non habebant profunditatem terrae: quum autē exortus est sol, exusta sunt: & quia non habebant radicem, exaruerunt.*

Hi qui iuxta viam, sunt ignaui & desides qui nunquam suscipiunt verbum. Mens enim eorum uia est conculcata & dura, & minime arata. ab his igitur rapiunt verbum volucres cœli, hoc est spiritus aeris, dæmones videlicet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Qui vero super petrosam, sunt ii qui audierunt quidem, sed
in tentationibus & afflictionibus non obluctantur, sed per-
Sol, tenta dunt suam salutem. Per solem enim orientem, intellige ten-
tio. tationes: eo quòd tentatio ostendit homines & declarat qua
les sunt, sicut sol manifestat abscondita. *Alia autẽ ceciderunt
inter spinas, & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt ea.* Hi sunt
qui curis suffocant sermonem. Nam dives licet videatur bo-
num quoddam opus facere, at non crescit opus eius neque
proficit, solicitudinibus prohibentibus. *Alia uero ceciderunt
in terram bonam, & dederunt fructum: ille quidem centum, alius au
tem sexaginta, alius uero triginta.* Tres partes seminis perie-
runt, & quarta sola seruata est. Pauci enim sunt qui salvãtur.
Luc. 13. Postea vero dicit de terra bona, data nobis pœnitentiæ spe.
E Est enim possibile, etiam si quis petrosa terra sit vel spinosa,
eum fieri terram bonam. Non enim æqualem fructum ferũt
omnes qui semen suscipiunt: sed alius quidem centuplũ, for-
te paupertatem perfectam habens, & summam exercitatio-
nem. Alius autem sexagecuplum, vt cœnobita forte mona-
chus, & adhuc operans. Alius verò trigecuplum, vt qui hone
stas nuptias delegit, & virtutem pro virili amplexatur. Vide
autem dei bonitatem, quomodo omnes suscipit, & magna, &
mediocria, & parua colentes. *Qui habet aures audiendi, audiat.*
Manifestat quòd hæc spiritualiter intelligenda sint ab his
qui spirituales aures animæ habent. Multi autem aures ha-
bent, sed non ad audiendum: propterea subdit, Qui habet
aures vt audiat, ille audiat *Et quum accessissent discipuli, dixe-*
F *runt illi, Quare in parabolis loqueris illis? Ipse autem respondens di
xit illis, Vobis datum est scire arcana regni celorum, illis autem non
datum est. Quisquis enim habet, dabitur illi, & redderur abundan-
tior: quisquis autem non habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo.*
Videntes discipuli magnam in his quæ à Christo dicebã-
tur, obscuritatem: vt communes multitudinis procuratores
accedunt interrogantes. At ille dicit, Vobis datum est scire
mysteria, hoc est, quia habetis alacritatem & studium, datũ
est vobis: illis autem non adhibentibus studium, non est da-
tum. Ille enim accipit, qui quærit. Quærite enim, inquit, &
dabitur vobis. Vide item quomodo hoc loco parabolam
Supra. 7. dixit Iesus, & discipuli soli quę interrogauerant acceperunt.
Luc. 11. Vnde bene diximus, adhibenti studium datum esse scientia
abundantiorem fieri, quia adhibet studium & mentẽ digná-

ab eo

ab eo autem qui non habet studium, etiam tolli quod habet: A
hoc est, etiam si paruam quandam boni sciutillam habeat,
& eam nõ excitet & accendat per spiritum & spiritualia o-
pera, extingui. *Propterea per parabolas loquor illis, quia uiden-
tes non uident, & audientes non audiunt neque intelliguut.* Atten Mali non
de. Hic enim soluit quæstionem dicentium quòd à natura & sunt a na-
à deo mali sunt quidam. Dixit enim, inquit, Christus, vo- tura nec
bis datum est nosse arcana, Iudæis autem non est datum. Di a deo.
cimus enim ad illos eum deo, quòd deus omnes faciat intel-
ligere natura quantum opus est. Omnem enim hominem il- Ioan. 1.
luminat venientem in hunc mundum, Voluntas autem no-
stra obtenebrat nos. Hoc igitur & in isto loco manifestatur.
Dicit enim quòd videntes natura, hoc est à deo facti vt natu
ra intelligere possint, non vident voluntarie: & audientes, B
hoc est naturaliter à deo ita facti, vt audire & intelligere
queant, non audiunt neque intelligunt propter voluntatem.
Dic enim, quæso, an non videbant miracula Christi? Profe-
ctò, sed faciebant seipsos cæcos, & taxabant eum. Hoc ergo
est, videntes non vidẽt. Adducit igitur & prophetam testẽ.
Et impletur in illis prophetia Esaiæ quæ dicit, Auribus audietis, Esai c. 6.
*& non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non cernetis. Incrassatũ
est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos
suos occluserunt, nequando uiderent oculis, & auribus audirent, &
corde intelligerent, & conuertantur, & sanem illos.* Vides quid
dicat propheta, propterea non intelligetis, nõ quòd crassum
creauerim cor vestrum, sed quòd incrassatum sit, quod antea
manifestum subtile fuisse. Quod enim incrassatur, prius te C
nue fuit: incrassato autem illo sic, oculos suos occluserũt: nõ
dixit ꝙ occluserit eos deus, sed illi se sua voluntate. Illos esse
fecerunt, inquit, ne conuertantur, & sanẽ illos. Sua enim ma
litia operam dederunt vt incurabiles & ad conuersionẽ ine-
pti fierent. *Vestri uero beati sunt oculi, quia uident: & aures ue-
strae, quia audiunt. Amen quippe dico uobis, quod multi prophetæ &
iusti desiderauerunt uidere quæ uidetis, & audire quæ auditis, &
non audierunt.* Et sensibiles quidem apostolorũ oculi & au-
res beatitudine digni, quòd agnouerunt Christum. Præfert
autem illos prophetis, eo quòd Christum corporaliter vide-
runt, illi mentaliter tantum. sed & quòd illi non assequuti
fuerũt tanta mysteria, & talẽ notitiam quantam ii. In duo-
bus enim præcellebãt prophetas apostoli, & corporaliter vi

 dendo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dendo,& spiritualiter intelligendo diuina. Manifestat igitur parabolam discipulis dicens. Vos igitur *audite parabolam seminantis. Quum quisquis audierit sermonem regni, & non intellexerit, uadit malignus ille, & rapit insitum in cor eius. hic est qui iuxta uiam seminatus est.* Adhortatur nos ad intelligendum quæ dicuntur à docentibus, ne & nos similes fiamus his qui iuxta viam. absit autem. Quia via est Christus, qui extra Christum sunt, hi non sunt in via, sed extra viam.

Apostoli prophetas in duo uitia præcellunt.

At qui in petricosa semen iactum exceperat, hic est qui sermonem audit, ac protinus cum gaudio arripit: non habet autem radicem in se ipso, sed temporarius est. Porro quum inciderit persecutio uel afflictio, propter sermonem statim offenditur. Afflictio, inquit, quia multi à parētibus vel aliis afflictionibus afflicti, statim blasphemant. Persecutio autem dicit propter eos quibus tyranni molesti sunt. *At qui in spinas semen exceperat, hic est qui uerbū audit, & cura seculi huius & deceptio diuitiarum suffocat uerbum, & sterilis fit.* Non dixit, seculum hoc suffocat, sed cura seculi: neque diuitię, sed deceptio diuitiarum. Diuitiæ enim quando disperguntur, non suffocant, sed crescere faciūt verbum. Spinæ autem, curæ & deliciæ, eo quòd ignem concupiscentiæ & gehēnæ accendunt. Et sicut spina acuta in corpus penetrat, & vix eradicatur, sic & deliciæ innalescētes in animam ingrediuntur, & vix eradicantur. *Cæterum qui in terram bonam excepit semen, hic est qui uerbum audit & intelligit, qui denique fructum reddit & facit, alius quidem centuplum, alius uero sexagecuplum, alius autem trigecuplum.* Variæ virtutis species sunt, varii & qui proficiunt. Vide autem ordinem in parabola. Oportet enim nos primum audire sermonem, & intelligere, ne simus sicut qui iuxta viam. Deinde firmiter retinere quod auditum est: præterea non esse amatores opum. Quid enim proderit si audiero & retinuero, & diuitiarum amore suffocor? *Aliam parabolam proposuit eis dicens, Simile factum est regnum cœlorum homini seminati bonum semen in agro suo: sed dormientibus hominibus uenit illius inimicus, & seminauit zizania inter triticum, abiitque. Quum autem germinasset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerūt illi, Domine, nōne bonū semen seminabas in tuo agro? unde igitur habet zizania? Ille uero dixit illis, Inimic⁹ hō hoc fecit. Serui aūt dixerūt illi, Vis igitur abeamus & colligam⁹ ea? At ille dixit, Non, ne dū colligitis zizania, eradicetis simul cū illis & triticū. sinite pariter*

pariter crescere utraque usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, Colligite zizania, & colligate in fasciculos ad comburendum ea, triticum uero cōgregate in horreum meum. In priori parabola dixit quartam partem seminis cadere in terram bonam, in hac autem ostendit quod neque illa ipsa semina quæ in terram bonam, cediderunt incorrupta sinat hodiè, dum nos dormimus, & ignaui sumus. Ager etenim mundus est, vel cuiusuis anima. Porro Christus est qui seminauit bonum semen. Boni homines, vel bonæ cogitationes. Zizaniæ, hæreses, vel malæ cogitationes. Quis seminat autem hæc? diabolus. At dormientes homines, qui propter ignauiam suam locum dederunt hæreticis, vel malis cogitationibus. Serui autem angeli, qui indignantur esse hæreses vel malitiam in anima, & volunt euellere & excindere ex hac vita hæreticos, & mala cogitantes. Deus autem non permittit hæreticos bellis consumi, ne simul patiantur consummanturque & iusti. Similiter neque propter malas cogitationes vult deus excindi hominem, ne & triticum simul corrumpatur: vt exempli gratia, si Matthæus excisus fuisset ex hac vita, quum esset zizanium, simul vtique excisum fuisset & frumentum quod postea ex ipso oriturum erat. Similiter & Paulus, & latro. Hi enim quum zizania essent, nō sunt extirpati, sed permissi sunt viuere, vt crescceret postea illorū virtus. Dicitur igitur de angelis qꝫ in consummatione tunc congregabūt zizania, hoc est hæreticos. Sed quomodo? in fasciculos, hoc est, ligatis eorum manibus & pedib⁹: non enim tūc vltra quis ope sancti videlicet, à messoribus angelis cōgregabitur in cœlestia horrea. Igitur similiter malæ cogitationes quas habuit Paulus quādo persequebatur, exustæ sunt igni Christi, quem venit in terrā mittere: frumentū autē: id est bonæ cogitationes, cōgregatæ sunt in horrea ecclesiæ. *Aliam parabolam adiecit eis, dicens, Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accepit homo, & seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: quando aūt creuerit, maximū est inter holera, & fit arbor, adeo ut ueniant uolucres cœli, & nidulentur in ramis illius.* Granum sinapis, prædicatio est, & apostoli. pauci enim videntur hi, & totum orbem occupauerunt, atque ita vt volatilia cœli, hoc est qui leuem & alatam ad cœlestia mentem habent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dbent, in eis quiescant. Et tu quoq; esto granum sinapis, quod paruum quidē videatur. Non enim oportet virtute spectabilem se præbere, feruidum autem & prouocatiuum, & austerè reprehendentem. Sic enim eris maximus inter holera, id est perfectus inter infirmos, ita vt & volatilia cœli, hoc est anguh, habitent in te, angelicam ducente vitam. Gaudēt enim illi in iustis. *Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile factum est regnum cœlorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus donec fermentaretur totum.* Fermentum dicit apostolos, sicut & granum sinapis. Sicut enim fermentum, quū paruū sit, totā farinā in se trāfert sic & uos totū mū-
Satē men sura. dū transformabitis, tametsi pauci sitis. Satū aūt erat mensura Hebræorum, sicut apud nos est modius, vel decalitra. Aliqui
E autem per fermentum intelligunt prædicationem: per tria sata tres animæ vires, rationalem, concupiscibilem, & irascibilem: per mulierem vero, animam prædicationem in omnibus suis viribus recondentem, commiscentem, fermentantem, & sanctificantem per illam totum. Oportet enim nos omnino fermentari & transformari in diuina. Dicit enim, do-
Psal. 77. nec fermentetur totum. *Hæc omnia loquutus est Iesus per parabolas ad turbas, & sine parabola nihil loquutus est illis, ut compleretur quod dictum fuerat per prophetam qui ait, Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi.* Adducit prophetam prædicantem quomodo docturus erat Iesus & in pa-
F rabolis, ne tu putes Christum inuenisse nouum quendam
Vt dictio non causæ sem. sed euentus significatiua est. docendi modum. Particula autem, Vt, non est causę, sed euētus significatiua. Non enim docuit Iesus vt impleatur prophetia: sed quia ipse docuit, impleta est prophetia. Absq; autem parabola non loquebatur eis, tunc solum: non enim semper in parabolis loquebatur. Eructauit autem dominus quæ abscondita erāt à cōstitutione mūdi. Ipse enim manifestauit nobis mysteria quæ in cœlis sunt. *Tunc relictis turbis uenit in domum Iesus.* Tunc reliquit turbas, quum nihil prodesset sua doctrina. Ipse enim in parabolis loquebatur, vt se interrogarent: contra illi non curabant, neque discere querebant, vnde ab eo meritò relicti sunt. *Et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Die nobis parabolam zizaniorum agri.* De
Zizania. hac sola rogant, quòd alię manifestiores eis videbantur. Zizania autem dicuntur, quæ inter fruges pululant etiam nocua, vtpote lolium, vicia, bromium, & cætera. *At ille respondens*

respondens dixit illis, Qui seminat bonum semen, est filius hominis: A *ager autem est mundus, Porro bonum semen, sunt filii regni: zizania uero, sunt filii illius mali: inimicus qui seminat ea, est diabolus: messis uero consummatio seculi est: messores autem, angeli sunt. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi huius. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem, ac mittent illos in caminum ignis. ibi erit ploratus, stridorque dentium.* Supra hæc dicta sunt, quæ hic dicenda. Dicebamus enim quòd de hæresibus accipiat quæ permittuntur esse vsq; ad cōsummationē seculi. Nā si excinderemus, & occiderem⁹ seditiōes fierēt, & forte etiā multi fideliū in seditionibus perirent: quoniam & Paulus & latro fuerunt olim zizania priusquam crediderunt: non execta autem sunt tunc, B propter futuram frugem. Postea autem quum fructum attulissent deo, conbusta sunt igni, & spiritus sancti feruore. *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Qui habet aures audiendi audiat.* Quoniam sol videtur nobis omnibus stellis fulgentior: propterea comparat soli iustorum claritatem. Num vt supet solem fulgeant? absit, quia sol iustiæ Christus. Tunc iusti fulgebunt vt Christus. Erunt Mala. 4. enim & ipsi dij. *Iterum simile est regnum cœlorum thesauro in* Iusti, dii *agro abscondito, quem homo qui inuenit, abscondit, & præ gau-* erunt. *dio illius uadit, & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum.* Ager, mundus: thesaurus, prædicatio & scientia Christi. Occultus est autem in mundo. Sapientiam enim, inquit Paulus, prædicamus absconditam. Quæreus autem 1. Cor. 2. scientiam dei, inuenit eam: & omnia quæ habet, siue gentiC lia dogmata, siue malos mores, siue diuitias, abiicit statim, & emit agrum, id est mundum. Nam qui scientiam habet Christi, possessionem propriam habet mundum, & elementa ei seruiunt, & imperat illis, sicut & Iesus & Moyses. *Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas, qui cum inuenerit unam preciosam margaritam, abiens uendidit omnia, & mercatur eam.* Mare est præsens vita. Negociatores, qui per hanc ambulant, & quærunt scientiam quandam inuenire. Multæ enim margaritæ, multorum sapientum opiniones. Vna autem præciosa, vna est ve- Margari ritas, quæ scilicet Christus est. Igitur sicut de margarita tra- ta ut na- ditur quòd in concha nascatur, quæ se aperit tempore ful- tur.

goris,

D goris, & dein iterum claudit: concipitur itaque tum ex fulgore & rore, propterea que candida est: sic & Christus in virgine conceptus est, & superno fulgore, spiritus sancti scilicet. Et sicut sæpe margaritam tenens in manu, ipse scit quantas habeat diuitias, alij autem ignorant: ita & prædicatio in obscuris & perfectis abscondita est. Docet igitur vt datis omnibus magaritam hanc possideamus. *Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ, quæ in mare missa, ex omni genere congregauit: quam ut impletā fuisset subducentes ad littus, & sedentes collegerunt quæ bona sunt, in uasa: quæ uero mala, eiecerunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ubi erit fletus & stridor dentium.* Terribilis est hæc parabola. o-
E stendit enim quòd licet credamus, nō habeamus autem vitā bonam, in ignem proijciemur. Sagena quidem est doctrina piscatorum apostolorū, quæ ex miraculis & testimonijs prophetarum connexa est. Quæ enim docebant apostoli firmabant miraculis, & prophetarum vocibus. Hæc igitur sagena ex omni genere congregauit, Barbaros, Græcos, Iudæos meretrices, publicanos, latrones. Quando autem impleta fuerit, & consummabitur mūdus, tunc qui in sagena fuerint, discernentur. Nam licet crediderimus, inuenti autem fuerimus mali, abijciemur. Qui autem non tales, in vasa mittentur, æterna tabernacula dico. Omne autem opus, siue bonum siue malum, cibus dicitur esse animæ. Habet enim anima spirituales dentes. Tunc autem anima stridebit illis, hoc est
F operatiuas suas virtutes conteret, eò quòd hæc fecerit. *Dicit Iesus, Intellexistis hæc omnia? Dicunt illi. Etiam domine. At ille dixit illis propterea omnis scriba doctus ad regnum cœlorum, similis est*
Mat.12. *patrifamilias qui depromit de thesauro suo noua & uetera.* Vidi-
Pro.18. sti quomodo parabolæ attentiores eos fecerint? Ecce igitur
1.Cor.4 qui alias insipientes & imperiti, intelligunt ea quæ obliquè dicta. Vnde laudans eos Saluator, dicit, Omnis scriba &c. Scribas enim vocat eos, vt doctos in lege: & licet docti essent in lege, non manserunt tamen in lege, sed docti sunt ad regnum, hoc est Christi sciētiam, & possunt proferre ea quæ ex nouo & quæ ex veteri. Pater familias igitur diues. In ipso enim thesauri sunt sciētiæ, qui noua docēs, ex veteri subiūgebat testimonia, exempli gratia dixerat, pro ocioso sermone iustificaberis, hoc enim nouum: deinde addidit testimoniū.

Ex

Ex sermonibus enim iustificaberis, & condemnaberis, hoc A
vetus. In hoc similes apostoli, qualis Paulus dicens, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. *Et factum est, ut quum finisset Iesus parabolas has, digrederetur illine. Et quum uenisset in patriam suam, docebat eos in synagoga illorum.* Has dixit parabolas, quoniam & paulo post docturus erat. Trāsit autē, vt & alijs sua præsentia prosit. Patriam autem illius Nazareth intelli-
ge. nam in ista educatus est. Cæterum in synagoga docet publice & libere, ne dicere postea possint quòd quædam à lege diuersa docuerit. *Ita ut stuperent, ac dicerent: Vnde huic sapientia & uirtutes? nonne hic est ille fabri filius? nonne mater eius uocatur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon, & Iudas; & sorores eius nonne oēs apud nos sunt? Vnde igitur huic hæc omnia? &* B
offendebantur super eo. Insipientes erant Nazareni. existima- *Ioseph ex*
bant enim ignobilitatem & obscuritatē in causa esse quo mi- *Clopæ fra*
nus quis deo placeat. Esto enim quod humilis homo fuerit *tris uxore*
Iesus, an non & Deus? Quid obstaret magnum illum in mi- *sex libe-*
raculis fieri, Comprobantur igitur & inuidi, & insipientes. *ros habuit*
Oportebat sanè magis gloriari, quòd tantum bonum patria eorum protulerit. Fratres autem habuit dominus & sorores, Ioseph, filios, quos genuit ex vxore fratris sui Clopæ. Mortuo enim absque liberis Clopa, Ioseph iuxta legem vxorem eius accepit, & pueros procreauit sex, quatuor mares, & duas fœminas. Mariam quæ dicebatur Clopæ filia, secundum-
legem, & Salomon. Apud nos sunt, hoc est nobiscum habitant. Offendebātur igitur & illi super Iesu. Fortassis enim ipsi dicebant quòd in Beelzebul eiiceret dæmonia. *Iesus au-* C
tem dixit illis, Non est propheta honoris expers, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit illic uirtutes multas, propter incredulitatem illorum. Vide Christum quomodo non iniuria eos afficit, sed mansuete fert. Solemus enim homines familiares contemnere, & externos in admiratione habere. Quod autem adiicit in domo sua, ideo fecit, quia oderant eum & fratres sui domestici. Porro illic virtutes multas non fecit, propter incredulitatem illorum parcens eis, ne post signa increduli manerent. Multa igitur non fecit: pauca autem fecit: ne possent dicere quòd si vlla fecisset, credidissemus. Tu autem intellige quòd & hodie Iesus in patria sua, hoc est apud Iudæos ignominiosus est: nos autem exteri illum veneramur.

CAPVT

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XIIII.

D

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famã de Iesu, & dixit pueris suis, Hic est Iohannes Bap-
I *tista, ipse surrexit a mortuis, & ideo uirtutes agunt in illo.* Hic Herodes erat filius eius qui pueros in Bethlehem occidit. Considera autem hic fastum vitæ tyrannicæ. Ecce enim post quantum tẽpus fama de Iesu ad Herodem peruenit, tarde illa discẽtem, eo quòd non curabat eos qui virtute conspicui erant. Apparet autem quòd Baptistam timuerit, & propterea de his non aliis quàm pueris, hoc est seruis, effari audet. Quoniam autẽ viuens Iohannes signum nõ fecerat, putauit Herodes quòd
E per resurrectionem acceperit etiam hoc donum à deo, vt miracula operetur. *Herodes enim ceperat Iohannem, & uinxerat ac posuerat in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim ei Iohannes, Non licet tibi habere eam. Et uolens eum occidere, metuebat turbam, propterea quod illum ceu prophetam habebant.* Narrationis huius de Iohanne in superioribus nõ meminit Matthæus, eò quòd scopus illi erat ea duntaxat scri
Deut. 7. bere, quæ ad Christum spectabant. Sanè nec nunc meminisset eius, nisi & hoc ad Christum retulisset. Arguit autem Iohannes Herodem, vt fratris vxorem non legitime habẽtem. Lex enim iubebat fratris vxorem accipere post fratrem, si ille absque liberis defungeretur: hic autem Philippus nõ absq; liberis defunctus erat. Erat enim ei puella quæ saltabat. Sunt
F autem quidam qui dicunt quòd etiam adhuc viuente Philippo Herodes ei abstulerit vxorem, & tetrarchiam. Siue autem hoc, siue illud erat, illicitum erat facinus. Non timebat autẽ deum, sed turbam timebat, vnde distulit cædem: at diabolus opportunum tempus sibi inuenit. *Quum autem celebrarentur natalia Herodis, saltabat filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi: unde cum iureiurando pollicitus est se illi daturum quicquid peteret. At illa prius instructa a matre sua, Da mihi, inquit, hic in patina caput Iohannis Baptistæ.* Vide luxum, Regina saltat, & quanto pulchrius saltauit, tanto peius: Turpitudo enim regis facere, aliquid indecorum. Considera autem aliam insipientiam Herodis. Iurauit quicquid peteret dãturum se. Quòd si caput tuum petisset, dedisses ne illud? Da mihi, inquit, hic caput Iohannis. Quare apposuit hic? Timebat ne forte Herodes

des resipiscens postea pœnitudine duceretur: propterea vr- A
get dicens, Da mihi hic. *Et indoluit rex: attamen propter iusiurãdum & accumbentes iussit dari. Et quum misisset carnifices, amputauit caput Iohannis in carcere: & allatum est caput eius in patina, & datum puellæ, atq; illa obtulit matri suæ. Et accesserũt discipuli eius, & tulerunt corpus & sepelierunt illud.* Indoluit propter virtutem. Admiratur enim virtutem & hostis, attamẽ propter iusiurandum dat donum inhumanum. Discamus autem hoc loco esse aliquando melius peierare, quàm propter iuramentũ impium aliquid facere. Sepultum autem est corpus Baptistæ in Sebaste Cęsarea. Venerabile autem eius caput primum in Emesan repositum fuit. *Abierunteque et renunciauerunt Iesu.* Quid annunciant Iesum non quòd mortuus esset Iohannes, nam id fama statim attulerat, sed quòd Herodes de Iesu dicere B
tur quòd Iohannes esset. *Id quum audisset Iesus, secessit illinc in naui ad desertum locum seorsum.* Secedit Iesus propter Herodis homicidium, docens nos ne obiiciamus nosipsos temere in pericula: & interim ne videatur iuxta apparentiam tantũ incarnatus, propterea secedit. Si enim tenuisset eum Herodes, conatus fuisset illum occidere: & si conante hoc Herode, Iesus seipsum è mediis periculis eripuisset, eò quòd nondum instabat tempus mortis, habitus fuisset phantasma esse, & eapropter secedit. In desertũ autem locum seorsum, vt miraculum illud de panibus operaretur. *Et quum audissent turbæ secutæ sunt eum itinere pedestri relictis urbibus. Et egressus Iesus uidit multam turbam, & miseratus illã, sanauit infirmos illorum.* Fidem indicant turbæ, vnde & ad secedentem accurrunt, & C
ideo sanitatem fidei mercedem deportant. sed & quòd pedestri itinere incedunt, & quòd absque cibis veniũt, fidei signa sunt. *Facta autem uespera accesserunt ad eum discipuli ipsius dicentes, desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas ut abeãt in uicos, & emant sibi cibaria. At illis dixit Iesus, Non est illis necesse ut abeant, date illis uos quod edant.* Misericordes sunt discipuli. Curam enim gerunt turbæ, & propterea nolunt eam ieiunam esse. Quid igitur saluator? Date vos illis quod edant. Hoc autem dicit, non tanquam ignorans in quanta Apostoli egestate essent: sed vt dicentibus illis se non habere quod edant, appareat ipsum non inanis gloriæ studio, sed necessitate ad operandum miraculum procedere. *At illi dicunt ei, Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. Ille uero dicit,*

Afferte

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Afferte mihi eos hue. Et iussit turbas ut discumberent super gramina, sumptisque quinq; panibus, ac duobus piscibus, ac sublatis in cœlum oculis, benedixit.* Nam licet vespera sit, tamen temporum ego conditor adsum: licet desertus locus sit, ego tamen sum qui omni carni escā do. Discamus autē hoc loco q̄ etiā pauca quæ habemus, in hospitalitatem insumere debemus. Etenim apostoli pauca habentes, dederunt turbis: & quemadmodum pauca hæc multiplicauit, ita & tua pauca multiplicabuntur. Facit autem turbas super gramina considere, ne tu in preciosis lectis & stratis recumbas. Porrò suspicit in cælum, & benedicit panes: fortassis vt maior fides ei habeatur quòd non sit contrarius deo, sed cælitus & à patre venerit. Docet quoque vt & nos mensam accedentes, primum
E gratias agamus, & sic comedamus. *Et quum fregisset, dedit discipulis panes, discipuli uero turbis. Et comederunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt quod superfuerat de fragmentis, duodecim cophinos plenos. Porro qui comederant, fuere uiri ferme quinquies mille, præter mulieres ac pueros.* Discipulis dat panes, vt in memoria semper habeant miraculum, & ne effluat à cogitatione eorum, tametsi illi semper obliuiscebantur. Ne autē opineris quòd apparenter tantum miracula fecerit, multiplicantur vsque ad implectionem duodecim cophinorū panes, vt & Iudas portet, & ad prodendum nō sit peruicax, miraculum secum cogitans. Panes autem multiplicat & pisces, vt ostendat quòd ipse sit qui terram & mare cōdiderit, & omnes
F cibi nostri ab ipso nobis dentur, & per ipsum multiplicētur. Cæterum in deserto fit miraculum, ne quis opinetur è ciuitate vicina emptor panes, multitudiniq; distributos. desertum enim erat. Et hoc quidem secundum historiam. Iuxta anagogen autē discе. Postquā Herodes, hoc est, carnalis & pellicea mens Iudæorum (ita enim Herodes sonat) decollauit Iohannem prophetarum caput, hoc est, de Christo prædicentibus non credidit. secedit Iesus in desertū locū ad gētes à deo destitutas, & sanauit infirmas animas, & deinde pauit eas. Nā nisi remiserit nobis peccata, & sanauerit morbos per baptismum, nō pascet nos cōmunione impollutorum mysteriorum. Nullus enim nō baptizatus cōmunicat. Iam quinq; milia signant eos quorum quinque sensus male affecti erāt, qui & per quinque panes curantur. Enimuero quia quinque sensus infirmabantur, quot plagæ erant, tot erant & amplastra.

Duo

Duo vero pisces, piscatorum sermones. Vnus piscis Euange- A
lium, alius piscis Apostolus. Quidam quinque panes, quinq; libros Moysi intellexerunt: Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium. Duodecim autem cophini fuerunt sublati ab Apostolis, & portati. Quæcunque enim nos turbæ comedere & intelligere non potuimus, eorum Apostoli capaces portarunt. Excepit autem mulieres ac paruulos. Exigitur enim à Christiano ne quid puerile vel muliebre pre se ferat. *Et statim coegit Iesus discipulos suos intrare in nauim, & præcedere se in ulteriorē ripam, donec dimisisset turbas.* Vt significaret quàm indiuulsi essent à domino discipuli, dixit, coegit. semper enim ei adesse volebant. Dimittit autem & turbas, volens ipsas subsequi, ne arrogantiæ studiosus videretur. *Et dimissis turbis, ascendit in montem ad orandum seorsum.* B
Quum autem aduenisset uespera, solus erat illic. Cæterum nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur a fluctibus. nam uentus erat aduersus. Ostendens nobis quòd oporteat absque distractione mentis precari, in montem ascendit. omnia enim propter nos facit. neque enim ipse precibus opus habet. Vesperi autem precatur, docens quòd nos non statim ab orationibus discedere debeamus, sed & nocte potissimum illis vacare: tunc enim maior quies. Permittit autem discipulos in tempestate, quò discant tentationes ferre fortiter, suamq; agnoscant virtutē. In medio autem maris nauigiū, signat maiorē esse timoré. *Quarta autē nocte uigilia abiit ad illos Iesus, ambulās super mare: & ubi uidissent eum discipuli super mare ambulantē, turbati sunt, dicentes, Spectrum est. ac præ metu exclamauerunt: sed* C
statim locutus est illis dicens, Fidite, ego sum: ne terreamini. Non mox astitit eis vt tempestatem sedaret, docens non statim petendam aduersitatum solutionem, sed ferendas fortiter: at circa quartam vigiliam. In quatuor enim partes nocte diuidunt custodes iuxta militarem disciplinā, singulis per tres horas suā seruātibus custodiam. Dominus autē post nonam horam noctis ambulans supra aquam tanquam deus astitit. Illi autē rem tam raram ac insolitā spectantes, putabant spectrum esse. Neq; enim à specie ipsum cognoscebāt, partim propter noctē, partim propter metū. Ille autē animās illos, primum eis dixit. Ego sum, qui omnia possum: fidite.
Respondens autem illi Petrus dixit, Domine, si tu es, iubeto me uenire ad te super aquas. Feruentissima Petri erga Christum charitas

Vigiliæ noctis iuxta militarem disciplinam singulis horas tres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ritas erat. desiderabat enim statim prope illum esse, & præ aliis. Credidit autem quòd Iesus non solum ipse ambularet super aquas, sed & sibi daturus esset hoc. Non dixit autem, Iube me ire, sed, ad te ire. Nam illud ostentationis est, hoc autē amoris in Christum. *Iesus autem dixit, Veni. Et quum descendisset e naui Petrus, ambulabat super aquas, ut iret ad Iesum. Cæterum quum uideret uentum ualidum, territus est: & quum cœpisset demergi, clamauit dicens, Domine serua me.* Substrauit dominus Petro mare, suam declarans virtutem. Attende quod in maiori periculo existens, mari ventis turbato timuit: ita infirma est humana natura: & statim vt timuit, cœpit submergi. quando enim fides infirma est, tunc in profunda descendit Petrus. Hoc autem fecit, ne ille superbiret, & alios solaretur
E discipulos. forte enim inuiderunt. sed & Christus quantum ipsum amet, ostendit. *Confestim autem Iesus extenta manu apprehēdit eum, & dixit illi, Paruæ fidei, ad quid formidasti? Et ingressis illis in nauim, conquieuit uentus. Porro qui in naui erant, accesserunt ad eū & adorauerūt dicentes, Vere dei filius es.* Ostendens Christus nō ventū, sed pusillanimitatē submergendi causam esse, nō vētum increpat, sed Petrū pusillanimē. Ideo & apprehensum eū statuit super aquā permisso vento flare. Non omnino autem dubitabat Petrus, sed secundum quid, hoc est ex parte: nam iuxta id quod dubitauit, incredulus fuit: iuxta id autem quod clamauit, Domine serua me, curauit incredulitatem, Ideo paruæ fidei dicitur, non incredulus. Igitur qui in naui, & ipsi metu soluti sunt. Cessauit enī ventus. Et ex his co
F gnito Iesu, confessi sunt eius deitatem. Neque enim hominis est super mare ambulare, sed dei: sicut & Dauid dicit, In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis. Iuxta anagogen au
Psal. 70. tē, nauis terra, fluctus vita á malis spiritib⁹ turbata, nox ignorantia. In quarta igitur vigilia, ad finem seculorum astitit Christus. Prima vigilia, fœdus cum Abraham: secunda, lex Moysi: tertia, prophetæ: quarta, domini aduentus. Ipse enim seruauit nos fluctibus agitatos, veniens ad nos, ita vt eum cognosceremus, & vt deum adoraremus. Vide autem & hoc, quòd negationem Petri, & deinde eius conuersionem & pœnitententiam præsignarunt & quæ in mari acciderunt. Nam
Mar. 14. sicut illic dicebat confidens, Non te negabo: sic & hic, Iube me venire ad te super aquas: sicut tunc permisit negare, ita & hic permittit mergi. Hic manum ei porrexit dominus, & nō permisit

permisit eum submergi: ita tunc per pœnitētiam eum à profundo negationis extraxit. *Et quū traiecissent, uenerūt in terrā Genezareth. Et quum agnouissent illic uiri loci illius, emiserūt nuncios in totam undiq; finitimam regionem, & attulerunt illi omnes male habentes, & obsecrabant eum ut tantum tangerent fimbriam uestimenti ipsius: & quotquot tetigerunt eum, salui facti sunt.* Genezareni agnoscentes Christū multo tempore apud se versantē, & ex aspectu & miraculis alacrem exhibuerunt fidem, ita vt *Fimbriam* cuperent & fimbriam contingere, atq; ita curati sunt. Sic & *uestimēti* tu quoq; summitatem vestis Christi cōtingito, hoc est finem *Christi* tā incolatus sui ī carne. Si enim credideris q̄ assumptus est, sal- gere. uaberis. Vestis enim caro: fimbria autem eius, finis vitæ.

CAPVT XV.

T VNC *accedāt ad Iesum Hierosolymitani scribæ & pharisæi, dicentes, Quare discipuli tui trāsgrediuntur traditionem seniorū? non enim lauant manus suas quando edunt panem.* Quanquam in omnibus locis erant scribæ & pharisæi, magis tamē venerabiles erant Hierosolymitani: ideo illi magis inuidebant, vtpote inanis gloriæ magis appetentes. Morem autem habebant Iudæi non comedere illotis manibus, idq; ex patrum traditione. Has igitur traditiones vt vidissent nō obseruari à discipulis, putauerunt illos cōtemnere seniores. Nihil i gitur ad hoc respondet, sed vicissim reprehendit eos.
At ille respondens dixit eis, Quare & uos transgredimini præceptum dei propter traditionem uestrā? nam deus præcepit dicens, Ho- Exodi. 10 Deut. 5.
nora patrem & matrem: & qui maledixerit patri aut matri, morte C
moriatur: uos aūt dicitis, Quicūq; dixerit patri aut matri, quicquid donī à me profecturum erat, id in tuum uertetur commodum, & non honorabit patrem suum, aut matrē suam: & irritum fecistis præceptum dei propter traditionem uestram. Pharisæi accusabant discipulos quasi mandatum seniorum præuaricantes: Christus autē ostendit ipsos dei legem præuaricari. Docebāt enim pueros ne quid darent parētibus, sed offerrent quæcunq; habebāt in gazophylacium templi. Erat autē in tēplo thesaurus, in quē quisquis volebat quippiam immitteret, vocabaturq; ille gaza. at distribuebatur in pauperes thesaurus. Pharisæi igitur persuadebant pueris ne quid darent parentibus, sed offerrēt in thesaurum: docebantq; ipsos vt dicerent, Donū dei est, id

Universidad de Deusto
Biblioteca

D est oblatum deo est ò pater, id quod per me tibi vsui esse cupis. Et sic partiebantur ipsi cum pauperibus opes, & parentes relinquebantur & contemnebantur, nec in senecta alebantur. Faciebant autem hoc & fœneratores. Si quis enim cuipiam dedisset ad vsuram pecunias, & deinde malus debitor non esset soluendo, dicebat fœnerator ad illum ingratũ debitorem, Corban est quod debes mihi, hoc est, donum deo oblatum. Debitor igitur tunc quasi deo debens, etiam inuitus dinumerabat. Hoc docebant pharisæi pueros facere.

Esa.29. *Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias dicens, Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat, cæterum cor eorum procul abest à me. Sed frustra me colunt docentes præcepta & doctrinas hominum.* Ostendit Esaię voce quòd etiam tales sint

E erga patrem suum, quales & erga se inueniũtur. Nam quum mali essent, propter mala opera longe fiebant à deo, & diuinum sermonem solo ore loquebantur. Frustra enim colunt & putant se colere deũ, qui per opera illum dehonorãt. *Et aduocatis ad se turbis, dixit eis, Audite & intelligite. Non quod ingreditur os, impurat: sed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem.* Non loquitur vltra pharisęis, vtpote incurabilibus: turbæ autem loquitur, & per quòd illos ad se aduocat, honorem illis deferre videtur, vt suscipiant sermonẽ suum: & inquit, Audite, & intelligite: excitans eos, & attentos faciens. Quia autẽ pharisæi arguerant discipulos quod illotis manibus comederent, dominus de cibis dicit q̃ nullus cibus coin-

F quinet hominem, vel impuret. Et si cibus non impurat, multo minus illotis comedere manibus. Coinquinat enim intus hominẽ, dicere quę non oportet. Notat autem latenter pharisæos per illa verba, qui dicentes inuidorum verba coinquinabantur. Vide autem sapientiam quomodo neq; manifestè illotis manibus comedere approbat, neq; auersatur: sed aliud quiddam docet, quod eiiciant è pectore malos sermones.

Tunc accedentes discipuli dixerunt illi, Nosti pharisæos audito sermone isto offensos fuisse? At ille respondens dixit. Discipuli propter pharisæos dicũt quod offensi sint, tametsi etiam ipsi turbati fuerint: quod manifestum *ex* eo quòd accesserit Petrus, & interrogauerit de hoc. Igitur Iesus quum audisset quòd offensi essent pharisæi, dixit. *Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Omittite illos, duces sunt cæci cæcorum. Porro si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam cadent.*

Senio-

Seniorum traditiones & Iudæorum præcepta eradicatum iri A
dixit, non legalia, vt existimant Manichæi. Lex enim plan- *Lex, dõi*
tatio est dei, non igitur illa eradicata est. Manet enim radix *plantatio*
eius, spiritus qui in occulto est. Folia autem, hoc est apparẽs *est, adeo-*
litera, defluunt. Legem enim vltra non iuxta literam, sed iu- *que nõ est*
xta spiritum intelligimus. Quoniam autem desperati ac in- *eradicata*
curabiles erant pharisæi, dixit, Omittite illos. Hinc enim di
scimus quòd offendi illos qui sponte offenduntur, & incura-
biles sunt, non est nobis damnosum. Præceptores autem il-
los dicit cæcos cæcorum duces, vt ab eis turbas abducat.
Respondens autem Petrus dixit ei, Dic nobis parabolam hanc. Pe-
trus quia sciebat legem prohibere promiscuè esum omnium,
& timebat dicere Iesu, Ex his quę dixisti, offendimur: appa-
rent enim legi aduersa esse: simulat ignorantiam, & interro B
gat. *Iesus autem dixit, Adhuc & uos intelligentia caretis? Nondũ*
intelligitis quod quicquid ingreditur in os, in aluũ abit, & in secessum
eiicitur? At ea quæ proficiscitur ex ore, ex ipso corde egrediũtur, &
illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exeunt cogitationes
malæ, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, cõuitia. Hæc sunt quæ
impurant hominem. Cæterum illotis manibus cibum capere, nõ inqui-
nat hominem. Increpat discipulos saluator, & insipientiam
exprobrat vel vt offensis, vel vt manifesta ignorantibus.
Dicit igitur. Non intelligitis quod omnes intelligunt & sci-
unt? Cibi enim non manent intus, sed infra exeunt per al-
uum, & nullum hominem in anima coinquinant, non enim
manent intus. Cogitationes autem intrinsecus nascuntur, &
manent illic, & egrediuntur, hoc est, in opus procedentes & C
actus, inquinant hominem. Cogitatio enim scortationis in-
trinsecus manens maculat, & egrediens in opus maculat.

Et digressus illinc Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis: & ecce
mulier Chananæa quæ a finibus illis uenerat, clamabat ad illum di-
cens, Miserere mei domine fili Dauid: filia mea misere a dæmo-
nio agitatur. Ille uero non respondit ei uerbum. Quare disci-
pulos prohibuit ire in viam gentium, ipse autem in Tyrum
& Sidonem gentilium ciuitates iuit? Disce igitur quòd non *Supra. 10*
vt prædicaturus iuit illuc, quia (vt Marcus dicit) & occul- *Marci. 7.*
tauit se. Vel aliter dic, quia vidit pharisæos nolle suscipe-
re sermonem de cibis, transiit ad Gentes. Miserere autem
dicit, non filiæ meæ (illa enim sensu caret) sed mei, quæ
tam grauia patior & sentio. Nec dicit, Veni & sana, sed mi-

 serere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ſerere. At ille non reſpondit ei verbum, non vt contemnat, ſed vt oſtendat quòd propter Iudæos venerit, prius illos docens: & vt occludat calumnias eorum, ne poſſint poſtea dicere quòd gentilibus benefecerit, ipſis cõtemptis. Ad hæc etiam firmam mulieris fidem manifeſtam reddit.

Et accedentes diſcipuli eius rogabant illã dicentes, Omitte illam, nam clamat poſt nos. At ille reſpondens dixit, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perdiderant domus Iſrael. Diſcipuli grauatim ferentes clamorem mulieris, rogabant, Dimitte eam, hoc eſt obſecrabãt vt ablegaret illam à ſe. Hoc autem faciebant non tanquã im miſericordes, ſed magis volentes perſuadere domino vt miſereretur ei. At ille inquit, Non ſum miſſus niſi ad Iudæos, qui ſunt oues quæ perdiderant ea quæ illis concredita erant. Per

E hoc autem amplius euulgat fidem mulieris. *Illa uero uenit & adorauit illum dicens, Domine, ſuccurre mihi. At ille reſpondit, ac dixit, Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & obiicere catellis. Illa autem dixit, Etiam domine. Etenim catelli comedunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Poſtquam vidit mulier patronos ſuos repulſam paſſos, iterum dominum feruenter accedit, & inuocat vt dominum. Quia autem Chriſtus canem illam dixerat, eo quòd gentiles impuram agerent vitam, & in ſanguine idolis immolatorum verſarentur, filios vero Iudæos: illa valde ſapienter & magno intellectu reſpondit. Quamuis & canis ſim, & indigna quæ panem accipiam: hoc eſt virtutem & ſignum magnum, ſed hoc quod paruum quidem, quantum ad virtutem tuam attinet, mihi autem magnum fuerit, da, ſicut & qui panes comedunt, non magni ſa-

F ciunt ſi micas dent: canes autem bene ex his paſcuntur.

Tunc reſpondens Ieſus dixit illi. O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. Nunc manifeſtat Ieſus cauſam propter quam ſanationem primum ſuſtulerit, nempe vt fides & prudentia mulieris clareſcat. Propterea nõ ſtatim ab initio annuit Chriſtus, ſed magis illam à ſe amandauit: nunc vt fides & prudentia eius manifeſtentur, laudat eã Magna eſt fides tua. Hoc autem quod dicit, Fiat tibi ſicut vis, oſtendit quòd niſi fidẽ habuiſſet, nihil fuiſſet aſſequuta. Atque ita ſi voluerimus & nos, nihil vetat & nos aſſequi quę

De interceſſiõe ſanctorum. voluerimus. Obſerua autẽ ꝙ licet ſancti orent pro nobis, ſi cut pro illa apoſtoli, attamen nos pro nobiſipſis petentes magis audimur. Eſt autem Chananæa ſymbolũ eccleſiæ e gentibus co

tibus collectæ. Nam & gentes prius repulſæ fuerunt, & poſtea in filiorũ ordiné allectæ, & obtinuerunt panẽ corporis domini. Iudæi autẽ canes facti, ex micis videntur paſci, hoc eſt paruitate & vilitate literæ. Significat enim Tyrus cohibitionem, Sidon autem venantẽ: Chananæa, præparata humiliationi. Gentiles igitur qui malitia tenebãtur, inter quos fuerunt venatores animarum dæmones, humilitate ſunt præparati. Iuſti enim ſublimi regno dei ſunt præparati. *Et progreſſus illinc Ieſus, uenit iuxta mare Galilææ, & cõſcenſo mõte ſedebat illic: & acceſſerũt ad eũ turbæ multæ, habẽtes ſecũ claudos, cæcos, ſurdos mutilos, & alios multos, & abiecerãt eos ante pedes Ieſu, & ſanauit eos, adeo ut turbæ mirarentur quum uiderent mutos loqui, mutilos eſſe ſanos, claudos ambulare, cæcos uidere: & glorificabant deum Iſrael.* Non continuo verſatur in Iudæa, ſed Galilæa, B propter multam incredulitatem Iudæorum. Galilæi enim fideliores illis erant. Vide igitur fidem illorum, quomodo & in montem aſcendant claudi exiſtentes & cæci, non ſegnes ſunt, ſed & ad pedes obiiciuntur, vtpote illum ſupra hominẽ eſſe exiſtimantes, vnde & ſanitatem aſſequuti ſunt. Et tu igitur aſcende in montem mandatorum, vbi ſedet Ieſus: & ſi cæcus fueris, non valens videre per teipſum quod bonum: & ſi claudus, videns quidem quod bonum, non valens autem ad hoc peruenire: & ſi ſurdus, qui neque alium audias admonentem, neq; alium admonere valeas: & ſi mutilus ſis, non valẽs extendere manum ad eleemoſynam: & ſi alio quodam morbo teneare: vadas ad pedes Ieſu, & veſtigia vitæ illius attinge, curamque habebis. *Ieſus autem uocatis ad ſe diſcipulis ſuis dixit: Miſeret me turbæ, propterea quod iam triduum perſeuerant apud me, & non habent quod edant: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia.* Turbæ quidem non audebant panes petere, vtpote qui ad recipiendam ſanitatẽ venerant. ipſe autem miſericors exiſtens, curam agit: & ne quis dicere poſſit quòd alia viatica habeant, inquit quòd ſi etiam habuiſſent, fuiſſent conſumpta. Tres enim iam dies ſunt. Oſtendit autem *Supr. 14.* quòd à longe venerint, dicendo, ne deficiant in via. Hæc au- *Iohan. 6.* tem dicit ad diſcipulos, excitare eos volens vt dicant quòd poſſit eos alere, ſicut & quinque milia: ſed illi adhuc ſapientia carebant. *Et dicunt illi diſcipuli eius: Vnde nobis in ſolitudine panes tam multi ut ſaturemus turbam tantam?* Quanuis nõ oportebat illos oblitos eſſe quòd & prius plures pauerit in ſolitu-

 dine,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D dine, sed stupidi erant, vt quum postea hos videris tanta sapientia præditos, mireris dei gratiam. Et dicit illis Iesus, Quot panes habetis? Illi autem dixerunt, Septem, & paucos pisciculos. Et iussit turbas discumbere in terra, & sumpsit septem panes ac pisces: & postquam gratias egisset, fregit, deditque discipulis suis: discipuli autem turbæ. Comederuntque omnes, & saturati sunt Et sustulerunt quod supererat fragmentorum, septem sportulas plegratias a- nas. At hi qui comederant, erant quatuor mille viri, præter mulieres & pueros. Frugalitatem docens, super terram recumgere deo ante cibũ bere iubet, & gratias agere ante cibum docens, gratias a- exẽplo do git & ipse. Rogas autem quo pacto illic quidem, quum eceet Chri- sent quinque panes, & quinque milia aliti essent, duodecim stus, cophini superfuerunt: hic autem quum essent pauciores pa-

E scendi, & plures panes, septem sportæ? Diei igitur posset quòd sportæ maiores essent cophinis, vel ne æqualitas miraculi eos obliuisci faceret. Nam si nunc quoque superfuissent duodecim, obliti fuissent ob æqualitatem, quòd iterum miraculum fecisset in panibus. Tu autem & hoc scias, quòd quatuor milia, hoc est qui quatuor virtutes recte possident, hi septem panibus, hoc est magis spiritualibus & perfectis sermonibus pascuntur. Septenarius enim numerus, septem spiritualium donorum est symbolum. Discumbunt autem sis per terram, quia omnibus terrenis superiores sunt, & cal- cant ea: sicut & quinque milia super fœnum discubuerunt, hoc est carnem & gloriam subiecerunt. Omnis enim caro

Eccl. 14. fœnum, & omnis gloria hominis sicut flos fœni. Septem au-

Esa. 40. tem sportæ hoc loco residuæ, eo quòd spiritualia & perfe-

F ctiora fuerunt, quæ non potuerunt comedere. Illa igitur superarant, quę septẽ sportæ capiunt, hoc est, quę solus sanctus

1. Cor. 2. spiritus scit. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profundi-

Ioan. 6. tates dei. Et dimissis turbis conscendit nauim, uenitque in montes Magdala. Secedit Iesus, quia nullum aliud signum fecerat, quale hoc in multiplicandis panibus. plures sequebantur, atque (vt Iohannes dicit) in regem assumpturi erant illum. Vnde & secedit, quò tyrannidis effugiat suspitionem.

CAPVT XVI. A

Taggressi Pharisæi una cum Sadducæis, tentantes rogabant eum ut signum è cœlo ostenderet sibi.

E Tametsi dogmatis dissideant Sadducæi & Pharisæi, nihilominus tamen contra Christum cõspirant. Signum autem è cœlo petũt, vt fistere solem vel lunam. Existimabant enim quòd signa quæ super terram fiebant, diabolica virtute & in Beelzebul fierent. Ignorabant enim insipiẽtes quòd & Moses in Aegypto multa signa super terram fecerat, & ignem è cœlo descẽ- Exod. 7. 8. 9. 10 disse super pecora Iob à diabolo erat, atque adeo nõ omnia Iob. 1. quæ è cœlo, à deo: neque quæ in terra omnia, à dæmonibus.

At ille respondens dixit eis, Quum cœperit esse uespera, dicitis, Se B renitas erit, nam rubet cœlum. Et mane, Hodie tẽpestas, rubet enim cœlum, Hypocritæ, faciem cœli scitis diiudicare, signa uero temporum non potestis. Reprehendit tentatiuam illorum quęstionem, hipocritas ipsos nominans: & inquit, sicut signorum apparẽ rentium in cœlo aliud quidem pluuiarum, aliud autem serenitatis indicium est: & nemo videns pluuiarum signum, serenitatem requirit, vel serenitatis signũ videns, pluuias timet: sic & de me cogitare oportet, quòd aliud tempus huius aduentus, & aliud futuri. Nunc opus est miraculis in terra: quę Iof. 24. autem in cœlo fient, vsque in illud tẽpus reseruabuntur, quo Mar. 13. sol extinguetur, luna occultabitur, cœlum immutabitur. Ionæ. 2.

Natio prauа & adultera signum requirit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abiit. Natio mala, C vtpote tentans: & adultera, vt deficiens à deo, & adhærens diabolo. Petentibus autem signum è cœlo, nõ dat nisi signũ Ionæ prophetæ, hoc est quòd in ventre magni ceti, hoc est mortis, factus triduanus, resurget. Hoc autem signum etiam è cœlo esse dixeris. In morte enim eius obtenebratus est sol, creatura omnis immutata est. Vide autem sermonem, Signũ non dabitur ei nisi signũ Ionæ prophetæ. Ipsis eũ data sunt signa, hoc est, propter ipsos facta sunt, tametsi non credederint. Proinde & relictis illis vt incurabilibus, abiit. Et quum uenissent discipuli eius in ulteriorẽ ripã, per oblionẽ nõ acceperunt panes, At Iesus dixit illis, Videte & cauete a fermẽto pharisæorũ & Sadducæorũ. Quẽadmodũ fermentũ amarũ est vetus, ita &

Universidad de Deusto
Biblioteca

D cæorum doctrina mordet animas, amara existens, & veteres seniorum traditiones introducens. Et sicut fermentum tẽperatura est aquæ & farinæ, sic & doctrina Pharisæorũ mixta est ex sermone & ex vita corrupta. Non dixit autem illis manifeste, Cauete à doctrina Phariseorum, vt memores eos faceret signi panũ. *At illi reputabant intra se dicentes, Panes non sumpsimus. Quod ubi cognouit Iesus, dixit illis, Quid cogitatis intra uosipsos o parum fidentes, quod panes non sumpseritis? Nondum intelligitis, neque memoria tenetis quinque illos panes, quum homines* Supr. 14. 15. *essent quinque milia, & quot cophinos sustulerit is: neque septem illos panes, quum essent quatuor milia, & quos sportas acceperitis? Qui fit ut nõ intelligatis me nõ de pane dixisse uobis illud, ut caueretis a fermento Phariseorum & Sadducæorum?* Existimabant quòd hoc E diceret illis, vt custodirent se ne coinquinarentur à cibis Iudaicis, eo quòd loquæbãtur inter se quòd panes non accepissent. Exprobrat igitur illis quòd tam stupidi & tam paruę fidei essent. Imprudentes enim erãt & stupidi, quòd non cogitabant quàm paucis panibus multos supra aluissent. Et quòd paucæ fidei, quòd quia non emerant, diffiderent ipsum posse alicunde acquirere. Et vt acrius eos perstrinxit (non enim vbique bona est mansuetudo, tantum vbique valet rationabilis increpatio.) Tunc, inquit, intellexerunt quòd non iussisset cauere à fermento panis, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorũ. *Quum uenisset autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, interrogabat discipulos suos dicens, Quem me dicunt homines esse, filium illum hominis?* Meminit eius qui ciuitatẽ condidit, quia est & alia Cæsarea Stratonis, & non in illa, sed in hac F illos interrogat. Procul enim à Iudęis abducit discipulos, vt nullum timentes libere ac fidenter dicant. Primũ autẽ pereõtatur multitudinis opinionem, vt ad maiorem reducãtur beneuolentiam, & ne in eandem, in quam plerique, cadant humilitatem. Non interrogat autem, Quem me dicũt Pharisęi? sed homines: de simplici multitudine dicens.

Illi uero dicebant, Alii quidem Iohannem Baptistam, alii uero Heliam, alii autem Hieremiam, aut unum ex prophetis. Qui Iohan- Supr. 14 Mar. 6. nem illum nominabant, erant ex his qui cũ Herode, qui putabant Iohannem post resurrectionem etiam donum accepisse operandi miracula. Qui autem Heliam, monebãtur ex eo quòd acriter reprehendebat, & expectabant quod veniret. Qui vero Hieremiam, hoc dicebant, quòd simili sapientia preditus esset, quam à nullo didicerat. Etenim Hieremias quum puer esset, in prophetam assumptus est. A Hiere. 1.

Dicit illis, Vos autem quem me dicitis esse? At Simon Petrus dixit, Tu es Christus ille filius dei uiuentis. Iterum vt feruentior Petrus prosilit, & vere confitetur ipsum esse filiũ dei. Nõ enim dixit, Tu es Christus filius dei viuentis, absque articulo, sed cum articulo, ille filius, hoc est, ille ipse, qui solus & vnicus: non gratia filius, sed qui ex ipsa patris substantia genitus: quia & multi Christi erant, sacerdotes & reges omnes, sed Christus cum articulo vnus est. *Et respondens Iesus, dixit illi, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.* Beatum dicit Petrum, quia à diuina gratia scientiam acceperat: approbans autem Petrũ, B ostendit consequenter aliorum hominum opiniones falsas. Dixit autem illum Bar Ionam, hoc est, filium Iona: quasi ita diceret, sicut tu Ionæ filius, ita ego patris mei, consubstãtialis illi existẽs sum. Reuelationem autem scientiã dicit, quia abscondita & ignota ei à patre erant reuelata.

At ego tibi dico, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebãt contra illam. Quo sup Petrã ædificatio ecclesiæ. Remunerat Petrum dominus, mercedem illi dãs magnã, quòd supra eum ædificauit ecclesiam. Quia enim confessus erat eum dei filium Petrus, dicit quòd hæc confessio quam confessus est, fundamentum erit futurum credentium: ita vt omnis homo extructurus fidei domum, hoc iacturus sit fundamentum. Nam licet innumeras condamus virtutes, nõ habeamus autem fundamentum rectam confessionem, inutiliter ædificamus. Quum autem dixit ecclesiam meam, ostendit se dominum vniuersi: deo enim seruiũt omnia. Portæ autem inferi, temporales sunt persequutores, qui ad infernum Psal. 118. mittere conantur Christianos. Et hæretici quoq; portę sunt ad infernum ducẽtes. Multis igitur persequutoribus, & multis hæreticis prævaluit ecclesia. Est autem & vnusquisq; nostrum ecclesia, quæ sit domus dei. Si igitur in confessione Christi confirmati fuerimus, porte inferi, hoc est peccata, non prævalebunt nobis. De his enim portis exaltatus Dauid dicebat, Qui exaltat me de portis mortis. Quales portę Psal. 9. ô Dauid? Dicet: cedis scilicet, & adulterii. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Et dabo tibi claues regni cælorum, & quicquid solueris in terrâ, erit solutum in cœlo: & quicquid alligaueris super terrâ, erit alligatum in cœlis.* Tanquam deus magna potestate dicit, Dabo tibi. Sicut enim pater dedit tibi reuelationem, sic ego claues. Claues autem intelligas quæ ligât & soluũt, hoc est delictorum vel indulgentias vel pœnas. Habent enim potestatẽ remittendi & ligandi, qui sicut Petrus, episcopatus gratiam assequuti sunt. Quãuis autem Petro soli dictum sit, Dabo tibi, omnibus tamen & apostolis concessæ sunt. Quando? quũ dixit, Quorumcũque remiseritis peccata, remittuntur. Et enim quum dixit, Dabo, futurum tempus signat, hoc est, post resurrectionem. Cœli autem dicuntur & virtutes, quarum claues sunt bonæ operationes. Nã operando ingredimur, quasi per claues quasdam aperientes vnamquãque virtutum. Si autem non operor, sed solum scio bonum, habeo quidem clauẽ scientiæ solum, extra autem maneo. Ligatus autẽ in cœlis, hoc est in virtutibus, qui non ambulat in illis: nam virtuosus in illis solutus est. Ne habeamus igitur peccata, vt non catenis nostrorum peccatorum ligati simus. *Tunc edixit discipulis ne cui dicerent quod ipse esset Iesus Christus.* Volebat Christus ante crucem obscurari suam gloriã. Nam si audiuissent homines ante passionem quòd deus esset, & deinde vidissent eum pati, quomodo nõ fuissent offensi? Et propterea occultat se multis, vt post resurrectionem absque offendiculo à multis sciatur, spiritu sancto omnia miraculorum operationibus adæquante. *Ex eo tempore cœpit Iesus indicare discipulis suis quod oporteret ipsum abire Hierosolymã, & multa pati a senioribꝰ & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertio die resuscitari.*

Iohan. 2. Cœli uirtutes.

E

F

Prædicit illis passionem, ne inexpectata illa veniente offendantur, putantes quòd inuitus & non præscius passus esset. Postquam enim audiuerunt per cõfessionem Petri quòd filius sit dei, tunc reuelauit illis & passionem. Post tristitia autem subdit & lætitiam, nempe quòd die tertio resurgeret.

Et quum, abduxisset illum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Propitius esto tibi domine, nequaquam erit tibi hoc. Id quod reuelatum erat, Petrus recte confessus est: in eo autem quod nõ reuelatum, lapsus: vt sciamus quòd absque deo neque ille loquutus est magnum quiddam. Noleas igitur Petrus Christum pati, & ignorans resurrectionis mysterium, dixit, Propitius esto

pitius esto tibi domine, nequaquam erit tibi hoc. *Conuersus autem ille, dixit Petro: Abi post me Satana, obstaculo es mihi: quia non sapis ea quæ sunt dei, sed ea quæ sunt hominum.* Petrum recte quidem loquentem, beatum prædicat Christus: irrationabiliter autem formidantem, & nolentem se pati, perstringit, dicens, Vade post me Satana. Satanas autem aduersarius dicitur. Vade igitur post me, hoc est, ne obsistas, sed sequere voluntatem meam. Vocat autem sic Petrum, quia etiam Satanæ displicebat pati Christum. Dicit igitur, Tibi quidem iuxta humanam rationem videtur indecens mea passio: non intelligis autem quòd deus per hanc salutem operetur, & q, hoc me maximè deceat. *Tunc iesus dixit discipulis suis, Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Tunc, quando quum Petrum increpasset. Volens enim ostendere errare Petrum prohibentem se pati, dicit, Tu quidem me prohiber, ego autem dico tibi, non solum non damnosum esse me pati, sed neque tu saluari poteris, nisi & ipse moriaris, & quisquis alius, siue vir, siue mulier, siue pauper, siue diues. Dicit autem Vult, vt ostendat liberum arbitrium, & non coactam virtutem. Post Christum autem sequitur non solum is qui illum confitetur filium dei, sed & qui per omnia grauia transit, & illa sustinet, Abneget autem semetipsum dixit, perfectam abnegationem per præpositionem ab, significans: exempli gratia, ne habeat communionem quandam cum corpore, sed contemnat seipsum: sicut consueuimus dicere quòd quis quempiam negarit, hoc est, non habuit eum pro amico vel noto. Sic igitur omnes docet nullam cum corpore habere communionem, id est amicitiam, ita vt & crucem tollant, hoc est, mortem eligant, & cum studio inquirant etiam mortem ignominiosissimam, qualis crux apud veteres fuit. Sed & sequatur me, inquit. Multi enim sequuntur latrones & fures, at illi non sunt discipuli mei. Sequatur igitur, hoc est, omnem aliam virtutem præ se ferat. Abnegat autem seipsum & qui heri quidem intemperatus erat, hodie autẽ castus & sobrius. Talis erat Paulus, qui abnegauit semetipsum quum dicere, Viuo autem non iam ego, viuit autem in me Christus. Tollit autem crucem, qui mortificauit & crucifixit seipsum mundo.

A *Recte loquẽtẽ Petrũ, beatificat Christus dicitur male dicitur autem sa-tanam.*

B

C *Christũ ostẽdit liberũ arbitrium, dicit si quis uult.*

Galat. 2. *Crucẽ tollit q mortificat se mundo.*

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Qui enim voluerit animam suam seruare perdet eam: quisquis autem perdiderit animam propter me inueniet eam.* Ad martyrium adhortatur nos. inuenit enim animam ad præsens, hoc est, seruat, negans, qui & postea perdit. Perdit autem animam, sed propter Christum, qui de eo testificatur: qui & inueniet eam
Roma.2. in incorruptione, & vita æterna. *Quid enim prod-sit homini si*
Eccle. 16 *totum mundum lucratus fuerit, animæ uero suæ iacturam fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suam?* Venturus *est enim filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, & tũc reddet unicuique iuxta facta ipsius.* Sit igitur & fingamus quod totum mundum lucreris, sed quæ vtilitas si corpus bene habeat, & anima male afficiatur? quẽadmodũ si materfamiltas lacera veste, & ancillæ fulgido ornatu incedãt. Neque in fu-
E turo seculo poterit quis dare cõmutationem pro anima sua: hic quidem potest dare lachrymas & eleemosynam, & ieiunare, illic autem non. Iudex enim tunc nos excipiet, dona respuens: nam iuxta opera sua iustificabit vnumquemque. Est autẽ & metuendus. Veniet enim in gloria sua, & cum angelis, & non contemptibilis. *Amen dico uobis, sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uiderint, filium hominis uenientem in regno suo.* Dixerat venturum filiũ hominis in gloria sua. ne igitur incredulus sies, dicit quia sunt hic quidã qui iuxta quod capere possunt. videbunt in transfiguratione gloriam secundi aduentus. Interim autem ostendit in qua gloria erunt qui propter ipsum passuri. Sicut enim tũc caro eius fulgurauit, ita pro sua portione fulgebunt sancti. significat
F autem obscurius hoc loco Petrum, & Iacobum, & Iohannem, quos in montem assumpsit, & ostẽdit illis regnum dei, hoc est futurum statum in quo venturus esset ipse, & iusti fulsuri. Dicit igitur quòd quidam qui hic sunt, non morientur, donec viderint me transfigurari. Vide autem quòd stantes in bono & firmi, sunt illi qui vident Iesum clarius transformari, & proficiunt semper in fide & mandatis.

CAPVT XVII.

Lucæ.9. T *post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum, &*
E *Iohannem fratrem eius.* Non est hoc diuersum ab eo quod Lucas dixit quòd post sermones illos facti sunt quasi dies octo, &c. Lucas enim & primum & vltimum

vltimum commemorat quo ascenderũt in montẽ, Matthæus A
autem tantum inter medios dies ponit. Assumpsit autem Pe- Iohã.21.
trum, vt eum à quo diligebatur: Iohannem, vt eum quem diligebat: Iacobũ verò, quòd & ipse æmulator fuerit. Et mani- Infra. 20
festum est illum ingẽtis zeli fuisse, tum ex eo quod poculum Actu. 12.
se bibiturum promisit, tum ex eo quòd Herodes vt placeret Iudæis, gladio illum occidit. *Et subduxit illos in montem excelsum seorsum, transformatusque est coram illis: & splenduit facies eius sicut sol: uestimenta autem eius facta sunt alba sicut lumen.* In mõtem excelsum subducit illos, ostendens quòd nisi quis exaltetur, non dignus sit diuinis contemplationibus. Seorsum autẽ. solitus enim est Christus clariora miracula in occulto facere: vt ne videretur multis vt deus, sed, vt apparebat, homo haberetur. Transformationem autem audiẽs, ne putes quòd B
tunc corpus abiecerit, sed mansit corpus in suo habitu. Faciẽ enim ipsius audis & vestẽ. Fulgidior apparebat, deitate paruos quosdam radios suos declarante, & hos sicut videre pote Trãsfigurãrant: propterea & regnum dei superius dixit transfiguratio- ratio quanem, eo quòd ineffabilis eius potestas ibi refulserit, & quòd re dicatur germanus filius patris ostensus sit, & quod dignitas secundi regnũ dei aduentus in splendore faciei Christi ineffabili claruerit. Et *ecce apparuerit illis Moses & Helias cum illo loquentes.* De quo 4.Reg.2
colloquebantur? De gloria, inquit, quam impleturus erat in Deut. 23.
Hierusalem. Quare autem Moses & Helias visi sunt? Vt ostẽdatur quòd & legis & prophetarum sit dominus, viuentiumque ac mortuorum. Helias quidem est propheta, & visuit adhuc: Moses autem legislator, & mortuus est. Quin & vt appa C
reat q̃ nõ sit legi aduersarius. Nõ em Moses astitisset suo aduersatio, neque Helias tãtus zelotes ipsum tulisset. Præterea vt suspicionem tollat eorum qui ipsum Heliam vel vnum ex prophetis dicebant. Vnde enim agnouissent discipuli quòd Moses & Helias fuerint? non enim à lineamentis facierum, quia imagines hominum facere tunc impium videbatur. Videtur igitur quòd ex sermonibus quos tunc inter se conferebant, agnouerint eos. Fortassis enim alter quidem dicebat, nempe Moses, Tu es cuius ego passionem præfiguraui occi- Num. 7.
so agno, & perfecto pascha. Alter autem Helias, Tu es cuius 2.Re.17
resurrectionem ego præfiguraui in viduæ filio. Et talia quẽdam, Ostendens igitur illos discipulis, docet eos tales imitari, & mansuetos quidem esse & popularis, sicut Moses: zelotas autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tas autem & constantes, sicut Helias: & siquando tempus vo
cet, periclitantes pro veritate, sicut illi. *Respondens autem Pe
trus dixit Iesu, Domine, bonũ est nos hic esse: si uis, faciemus hic tria
tabernacula, tibi unum, & Mosi unum, & Heliæ unum.* Petrus ob
multam dilectionem Christum pati nolens, dicit, Bonum est
hoc loco manere, & non descendere, & occidi. Nam si quis
huc venerit, habemus & Mosen & Heliam nos adiuuantes.
Exod. 17 Moses quidem Aegyptios deuicit, Helias autem iguem è cœ
3. Re. 18. lo deduxit, & tales erũt in inimicos si qui huc cõtra nos ven
turi sunt. Hæc autem præ nimio mœrore loquebatur, sicut
Lucas inquit, nesciens quid diceret. Insolita enim visio ob
stupescere eum fecerat: aut nesciebat re vera quid loquere-
E tur, volens Iesum manere in monte, & non descendere, & pa
ti pro nobis. Veritus tamen ne pertinax videretur, dixit, Si
uis. *Adhuc illo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce
uox e nube dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene com-*
Exod. 19. *placitum est: ipsum audite.* Tu quidẽ ô Petre tabernacula quæ
ris manufacta vt fiant: pater autem aliud tabernaculum non
manufactum nubem constituit, & ostendit quòd sicut ipse in
nubibus apparuit antiquis deus existens, sic & filius suus. Lu
cida vero nebula hoc loco, non caliginosa sicut in veteri, eò
quòd non exterrere voluit, sed docere. Ex nube autem vox,
vt ostẽdat q̃ ex deo sit. In quo bene cõplacitum mihi, hoc est
super quem requiesco, & qui mihi placet. Docet quoq; illum
audiendum: etiam si crucifigi voluerit, ne obluctemini. *Et
quum hæc audissent discipuli, prociderunt in faciem suam, & timue-*
F *runt uehementer. Et accedens Iesus, tetigit eos, & dixit, Surgite, &
ne timeatis. Subleuatis igitur oculis suis neminem uiderũt, nisi Iesum
solum.* Discipuli non ferentes fulgorem lucis, neque vocem,
ceciderũt in terram, & oculi eorũ quasi somno grauati erãt.
Somnum dicit multam grauationem è visu. Ne autem timor
diutius insidens eiiciat memoriam eorum quæ viderant, su
scitat eos, & animat, soluisque ipse comparet. Nec putes quòd
de Mose vel Helia vox dicta sit, sed de ipso. Ipse enim est fi
lius meus. *Et quum descenderent de monte, præcepit illis Iesus di
cens, Ne cui dixeritis uisionem hanc donec filius hominis e mortuis re
surgat.* Propter humilitatem denunciat nulli dicendum, ne
offendantur qui audiunt talia, postea ipsum crucifigi viden
tes. Putassent enim impostorem fuisse, hæcque solum appa
rentem fecisse. Tu autem disce, post sex dies, id est post mun-
dum,

dum, qui sex diebus conditus est, dei contemplationem futu- A
ram. Nisi enim transiueris mundum, & exaltatus fueris in
monte, nequaquam videbis clara, neque faciem Iesu, deita-
tem dico: neque vestem, hoc est carnem. Videas autem nunc
& Mosen & Heliam colloquentes Iesu: lex enim & prophe-
tæ & Iesus vnum loquuntur & consonant. Quin & quum in-
ueneris quendam sensum scripturæ clare interpretantem, co
gnosce quòd ille facié Iesu clare videat. quòd si & verba de-
claret & conspicua faciat, hic & vestes Iesu candidas videt.
Vestes enim, sensuum dictiones. Sed ne dixeris cum Petro,
Bonum est nos hic esse: nam oportet semper proficere, & non
permanere in vno gradu virtutis & contemplationis, sed ad
alia transire. *Et interrogauerunt eum discipuli sui dicentes, Cui
igitur scribæ dicunt quòd Heliã oportet uenire primum?* Decipiẽ- B
tes populum scribæ dicebant non esse Iesum Christum: nam
si esset, Helias primum venisset: ignorantes quòd duo aduen
tus Christi, quorum primi præcursor Iohannes, secundi au-
tem Helias. Sic enim & Christus interpretatur discipulis. Au
di enim. *Iesus aũt respondens dixit illis, Helias quidẽ uenit primũ,
& restituet omnia. Dico autem uobis quòd Helias iam uenit, & non* Malac. 4
*agnouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt. Sic & fi-
lius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerũt discipuli quòd de Io
hanne baptista dixisset illis.* Dicendo quòd Helias quidem ve-
niet, ostendit quòd nondum venit: in secundo autem aduen-
tu veniẽs, restituturus sit ad finem Christi omnes Hebræos,
quos persuasibiles inueniet, quasi ad hæreditatem paternam
reducens eos qui exciderant. Quum autem dicit, Helias ve- C
nit, præcursorem illum Iohannem dicit, in quo fecerũt quæ-
cunque voluere. Nam permittentes Herodi vt occideret Io- Supr. 14.
hannem, quum potuerunt prohibere, ipsi occiderunt. Tunc igi Mar. 6.
tur discipuli facti perspicaciores intellexerunt quòd Iohan-
nem Heliam vocarit, quòd ipse primi aduentus præcursor
fuerit, sicut ille secundi futurus est præcursor.
*Et quum uenisset ad turbam, accessit ad eum homo quidam flectens
illi genua, dicensque, Domine miserere filii mei, quoniam luna-
ticus est, & misere affligitur. nã sæpe cadit in ignem, & sæpe in a-
quam.* Valde incredulus apparet esse hic homo, eo quòd
dixit ad ipsum Christus, O generatio incredula, & quòd ar-
guit ipse discipulos. Nó aũt luna causa erat morbi, sed diabo
lus obseruabat plenilunio, & tũc insidiabatur, vt arguerẽtur
opera

Universidad de Deusto
Biblioteca

D opera dei tanquam nobis malum inferentia. Tu autem intel
ligas obsecro quòd omnis insipiēs sicut luna immutatur, se-
Eccle.27 cundum scripturam,& interim apparet virtute magnus,inte-
rim imminuitur sensu & desipit. Hic igitur quum lunaticus
fuerit,cadit in ignem iræ & concupiscentiæ, & in aquam ple
nā fluctib⁹ huius vitæ solicitudinis, in qua & Leuiathan dia
Iob.40. bolus,hoc est imperans ille in aquis. An non fluctus recte di
cuntur crebræ diuitum curæ? *Et obtuli eum discipulis tuis, nec*
potuerunt eū sanare. Respondens autem Iesus dixit, O natio incredu-
la & distorta, quousque tandem ero uobiscum? usquequo patiar uos?
Adducite illū huc. Et increpauit illud Iesus, & exiit ab eo dæmonium,
& sanatus est puer ex illa hora. Vides hominem delictum suæ
incredulitatis discipulis impingētem,quòd infirmiores sint,
E quàm vt sanent.Igitur dominus confundit eum quòd accu-
sarit discipulos,ac dicit,O generatio incredula. hoc est, Nō
est tantum infirmitatis illorum, quantum tuæ incredulitatis
delictum.magnū enim est, & illis cōgruam vincit virtutem.
Hominem autem illum opprobrando, omnes simul oppro-
brauit incredulos & circunstātes. Porro quum dicit, Vsque-
quo ero vobiscum?ostendit quòd desideret in cruce pati, &
ab ipsis secedere. Vsquequo versabor cum irrisoribus & in-
credulis?Increpauit autem illum Iesus, Quem ? Lunaticum.
Ex illo igitur manifestum,quòd quum & ipse incredulus fue
rit,per incredulitatem dæmoni se inuadendi locum dederit.
Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsum,dixerūt, Quare nos non
potuimus eiicere illud? Iesus aūt dixit illis, propter incredulitatē uestrā
F *Amē quippe dico uobis, si habeatis fidē sicut granū sinapis, dicetis mō-*
ti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit, neq; quicquā impossibile erit
in uobis. Sed hoc genus non egreditur nisi per deprecationē & ieiu-
Supra.10 *nium.* Timuerunt apostoli,ne perdidissent datam sibi con-
Luce. 10 tra dæmones gratiā : propterea perplexi animo seorsum in-
interrogant. Dns autē arguit eos vt imperfectiores, dicens,
Propter incredulitatem vestram.Nam si fermentem & arden
tem haberetis fidem,etiā si parua videretur, perficeretis vti-
que magna. Vbi autem montes transtulerunt apostoli, nus-
quam quidem scriptum est : veruntamen verisimile est quòd
Iohan. 21 transtulerint,etiamsi non sit scriptum.non enim omnia scri-
pta sunt. Vel aliter,Non exigebat tempus, & ideo non tran-
stulerunt. Videte autē & dominum quid dicat,Dicetis mon-
ti huic,demigra,hoc est,quando dicetis,tunc transibit.Non

dixerun

dixerunt igitur apostoli, quoniam tempus non postulabat, A
neque necessitas: & propterea non transtulerunt mōtes. Hoc
autem genus dęmoniorum per deprecationē & ieiunium ex-
pellitur. Oportet enim & illos ipsos demoniacos maxime ie- *Ieiunare*
iunare,& eos qui illos sanare volunt. Tunc autem est depre- *oportet*
catio,quādo nō cum ebrietate,sed cum ieiunio fit. Obserua, *dæmonia*
quòd omnis fides granum est sinapis. Contempta enim puta *eos,et eos*
tur propter stultitiam prædicationis, attamen si ceciderit in *qui illos sa*
terram bonam,crescit in arborem,in qua volatilia cœli, hoc *nare cēē*
est cogitationes summa petentes,nidulantur. Igitur quisquis *dunt.*
habet omnem fidem,ille potest dicere monti huic, demigra,
hoc est, dæmoni . ostendebat enim quod exiret dæmonium.
Quum autem uersarentur in Galilæa, dixit illis Iesus, Futurum
est ut filius hominis tradatur in manus hominum, ac occident eum, &
tertio die resurget. Et mœrore affecti sunt uehementer. Subinde B
memoriā facit passionis,ne existimēt quòd inuitus patiatur:
& interim hoc,interim hoc agit, vt exerceat eos,& ne terreā-
tur si hoc inexpectatum eueniat. Coniunxit autem tristibus
lætа, scilicet quòd resurget. *Quum autem uenissent in oppidum*
Capernaum, accesserunt qui didrachma solent accipere, ad Petrum, di-
xeruntq;, Præceptor uester non soluit didrachma? Dicit, etiam. Deus
pro primogenitis Hebræorum voluit consecrari sibi tribum
Leui. Inuentus est autē numerus tribus Leui vigintiduo mil- *Num.3.*
lia. Primogeniti autem chiliades vigintiduæ & ducenti & se
ptuagintatres. Pro his igitur qui erant extra tribum Leui,&
primogeniti erant,decreuit deus dari didrachmum sacerdo-
tibus. Hinc igitur facta est consuetudo vt simpliciter omnes
primogeniti penderent didrachmū, qui est quinq; sicli, hoc C
est ducēti oboli. Vnde quia dominus primogenitus erat,pen
debat & ipse. Reueriti autem forsassis Christum propter mi
racula quæ faciebat, non illū interrogāt,sed Petrum. Vel po-
tius deceptores erant,quasi ita dicerent,Præceptor vester le-
gi contrarius est, non reddit didrachma. *Et quum ingressus*
fuisset domum, præuenit illum Iesus, dicens, Quid tibi uidetur Si-
mon? Reges terræ a quibus accipiunt tributa aut censum? a filiis suis,
an ab alienis? Dicit illi Petrus, Ab alienis. Ait illi Iesus, Ergo libe-
ri sunt filii. Tanquam deus, sciebat, quanus non audierat,
quid illi loquuti fuissent ad Petrū, idcirco & præuenit eum,
dicens, Si reges terræ non accipiunt tributum à filiis suis, sed
ab alienis, quomodo cœlorum rex à me filio suo accipiet di-

E drachmum?

Universidad de Deusto
Biblioteca

D drachmum? Hoc enim(sicut supra dixi) sacerdotibus & templo tribuebatur. Si autem liberi sunt filij paruorũ regũ, multo magis ego. *Verum ne simus illis offendiculo, uade ad mare, & mitte hamũ, & eũ piscem qui prouerit primus, tolle, & aperto ore illius inuenies stateren: illum accipe, & da illum pro me & te.* Ne reputemur(inquit) contemptores & despectores legis, & offendamus, da illis tributum. Non enim vt debitum do, sed vt illorum infirmitatem corrigam. Discimus enim hoc loco, quòd nõ oportet offendere vbi nullum est damnum. Vbi autem damnum patimur in opere aliquo, non sunt curandi qui imprudenter offenduntur. Vt igitur ostendat quod deus sit & maris dominus, misit Petrum tollentem stateren ex ore piscis. Discamus hic & mysteriũ quoddam. Nostra enim natura est piscis in profundo incredulitatis mersus: sed apostolicus sermo extrahit nos, & in ore nostro inuenit stateren. Qualem stateren? Duo drachma tenentem: quia & Christus duas naturas habet, homo existens, ac deus. Hic igitur stater datus est pro duobus, pro Iudæis & Gentibus, pro iustis & peccatoribus. Quòd si & aurum quempiam videris nihil aliud habentem in ore nisi aurum & argentum, hũc habe pro pisce, in mari huius vitæ natãtem: at vbi inuentus fuerit præceptor, qualis Petrus, qui mittat hamum in mare, is eripiet ex ore illius aurum & argentum. Stateren quidam putant lapidem pretiosum in Syria, alij tributum, alij vero quartam partem numismatis.

Non sunt curãdi qui imprudẽter offenduntur.

Stater.

F

CAPVT XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli Iesu dicentes, *Quis putas maximus est in regno cœlorum?* Quia viderant à Christo Petrum honoratũ (honoratus enim erat hic dãdo stateré ꝓ christo & ꝓ se) & ꝓpterea humanũ quiddã passi, inuidiaq; incessiti, oblique accedunt interrogantes dominum quis maximus esset. *Et accersitũ ad se puellum statuit eum in medio illorũ, & dixit Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingredietmini in regnum cœlorum. Quisquis igitur humiliauerit seipsum sicut est puellus iste, hic est ille maximus in regno cœlorum.* Quum vidisset Iesus discipulos inanis gloriæ vitio teneri, compressit eos, ostẽdens illis per puerum fastus expertẽ humilitatis viã. Oportet enim nos humilitate mentis pueros esse

ros esse, non sensu pueriles, & innocentia, non insipientia. A Dicens autem, Nisi conuersi fueritis, indicat quòd ab humilitate in superbiam venerimus. opus igitur iterũ illuc cõuerti, hoc est in humilitatem, à qua egressi estis. *Et qui receperit unũ puellũ talẽ in nõie meo, me recipit. Qui autẽ offenderit unũ ex pusillis istis qui in me credũt, expedit ut suspẽdatur mola asinaria in collum eius, ac demergatur in profundum maris.* Non solum, inquit, oportet vos humiles esse, sed & si alios humiles ꝓpter me in honore habueritis, mercedem accipietis. Me enim accipitis, quãdo pueros, hoc est humiles suscipitis. Deinde & à cõtrario inquit, Qui offenderit, hoc est iniuria affecerit, vnũ ex his pusillis, hoc est ex his q se humiliãt, & paruos putãt, tametsi magni sint: expedit ei vt mola asinaria suspẽdatur in collũ eius. Sensibilem enim pœnam in medium affert, volens ostendere B multis suppliciis obnoxios qui in Christo humiles iniuria afficiũt & offendũt. Tu autẽ intellige quòd etsi quis reipsa paruum, hoc est infirmũ offenderit, & non omnibus modis patiẽter eum sustinuerit, punietur. Nam qui magnus est, haud facilè scandalizatur, sed paruus. *Væ mundo ab offendiculis. Necesse enim est ut ueniant offendicula, ueruntamen uæ homini per quem offendiculum uenit.* Luget vt misericors mundũ præ offendiculis damna accepturum. Et dicis, Quid oportet lachrymari vbi opus succurrere, & manũ porrigere? Dicim⁹ igitur quod & ipsum lugere, quædã imãdi species est. Sæpe enim quibus admonitio nostra nõ profuit, illis prosum⁹ dũ eos lugemus, quòd sensum mali sui accipiat. Et si necesse, inquit, vt eueniãt scandala, quomodo effugiemus ea. Necesse quidem est vt C eueniant: sed non necesse vt nos perdant. Possumus enim *Non esse* & offendiculis oblucari. Per offendicula intellige eos qui *necesse ut* bono obstãt: per mundum autem, mundanos homines, & hu *nos per-* mi repentes, qui facilè impediuntur. *Quod si manus tua uel dãt scan-* *per tuus tibi obstaculo fuerit, abscinde eum, & projice a te, Bonum est dala.* tibi ad uitam ingredi claudum aut mutilum, potius quàm duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. *Et si oculus tuus te offendit, erue eum, & projice eum abs te. Bonum est tibi ut luscus intres in uitã, potius quam ut duos oculos habens mittaris in gehẽnam ignis.* Per manũ, pedẽ, & oculos, intellige amicos, quos mẽbrorũ loco habem⁹. Et esi si hi tales fuerint, qui nobis noceãt, hoc est si familiares amici fuerit, oportet contẽnere eos vt mẽbra putrida, & execare, ne & aliis noceãt. Atque ita ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

D his manifestum est, licet necesse sit euenire scandala, non tamen necesse esse vt vobis noceant: etiã si amici sint, nihil in-
Lucæ. 9. de nobis damni. *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis quòd angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius hominis saluum facere quod perierat.* Præcipit ne contemnantur hi qui parui putantur,
Angeli hoĩm phe fideĩ. hoc est pauperes spiritu, magni autem apud deum. Adeo enim, inquit, diliguntur à deo, vt & angelos habeant præsides, ne damnum illis fiat à dæmonibus. Omnes enim homines, & maxime fideles, suos angelos habent. Pusillorum autem & humilium in Christo angeli, vsque adeo familiares sunt deo, vt faciem eius per omnia videant coram ipso stantes. Apparet autem ex hoc, quòd licet omnes angelos habea-
E mus, peccatorum tamen angeli quasi propter nos cõfusi, minus fidentes sunt, neq; ipsi possunt tam liberè videre faciem dei, & precari forsitan pro nobis. Humilium autem angeli, hi semper vident dei faciem, & forte pro nobis orãt. Et quid dico quòd hi angelos habeant? ego propterea veni, vt seruem quod perierat, & mihi vindicem eos qui à plerisque planè nihili putantur. *Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit una ex eis: nonne relictis nonagintanouem in montibus, uadit & quærit eam quæ errauerat? Et si contigerit ut inueniat eam: amen dico uobis, gaudet super ea magis, quàm super nonagintanouem quæ non errauerant. Sic non est uoluntas coram patre uestro ut pereat unus de pusillis uestris.* Cui homini fuerunt centum oues? Christo. Omnis enim rationalis creatura, tam an-
F geli, quàm homines, centum oues sunt, quorum pastor est Christus, non ouis? Non enim est creatura, sed filius dei. Hic igitur reliquit nonagintanouem in cœlo, forma serui assumpta. Venit autem quærere ouem illam vnicam quæ est humana natura, & gaudet super illa magis quàm angelorum firmitate. In summa autem hoc insinuat, quòd deus curam agit cõuersionis peccatorum, & gaudet super illis magis quàm his
Eccle. 19. qui stabili virtute prædíti sunt. *Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & argue illum inter te & illum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit, assume tecum adhuc unum uel duos: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uer-*
2. Cor. 14 *bum. Quod si non audierit illos, dic ecclesiæ. Sin ecclesiam quoque non audierit, sit tibi uelut ethnicus & publicanus.* Sermonem contra offendiculum dantes ualde extenderat: nũc & eos qui offen-

dũntur, corrigit. Vt enim tu qui offenderis, nõ omnino cadas, A
quia offendentem væ habiturũ dixit: volo & te qui offenderis, arguere eos qui te iniuria afficiunt & nocent, si fuerint Christiani. Etenim si te quidam non baptizatus iniuria afficiat, tunc ab eo te subducas. Si autem frater, argue illũ. Non enim dixit, cõuitiare, sed argue. Si te audierit, hoc est cõdemnarit seipsum. Priuatim enim vult primũ peccantes argui, vt ne coram multis redarguti impudentior fiat. Quòd si te nõ audierit, & cum duobus vel trib⁹ testibus argueris, ne grauer-
ris tunc in ecclesię suggestu inuulgare peccatum. Quia enim non audiit duos vel tres redargutus, quanuis lex dicat vt in ore duorum vel trium testium subsistat, id est firmetur omne verbum, ab ecclesia postea castigetur. Illam autem si non au- B *Iniuria af*
dierit, tũc abiiciat, ne suæ malitiæ participes faciat alios. Assimilat autem publicanis tales fratres. Infamatur enim ob pe- *ficẽs publi*
cunias publicanus. Consolatio autem sit offenso, iniuria affi- *canus &*
cientem, publicanum existimari & gentilem, hoc est incredu- *gentilis.*
lum. Nunquid autem hæc sola iniuriam facientis pœna? Sed audi & quæ sequuntur. *Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta in cœlo.* Si tu, inquit, offensus, habes eũ qui te iniuria affecit, sicut publicanum & gentilem, erit ille & in cœlo talis. Si autem solueris eũ, hoc est ignoueris, erit ei & in cœlo condonatum. Non enim solum quę soluunt sacerdo- *Nota.*
tes, sunt soluta: sed quæcunque & nos iniuria affecti vel liga
mus vel soluimus, & ipsa erunt ligata vel soluta. *Rursus, A-* C
men, dico uobis, quòd si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quancũque petierint fient illis a patre meo qui est in cœlis. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio illorum. Cõgregat nos hisce verbis ad charitatẽ. Quia enim prohibuit ne mutuũ offenderem⁹, nũc & de mutua cõcordia dicit. Cõcordes aũt dicũtur, nõ qui in malũ cõueniũt, sed qui in bonũ. Vide enim quid dicat: Si duo ex vobis, hoc est credẽtibus & cõspirantibus. Cõspirauerũt aũt & Annas ac Caiphas, sed male. Et propterea sæpe precãtes nõ accipimus, eò ꝙ mutua cõcordia caremus. Nõ dixit aũt, ero (nõ em̃ tardat, vel futur⁹ est) sed sũ, hoc est, iã illic inuenior. Intelligas itẽ ꝙ quãdo cõspirauerint spũs & caro, & nõ cõcupiuerit cõtra spiritũ caro, tũc erit in medio dn̄i. Cõspirant aũt & tres virtutes animæ, rationalis, irascitiua, & desideratiua. Sed & si vet⁹ ac

D noua leges conſpirarint, inuenitur in medio ipſarũ Chriſtus ab vtraq; prædicatus, *Tunc accedẽs Petrus ad eũ dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittã ei? Nũ uſq; ſepties? Dicit illi Ieſus, Nõ dico tibi uſq; ſeptier, ſed uſq; ſeptuagies ſepties.* Hoc eſt quod interrogat Petrus, quoties, ſi peccet, & deinde accedat & petat venia pœnitẽtia ductus, cõcedam ei? addidit, in me ſi peccauerit. In deũ enim ſi peccauerit, nõ ego, qui idiotes ac priuatus ſum, poſſum ei remittere, niſi forte dei ordiné habẽs ſacerdos. Si aũt in me peccet, ac deide remiſero ei, erit ſolutus, etiã ſi priuatus ego ſim, & nõ ſacerdos. Quod aũt ſeptuagies ſepties dixit, nõ cõcludit veniã numero. Abſurdum enim ſedere & numerare vſq; dũ quadragita nouaginta habeas (tot enim faciũt ſeptuagies ſepties) ſed immẽſum numerum ſignat: quaſi dicat, Quoties quis lapſus fuerit, & pœnitẽtiam aget, cõcede ei veniã, & id (quod & per ſequẽtem parabolam dicit) quia oportet nos cõpatientes eſſe. *Ideo aſſimilatũ eſt regnũ cœlorũ homini regi, qui uoluit conferre rationẽ cũ ſeruis ſuis.* Mẽs parabolæ eſt, vt veniã demus cõſeruis in nos delinquẽtibus: præſertim ſi illi veniã ante nos procidẽtes petant. Studioſorũ fuerit particulatim ſingula examinare, ſed aggrediamur & nos. Regnũ eſt dei ſermo: & nõ paruũ quoddã regnũ ſed cœlorũ. Similatũ eſt igitur homini regi. Incarnatus eſt enim propter nos, & in ſimilitudinẽ hominũ factus. Confert aũt rationẽ, vti bonus iudicãs. Nõ enim abſq; iudicio punit. hoc enim crudelitatis foret. *Et quũ cœpiſſet cõferre, oblatus eſt ei unus qui debebat decẽ millia talentorum, Cæterũ quũ is nõ eſſet ſoluendo, iuſſit eum dominus uenundari, & uxorẽ eius, & liberos, & omnia quæ habebat, & fieri ſolutionẽ.* Decẽ milliũ talentorũ debitores nos ſum⁹, qui quotidie multis beneficiis afficimur, & nihil boni repẽdimus deo. Decem mille talentorũ debitores ſunt & qui populi præfecturam ſuſceperũt (vnuſquiſque enim homo magnum talentum eſt) & deinde non bene funguntur principatu. Vendi autem cum vxore & familia, ſignat alienationem à deo, qui enim venditur, alterius domini fit. Quid autem ſi vendatur vxor, caro ſcilicet quæ eſt coniunx animæ: & pueri, opera quæ male fiunt à corpore & anima? iubet igitur carnem dari ſatanæ in interitum hoc eſt morbis, vel paſſioni dæmonis. Similiter & filios, operatiuas dico virtutes malorum ligari: vt eſt manus alicuius furto dedita, eam deus aridã facit, vel conſtringit per dæmonem

nem aliquem. Ecce mulier caro eſt, & filij operationes malæ, traditæ ſunt afflictioni, vt ſpiritus ſaluetur. Non poteſt enim tunc ad futurum cooperari homo ille. *Procidens autem ſeruus ille adorabat illum, dicens, Domine, eſto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Miſertus autem dominus ſerui illius, abſoluit eũ, & æ alienum remiſit ei.* Vide pœnitentiæ robur, & miſericordiã domini. Pœnitentia enim fecit ſeruum cadere à malitia, qui firmiter in illa ſtabat, nec venia dignꝰ erat. Miſericordia autem dimiſit omnino debitum, tametſi ſeruus non omnia remitti, ſed prorogari tempus peteret. Diſce igitur quòd deus plura dat quàm petimus: quia tanta eſt miſericordia domini, vt & id quod admodum durum videbatur, nẽpe quod iuſſit vt venderetur ille, non ex duritia dixit, ſed vt reſipiſcere faceret ſeruum, & perſuaderet illi vt ad preces ſe & obſecrationem conuerteret. *Egreſſus uero ſeruus ille inuenit unum de conſeruis ſuis, qui debebat ſibi centum denarios: & iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat dicens, Solue quod debes. Et procidens conſeruus eius rogabat eum, dicens, Eſto patiens erga me, & omnia reddam tibi. At ille nolebat, ſed abiit, & coniecit eum in carcerem, donec redderet debitũ.* Egreſſus ille qui veniã obtinuerat, ſtrãgulat ac premit conſeruum. Nullus enim qui in deo manet, compaſſionis expers eſt: ſed ille egreſſus erat, & à deo nunc alienus erat. Magnæ autem erat crudelitatis. Erant ei decem millia talentorum remiſſa, & longe pauciora, centum ſicilicet denarios, omnino nec remittere, nec prorogare tempus dinumerandi volebat, tametſi conſeruus eadem verba diceret, quæ & ille ad dominum, miſericordiam domini in memoriam illi reducens. *Porro quum uidiſſent conſerui eius quæ fiebant, indoluerunt ualde: & uenerunt, aperuerunt que domino ſuo omnia quæ facta fuerant.* Videntur hi conſerui eſſe angeli, oſores mali, & amantes boni, non quòd ignoranti domino hæc dicant, ſed vt tu diſcas quòd angeli ſint, & quòd inhumanis & immiſericordibus indignentur.

Tunc accerſiuit illum dominus ſuus, & ait illi, Serue ſceleſte, totum debitum illud remiſi tibi, quum obſecraſſes me: Nonne oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus eram? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet totum quod debebatur ſibi. In iudicium intrat cum ſeruo dominus propter immiſericordiam: vt oſtendat quòd non ipſe, ſed ſerui crudelitas & ingratitudo donationem irritet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Quibus autem tortoribus tradidit? Forte potestatibus punitricibus, ita vt perpetuo puniretur. Quousq; reddat quod debebatur: hoc significat, quòd tandiu puniatur, donec reddat. nunquam autem reddet quod debebat, videlicet pœnam quam meruerat: semper ergo punietur. *Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis quiſque fratri ſuo de cordibus veſtris deliſta illorum.* Non dixit, pater veſter, ſed pater meus. Indigni enim sunt tales qui deũ habeant patrem. De cordibus autẽ vult remitti, nõ de ore dũtaxat. Cogita igitur quãtum malum sit vindictæ cupiditas: quandoquidem etiam donationẽ dei reuocat & irritat. tametsi enim dona dei ea sint, quorum non pœniteat illum, reuocantur tamen hac ratione & irritantur.

Donec, perpetuitatẽ significat.

E

CAPVT. XIX.

Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos, demigrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Iterum versatur in Iudæa, vt nihil prætexere possint qui non credebant in Iudæa, quòd nõ frequentius apud ipsos versatur, sed apud Galilæos. Iterum igitur post doctrinam, & consummatis sermonibus sequũtur miracula. Oportet enim nos & docere, & operari: at insipientes illi pharisæi quum oportebat credere, tentant. Audi enim. *Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes illum, & dicentes illi, Licétne homini diuortium facere cum uxore sua qualibet ex causa? Qui respondens ait eis, An non legistis quod is qui fecit ab initio, masculũ & fœminam fecit eos? & dixit, Propterea deseret homo patrem & matrem, & adglutinabitur uxori suæ, & erunt duo in carnem unam. Itaq; iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo deus copulauit, homo non separet.* O insipientiam, opinabantur quæstionibus suis Christum se confutaturos. nam si dixisset licere quecunque de causa dimittere vxorem, potuissent illi dicere, Quomodo igitur dixisti, ne quis dimittat, nisi adulteram solam? Si autem dixisset non licere dimittere vxorem, arguissent eum vt aduersarium Mosi. Ille enim iussit vt dimitteretur odio habita, & absq; ardua & rationabili causa. Quid igitur Christus? ostendit opus & legislationem eius qui nos à principio formauit, esse monogamiam.

Gene. 1. 2. Ephe. 5. 1. Cor. 6. Deut. 24.

gamiam. Ab initio enim vnum coniunxit deus vni: atque ita non oportet vnum virum coniungi multis mulieribus, neq; mulierem vnam viris multis: sed sicut ab initio coniuncti fuerunt, manere, neque absq; causa cohabitationem diuellere. Non dicit autem, Ego feci masculum & fœminã: ne plus eos exasperet, sed, is qui fecit, indefinite. Atq; ita dicit maximæ curæ fuisse deo coniugij bonum. Vnde permisit etiam parentes dimitti, & viris adhærere. Quomodo autẽ in Genesi scriptum est, Adam dixit, Propterea deseret homo patrem suum: hic autem dicit Christus, Deus dixit, propterea deseret, ac cætera? Dicimus igitur quod & id quod Adam dixit, ex deo dixit: atque ita sermo Adæ, dei est. Igitur quia vna caro facti sunt, & propter coitum & naturalem amorem cohærẽtes: sicut impium est suam carnem diuidere, ita & coniuges diuellere. Non dixit autẽ, Ne separet Moses, ne turbaret illos, sed homo simpliciter: ostendẽs quantũ interfit inter deũ congentem, & hominẽ soluentem. *Dicunt illi, Cur igitur Moses iussit dare libellum repudii, & amittere eam? Ait illis, Moses ad duritiam cordis uestri permisit uobis repudiare uxores uestras, cæterum ab initio non fuit sic. Dico autem uobis, quod quicunque repudiauerit uxorem suã, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium. Et qui repudiatam duxerit, is adulterium cõmittit.* Quum vidissent pharisæi quòd dominus ipsos confutasset, coacti fuerunt postea in medium afferre Mosen cõtradicentem Christo: & dicunt, Quomodo igitur Moses mãdauit dare librum repudij, & dimittere? Igitur dominus vertens omnem accusationem in illorum caput, pro Mose respondet ac dicit, Non contraria deo Moses constituit, sed ad vestram duritiam hoc pronunciauit: ne propter intemperantiã volentes aliis cõiugi, occideretis primas vxores. Nam quum essent inhumani, occidissent vxores, si coacti fuissent seruare illas: nũc autem librum diuortij iussit dari his quę à viris odio habebantur. Ego autem dico vobis, inquit, quòd bonum est vxorem quæ fornicata est, eiicere. Si quis autem eiecerit aliquam quę non est fornicata, author fit illi adulterij. Intellige autem quòd qui adhæret domino, vnus spiritus est, & coniugium est fidelis cũ Christo. Omnes enim idem corpus facti sumus cũ eo, & ex parte membra Christi sumus. Non igitur recte quis potest separari à coniugio tali, iuxta sermonem Pauli dicẽtis. Quis nos separabit à dilectione Christi? Quæ igitur deus

Deut. 24. 1. Cor. 7. Roma. 8.

coniun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D coniunxit, neque homo, neque alia creatura, neque angeli, neque principatus, neque potestates (vt Paulus dicit) separare poterunt. *Dicunt ei discipuli eius, Si ad istum modum habet causa hominis cum uxore, non expedit contrahere matrimonium.* Turbantur discipuli, & dicunt, Si propterea coniuncti sunt, vt vnum sint, & indiuulsi maneant per omnem vitam, vt etiam si pœnitenda alioqui sit mulier, eam eiicere non li-

Matrimonii difficultas. ceat: non expedit matrimonii contrahere. Leuius fuerit matrimonium non contrahere, sed pugnare & certare cum naturalibus concupiscentiis, quàm sustinere malam mulierem. Causam enim hominis cum muliere dicit perpetuam & inseparabilem vnionem. Nonnulli autem & sic intelligunt, Si

E sic est causa hominis, hoc est, si reprehensionem & culpam habiturus est vir, vt illegitime eiciens vxorem, non expedit matrimonium contrahere. *At ille dixit illis, Non omnes capaces sunt huius dicti, sed quibus datum est.* Postquam dixerunt apostoli, melius esse non venire ad nuptias: dicit dominus magnam esse virginitatis possessionem, at eam nō ab

Supra 7. Lucæ. 11. Iohan. 16 omnibus recte seruari, sed ab his duntaxat, quorum cooperator est deus. Nam hoc loco datum est, valet, quibus cooperatur deus. Illis autem datum est, qui petunt. Petite enim, inquit, & dabitur. Omnis enim, inquit, qui petit, accipit. *Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi*

F *qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.* Paucorum est, inquit, virginitatis virtus. Sunt

Eunuchorum differentiæ. enim eunuchi ex vtero matris, hoc est, sunt quidam qui propter naturæ constitutionem ad coitum non sunt idonei, qui & sine vtilitate casti sunt. Sunt & qui eunuchi fiunt ab hominibus. Qui autem seipsos eunuchos faciunt propter regnum cælorum, non sunt ij qui verenda sibiipsis amputant (maledictum enim hoc) sed qui continentes sunt. Intellige autem & sic, Est eunuchus à natura, qui propter naturalem complexionem non mouetur ad venerea. Ab hominibus autem eunuchus fit, qui ex humano præcepto carnalis concupiscentiæ incendium excindit. Qui autem seipsum castrat, non ab alio, sed à seipso doctus est, & sua sponte ad continentiam inclinatur. Hic igitur & optimus est, qui non alteri, sed sibiipsi dux fuit ad regnum cælorum. Volens autem sponte nos operari virtutem, inquit, Qui potest capere, ca

re, capiat. Non enim cogit virginem esse, neque nuptias de- A
struit, sed virginitatem præfert. *Tunc oblati sunt ei pueli, ut manus illis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus uero inquit eis, Sinite puellos, & ne prohibeatis eos uenire ad me. talium est enim regnum cælorum.* Afferebant matres pueros, vt benedicerentur manuum contactu. Incompositi autem & turbati accedebant ad eum, & propterea prohibent discipuli, quòd existimarent hoc derogare doctrinæ eius authoritati si offerrentur ei paruuli. Christus autem ostendens quòd à fastu alienos magis amet, dicit, Sinite paruulos: talium est enim regnum cælorum. Non dixit, horum: sed talium, hoc est simplicitate præditorum, innocentium, malitiæ expertium. Etiam hodie si accedant ad doctorem nonnulli pueriles quæstiones interrogantes: non prohibe- B
at, sed suscipiat. *Et quum imposuisset illis manus, abiit illinc. Et ecce unus accedens ait illi, Magister bone, quid boni faciam ut habeam uitam æternam? Qui dixit ei, Cur me uocas bonum? Nullus est bonus, nisi unus, nempe deus.* Non vt tentans venit ille, sed vt discere cupiens, & sitiens vitam æternam. Accessit autem ad Christum quasi ad purum hominem: & idcirco dicit dominus, Quid me vocas bonum? Nullus bonus, nisi vnus deus: hoc est, si quasi vnum ex præceptoribus bonum me dicis, male dicis. Nullus enim hominum proprie bonus: partim quòd mutabiles sumus à bono in malum: partim quòd nostra bonitas ad diuinam bonitatem collata, malitia est.
Quod si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Dicit illi, Quæ? C
Iesus autem dixit, Non facies homicidium, non committes adulterium, non facies furtum, non falsum dices testimonium, honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum ut teipsum. Dicit illi *Exod. 20 Leuit. 19* *adolescens, Omnia hæc seruaui a iuuentute mea, quid adhuc mihi deest?* Dominus ad legis mandata mittit, ne Iudæi dicant quòd legem contemnat. Adolescentem autem quidam vt superbum & arrogantem arguunt. Quomodo enim virtute fuisset præditus, qui diues erat? Nullus enim diligens proximum vt seipsum, ditior est proximo: omnis autē homo proximus. Quidam sic intelligunt, Da quod hæc omnia seruarim, quid adhuc mihi deest? *Ait illi Iesus, Si uis perfectus esse, uade uende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & ueni sequere me. Quum audisset autem adolescens eum sermonem, abiit tristis. Erat enim habens possessiones multas.*

Quæ iuxta *Quæ iuxta te prædicta, qui dixit?*

Quæcunque

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Quæcunque, inquit, fecisti opera bona, Iudaico more fecisti: si autē vis perfectus, hoc est meus discipulus esse, & Christianus, vade vende omnia quæ habes, & da statim simul omnia, nulla reseruans, vt continuam facias eleemosynam. Nō enim dixit, paulatim da pauperibus, sed dixit, da semel, & nullus esto. Deinde quia sunt multi misericordes, vitam tamen omni malitia plenam habētes, dicit, Et veni sequere me, hoc est, omnem aliam quoque virtutem habe. Adolescens igitur indoluit, valde enim optabat & sitiebat quidem terra cordis eius, sed spinæ diuitiarum suffocabant. Erat enim, inquit, habens possessiones multas. Nam qui paucas habet, non ita ab illis detinetur. in multis enim diuitiis violentius est vinculum. Porrò quia diuiti loquebatur Christus, dicebat, Habitu
E rus es thesaurum in cœlo. diuitiarum enim amator erat.

Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico uobis, diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Iterum autem dico uobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum dei ingredi. Quādiu diues & ipse quidem habet superflua, & alii non vel necessaria, non ingreditur in regnum. Postquam autem excussa sunt omnia, tunc nō est diues, & postea intrabit. Impossibile est enim multa habentem intrare, sicut & camelum impossibile per foramen acus. Vide autem quomodo quod superius dixit difficile, hic dicit impossibile. Nonnulli camelum hic animal dicunt, sed est crassus funis quo nauta vtuntur vt proiiciant ancoras. *Audientes autem hi discipuli expauerunt valde, dicentes, Quis ergo potest saluus fieri? Intuitus*
F *autem illos Iesus, dixit illis, Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt.* Discipuli vt misericordes, non interrogant pro seipsis (pauperes enim fuerant) sed pro omnibus hominibus. Dominus igitur docet non humana infirmitate metiendam salutem, sed diuina virtute. Nā si quis cœperit nō esse auarus, ita proficiet, vt & ampliora accipiat, & postea eo veniet, vt & necessariis careat, & sic bene *ꝑ*sperabitur adiuuante deo. *Tunc respondens Petrus dixit illi, Ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te: quid igitur erit nobis?*
Tametsi videatur Petrus non dimisisse magna aliqua, vtpote pauper, sed disce quod reipsa multum etiā ipse reliquerit. Etenim & paruarum rerum magna tenemur affectione, sed & omnes voluptates Petrus reliquit, & cum parentibus amorem carnis. Illæ enim affectiones non solum contra diuites, sed &

sed & contra pauperes militāt. Quid igitur dominus? *Respondens dixit illis, Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede gloriæ suæ, sedebitis & uos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.* Num sedebunt? Minime, sed excellentem honorē per sedem indicauit. Num & Iudas sedebit? Nō: dicit enim, Qui secuti me fuerint, hoc est, qui vsque ad finem. Ille autē non vsque ad finē. Vel aliter, Sæpe deus pollicetur bona quibusdam dignis: quando autem exciderint, & indigni fuerint facti, aufert ea. Similiter facit in asperis, sæpe minatur & nō inducit, conuersis nobis. Per regenerationem autem, resurrectionem intellige. *Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centupla accipiet, & uitæ æternæ hæreditatē possidebit.* Ne quis suspicetur quod dictum est, solis congruere discipulis: dilatat promissionē ad omnes qui similia faciunt. Habebunt enim pro carnalibus cognatis familiaritatem & fraternitatem cū deo, pro agris paradisum, & pro lapideis ædibus supernam Hierusalem, pro matre presbyteram ecclesiam, pro patre presbyteros: pro vxore omnes fideles mulieres: num nuptiis? absit, sed spirituali affectione, & misericorde erga se cura. Non iubet autem Christus separari simplici ter à familiaribus, sed quando ad pietatem obsistūt. Sic etiā Luc. 9. corpus & animam iubet conteneré, non vt quis seipsum occi Ioan. 12. dat. Vide autem quòd bonus deus non solum hæc dat, sed & vitam apponit æternam. Cura igitur vt & tu vendas facultates tuas, & des pauperibus. Facultates aūt sunt, iracundo furor, adultero adulterandi cupiditas, vindictæ auido vindicā di cupido. Vende igitur hæc, & da pauperibus dæmonibus, & omni bono priuatis: conuerte affectiones tuas in affectionum authores: & tunc habebis thesaurum, hoc est Christum in cœlo tuo, hoc est, in summa mente tua. Cœlum enim habet in seipso, qui factus est cœlestis. *Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.* Iudæos hic insinuat & Gentiles. Nam qui primi erant, facti sunt nouissimi: gentiles autē (qui erant nouissimi) primi constituti sumus, & vt manifeste discas quod dicitur, coaptat etiam sequentem parabolam.

CAPVT XX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XX.

Simile enim est regnū cœlorum homini patrifamilias
qui exiit primo statim diluculo ad cōducendos opera
S *rios in uineam suam. Conuentione autem facta cum*
operariis in singulos dies denario, misit eos in uineā
suam. Et egressus circiter horam tertiam, uidit a-
lios stantes in foro ociosos, & illis dixit, Ite & uos in uineam meam,
& quodcunque iustum fuerit, dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum
quum exisset circa sextam & nonam horam, similiter fecit. Circa un-
decimam uero horam exiit, & inuenit alios stantes ociosos, & dixit
illis, Cur hic statis toto die ociosi? Dicunt illi, Quia nullus nos conduxit. Dixit illis, Abite & uos in uineam meam, & quicquid iustum fue
E *rit, accipietis.* Christus est rex cœlorum, qui assimilatur homini, secūdum quòd humanam accepit formam. Paterfamilias autē, quia dominus est domus, hoc est ecclesiæ. Hic igitur Christus exiit è finibus paternis, & conduxit operarios in vineam, vel scripturas, vel mandata. Vnumquęque cōduxit vt operetur vineam, hoc est suam animam. Conducit autem alium quidem primo diluculo, hoc est in pueritia: alium autem hora tertia, hoc est adolescentia: rursum alium hora sexta & nona, quando quis vigintiquinque fuerit annorum, vel triginta, & simpliciter in virili ætate: porro circa vndecimam, senes. Multi enim & senes crediderunt. Vel aliter, dies dicitur præsens seculum. in illo enim operamur sicut in die. Vocauit igitur dominus prima hora Enoch & Noe, tertia Abraham, sexta Mosen, nona prophetas, vndecima autem,
F hoc est in consummatione seculi, Gentiles, qui ociosi fuerūt ab ommi bono nullus eū eos cōduxerat, neq; missus est propheta quis ad Gentes. *Quum autem uespera facta esset, dixit dominus uineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a postremis usque ad primos. Et quum uenissent qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt singuli denarium. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi, & acceperunt ipsi quoque singuli denarium. Et quum accepissent, murmurabant aduersus patremfamilias dicentes, Hi nouissimi unā horam fecerunt in opere, & illos pares nobis feci sti, qui portauimus pondus diei & æstum. At ille respondens uni eorum ait, Amice, non facio tibi iniuria. Nonne denario pactus es mecum? tolle quod tuum est, & abi. Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod uo-*
lo facere in rebus meis? si oculus tuus malus est, quod ego bonus sim?

A *Sic nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci aut ē electi. Et conscendens Iesus Hierosolyma, assumpsit duodecim discipulos suos in uia, & ait illis, Ecce conscendimus Hierosolyma & filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertio die resurget.* Vesperū est consummatio. in fine autem diei & consummatione accipiunt omnes suum denarium, qui est spiritus sancti gratia, transformans hominem ad suum exemplar, & faciens diuinę naturæ participem. Plus autem laborauerūt qui ante Christi aduentum fuerunt, eo quòd tunc nondum erat mors soluta, neque diabolus contritus, sed adhuc viuebat peccatum. Nos
B autem gratia Christi per baptismum iustificati, virtutem ac cipimus ad vincendum aduersarium nostrum iam deiectum & occisum à Christo. Et iuxta priorem interpretationem qui iuuenes credidere, maiorē laborem habent, quàm hi qui in senectute ad fidem accesserunt. Adolescens enim pondus iræ, & æstum concupiscentiæ gestat, certans cum affectioni bus. Senex autem in trāquillo est: attamen omnes nos donū spiritus sancti assequimur. Docet igitur nos parabola, quòd in senectute etiam licet resipiscere, & regnum cœlorum asse qui. Hæc enim vndecima hora est. Non inuident autem san
C ctī his qui ex æquo accipiunt charitatem: sed ostendit hic ꝙ tanta & talia sunt bona quæ dantur iustis, vt & inuidiam ex citare possint. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cū filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. At Iesus dixit illi, Quid uis? Dicit, Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus a dextris tuis, & alter ad sinistram tuam in regno tuo.* Opinabantur filii Zebedæi ꝙ vadens Hierosolyma dominus regnaturus esset regno quodam temporali. Audierant enim eum sæpe dicentem, Conscendimus Hierosolyma. Passi autem sunt humanum quid, & accedentes ad matrem persuadent, ipsi reueriti in manifesto accedere. clanculo enim accedebant & ipsi, vt Marcꝰ di-
Mar. 10. cit. Accesserunt enim, inquit, ad eū Iacobus & Iohānes. hoc est, priuatim & seorsum accesserunt ad eum. *Respondēs autē Iesus dixit, Nescitis quid petitis. Potestis bibere poculū quod ego bibiturus sum? aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? Dicit ei, Possumus.* Matre præterita filiis loquitur: vt ostēdat ꝙ nō ignorauerit

D rauerit ab ipsis præmissam matrem,& dicit ad illos, Nescitis quid petitis. Magnũ est,& angelicas virtutes concutiens. Deinde abducens illos ab huiuscemodi cogitationibus, ad pericula magis hortatur. Interrogat autem, non ignorãs, sed vt cogat manifestare vlcus per responsum,& studeant implere promissionem. Hoc enim dicit, Quia non potest quis fieri particeps regni mei, nisi & mearum passionum particeps fiat, dicite mihi, num possitis similia pati? Poculum enim dicit martyrium,& suam mortem: simul ostendens quòd leue sit,& quòd oporteat nos tã facilè illud aggredi, quàm si bibendum esset poculum: & declarans ꝙ ipse suauiter accedat ad mortem. Sicut enim bibens poculum statim dormit grauatus: sic & qui martyrii poculum bibit, in mortis somnũ defertur. Baptisma quoque mortem suam nominat, quod nos omnes purificet. Hi vero nescientes quid promitterent, sed solum spectantes ad id quod cupiebant, omnia facilè pollicebantur. *Ait illis, Poculum quidem meum bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dextram meam & sinistram, non est meum dare, sed quibus paratum est a patre meo.*

Nõ efficimur participes regni, nisi passionum Christi cõparticipes.

E

Scio quidem vos testificaturos,& euenient hæc omnino. Iacobum enim Herodes occidit, Iohãnem autem Traianus condemnauit prædicantem verbum veritatis. Porrò sedere non est meum dare, sed quibus præparatum est: sic intellige, Si inuẽtus fuerit quis cum veritatis testificatione, omni alia virtute præditus, ille accipiet donum. Illi enim præparatum est, qui laborauerit, sicut & certantibus coronæ sunt præparatæ. quasi dicat illis, Non est meum dare ad gratiam coronam, sed quibus præparatum est, hoc est his qui cucurrerint & vicerint. Sic autem & hoc loco dicit Christus, Ego nõ possum ad gratiam dare vobis sedem à dextris: alioru enim est qui laborauerint, & illis præparata est. Rogabis igitur cõsequenter, Quinam sessuri sint? Discas autem quòd nullus ibi sessurus est: hoc enim solius diuinæ naturæ est. Ad quẽ enim angelorum dixit, Sede à dextris meis? Verum hoc dominus dixit iuxta illorum opinionem. quærebant enim hanc sedẽ, non intelligentes quòd sedere super duodecim sedes, sit glorificari propter virtutem. *Et quum audissent decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait, Scitis quod principes gentium dominentur illis: & qui magni sunt, potestatem exerceant in eas. non ita erit inter uos, sed quicunque voluerit inter*

Act. 12.

Psal. 109

F

inter uos magnus fieri, sit uester minister, & qui voluerit inter uos primus esse, sit uester seruus: sicut filius hominis non uenit ut sibi ministraretur sed ut ipse ministraret, utque daret animam suam redẽptionem pro multis. Vbi viderunt duodecim illos à Christo increpatos, tunc & ipsi indignati sunt,& ostenderunt illos prælatos sibi in honore. Adhuc enim erant imperfecti. nam illi aduersus decem insurgebãt, hi duobus inuidebãt. Postquam igitur decem his auditis turbati fuerunt, arcessit illos, vocatione antea sermonem demulcens. Etenim filii Zebedæi aulsi ab aliis conuersabantur cum ipso. Præsens igitur omnibus fit. Sciés enim quàm sit tyrãnica,& graui indigeat reprehẽsionis plaga. ambitio, acrius eos perstringit,& abiicit eos in infidelitu & gentilium portionem, si inani gloriæ studere voluerint: & sic eos inhortatur dicens. Alii quidem homines, quia regunt, clari sunt: & amare primas, gentilium est affectio. meos autem discipulos humilitas cõmendat,& honorabiles facit: atque adeò qui maior esse voluerit, debet his qui opus habent, ministrare, id quod præcipuæ humilitatis est,& ego in meipso ostendo. quũ enim sim princeps & rex celestium, humiliaui meipsum, ita vt vobis ministrem ad salutem,& in tantum ministrem vobis, vt & animã meam ponam redemptionem pro multis, hoc est, omnibus. Omnes enim multi. *Et egredientibus illis a Hiericho, sequuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus uiam, quum audissent quod Iesus transiret, clamauerunt dicentes, Domine: miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerẽt. At illi magis clamabant dicentes, Miserere nostri domine, fili Dauid. Et stetit Iesus, ac uocauit eos, & ait, Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum, & confestim uisum receperunt oculi illorũ, & secuti sunt eum.* Fama agnouerant cæci dominum,& obseruabant tẽpus quum audissent ꝙ præteriret. Crediderũt autẽ ꝙ Iesus (qui ex semine Dauid secundũ carnẽ) posset curare illos. Et planè multum feruebãt fide, neq; dum tacere iuberentur, silebant, sed longe amplius clamabant. Vnde nõ interrogauit illos an fidẽ habeãt, sed quid vellent: ne quis existimet ꝙ alia det alia volentibus. Mõstrans igitur ꝙ non pecuniæ gratia ad se clamarint, sed vt curentur, tactos curat: vt discamus omnia suæ sanctæ carnis membra, viuifica & dei membra esse. Quòd aũt Lucas & Marcus vnũ dicũt cæcum fuisse,

Philip. 2.

A

B

C

Luc. 18. Mar. 10.

D non ab his dissonat. illi enim insignioris mentionē fecerūt. Vel aliter, Lucas dicit ꝙ anteq̄ veniret in Hiericho, curarit cęcum: Marcus autē postq̄ exiuit de Hiericho. Matthæus vero breuitatis amator in vno vtrūq; cōplex⁹ est. Intelige aūt per cæcos, eos qui ex gētibus, qui secus viam curati sunt. Nō enim præcipuē venit Christ⁹ ꝓpter gētes, sed propter Israelitas. Quemadmodum autē cæci audiendo didicerunt de Iesu, sic & gentes ex auditu fidei. Hi autē qui silentiū imperāt cæcis, ne clamando inuocēt nomen Iesu, sunt persequutores tyranni, q attentant ecclesiæ os obturare: sed illa multo magis confitetur nomen Christi: idcirco sanatur, & videt veritatis lumen clarius, & sequitur Christum, vitā eius imitādo.

Christ⁹ nō præcipuē propter gētes uenit.

E

CAPVT XXI.

ET quā appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphagę ad montē oliuarū, tunc Iesus misit duos R *discipulos, dicens iūis Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatā, & pullum cum ea, soluite, & adducite mihi. & si quis uobis aliquid dixerit, dicite, Dominus his opus habet. & confestim emittet eos. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem, Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.* Sedit super asinam non in vllum aliū vsum, q̄ vt impleretur prophetia, & vt ostenderet quomodo oporteat viliter vehi. non F enim equo, sed asello vili vectus est. Implet igitur prophetiā & iuxta historiam, & iuxta anagogen. Nam iuxta historiam visibili asino insedit: & iuxta anagogen quoque, nouo, iudomito, & obedientiæ nescio populo. Ligati autem erant asina & pullus catenis suorum peccatorū. Duo missi sunt ad soluē dum, Paulus quidem ad Gentes, Petros vero in circuncisionē, hoc est ad Iudæos. Et vsq; in hodiernū diem duo nos solu unt, Apostolus & Euāgelista. Venit autē Christus mansuetus. Nō enim venit vt iudicet mundū in primo aduentu, sed vt saluet. Et alii quidē reges Iudæorū fuerunt rapaces & iniusti, Christus aūt mansuetus. *Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos uestimenta sua, & collocarunt eum super ea.*

Galat. 2.

Iohan. 3.

Lucas quidem & Marcus subiugalem solum dixerūt, Matthæus

theus autē asinā & pullū. Non dixerūt autē cōtraria. ducentes enim pullum, sequuta est mater. Collocauerūt aūt eū sup illa: nō super duo iumenta, sed super vestem. Primum quidē sedit super asinā, postea super subiugalē: quia & primū quieuit in Iudæorum synagoga, deinde in gentili populo. *Plurima autē turba strauerunt uestimenta sua in uia: alii uero cædebant ramos de arboribus, & sternebant in uia. Porro turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicētes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine domini, Hosanna in altissimis* Iuxta historiā multū in se habet honoris, vestes strauisse, & ramos obiectasse. nam ostendūt magnam gloriam. At iuxta anagogen discę ꝙ postq̄ apostoli superposuerūt vestimēta sua, virtutes inquā suas, tunc super illas sedit dominus. Nā nisi anima nostra ornata fuerit apostolicis virtutibus, non equitabit eā dominus. Præcedentes, sunt prophetæ, qui ante incarnatum Christum fuere: Sequētes autem, martyres & doctores, qui vestimenta sua sternunt Christo, hoc est carnē subiicīūt spiritui. Vestimenta enim & tegumenta animæ, corpus. Strauerūt igitur in via, hoc est in Christo. Ego enim sum via, inquit. Si enim quis carnem suam non strauerit, hoc est humiliauerit, in via, hoc est in Christo manens, & non hæreticus existens, non insidebit in eo dominus. Hosanna autē quidā dicunt ꝙ hymnum vel psalmum significet: alii autē, id quod euidentius, Salua obsecro. Venturus autē dicitur dominus, quia expectabatur ab Hebræis venturus. Sic enim & Iohannes dicit, Tu es qui venturus es? hoc est, qui expectaris vt veniat? Deo ꝙ aduentus eius quotidie expectabatur. Debemus & nos omnes consummationē mundi & aduentum Christi expectare, ac præparari. *Et quum introisset Hierosolyma, cōmota est uniuersa ciuitas, dicens. Quis est hic? Turbæ autem dicebāt, Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilææ.* Turbæ simplices & cādidę neq; inuidebāt Christo, neq; opinionē indignam de Christo habebāt: ideo & nūc ꝓphetā illū dicūt. Nūq̄ autē si siue articulo dicatur ꝓpheta, potest intelligi quòd ille sit qui expectetur propheta. de quo dixit Moses, Prophetam vobis deus excitabit. Nō enim dixerūt, Hic est ꝓpheta, sed, propheta ille, hoc est ille q expectatur. *Et intrauit in templum dei, & eiiciebat oēs emētes & uēdētes in tēplo, mēsasq; commutantiū & cathedras uēdētiū colūbas euertit: & dicit illis, Scriptū est, Domus mea domus* ⁹ *deprecationis uocabitur: at uos fecistis illā spelūcā latronū.*

Lucę. 19. Mar. 2.

A

Iohā 14.

Hosanna

Supr. 11. Lucæ. 7.

C

Deut. 18

Psalmæ. 56

Hiere. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Tanquam dominus domus, hoc est, templi, eiicit vendentes: ostendens ea quæ patris sunt, & sua esse, interim etiam hone statis templi curam habens, sed & translationem sacrificiorum significans, eò quòd eiiciendo boues & columbas, præsignauit non vltra opus esse sacrificio & immolatione, sed oratione. Domus enim mea, inquit, domus deprecatiõis est: vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. In ſpeluncis enim latronum fiunt mactationes, & ſanguinis effuſiones. Vel etiam propter negociatores ementes & vendentes, ſpeluncam vocauit templum. Auaritia enim & lucri cupiditas,
Nota. latronum morbus est. Collybistæ autem sunt qui apud nos
Collibyſtę dicuntur mensarij. Collybos enim species est vilis nomiſma
tis, sicut habemus & nos obolos & minuta. Vendunt autem
E columbas & hi qui in eccleſiis gradus vendunt. Spiritus enim gratiam, qui est columba, vendunt: vnde eiiciuntur ex ſuperno & inferno tẽplo. Indigni enim sunt sacerdotio fungi. Vide autem & tu ne forte templum dei, cogitationem tuam facias ſpeluncam latronum dæmoniorum. Fit autẽ ſpelunca, ſi habuerimus cogitationes carnalibus rebus amicas, vendentes & ementes, & ita lucri cupidas, vt & collybos & vilia nomiſmata congregent. Et ſi vendiderimus & emerimus colũbas, hoc est, ſi quod in nobis fuerit ſpirituale dogma, & inhoneſta cogitatio talis, ſpeluncam latronum feciſmus nos. *Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo: & ſanauit eos.* Per infirmos quos curauit, oſtendit ſe deum esse, & benefacere, eiiciens cum authoritate è domo ſua indignos.
F Declaratur etiam hoc, quòd eiectis, qui legi & animalium mactationi addicti erant, cæci & claudi ex gentibus aſſumpti fuerint ſanati ab eo. *Quum autem uidiſſent principes ſacerdotum & ſcribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hoſanna filio Dauid: indignati ſunt, & dixerunt ei, Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit illis, Quid nũ? Nunquam legiſtis, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* Phariſæi quum viderent pueros hymnum Dauid offerre Chriſto, quem videtur propheta deo obtuliſſe, diſſecabantur inuidia, & interpellant illum, quòd permittat de ſe dici quæ ſoli deo debentur. Ille autẽ magis approbans dicit, Etiam. Tantum abeſt vt obturem ora talia dicentium, vt & prophetæ teſtimonium adducam, & vos oſtẽdam vel imperitos, vel inuidos. Neſcitis enim q̃ ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Perfeciſti autem ſignificat perfectã & abſolutã oſtendiſti laudẽ, etiã ſi illi propter ætatẽ imperfecti & viles videantur. Nõ enim illi dicebãt quæ dicebãt, ſed os ſolũ accõmodantes, ſpũs organa fuerunt. Et ideireo dicit, Ex ore infantiũ: coniectans q̃ os ſolũ diuina gratia mouebatur. Significatur item q̃ à gentibus, quæ ſimplices & ſtultæ erant, benedicẽdus eſſet. Erat autẽ & apoſtolis cõſolatio, dandũ & ſibi ſermonẽ, tãetſi per q̃ viles forent. Et tu innocẽs ſi fueris, ac malitia paruulus, ſuxeriſq; ſpirituale lac diuinorum eloquiorum, dignus eris qui laudes & prædices deũ. *Et relictis illis exiit è ciuitate in Bethaniam, & diuerſatus eſt ibi.* Secedit ab illis, vt ab indignis. Et venit in Bethaniã, hoc est domum obedientiæ. Ab inobedientibus enim ad obedientes ſe cõfert, & inter illos verſatur. Dicit enim, Habitabo in eis, & ambulabo in eis. *Mane autẽ reuertens in ciuitatẽ, eſuriit. Et quum uidiſſet ficũ arborẽ unam in uia, uenit ad eã, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantum: & ait ili, Ne poſt hac ex te fructus naſcatur inæternũ. Et arefacta eſt continuo ficus: & eo uiſo diſcipuli mirati ſunt dicẽtes, Quomodo cõtinuo exaruit ficus?* Quoniam dominus frequẽter miracula operatus est, & in omnibus hoc ſpectauit vt benefaceret, nullum autẽ oſtendit quo puniret: ne putarent q̃ nõ poſſet punire, oſtendit hoc loco & hanc ſuam poteſtatẽ: non in hominem illa vtẽs, ſed arborẽ, vt pote miſericors, ſicut & antea in porcos. Arefacit igitur arborẽ, vt emẽdet homines. Porrò diſcipuli merito admirantur. Arbor enim illa humidior est, & maius oſtẽdit miraculũ, eo q̃ ſtatim exaruit. Cæterũ ficus Iudæorũ ſignificat ſynagogã folia ſola habẽtem, hoc est oſtendentẽ literã, non fructũ ſpũs. Sed & omnis homo exponẽs ſe deliciis huiꝰ vitę, ſicut cõparatur: quia fructũ non habet ſpiritualem. vt eſurienti Ieſu det, ſed folia tãtum, & tẽporalem ac defluentẽ apparentiã. Hic igitur maledictũ audiet. Ite enim, inquit, maledicti in ignẽ. Sed & areſcet. nã dum cruciatur in igne, areſcit eius lingua ſicut & diuitis. *Reſpondens autem Ieſus ait illis, Amen dico uobis, ſi habueritis fidem & non hæſitauerit is, non ſolũ hoc quod accidit ſicut facietis, uerumetiam ſi monti huic dixeritis, tollere & proiice te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in deprecatione credentes, accipietis.* Magna Chriſti quam diſcipulis dat, promiſsio, q̃ poſsimus montes transferre, ſi non ambigui fuerimus fide, & hæſitauerimus. Quæcunque enim petiuerimus citra hæſitationem

A

Bethaniæ

B

Supr. 8

Mar. 5.

Ficꝰ arefacta

orãſignat

ſynagogã

C

Mat. 25.

Luc. 17

Iobã. 14.

16.

h iii fidentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

D fidentes diuinæ virtuti, accipiemus. Etiã, inquit, si petieẽtis & quod non conducibile, credam autem insipienter q̃ hoc mihi det dominus, accipiã ne igitur & illud quod mihi non expedit? Deus igitur quomodo misericors, si quidẽ meã petitionem, quæ mihi non prodest, adimplet? Audi ergo. Primum quum audieris fidẽ, non fultam illã fidem, sed eã quæ re vera fides est, accipe, & deprecationem illã quę vtilia pe-

Matt. 6. tit, sicut tradidit dominus dicens, Ne inducas nos in tentationẽ, sed libera nos à malo: & quæ in ea oratione sunt verba. Insuper vide & verbũ hæsitaueritis. Nam qui vnitus fuerit deo, & vnus est cũ illo, & non discretus & separatus, quomodo petet quod inutile est? Vnde si indiuisi & indiscreti fuerimus à deo, conducibilia petemus à deo, & accipiemus.

E *Et quum esset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi dicentes, Quæ authoritate hæc facis? & quis tibi dedit istam authoritatem? Respondens autem Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego quidam, quod si dixeritis mihi, & ego vobis dicã qua authoritate hæc faciam. Baptismus Iohannis unde erat? è cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant apud se dicentes, Si dixerimus è cœlo, dicet nobis, quare ergo non credidistis illi? Sin autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebãt Iohannem ut prophetam. Et respondentes Iesu dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipse, Nec ego dico vobis qua authoritate hæc faciam.* Inuidentes legisperitti Iesu q̃ eiecisset è templo negociãtes, accesserunt ad eum, & talia quædã roganerunt, Quis es tu q̃ è templo eiicis negociantes? nunquid hoc facis vt sacerdos?

F At tu quidem sacerdotalem dignitatẽ non habes. Num hoc facis vt rex? Etenim si uero neq; rex es, neq; si esses, liceret tibi hæc facere. Non enim licet regibus in templo aliquid agere. Interrogabant autẽ hæc à domino, vt si quidẽ diceret, Mea potestate hæc facio: accusarent eum vt rebellem, & propriã potestatem se habere dicentẽ. Sin autem diceret, diuina potestate hæc facio, abducerẽt ab eo turbas illum vt deum laudantes, monstrãtes, Ecce Iesus ille non est deus, sed potestate dei

1. Cor. 1. hæc facit vt seruus. Quid igitur Christus ipsamet sapientia? Comprehendit sapiẽtes in versutia sua, & interrogat eos de Iohãne similia, vt si quidem dicerẽt, E cœlo fuit prædicatio Iohãnis, cõprobarent deo aduersarii, q̃ illã nõ suscepissent. Si aũt ex hoĩb⁹ dicerẽt, pertelitarentur ꝓpter turbã. Omnes em̃ vt ꝓphetã habebãt Iohannẽ. Ostẽdit aũt hoc loco dñs, quòd

quòd maligne interrogantibus nõ oporteat respõdere. Nam nec ipse pharisæis respõdit, quãuis nulla respondendi difficultas esset. Discimus aũt interim quòd semetipsum laudare non est iuxta Christi doctrinam. Ecce dominus enim qui potuit discere qua potestate hæc faceret: non dixit, ne seipsum laudare videretur, *Quid autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad priorem dixit, Fili, uade hodie operare in uinea mea. Ille autem respondens ait, Nolo: postea uero pœnitẽtia motus abiit. Accedens autem ad alterũ dixit similiter: at ille respondẽs ait: eo Dominẽ, & non abiit. Vter e duobus fecit quod uoluit pater? Dicunt ei, Prior. Dixit illis Iesus, Amen dico uobis, quòd publicani & meretrices præcedũt uos in regno dei. Venit enim ad uos Iohannes per uiam iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem quum uidissetis eum, non fuistis eommoti pœnitẽtia postea ut crederetis ei.* Duos ordines inducit, vnum principio pollicentiũ, quales fuerũt Iudæi qui dixerũt, Omnia quæcũq; dixit deus, faciemus & audiemus. Alterum Exod. 24 eorum qui non statim persuasi sunt, quales sunt meretrices & publicani, & qui ex gẽtilium populo, qui ab initio non credi derũt voluntati diuinę, postea autẽ pœnitudine ducti obedierunt. Vide igitur sapientiã Christi. Non statim à principio dixit illis, Meliores vobis publicani sunt & meretrices: sed prius cepit ipsos, & cõfessi sunt quòd ex duobus filiis ille obediẽs fuerit, qui fecerit voluntatẽ patris. Postea vbi hoc cõfessi fuerunt, subdidit venisse Iohannem per viam iustitiæ, hoc est in vita irreprehensibili. Non potestis enim dicere vitã Iohannis fuisse reprehensibilẽ: attamẽ meretrices ei obedierũt, C vos autẽ non: idcirco & præcedẽt vos, ante vos ingredientur in regnũ cœlorum: ita vt si & vos laboraueritis, vel post illas intrabitis: si autẽ increduli fueritis, nunquã intrabitis. Multi autem etiam hodie pollicentur deo & patri, monachos se futuros forte vel sacerdotes: post promissionem aũt negligẽtes sũt. Alij aũt monasticã vel sacerdotalẽ vitã polliciti nõ sunt, sicut monachi vel sacerdotes, viuunt tamen digne: atque ita illi sunt obedientes pueri, qui faciunt etiam si nihil promiserint. *Aliam parabolam audite. Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam, & sepem circũdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, ac peregre profectus est.* Aliam parabolam eis affert, ostendens quòd licet summa diligentia eis exhibita sit, non meliores facti fuerint.

Esa. 5. Hiere. 2. Psal. 77.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Homo eſt paterfamilias, dominus eſt, qui propter miſericor
Exod. 15. diam homo appellatur. Vinea autem, populus Iudeorũ, plan
tatus à deo in terra promiſſionis. Introducens enim, inquit,
plantabis eos in monte ſancto. Sepes autẽ lex, non ſinens eos
gentibus miſceri: vel angeli cuſtodientes Iſrael. Torcular, al
tare. Turris, templum. Agricolæ vero doctores populi, pha-
riſæi & ſcribę. Profectus eſt autem paterfamilias deus. quan-
do in colũna nubis loquutus eſt eis. Vel peregrinatio dei, lõ-
ganimitas eius. Videtur enim de⁹ & dormire, & peregre pro-
ficiſci, dum longanimis eſt, & non eueſtigio peccatorum pœ
nas exigit. *Quum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit*
ſeruos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus ipſius, & agricolæ ap-
prehenſis ſeruis eius aliũ ceciderunt, alĩ occiderunt, aliũ uero lapida
E *uerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſi-*
militer. Nouiſſime aũt miſit ad eos filiũ ſuũ, dicẽs, Reuerebũtur filium
meum. Agricolæ autem uiſo filio dixerũt intra ſe, Hic eſt hæres: uenite
occidamus eum, & occupemus hæreditatẽ eius. Et apprehenſum eũ
eiecerunt e uineã, & occiderunt. Appropinquauit tempus fru-
ctuum prophetarũ temporibus. Serui enim miſſi, fuerũt pro-
phetæ, quos variis affecerunt iniuriis agricolæ, hoc eſt qui
tunc erant falſi prophetæ & falſi doctores. Et alium quidem
3. Re. 22 percuſſerunt, vt Micheam. Sedechias enim eum in maxillam
2. Pa. 24 percuſſit. Alium autem occiderunt. vt Zachariam inter tem-
plum & altare. Alium vero lapidauerunt, vt Zachariã filium
Iodoe pontificis. Poſtea miſſus eſt filius dei, in carne appa-
rens. Quod autem dixit, Reuerebuntur filium meum, non
F ignoraus dicit quòd illum occiſuri eſſent, ſed ſignificare vo
lens quid facere deberent. Oportebat enim, inquit, licet ſer-
uos occiderint. vel filium reuereri. Agricolæ autem viſo ipſo
Extra uineã occiſus dominus. dixerũt: Hic eſt hæres, venite occidamus eum. Etenim Iudæi
qui dicebant, Hic eſt Chriſtus, ipſi illum crucifixerunt. Eie-
cerunt autem eum extra vineam. nam extra ciuitatem occi-
ſus eſt dominus. Propterea quia vineam dicebamus eſſe po-
pulum, extra vineam, hoc eſt præter ſimplicis populi ſenten-
tiam, occiderunt eum phariſæi, & mali agricolæ. *Quum er-*
go uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Dicũt illi, Malĩ
quum ſint, male perdet illos: & uineam ſuam locabit aliis agricolis,
qui reddent ei fructum temporibus ſuis. Quum venerit. Quan-
do? Num in ſecundo aduentu? Videtur quidem & hoc ſenti-
re, veruntamen melius ſic intelligitur. Dominus vineæ, deus
& pater

& pater, qui miſit filiũ ſuũ ab illis occiſum. Quũ igitur vene- A
rit, hoc eſt quum ipſe reſpexerit ad iniquitatẽ quam fecerunt
Iudæi, tũc malos male perdet, miſſo Romano exercitu: & vi-
neam ſuam, hoc eſt populum, locabit aliis agricolis, hoc eſt
apoſtolis & doctoribus. Intelligę itẽ per vineã diuinas ſcri-
pturas. in quibus ſepes quidem litera eſt: torcular autem de-
foſſum, profundus ſpiritus: turris autẽ theologia, quæ ſum-
ma eſt & diuina. Has itaque ſcripturas habebant prius mali
agricolæ phariſæi locauit autem nobis deus eas bene colenti
bus. Illi enim dominum occiderunt extra vineã, hoc eſt præ-
ter iuſſum eorum quæ dicebant ſcripturæ. *Dicit iuis Ieſus, Nũ-* Pſal. 117
quam legiſtis in ſcripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes
hic factus eſt in caput anguli. A domino factum eſt hoc, & eſt mira-
bile in oculis noſtris, Idcirco dico uobis, Auferetur a uobis regnum, B
& dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem
iſtum, confringetur: ſuper quẽ autem ceciderit, illum conteret. La-
pidem ſeipſum nominat: ædificãtes autem magiſtros Iudęo- Iohan. 8.
rum, qui illum quaſi inutilem reprobauerunt, dicentes, Sama Actu. 4.
ritanus es tu, & dęmonium habes. Ipſe autem quum ſurrexiſ- Ephe. 2.
ſet ex mortuis, poſit⁹ eſt in caput anguli, hoc eſt, caput eccle
ſiæ factus eſt, coniungens Iudæos & Gentiles in vnã fidem.
Sicut enim lapis angulum in domo faciens, continet hac &
illac murum, ſic & Chriſtus nos omnes in vnam fidem colli-
gauit. Angulus autem ille admirabilis eſt, & à domino eſt fa
ctus. Eccleſia enim nos cohibens, & vnita fide à domino fa-
cta eſt, & eſt magna admiratiõe digna, eò quòd pulchre ædi
ficata ſit. Eſt autem & alia ratione admirabilis, eò quòd mi- C
raculis firmat⁹ eſt & cõfortat⁹ ſermo dñi: & ita Eccleſię quo-
que cõſtitutio admirabilis. Ablatũ igitur eſt regnũ dei à Iu-
dæis, hoc eſt peculiaritas qua dei, ꝓprij erãt, & datũ eſt his q
crediderunt. Qui eĩ impingunt in lapidẽ, & offenduntur in
Chriſto Ieſu, confringentur quidem in ſecundo aduẽtu: ve-
runtamen & hic cõterentur ab ipſo, hoc eſt diſperſi ſunt vbi- Aut. Mon
que terrarum, ſicut videmus nunc miſeros Iudęos. Conteret,
hoc eſt ita conteret, vt diſpergat eos. *Et quum audiſſent prin-*
cipes ſacerdotum ac phariſæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ſe
diceret: & quærentes illi manus iniicere, timuerunt turbas? quoniam
tanquam prophetam eum habebãt. Iterum vide quòd turba qui-
dem ſimplex & fuci neſcia ſequitur veritatem, legiſperiti au-
tem malignè agunt. Et vſque in hunc in diem quærunt He-
bræi

Universidad de Deusto
Biblioteca

D bræi Iesum compræhendere, sed non cõprehendunt, neque intelligunt. Antichristum autem comprehendent, & ipsum adorabunt: at Christus non capitur, hoc est non intelligitur ab eis.

CAPVT XXII.

T respondens Iesus dixit iterum per parabolas, dicens, Simile factum est regnum cælorũ homini regi, qui fecit
E *nuptias filio suo: & emisit seruos suos ut vocarent inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum emisit alios seruos, dicens, Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui: tauri mei & altilia mactata sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam. alius uero ad negociationem suam: reliqui uero te-*
E *nuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.* Et hæc parabola Iudæorum inobedientiam subindicat, sicut & superior de vinea. Verum sicut illa mortem Christi, ita hæc nuptiale gaudium, hoc est resurrectionem declarat. Cæterũ hæc monstrat multo atrociora quæ patrarint illi, quam superior. Illi enim quũ exigerentur fructus, occidebant eos qui exigebãt: hi autem cum vocarentur ad nuptias, homicidium fecerunt. Homini igitur regi similis est deus. Non enim apparet vt est, sed qualem decet vt nobis se videndum exhibeat. Nã quando vti homines morimur humanis peccatis obnoxij, vt homo nobis apparet deus: quando autẽ vt dij ambulamus, tunc
F stat deus in synagoga deorum: sicut & quando ferarum naPsal. 71 turas assumimus, fit & ille nobis panthera, & vrsus, & leo. Facit autem nuptias filio suo copulans eum omni formosæ aniApoc. 19. mæ. Sponsus enim Christus, sponsa autem ecclesia & anima. & 21. Serui vero primũ missi, Moses & alij, quibus nõ crediderunt Hebræi, sed exasperauerunt deũ in deserto quadraginta annis, & noluerunt sermonem dei & charitatem suscipere spiritualem. Deinde missi sunt serui alij, prophetæ: sed & illorum
Hiere. 38 quosdam occiderunt, vt Esaiam: quosdam contumeliis affecerunt, vt Hieremiã, quẽ in lacũ luti iniecerũt. Quidã autẽ minus mali, sibi ab huiusmodi iniuriis tẽperauerunt, sed alius quidẽ in propriũ agrũ abiit, hoc est indulsit deliciis & voluptatibus vitæ. vniuscuiusq; enim ager est corpus. alius autẽ in negociationẽ suã, hoc est, auaritiæ deditus fuit. Negocia

torum enim genus auarum est, & lucri cupidissimũ. Ostẽdit A igitur parabola, q̃ qui à spiritualibus nuptiis & conuiuio & Christi societate destituũtur, ob has duas potissimum causas excluduntur, vel propter corporales voluptates, vel auaritiæ morbũ. Prãdium autem hoc loco nominat, quanuis alio loco cœnam eã dixerit. Nõ absurde cœnã. Nã in nouissimis tem- Lucæ. 14 poribus perfecte apparebũt illæ nuptiæ, & ad vesperũ, & ad finem seculorum. Prãdium autẽ, eo quòd in prioribus seculis reuelatum fuit mysteriũ, tametsi obscurius. Tauri autẽ & altilia, vetus est & nouũ testamẽtum. Vetus enim signatur per tauros (animaliũ enim mactationẽ continebat) nouũ autẽ per Pães quos altilia. Panes enim offerimus nũc in altario, qui proprie dicti in altario sunt eucha, vtpote ex frugibus cõfecti. Vocat igitur nos deus offerim⁹, vt comedamus & veteris testamẽti bona, & noui. Et tu quan- dicti oblado videris quẽpiam manifeste interpretantẽ diuina eloquia, sã. sciasᵉ eũ altilia & è frugibus cõfectos cibos dare, ac quasi fru B gibus alere, & cibis farcire simpliciores manifeste docẽdo. Quæres autẽ hoc loco, quomodo dicat inuitatis: si enim inuitati erãt quomodo denuo sunt vocãdi? Scias igitur omnes natura vocari ad bonum à sermone doctoris natura dati: attamen deus & illos externos doctores mittit, vt qui intus vocati sunt, & extrinsecus vocentur. Mittit autem rex exercitus suos, hoc est Romanos, qui inobedientes Iudæos perdiderunt, & ciuitatem illorum Hierusalem succenderunt, vt Iosephus dicit. *Tunc dicit seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quotcũq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quotquot inuenerunt, malos pariter ac bonos: ac impletæ sunt nuptiæ discũbentibus.* Quoniã priores serui, Mo C ses & prophetæ, nõ persuaserũt: alios quoq; seruos mittit apostolos, qui gẽtiles vocarũt in via vera nõ incedẽtes, sed alios aliò diuisos, & in viis pluribus & dogmatis discordes, immo existẽtes in exitus viarũ, hoc est in errore & inæqualitate multa. Nã & ipsi inter se dissidebãt & tumultuabãtur: & non in viis erãt, sed extra vias, & illa sunt mala eorum dogmata quæ docebãt. Nõ omnes diligebãt æqualiter, sed alij hoc modo, alij alio. Quid si sic melius intelligatur? Via est vita vniuscuiusq; exitᵘˢ à via, dogma. Gẽtiles igitur qui vias habebãt malas, hoc est vitã reprehensibilẽ, ab ea mala via exierunt in dogmata ipia, fœdos sibi deos cõstituẽtes patronos vitiorũ.

Egressi

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Egressi igitur apostoli à Hierusalem ad gentes, congregaue
runt omnes tã malos quàm bonos, hoc est omni malitia re-
pletos, & minus malos, quos & bonos nominat si aliis confe
rantur. *Ingressus autem rex ut uideret discumbentes, ubi uidit il-*
lic hominem non uestitum ueste nuptiali, ait illi: Amice, quomodo huc
intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obticuit. Tunc dixit rex
ministris, Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras
exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt uocati,
pauci uero electi. Ingressus ad nuptias sine diiudicatione fit.
Gratia enim sola omnes vocati sumus tam boni quàm mali:
at vita eorum qui ingressi fuerint, posthac non indisquisita
erit, sed examen valde magnum faciet rex eorũ qui post in-
E gressum in sordido habitu inuenientur. Horreamus igitur
cogitantes quia nisi quis vitam habeat purã, nihil ei prode-
rit nuda fides. non solum enim è nuptiis eiicitur, sed & in
ignem mittitur. Quis est ille sordida vestimenta gerens? Is
qui non indutus est viscera miserationum, fraternitatem, be-
nignitatem. Multi igitur seipsos decipientes, etiam in spe pu
tant quòd regnum cælorum assequantur, & seipsos simul im
miscent discumbentium choro, sentientes de seipsis magna.
Rationem igitur sumens dominus ab indigno illo, monstrat
nobis duo hæc: vnum, quòd misericors sit: alterum, quòd &
nos nullos condemnare debemus etiam si manifeste peccẽt,
nisi redarguantur peccantes. Dicit igitur dominus ministris
angelis tortoribus, Ligatis manibus & pedibus, id est opera
tiuis eius virtutibus. In seculo enim præsenti operari possu-
F mus, in futuro autem seculo ligantur omnes virtutes animæ
operatiuę, & non potest fieri aliquid boni in ablutionem pec
catorum, Stridor autem dentiũ, pœnitentia est, quę tunc stul
te & inutiliter fit. Multi autem sunt vocati, pauci vero electi.
Pauci enim qui saluantur, & qui digni vt eligantur à deo: ita
vt dei quidem sit vocare: electos autem fieri, vel non, nostrũ
Caute le- est. Ostendit igitur quòd propter Iudæos dicta sit parabola:
gat, quæ qui vocati quidem fuere, non autem electi, eò quòd non au-
rere in fi dierunt. *Tunc abeuntes pharisæi consilium cœperunt ut illaquea-*
ne libri. *rent eum in sermone: & ad illum emittunt discipulos suos cum He-*
Luc. 20. *rodianis.* Per insidias hæc fiebant: propterea & Lucas insi-
diatores illos vocat, tanquã missos in hoc vt insidiẽtur Chri
sto. Herodiani autem erant vel Herodis milites, vel qui pu-
tabant Herodem Christum. Veniunt igitur pharisæi cũ illis
illa-

llaqueaturi eum. Audi enim quomodo loquantur illi. Di- A
centes, Magister, scimus quod uerax sit, & uiam dei in ueritate do-
ceas, neque cures quemquam: non enim respicis personam hominum.
Die ergo nobis, quid tibi uidetur? Licet censum dari Cæsari, an non?
Cognita autem Iesus malitia eorum, ait, Quid me tentatis hypocritæ?
Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait
illis, Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait il
lis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et
hæc audientes mirati sunt, & omisso eo abierunt. Arbitrati se demul
suros illum laudibus, adulantur, vt lactatus dicat non deberi
Cæsari tributum, & inde comprehendant eum tanquam sedi
tiosum, & commouentem populum contra Cæsarem: idcirco
Herodianos secum adducunt, qui regij erant, vt comprehen
derent illum quasi rerum nouatorem. Nõ respicis personam B
cuiusquam, inquiunt. Nihil dicis in gratiam Herodis & Pi-
lati. Dic igitur nobis, Debemus & hominibus tributarij esse,
& dare eis censum, sicut & deo didrachmum? an soli deo tri
buemus? nunquid autem & Cæsari? Hoc autem dicebant (si-
cut dixi) vt dicat quòd non oporteat tributum & Cæsari pẽ-
dere, comprehendántque eum & occidant: sicut Theudan
& Iudam, qui dicebant non sacrificandum pro nomine Cæ-
saris. Iesus autem per hoc quòd figuratum erat numisma ima
gine Cæsaris, persuadet illis deberi Cæsari quę eius sunt, hoc *Actuũ. 5.*
est, quę habent eius imaginem. Et in corporalibus & in ex-
ternis obediendum est regi: in internis autem & spiritualib⁹
soli deo. Licet autem & sic intelligere, quòd oporteat vnum- C
quemque nostrum ea quę sunt Cæsaris, hoc est dæmonis, in-
fernorum principis, illiipsi reddere, & obiicere: vt exempli
gratia, si habes iram à Cæsare, reiice eam in illum, irascere
contra ipsum. sic poteris & ea quę sunt dei, deo reddere. Item
quia duplices sumus nos, & ex anima corporéque constitui-
mur, corpori cibos & amictũ vt Cæsari debemus: diuiniori
autem nostræ parti, quę & illi congruunt. *In illo die accesse-*
runt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & inter- Deut. 25
rogauerunt eum dicentes, Magister, Moses dixit, si quis mortuus fue-
rit non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet Luc. 20.
semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus Actuũ. 13
uxore ducta defunctus est: ac non habens semen reliquit uxorem suã
fratri suo. similiter secundus & tertius, usque ad septimum. Noluissi-
me autem omnium defuncta est mulier. in resurrectione igitur, cuius

e septem

Universidad de Deusto
Biblioteca

D e *septem illis erit uxor? Omnes enim habuerunt eam.* Confutatis
pharisæis cum Herodianis, iterum Sadducæi tentant. He-
resis autem illorum erat talis: Neque resurrectionem, ne-
que spiritum, neque angelos credebant: diuersa à pharisæis
sentiebant. Rem fingunt, quę nunquam contigit: aut quomo
do, quum tertius non bene ominatus fuit, sed renuit nuptias,
periculis pręcedentiū admonitus, Fingūt igitur, quasi Chri-
stum in dubium tracturi, vt resurrectionem arguant, & Mo-
sen figmento suo patronum faciant. Septem dixerūt esse fra-
tres, maxime incessentes resurrectionis mysterium: & cuius
ex illis, dicunt, erit mulier? Diceret quis. O cōtaminati Sad-
ducæi, prioris qui duxerat, vxor erit, si quidē concederemus
E in resurrectione nuptias fore. alij enim nō veri sed viri erant
accessorij. *Respondens autem Iesus dixit illis: Erratis, nescientes
scripturas, neque virtutem dei. In resurrectione enim neque matrimo-
nium contrahunt, neque elocantur, sed sunt sicut angeli dei in cælo.
De resurrectione uero mortuorum non legistis quod uobis dictum est*
Exodi. 2. *à deo, Ego sum deus Abrahā, deus Isaac, & deus Iacob? Deus non est
deus mortuorum, sed uiuentium. Et quum audissent turbæ, stupebant
de doctrina eius.* Ostendit saluator & resurrectionem futurā,
& nō talem carnalem, vt errant, sed diuiniorem & spiritua-
liorem. Quid enim, inquit, erratis, nescientes scripturas, &
vim dei? Nam si scripturas sciretis, credaretis vtique deum
F non esse deum mortuorum, sed viuentium. Quōd si virtutem
dei sciretis, cognosceretis vtique deo omnia esse possibilia, &
posse deum facere vt homines viuant sicut angeli. Vide aūt
sapientiam domini. Illi per Mosen conabantur dogma de re
surrectione subuertere, & dominus per Mosen illis iterū per-
suadet, Ego enim sum, inquit, deus Abraham, & Isaac, & Ia-
cob. Hoc autem dicere vult, Deus non est eorū deus, qui non
sunt, sed qui subsistunt & sunt Neque enim dixit, Ego eram,
sed sum. Nam quamuis mortui sint, spe tamen resurrectionis
viuunt. Interrogas autem, quomodo igitur alio loco dicit,
Esa. 26. Mortuorum & viuentium dominus est? Disce igitur ꝙ mor-
tuos illos illic dicit defunctos quidem, victuros autem: hic
vero dominus respondet hæresi Sadducæorum, docentium
non esse animam immortalem, sed domino corrumpi, dicens
deum non esse deum mortuorum, hoc est, sicut vos putatis,
omnino pereuntium, sed viuentium, hoc est immortalem ha
bentium animam, & resurgentium etiam si mortui fuerint.

Pharisæi autem cum audissent quod silentium imposuisset Sadducæis, A
*conuenerunt in unū, & interrogauit eum unus ex eis legislator qui-
spiam, tentans eum, & dicens, Magister, quod est mandatum ma-
gnum in lege? Ait illi Iesus, Diliges dominum deum tuum ex toto cor-* Deut. 10.
de tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. hoc est primum & Leuit. 19
magnum. Secundum est autem simile huic, Diliges proximum tuum si- Roma. 13
*cut teipsum. In his enim duobus mandatis uniuersa lex & prophetæ
pendent.* Ex immodica inuidia accedit tentans. Quia enim
viderant Sadducæos confusos, & laudatum dominum, acce-
dunt tentantes si apponat aliquid mandato primo, quasi le-
gem corrigens, vt inueniant contra ipsum ansam. Dominus
autem inuulgans illius malitiam, ꝙ non ad discendum venis
set, sed vacuus charitate inuideat & ęmuletur, ostendit chari B
tatem inter mandata pręcellere, quod non ex parte oportet
diligere deum, sed nos totos dare deo. Tres enim tales in ani
ma discimus esse vires, plantatiuā, animalem, & rationalem.
Secundum quōd crescit & nutritur, & simile generat, plantis
assimilatur: secundum ꝙ irascitur & concupiscit, brutis com
paratur: secundum ꝙ intelligit, rationalis dicitur. Vide igi-
tur hoc loco quid illa tria significēt: Diliges deū tuum in to-
to corde tuo, hæc est brutalis animæ pars: & in tota anima *Tres ī aīa*
tua, hęc est plantatiua virtus, animatæ enim sunt plantæ. & *uires sunt*
in tota mente tua, hęc est vis rationalis. Et sic oportet deum *quib⁹ dēt*
diligere tota anima, hoc est, omnibus partibus & virtutibus *diligere*
animę ei adhęrere. Hoc est primum & magnum mandatum, *oportet.*
ad pietatem nos exercēs. Secundum autē simile est illi, quod C
nos excitat ad faciendum quę sunt iusta homini. Duo enim *interitur*
nos in interitū ducūt, mala doctrina, & corrupta vita. Vtigi *nostri cau*
tur nō incidamus in impia dogmata, diligēdus est deus. Ne *sæ duæ.*
autem sit vita peruersa, diligendus est proximus. Qui enim
diligit proximū, omnia mandata implet: & qui implet man-
data, diligit deum. atque ita duo illa mandata inter se cohæ-
rent & copulantur, & continent omnia alia mandata. Quis
enim diligens deum & proximum, vel furatur, vel vindi-
ctæ auidus est, vel adulterium cōmittit, vel scortatur, vel oc-
cidit? Hic autem legisperitus principio quidem venit ten-
tans, deinde responso dei emendatior factus, laudatus est,
sicut Marcus inquit quod spectans eum amplexatus sit il- Marc. 12
lum, & dixit ei: Non longe es à regno dei.

Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus dicens, Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

D uobis uidetur de Christo? cuius filius? Dicunt ei, Dauid. At illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos subsellium pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere quicquam, neque ausus fuit quisquam ex eo die eum amplius interrogare. Quoniam purum hominem Christum esse putabant, subuertit eorum opinionem, & docet veritatem per Dauid prophetam, diuinitatem suam predicās. Dicentibus enim pharisæis, filius est Dauid Christus, hoc est, homo purus: dicit, Quomodo igitur Dauid dominum eum nominat? & non simpliciter eum nominat dominum, sed in spiritu, hoc est, per spiritus gratiā ipsum reuelauit? Non negans autem filium Dauid esse hoc di-
E cendo, monstrat quòd non sit purus homo ex solo Dauidico semine descendens. Hæc autem interrogat dominus, vt si dicant se nescire, interrogent, ac discant: vel si dicant veritatē, credant: vel si nihil possint dicere, confundantur & secedāt, non audentes vltra interrogare illum.

Psal. 109

CAPVT. XXIII.

T VNC Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos dicens, In cathedra Moysi sedent scribæ & pharisæi: omnia ergo quæcunque dixerint uobis seruare, seruate & facite: secundum opera uero eorum nolite facere. dicunt enim, & non faciunt.

F Quando eos confutauit, & ostendit incurabiliter ægrotantes, tunc de ipsis dicit, & de vita ac moribus illorum loquitur, admonens auditores, ne contemnant doctores etiamsi corruptæ vitę sint. Ostendit præterea quòd legi nō sit aduersarius, sed malit seruare ea quæ legis sunt, quamuis eam docentes indigni sint. Quæcunque enim dicunt doctores, illa Moysen putate dicere, immò deum. Facienda ne igitur omnia quæ dicunt, etiamsi mala fuerint? Dicimus igitur primū, quod docens, nullum vnquā audet adhortari in malum. Deinde vt demus hoc vt quis in malam vitam inhortetur, non tunc à Moysi cathedra, neque de lege loquitur. Dominus autem dicit de his qui in cathedra Moysi sedēt, hoc est, his qui ea quę in lege habentur, docent. Eos igitur qui docent diuinam legem, etiam si ipsi non faciant, audire oportet.

Colli-

Colligant autem onera grauia, difficiliaque portatu, & imponunt A in humeros hominum, cæterum digito suo nolunt ea mouere. Omnia uero opera faciunt, ut spectentur ab hominibus. Dilatant autem phylacteria sua, & fimbrias palliorum suorum. Onera grauia impo nunt pharisæi, cogentes homines vt impleant mandata legis, quanuis sint tenuia, & difficilia obseruatu. Vel etiam plura legis mandata aggrauarunt, traditiones quasdam vltra leges tradentes, quas ipsi digito suo non mouent, nihil operātes. Quando enim qui docet, non solum docet, sed & opera tur, videtur simul cum his qui docentur, laborare & operari. Quum verò ille me onerat, ipse autē ociosus viuit, magis me grauat. Arguit igitur dominus pharisæos, eò quòd nolūt si-
mul gestare onera mandatorum. & cooperari. Non solum au B tem nihil boni faciunt, sed & simulāt quasi faciant: & siquādo quippiam faciunt, vt videantur faciunt, & aufertur iam il lorum merces. nunc autē quanta cōdemnatione digni, quando neque faciūt, & videri volunt quasi faciant? Quid autem faciunt? Dilatant phylacteria sua, & magnificāt fimbrias ve stium suarum. Hoc autem ita se habebat. In lege habetur: Al Deut. 6. ligabitis ea in manu vestra, erúntque immota ante oculos ve Phylacte-
stros. Scribebāt igitur in duabus chartulis decalogum legis, riā supma & ponebant vnam super frontem, & alteram super dextram nā & fim suspendebant. Fimbrias autē faciebant in summis vestibus, briæ quid violaceis & coccineis clauis. Et hoc inuenerant in lege, vt ui signent, dentes illa, non obliuiscerentur mandatorū dei. At deus hoc
nolebat, sed iubendo ferre super manum phylacteriū, signifi C care volebat mādata operari eos oportere. Per coccineas aūt fimbrias declarabat ꝙ oporteat nos sanguine domini signari. Illi vero faciebant phylacteria magna & fimbrias, vt videntibus illa appareant obseruatores esse legis. Amantq; pri Marc. 12
mos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & saluta- Luc. 14.
tiones in foro, & uocari ab hominibus Rabbi. Papæ quid dicit? Idcirco condemnantur, quia amant? Quod si solum amans primos accubitus condemnatur, qui nihil non facit pro illis, qua condemnatione dignus? Et primas cathedras in synago gis. vbi magis debebant docere & alios humilitatem, eo loco ipsi maiori fastu corrumpebantur. Omnia enim pro gloria faciebant, & hæc facientes non confundebantur, sed interim vocari volebant Rabbi, hoc est doctores. Vos autem
nolite uocari Rabbi. unus enim magister uester, nempe Christus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D omnes autem uos fratres estis Et patrẽ nolite uocare uobis super terram : unus est enim pater uester, qui in cælis est. Nec uocemini magistri: unus enim est magister uester in cælis. Qui maior est uestrum, erit uester minister. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & quise humiliauerit exaltabitur. Non prohibet Christus vocari quẽpiam magistrum, sed tanta affectione velle vocari, & omnibus modis curare vt ita vocetur. Docendi enim dignitas pto priè solius est dei Patrem autem ne vocetis dicens, non prohibet honorem parentibus debitum, quia vult nos venerari parentes, & maxime spirituales patres: sed inducit vt spiritualem patrem agnoscamus. Deus enim propriè pater est. Carnales enim nõ sunt authores natiuitatis, sed cooperarij & ministri. Porrò lucrũ humilitatis indicãs dicit, Qui maior E est vestrũ, debet esse vester minister & vltim⁹. Qui enim exaltauerit semetipsum aliqd se esse ratus, humiliabit derelict⁹ à deo. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos uiduarũ, dẽ sub prætextu precib⁹ prolixis precamini: propter hoc plus accipietis damnationis. Hypocritas hos vocat, vt ꝓmittentes pietatẽ, & nihil promissione dignum facientes: sed prætexentes se precari longũ, hoc est multo tẽpore, devorant viduarũ facultates. Re autẽ ipsa illusores sunt, ac deridẽt simpliciores & decipiũt eos. Et plus condẽnationis accipietis, eo ꝙ ea quę viduarum, comeditis, quibus oportebat magis suppeditare, & ipsarum inopiam subleuare. Vel aliter, multo plus damnationis accipietis, eò quòd prætextu boni operis malũ quoddam committitis, nempe precando viduarum bona co- F medentes. Maiori enim condemnatione dignus, qui prætextu boni in malum allicit. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia claudits regnum cælorum ante homines: uos enim nõ ingredimini, neque aduenientes sinitis. Non solum, inquit, vos incredduli estis, & viram habetis corruptam: sed & alios docetis ne mihi credant: & per vitę vestræ exemplum corrumpitis. Solet enim populus principibus fieri similis, & magis si illos in malum videt propensos. Omnis itaque malus doctor & princeps videat quid lucretur, nempe vę, eo quòd per suam vitam non sinit alios in bono proficere. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia circumuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo magis quàm uos estis. Non solum, inquit, Iudæos corrumpitis, sed & eos qui ex Idolorum cultu ad Iudaicam religionem

Luce. 3.

Exod. 20

religionem accesserunt. Hos enim proselytos nominabant. A Studeetis quidem conuertere aliquem ad Iudaicam conuersationem, & ad circuncisionem: quando autẽ iudaizat, tunc perit à vestra infectus malitia. Filius autem gehennæ, qui dignus est illa, cum qui familiaritatem habet in illa flagratuprius. Væ uobis duces cæci, quia dicitis, Quicunque iurauerit per tẽplum, nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi, reus est. Stulti & cæci, utrum enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunque iurauerit per altare, nihil est: quicunque autem iurauerit per donum quod est super illud, reus est. Sulti ac cæci, utrum enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurauerit per altare, iurat per illud, & per omnia quæ super illud sunt. Et qui iurauerit per templum, iurat per illud, B & per eum qui habitat in ipso. Et qui iurauerit per cælum, iurat per thronũ dei, & per eum qui sedet super illum. Cæcos eos nominat, quia nolebant docere ea quæ decebat: & quæ minori loco debebant coli, venerabántur: quæ præcipua erant, in secundum ordinem referebant. Etenim aurum in templo, & cherubin, & aureum vreeũ præferebant templo: ideo & multos docebant quòd nihil sit per templum iurare, sed per aurum in templo iacens, quod tamen propterea venerabile erat, quia in templo continebatur. Et dona quæ in altario ponebantur, diguiora dicebant altario ipso: atque adeo pharisæi sic docebant, vt si quis iurasset per aureum vas, vel bouem vel ouem oblatam in sacrificium, & deinde peieraſſet, similia persolueret. Donum enim altario præferebant propter hostiarum lucra. Quòd si quis per templum iurasset, nõ C potuisset simile templo ædificare, & propterea absoluebatur, videbatúrque postea leuius esse iuramentum per templum, propter phariſæorum auaritiam. Itaque in veteri non permittit Christus donum maius esse altario, apud nos autem altarium à donis magis sacratur. Panes enim in dominicum corpus diuina gratia conuertuntur: ideo & sanctificatur ab dominicũ eis altare. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentam, & anethum, & cyminũ, & reliquistis quæ grauiora sunt tuntur. legis, iudicium ac misericordiam & fidem. Hæc oportebat facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Iterum obiurgat eos vt insipientes, eò quòd contemnentes mandata maiora, in paruis diligentes erant, & cymini decimationem non negligebant, sed persoluebãt.

Proselyti.

Panes in

corp⁹ uer

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Et si quis reprehendisset vt porcos, prætexebant legē hoc do
cere. Melius autē fuisset ac deo gratius, si misericordiā & iu
dicium & fidem expetissent à populo. Quid autem est iudi-
cium? nihil iniustum & absurdum facere, sed omnia cum iu-
Iudiciū se dicio & ratione. Statim enim iudiciū sequitur misericordia.
quitur mi Qui enim discrete facit omnia, scit & quibus debeat misere-
sericordia ri. Misericordiam autem sequitur fides. Qui enim misere-
hinc fides tur, credit omnino quòd nihil perdat', sed omnia accipiat.
Vel aliter, Oportet misereri, & credere Deo vero. Multi e-
nim paganorum misericordes quidem fuerunt, non creden-
tes autem in deum viuum, non habuerunt misericordiæ co-
mitem fidem. Oportet autem vnumquemque doctorum de-
cimare à populo suo, hoc est petere à decem sensibus, hoc est
E à quinque corporalibus, & quinq; animalibus, iudicium, mi-
sericordiam, & fidem. Hæc quidem oportebat facere, dicit
Christus, non adhortans ad decimandum herbas, sed ne vi-
deretur tunc contrarius Moysi. Duces autem cæcos eos no-
minat, eò quòd gloriabātur se omnia scire & docere, nullsq;
proderant, sed omnes corrumpebant in barathrum proiicié-
tes. Culicem autem excolentes eos nominat, vt patua pecca-
ta obseruantes: camelum autem, hoc est magna, deglutiētes
& despicientes. *Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia pur*
gatis exteriorem poculi patinæq; partem, cæterum intus plena sunt
rapina & intemperantia. Pharisæe cæce, purga prius quod est intra
poculum & patinam, ut & exteriores horum partes puræ reddantur.
Qui traditiones seniorum obseruabant, lauabant calices &
F paropsides, hoc est patinas, in quibus secundæ mēsæ ponun-
tur: ex rapina autem bibebant vinum, & comedebant cibos,
quæ magis coinquinabant. Dicit igitur, Ne possideas vinum
iniuste partum, & mundus etiam calix erit. Vel non de ca-
licibus & patinis dicit, sed de externa corporali habitudine, &
interna spirituali. Tu enim (inquit) exteriores poculi partes,
hoc est, exteriorem tuam habitudinem, fricas, vt elegantio-
res sint: intus autem te imples sordibus, hoc est rapinis & in-
iuria alios afficis. Oportet autem te intus lauari, hoc est in
anima, vt puritate animæ cohonestetur & exterior digni-
tas. *Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis se-*
pulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent speciosa, intus autem
plena sunt ossibus mortuorum, omnique spurcitia. sic & uos foris qui-
dem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis fictione &
iniquita-

iniquitate. Et hæc parabola similiter intelligitur vt præce- A
dens. Dabāt enim operam vt exteriori habitudine decori vi-
derentur, sicut sepulchra dealbata, vtpote gypso & asbesto
dealbati, intus autem immūditia mortuorum & putridorum
erant pleni. *Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia ædifi-* 1. Tess. 2.
catis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, ac di-
citis, Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socii eo-
rum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis uobismetipsis,
quod filii sitis eorum qui prophetas occiderunt. Miseros dicit il-
los, non quòd sepulchra ædificant prophetarum (hoc enim
deo gratum) sed quia ita simulabant, & patres suos condem-
nabant, deteriores illis existentes, malitiāq; excellentes men
tiebātur manifeste: quia si fuissent in diebus patrū suorū, gra B
uiora quàm illi commisissent. ipsum enim prophetarum do-
minum rabidi occiderunt. Idcirco & dicit. *Vos quoq; imple-*
te mensuram patrum uestrorum. Serpentes, progenies uiperarum,
quomodo effugietis iudicium gehennæ? Non imperat, nec com-
pellit illos vt se occidant, dicens, Implete & vos mensuram
patrum: sed hoc est quod dicit, quia serpentes estis, & talium
patrum progenies, & in tanta insania obstinati estis, vt incu
rabiles sitis: reliquum est quum operam dabitis, vt patres ve-
stros vincatis. hoc erit quando me occidetis. Tūc enim sum-
mum malitiæ verticem apprehendetis, quum omissam à pa-
tribus vestris cædem implebitis. Quum igitur tales sitis, quo
modo pœnam effugietis? *Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas,* C
& sapientes, & scribas, & illorum aliquot occidetis, crucifigetisque,
& illorum nonnullos flagellabitis in synagogis uestris, & perseque-
mini de ciuitate in ciuitatem. Arguit illos mendacij, dicentes
quòd si fuissemus in diebus patrum, non occidissemus pro-
phetas. Ecce enim ego, inquit, mittam prophetas, & sapien-
tes, & scribas, attamen vos illos occidetis. De Apostolis au-
tem hæc dicit, quos spiritus sanctus scribas fecit, hoc est do-
ctores populi, & sapientia omni & prophetia ornauit. Emit-
to autem, inquit, declarans suæ deitatis potestatem.
Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effunditur super ter- Gene. 4.
ram a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filii Ba- 2. Pa. 26
rachiæ quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis,
quod uenient hæc omnia super generationē istam. Super Iudæos
illos qui tunc erant, dicit, veniet omnis sanguis iniuste ef-
fusus. Plus enim punientur, quàm patres sui Nam neque

D post tanta exemplа emendati fuerunt. Sic enim & Lameth
Gene. 4. post Cain plus punitus fuit, quannis nō interemisset fratrē, eō quòd non fuisset ad exemplum Cain emandatus. Veniet igitur, inquit, sanguis ab Abel vsque ad Zachariam. Oportunè autem meminit Abelis. Sicut enim Abel propter inuidiam interemptus est, ita & Christus occisus est. Cuius autem Zachariæ hoc loco meminit? Alij dicunt illū fuisse vnū de duodecim prophetis, alij patrem præcursoris domini. Habet enim ita narratio nobis tradita, quòd locus quidam in tē plo fuerit, in quo stabant virgines. Igitur quum esset pontifex, postquam Deipara peperisset Christum, & statuisset illā in eo loco. indignati sunt cōtra eum Iudęi, & occiderunt eū, quòd cum virginibus collocasset mulierem, quæ pepererat.
E Non est enim mirabile quòd etiam pater præcursoris habuerit patrem Barachiā, & sicut is qui ex duodecim erat, dicatur Barachiæ filius. Verisimile enim quòd sicut illi fuerunt cognomines, ita & patres ipsorum. *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, haudquaquam me videbitis posthac, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini.* Bis ponit nomen Hierusalem, misertus eius, & magna cum cōpassione eam reuocans. Expostulans enim cum ea, quasi cum dilecta quadam, quę diligentem contemnat, respondet inducturum se pœnam: vnde arguit illam quasi sanguinariam, & quòd sæpius volente se mi
F sereri eius, ipsa noluerit, sed diabolum potius audierit, à quo dispersa, & à veritate fuerit abducta, congregantem autē dominum non susceperit. Nil enim sic à deo dispergit, vt peccatum: & nihil ita ad deum aggregat, vt virtus. Ostendens autem misericordiam, anis exemplum ponit. Idcirco quia nolu-
Propter nos deus tēpla i ha biuat. istis, relinquo tēplum desertum. Hoc loco discamus, quòd propter nos deus & templa inhabitat: quòd si nos pœnitendi fuerimus, relinquuntur & templa. Non igitur me videbitis vsq; ad secundum aduentum. tunc enim etiā nolētes eum adorabunt, & dicent, Benedictus qui venit. Posthac autē, intellige, postquā crucifixus fuero. non enim de hora qua hæc dicebat, loquitur: nā postea sæpius viderunt: post crucifixionem autem nequaquam, donec instet aduentus eius.

CAPVT XXIIII.

CAPVT XXIIII. A

Et egressus Iesus discedebat a templo. Et accesserunt ad eū discipuli eius, vt ostenderent ei structuras templi. Iesus autem dixit illis, Nōne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur. Egressus à templo, ostēdit quòd à Iudæis migraturus sit: & sicut dixit quòd relinquatur domus deserta, ita & facit. Prædicit quoque discipulis destructionem templi. Sapiebant enim & illi terrena, & stupebant ædificiorum pulchritudinem, & quasi Christo monstrabant, Eece qualem domum relinquis desertam. Vnde abducit illos, ne adhęreant terrenis, & ad supernam Hie- B
rusalem transmittit. Neutiquam manebit hic lapis super lapidem: dicens hyperbolicum sermonem, funditus periturū dicit. *Sedente autem eo in monte oliuarum, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum aduentus & consummationis seculi?* Secreto accedunt, vt de magnis rebus interrogaturi. De duobus enim rogant, & quando hęc erunt, nempe destructio templi, expugnatioque Hierusalem: & quod signum ipsius aduentus.

Et respondens Iesus dixit eis, Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus: Multosque seducent. Multi, inquit, venient prędicātes se esse Christos. Nam Dositheus Samaritanus dicebat se prophetam à Moy se prædictum, & Simon magnam virtutem dei se nomina- *Act. 8.*
bat. *Audituri estis bella, & rumores bellorum. videte ne turbemini. oportet enim omnia fieri, sed nondum est finis. Consurget autem gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus singulis locis. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.* Bella dicit Romanorum in Hierosolymis. Non solum autem bella dicit futura, sed & fames & pestes: quandoquidē ira det in Iudæos sęuiet. Bella enim quis dixerit hominum incursiones, famem autem & pestem nunquam aliunde prouenire quàm à deo. Deinde ne putent quòd priusquam prædicauerint, consummetur mundus, dicit, Ne turbemini. Nondum enim consummatio, neq; cum subuersione Hierusalem erit generalis consummatio. Gentem vero contra gentem, & regnū contra regnū exurrectura

Universidad de Deusto
Biblioteca

D dicit ꝓpter imminẽtia Iudæis mala: quæ initia sunt dolorũ. Sicut enim parturiens dolet, & sic patit, ita & præsens seculum post confusiones & bella parit. *Tunc tradent uos in afflictionem, & occident uos. & eritis inuisi cunctis gentibus propter nomen meum. Et tunc offendiculum patientur multi, & alius alios inuicem tradent, seque odio habebunt inuicem, & multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos: & quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.* Predicit euentura mala, animans discipulos per hoc quod prædicit. Nã inexpectata terrere & turbare consueuerunt. Præmitigat igitur timorem, prædicendo futura grauia odia, inimicitias, offensiones, pseudoprophetas, qui præcursores sunt Antichristi, seducentes multos, ita vt in
E omni iniquitate obstinentur. Quia autẽ multiplicabitur iniquitas per impostoras Antichristi, exasperabuntur & efferi erunt homines, ita vt neque cum familiarissimis vllum seruent charitatis vinculum, sed mutuum se tradãt. Quj autem perseuerauerit, & fortiter tulerit, neque cesserit his quæ inferuntur tunc, saluus erit, & comprobabitur strenuus miles.

Et prædicabitur hoc euangeliũ regni in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet consummatio. Nõ erit vobis prædicandi obstaculũ. confidite prædicabitur enim euãgelium in omnibus gentibus, in testimonium, hoc est in reprehensionem & condẽnationem eorũ qui non crediderũt: & tunc ueniet consummatio, non mundi, sed Hierusalẽ. Nã ante captam Hierusalem prædicatum est euangelium, sicut
Coloſ. 1. & Paulus dicit, Euangelium, quod prædicatum in omni quę
F sub sole creatura. Nam quod de fine Hierosolymorũ dicat, manifestum est ex sequentibus. *Quum ergo uideritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele propheta, stãtem in loco sancto, qui legit, intelligat.* Abominationem desolationis dicit statuam eius qui ciuitati imperauit, quam erexit in adytis templi. Desolationis autem dicitur, eò quòd expugnãda esset ciuitas. Abominatio vero, eò quòd statuas & imagines hominum Hebræi abominationes vocabant, odio idololatriæ.

Tunc hi qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: is qui in tecto, nõ de-
Antichri- *scendat ut tollat quicquam de domo sua: & is qui in agro, non reuer-*
ſtus, *tatur ut tollat uestes suas.* Insinuans summa pericula quæ eua
2. Theſ. 2 di non possunt, inquit quòd oportet fugere non respiciendo neque

do neque curando quid in domo sit, vel vestes, vel alia vasa. A
Quidam autem abominationem desolationis Antichristum Coloſ. 1.
existimant, eo quòd vastaturus mundum, & subuersurus sit ecclesias, ac sessurus in tẽplo. Et hæc sic, quòd qui in tecto est, id est excelsis virtutibus præditus, non descendat à summis virtutibus vt tollat ea quæ sunt corporis. Domus enim animæ, corpus. Oportet autem & ab agro secedere, hoc est terrenis, & neq; vestem tollere malitiæ, quæ vetus est vestis quam exuimus. *Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.* Prægnantes quidem non poterunt fugere, onere vẽtris grauatæ: lactantes autem propter compassionẽ erga pueros. Illos enim relinquere nequeunt, neque secum portare & Ioſephus.
simul saluare possunt. Fortassis Christus insinuat quòd & comederint pueros. Dicit enim Ioseph us quòd quum esset B
fames propter obsidionem, mulier coxerit filium suum, & comederit. *Orate autem ne fuga uestra fiat hyeme, neque sabbato.* In persona apostolorum ad Iudæos hæc dicit. Apostoli enim prius egressi erant ex Hierusalem. Iudæis igitur dicit vt præcentur ne in hyeme fiat fuga sua, eo quòd incommodum sit illis temporibus fugere, neque in sabbato: tũc enim iuxta legem otiosi sunt, & fugere non audent. Tu autem & sic intelligito, quòd oporteat precari ne fiat fuga nostra ex hac vita, hoc est mors, in sabbato, otiosis uobis à bonis operibus, neque hyeme, in sterilitate bonorum: sed in serenitate animæ, quæ non turbetur. *Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad hoc usque tempus, neque fiet. Et nisi abC*
breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: propter electos autem abbreuiabuntur dies illi. Afflictio intolerabilis tũc erit. Iusserunt enim Romanorum milites ne cui parceretur: sed Deus propter credituros ex illis, & eos qui iam crediderãt, nõ permisit simul omnes occidi. Decurrauit autem afflictiones & bella. nam si bellum crudelius fuisset, omnes qui intus erant, fame periissent. Quidam autem de Antichristi diebus hæc intelligũt: sed nõ sunt intelligenda hęc de Antichristo, sed captiuitate vrbis Hierusalem. Quæ ad antichristum pertinent, hoc loco incipiunt. *Tunc si quis uobis dixerit, Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgẽt enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducãtur etiã electi, si fieri potest.* Quoniã discipuli duas quę-

stiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

D stiones introduxerant, vnam de captiuitate Hierusalem, & alteram de aduentu domini: postquam de captiuitate dixit, inde & de suo aduentu dicere incipit, ac consummatione seculi. Quum autem dicit Tunc, nō hoc sibi vult, quòd statim post captam Hierusalem si quis vobis dicat, &c. sed tempus illud declarat quo futurum est vt id quod dicitur, hunc sensum habeat. Tunc, id est quo tempore venturus est Antichristus, erunt pseudochristi & pseudoprophete multi, & in apparitione dæmonum, qui dispergunt videntium oculos, vt quosdam decipiant: atque adeo, nisi valde sobrii sint, & iusti seducantur. *Sed ecce prædixi uobis.* Non habetis excusationem, potestis enim non decipi *Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Si-*
E *cut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usque in occidentem, ita erit aduentus filii hominis. Vbi enim fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ.* Si venerint, inquit, impostores dicentes, Christ' venit, sed in solitudine est occult', vel in domo quadam, vel in promptuariis & interioribus locis eius, ne decipiamini. Aduentus enim Christi non opus habebit quopiam qui illum demonstret, sed manifestus erit omnibus sicut & fulgur. Nam sicut illud repentinum est, & omnibus clarū, ita & ipse omnibus in mundo manifestus erit. Non enim sicut in primo aduentu de loco in locum transiuit: ita & in se-
Luc. 2. cundo, sed in momento oculi aderit. Et sicut apud mortuum cadauer congregantur statim aquilæ, quæ vultures sunt, sic
F & omnes sancti venient eo vbi Christus fuerit. Hi enim in
Iobā. 2. summa volant, & in nubes rapiuntur, sicut aquilæ. Cadauer autē dicitur Christus, quia pro nobis cecidit & mortuus est, sicut & Simeon dicit, Hic erit in casum & resurrectionē mul-
Zach. 14 torum. *Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum commouebuntur,* Post aduentum Antichristi qui breui soluetur. hoc enim declarauit per hoc q̄ dicit, statim sol obtenebrabitur, hoc est obscurabitur, non disparens, sed superatus lumine aduentus Christi, quum non erit nox, sed apparebit sol iustitiæ. Quin & virtutes cœlorum commouebuntur, hoc est obstupescent & horrescent, videntes creaturam immutari, & omnes ab Adam vsque ad illud tempus homines rationem daturos. *Et tunc apparebit signum filii*

hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt A
filium hominis uenientem in nubibus cœli cū uirtute & gloria multa. Crux tunc apparebit in cœlo supra solem fulgens, ad arguēdos Iudæos. Veniet enim Christus contra Iudæos habens crucem, vt magnam iustificandi materiam & testimonium: veluti si quis lapide percussus, ostendat lapidem. Signum autem dicit crucem, tanquam trophæum & insigne regiū. Tūc igitur plangent omnes tribus terræ Iudaicæ, lugentes suorū inobedientiam & incredulitatem, & omnes qui terrena sapiunt, etiam si Christiani sint. Tribus enim terræ dicuntur *Tribus*
hi, qui terrena sapiunt. Quannis autem cum cruce veniat do- *terræ.*
minus, veniet tamen cum gloria & virtute.

Et emittet angelos suos cum tubæ uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis, a summis cœlis usque ad terminos eo- Daniē. 12.
rum. Emittet angelos suos cum tuba vocis magnæ, vt con- B
gregent sanctos, & eos qui ex mortuis resurrexerunt, ita vt occurrant illi in nubibus. Veneratur igitur eos etiam per angelorum vocationem. Quannis autem Paulus dicat per nu- 2. Thes. 4.
bes rapi, non est his aduersum. Collectos enim per angelos, rapiunt nubes. Tuba autem dicitur ad maiorem terrorem.

A fico autem discite parabolam. Quum iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint enata, scitis quod propè est æstas. Et uos quum uideritis omnia hæc, scitote quod prope sit in foribus Quando, inquit, omnia hæc fiunt, non procul erit inter meum aduentum & mundi consummationem. Aestatem autem dicit futurum seculum, & serenitatem quæ erit iustis. Imptis enim peccatoribus hyems & turbatio maior erit. Dicit igitur, Si- C
cut videntes ramos & folia ficus, æstatem speramus: ita & si gna illa videntes, vt dixi, solem & lunam immutari, meum expectate aduentum. *Amen dico uobis, non præteribit hæc generatio, donec omnia illa fiant. Cœlum & terra præteribunt, uerba autem mea non præteribunt.* Generationem hoc loco dicit non eam quæ tunc erat, sed fidelium: quasi hoc dicens, Non præteribit generatio fidelium, donec omnia hæc fiant. Non enim quia auditis famem & pestilentiam, credatis q̄ genera tio fidelū his malis intereat, sed permanebit, & nihil illi prevalebit. Sūt qui hæc omnia de sola captiuitate Hierusalē intellexerunt, & non de secundo aduentu: vnde & sic interpretātur: Nō præteribit gnatio hæc, hoc est, vestra Apostolorū

generatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

D generatio videbit Hierosolymorum calamitates. Confirmãs autem dicta, inquit, Facilius est transire cœlum, & terrã abo leri, ac illa firma & immobilia, quàm vt quoddam ex meis dictis mendax sit. *De die autem illo & hora nemo scit, neque angeli quidem cœlorum, nisi pater meus solus.* Docet hoc loco discipulos non vt discant quærere humanã naturam transcendentia: nam dum dicit, neque angeli, admonet eos quòd discere attentant id quod angeli ignorant: & dum dicit, pater solus, prohibet eos anniti vt discant postea. Quòd si dixisset eis, Scio quidem, vobis autem dicere nolo: contristati essent vtique, quasi despecti ab eo. Nunc autem dicit quod neque filius nouit, nisi pater solus: sicut & patres sæpe cõtinent quid in manibus, deinde autem dum quærunt hoc filij, & dare ipsi
E nolunt, occultant dicẽtes, non habemus quod quæritis, & sic plorantes filios compescũt. Ita & dominus vt compescat Apostolos ne discant de die illo & hora, dixit, Neque ego scio, nisi pater solus. Scit enim & ipse horam, & diẽ illum: id quod
Ioh. 13. 17. ex multis aliis est manifestum. Omnia enim quæcunque habet pater, filij sunt: sciẽtiam autem habet diei huius, proinde & filius illam habet. Manifestius autem ex hoc: Quomodo enim possibile est ignorare filiũ, cui ea quæ ante diem, & hic cognitus est? Nam qui ad vestibulum ducit, manifestũ quòd is etiam ianuam sciat. Sed vtiliter hunc non aperuit. nobis enim scire non prodest quando erit consummatio, ne ignaui
Gen. 6 7. simus. Ignorantia enim nos facit alacres. *Sed sicut erant dies Noe, ita erit & aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus qui*
F *præcesserunt diluuium. edentes & bibentes, contrahentes matrimonium, & nuptum dantes usque ad diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec uenisset diluuium, & sustulisset uniuersos: ita erit & aduentus filii hominis.* Ad confirmationem verissimorum suorum dictorum vtitur his quæ tẽpore Noe sunt facta. tunc irridebant nonnulli arcæ præparationem, donec veniret afflictio, & inuolueret omnes. Sic & nunc aliqui irridentes sermones de consummatione seculi, sed repente, inquit, aduenit interitus. Ostendit autem quòd quum venerit Antichristus, voluptatibus erunt homines dediti, & ad nuptias & delicias propensiores, sicut in tempore Noe gigãtes. *Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, & alter relinquetur. Duæ molentes in mola, una assumetur, & altera relinquetur.* Tunc, inquit, quum omnes sine solicitudine, & sua operati fuerint opera: vnus quidem

quidem assumetur, hoc est in occursum Christi in aërem: alter autem, peccator videlicet, infra relinquetur. Sed & si serui aliqui fuerint, & molant: & in his illi quidẽ assumẽtur qui digni, relinquentur autem qui indigni. Atq; ita discimus ex hoc loco, quòd & serui & mulieres à virtute non impediuntur. *Vigilate igitur, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus est. Illud autem scitote, quòd si sciisset paterfamilias qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utiq;, & non permisisset fodi domum suam Propter hoc & uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet.* Vigilare iubet, & præparari, hoc est habere virtutis opera quasi in thesauro quodam reposita, vt quum venerit dominus repetens id quod vult, possimus dare. Vide autem quomodo non dixerit, nescio qua hora fur venturus sit: sed, nescitis. Furem autem mundi consummationẽ nominat, B & vniuscuiusque mortem. Porro insinuat hoc loco nocte aduẽtum suum futurum. Sicut igitur fur clam venit, ita & meus aduentus, vt negligentes non sitis, sed sobrij & vigilantes. Nam si sciremus quando futura esset mors nostra, illo solo die daremus operam quomodo placeremus deo: nunc autem quum ignoramus, sobrij simus semper ad virtutum opera. *Quis nam est fidelis seruus & prudens, quem præfecit dominus familitio suo, ut det illis cibum in tempore? Beatus seruus ille, quem quum uenerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.* Dubitat an futurus sit fidelis quis & prudens, vt ostendat quòd rarus talis sit, & inuentu difficilis. Duo enim exiguntur ab omni dispensatore, fides, & prudentia. Nam si quidem fidelis sit, & nihil furetur, prudens autem non sit, sed inuanum dispergat opes: vel si prudens fuerit, & furetur, nihil proderit. Igitur qui tũc inuentus fuerit fidelis & prudens, ille & multo plura cõsequetur, regnum dico cœlorum. Nam omnium quæ sunt dei, hæredes erunt sancti. Fidelis aũt seruus & prudẽs omnis etiã est qui in tẽpore dedit cibũ discipulis: sicut Paulus nũc quidẽ lacte potãs, nũc aũt sapiẽter loquẽs, fideliſq; minister, qui prius blasphemus: & prudẽs, vt nõ ignorãs cogitationes inimici. Sed & omnis qui à deo acceperit vel opes, vel potentiam, vel principatum, debet fideliter & prudenter ministrare ea, tanquàm rationem redditurus. *Quòd si dixerit seruus ille malus in corde suo, cunctatur dominus meus uenire: cœperitque percutere conseruos, imo edere & bibere cum ebriis: ueniet dominus serui illius in die quo*

C *Fidelis & prudẽs rarus.*

1. Ti. 2. 3.

2. Cor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D die quo non expectat, & hora qua ignorat, & diffecabit eum, & partem eius ponet cum hypocritis. Illic erit ploratus, & stridor dentium.
Vt dixit quomodo fidelis seruus honores habiturus sit, nunc dicit quomodo punietur malus. Nam si quis cui sunt concredita dispẽsationis dona, contemnat iudicium illud, & dicat, Moratur dominus meus, hoc est, non statim & è vestigio pœnam imponit: & sumpta occasione ex lõganimitate dei, percutiat conseruos suos offendendo scandalis, & suam cõscientiam verberet (subditi enim videntes principes donis dei male vti, scandalizãtur, & damnum accipiunt) Qui igitur talis, diffecabitur: hoc est spoliabitur dono suo, & tunc apparebit qualis sit: & mittetur in tenebras, qui prius sub figura quadã
E decipiebat: sicut multi pontificum sancti videntur propter
De fficitate põtifick dignitatem, tunc autem tolletur ab eis gratia, & sicut hypocritę puntentur. Nam quum alij sint, alij apparent.

CAPVT XXV.

Vnc assimilabitur regnum cœlorum decem uirginibus, quæ sumptis lãpadibus suis exierũt in occursum sponsi.

T *Quinque autem ex illis erant prudẽtes, & quinque fatuæ. Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus suis non acceperant oleũ secum: prudẽtes uero sumpserant oleum in uasis suis, una cum lampadibus. Tardante uero spõso dormitauerunt omnes ac dormierunt.* Sub persona virginum proponit para-
F bolam de eleemosyna: vt quoniam magnum opus est virginitas, ne quis illud vnũ curans, alia negligat, sed discat quòd absque eleemosyna etiam virgines cum scortis eiicientur. Merito aũt qui compassione caret & misericordia, eiicitur, etiam si virgo sit. Scortum enim ab affectione tyrannica expugnatur & naturali, immisericors autem à diuitiis. Quanto igitur infirmius cui obluctandum, tanto minori venia dignus est qui expugnatur ab auaritię morbo. Et fultus quidem est, qui vincit naturale incendium, & vincitur à paruarum pecuniarum cupiditate ac morbo. Dormitatio est mors. Mora autem sponsi dicitur, quia non statim secundus aduentus fit. Por-
1. Thes. 5. ro medio noctis clamor factus est, *Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & apparauerunt lampades suas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt, Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Et responderunt prudentes dicentes,*

centes, Nequaquam, ne non sufficiat nobis & uobis: sed ite potius ad A
eos qui uendunt, & emite uobisipsis. Porro dum irent emptum, uenit sponsus, & quæ paratæ erant, introierunt cum eo ad nuptias, clausaque est ianua, Postea uero ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes, Domine, domine aperi nobis. At ille respondẽs ait, Amen dico uobis, non noui uos. Vigilate itaque, quia nescitis neque diem neque horam qua filius hominis ueniet. Media nocte dicit clamorem fieri, vt ostendat quòd sic inexpectatus veniat dominus, quasi media nocte omnes dormiamus profundo somno. At cum clamore
venit. tuba enim sonabit in secundo aduentu. Lampades au- Mẽs lam
tem animæ nostræ: & vniuscuiusque mens, lampas est: quæ pas ẽ, uir-
tunc accenditur, quando habet oleum virtutum, & misericor tutibusq;
diam. Fatuæ autem virgines ideo, quòd tunc requirant oleũ, accẽditur
quum non sit negociandi tempus. Porro prudentes dicunt, B
Ne forte non sufficiat nobis & vobis. Virtus enim proximi mei vix sufficiet illi ad defensionem, tantum abest vt & mihi. Ex suis enim quique operibus iustificabuntur, non proximorum. Sed fatuæ ad vendentes abeũt, hoc est ad pauperes. Cæterum quod dico, hunc sensum habet: Pœnitudine ducuntur fatuæ, eò quòd eleemosynam non fecerint: & nunc primum sciunt quòd à pauperibus oporteat nos oleum emisse. Hoc igitur est quod dicit abire ad vendentes vt emerent oleum: hoc est, mente abierunt ad pauperes, & secum cogitarũt quale bonum sit eleemosina: sed clausa est eis ianua. Post vitã enim istam non est tempus pœnitendi & operandi. Proinde dominus dicit illis, Nescio vos. Misericors & miserator
dominus nescit immisericordes. Quomodo enim dissimiles C
& alienos à se nosset? Scito insuper omnem animam à deo Post hanc
habere illustrationem & lampadem, & omnes surgere in oc- uitã nõ est
curium domini. Omnes enim desiderant occurrere & con- tẽpus pœ-
iungi deo, sed deo dante lampadem & illustrationẽ, prudentes nitẽdi &
quidem bene operando oleum immittũt, fatuæ autem si- operandi.
nunt lampadem sine oleo. Excluduntur igitur non habẽtes
bona opera, propter quæ accenditur in illis lumen. nisi enim bona opera faciamus, extinguitur lumen dei in nobis. Excludãtur nõ habẽtes bona opera.
Sicut enim homo quidam peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & huic quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii uero unũ, unicuiq; secũdũ propriã facultatẽ, & profectus est statim. Abiit autem qui quinq; talenta acceperat, & operatus est in eis, & confecit altera quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *eratur est & ipse duo altera: q aũt unũ acceperat, abiẽs fodit ĩ terrã, & abscõdit pecuniã domini sui. Post multũ uero tẽporis uenit dominus seruorũ illorũ, & ponit rationem cum eis.* Quum dixisset supra
Ca.24. quòd nesciatur dies quando venturus sit dominus, apponit & parabolam hanc, ostendens quòd repente venturus sit. Sicut enim homo peregre proficiscens, ita & dominus imperauit seruis & hæc atque ista commisit. Peregre autem proficiPeregre profectus cur dicatur Christus. sci dicitur, qui propter nos factus est homo Christus, vel secundum quòd ascendit in cœlos, vel secundum quòd longanimis est, & nõ statim exigit opus, sed expectat. Serui autem
E illius, quibus concrediti sunt ministerij sermones, vt episcopus, sacerdotes, diaconus, & spiritualia dona accipientes: illi quidem plura, hi vero minora, vnusquisque secundum propriam facultatem, hoc est secundum mensuram fidei & puri ficationis. In vas enim quod ego daturus sum deo, in illud mittet donũ suũ: si paruũ dedero paruũ dabit & ipse donũ: si magnũ magnũ ipse quoq; dabit. Statĩ aũt q quinq; talẽta acceperat, abiit & operatus est. Vide sedulitatẽ illi⁹, quomodo nihil neglexit, sed statim operatus est duplicãs quod accepeTalẽtũ duplicare egs dicatur. rat. Qui enim non solum sibi soli prodest, siue prudentiã habeat, siue diuitias, siue potentiam & authoritatem apud reges, siue quẽcunque aliam vel artem vel facultatem, sed & aliis vult prodesse, is duplicat quod sibi datum est. Qui autem talẽtum fodit in terram, is est qui suæ tãtum vtilitatis curam habet, & non aliorum, qui & condemnatur. Et si bona mentis & studiosum hominem videris, qui ingenio suo ad negoF ciationes, dolos & terrena opera abutitur: de illo dicas quòd defoderit talentum suum sub terra, hoc est in terrena opera. Post multum autem temporis venit dominus qui dederat argentum vel eloquia sua. Argentum enim igne probatum, elo
Psal.11 quia dei. vel simpliciter omne donum quod clarum & insignem facit hominem, argentum dictum est. Et conuocat illos, vt rationem ab his qui talenta acceperant, audiat. *Et accedẽs is qui quinq; talẽta acceperat, attulit alia quinque dicens, Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce altera quinque lucratus sum per ea. Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. intra in gaudium domini tui. Accedẽs autem qui duo talenta acceperat, ait, Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum per ea. Ait illi dominus eius, euge serue bone & fidelis super pauca fuisti fidelis, supra mul-*

ta te constituam. intra in gaudium domini tui. Accedens autem & A qui unum talentum acceperat, ait, Domine, noueram te quòd homo durus es, metẽs ubi non seminasti, & inde congregans ubi non sparsisti, ac territus abii, abscondique talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius dixit ei, Serue male & piger, sciebas quòd metam ubi non seminaui, & congregem illinc ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam mensariis, & ueniens ego recepissem utique quod meum est, cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit: qui uero non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. illic erit fletus, & stridor dentiũ. Ambo hi qui in cõcreditis operantur, laudãtur à domino eodem modo. Euge serue bone & fidelis, vterq; audit. Per bonum autem hic omnino intelligi- B mus misericordem & liberalem, qui suam bonitatẽ & proximis impartit. Qui autem super pauca fideles apparent, super multa constituuntur. nam licet hic dona consequamur, ea tamen cum futuris non sunt conferenda. Gaudium autem domini, inessabilis lætitia, quam habet deus gaudens in operibus suis, sicut Dauid dicit. Tali igitur gaudio gau- Psal.103. dent sancti in operibus suis lætantes: sicut & contrà peccatores dolent in operibus propriis: & sancti gaudẽt quòd tam diuitem habeant dominum. Vide autem quòd & is qui quinque, & is qui duo talẽta acceperat, eadem bona consequãtur. Quando enim quis etiam pauca acceperit, & datum sibi donum, licet paruum sit, bene dispẽsarit, æqualem honorẽ adepturus est cũ eo qui magna habuit, & fecit. Vnusquisq; enim C vt acceperit, ita & excelsus videbitur, si bene egerit. Porro serui grati ita se habẽt: at ignauus & piger aliter respõdet, & vt se dignum est. Durum enim dominum nominat, sicut & nũc multi doctorum dicunt, Durum quidẽ, requirere ab hominibus obedientiam, quibus deus nõ indidit obedientiã, & persuasibilitatẽ, hoc enim insinuat, Metis vbi nõ seminasti, hoc est, cui nõ dedisti vt obediret, exigis ab illo vt obediat. Dicẽs autem durum dominum seruus, seipsum cõdemnat. Nã quoniam durus erat, debebat magis diligẽs esse, vtpote durum & crudelem dominum sortitus. Nam si aliena exigit, multo magis sua exiget. atq; ita oportebat & te multiplicare quæ acceperas, & facere discipulos à quibus debitũ repeteres. Nũmularios autẽ discipulos nominat, tanq̃ eos qui probent sermo-*

D nes & reprobēt, Verū vsurā exigit à discipulis, operū scilicet exhibitionem. Discipulus enim à doctore sermonē accipiēs, habet quidem illum & reddit integrum, amittit autem & vsurā, boni operationē. Tollitur enim à malo & segni seruo donū. Qui eñ acceperit donū, accepit vt aliis prosit, etiāsi illo nō vtatur, sed decoquat. qui vero multiplicare studet, maiorē sibi cōciliabit gratiā. Diligentiā enim adhibēti dabitur māior gratia, ita vt abūdet. Studiū aūt nō adhibēs, & dono quod videtur habere, priuabitur. Negligēs enim, & qui nō operatur per ea quæ accepit, non habet donū, sed videtur habere-nā perdidit sua negligētia. *Quā aūt uenerit filius hoīs in gloria sua, & oēs sancti angeli cū eo, tūc sedebit super sedem gloriæ suæ, & cōgregabūtur ante eū oēs gentes, & separabit eos alteros ab alteris,*
E *sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet quidem oues a dextris suis, hœdos aūt a sinistris.* Quoniā primus aduēctus dñi in ignominia fuit & opprobriis, dicit, quū venerit in gloria sua, In secūdo eñ cū gloria aderit angelorū se stipantiū. Primū aūt separat sanctos à peccatoribus, liberās eos à labore, & statuit, & tūc loquit eis. Itaq; oues vocat sanctos, qa māsueti sunt, & fructū nobis ac vtilitatē dant, vt oues, lanā videlicet suppeditātes ad diuinum & spūalem amictū: & lac, hoc est cibū congruū: hœdos aūt peccatores. in præceps enim vadūt, & incōpositi, & sterriles vt hœdi. *Tūc dicet rex his qui a dextris sibi erunt, Venite benedicti patris mei, possidete regnū in hereditatem pa-*
Ephe. 1. *ratum uobis ab exordio mūdi. Esurui enim, & dedistis mihi edere: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, &*
F *operuistis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere erā, & uenistis ad me. Tūc respōdebūt ei iusti dicētes: Domine, quādo te uidimus esurientem, & pauimus? aut sitientem, & dedimus tibi potū? quādo aūt uidimus hospitem, & colligimus te? aut nudū, & cooperuimus te. Aut quādo te uidimus infirmū, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respōdens rex dicet illis, Amen dico uobis, quatenus feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Nō antea præmiat vel punit, quàm diiudicet. Misericors eñ est: & nos docet idipsum quod non antea debeamus punire, q̄ ré discusserimus. Sic enim excusatione magis carebūt, qui præcedēte iudicio puniūtur. Porro sanctos vocat benedictos, vt à patre susceptos. Hæredes aūt ipsos facit regni, ostēdens q, deus eos participes faciet regni sui, vt filios suos. Nō eni dixit, accipite: sed, possidete regnū in hæreditatē, vt paternā substantiā. Iā fratres minimos vocat vel

cat vel suos discipulos, vel oēs simpliciter pauperes. Omnis A enim pauper, frater est Christi, quandoquidem & Christus *Oīs pau-* in egestate vixit. Vide aūt dei iustitiam, quomodo laudet ac *per, fra-* prædicet sanctos. Vide item & illorum æquitatem, quomodo *ter christi* negent se illum pauisse: sed dominus ea quæ pauperibus sunt facta, in semetipsum suscipit. *Tunc dicet & his qui a sinistris erunt, Discedite a me maledicti in ignem æternū, qui paratus est dia-*
bolo, & angelis eius. Esurui enim, & non dedistis mihi cibū: sitiui, & non dedistis mihi potū: hospes eram, & non me collegistis: nudus, & non operuistis me: infirmus & in carcere eram, & non uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes, Domine, quādo uidimus te esu-
rientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicēs, Amen
dico uobis, quatenus non feciſtis uni de minimis his, nec mihi feciſtis. B *Et ibunt hi in supplicium æternū, iusti uero in uitam æternam.* Eos qui à sinistris, in ignē mittit, qui præparat' est diabolo. Quia enim compassionis expertes sunt diaboli, & hostiliter & inimice erga nos affecti sunt, merito idem supplicium habent, *Ignē deus* qui eiusdē voluntatis sunt, qui & propriis operibus maledicti *non homi-* facti sunt. Vide autem quòd deus ignē non præparauit homi- *nibus. sed* nibus. suppliciū enim non fecit propter nos, sed propter dia- *dæmōibus* bolum; ego autē memetipsum supplicio facio obnoxiū. Hor- *parauit,* resce igitur ô homo quum cogitaueris hoc, quod illi neq; vt *nos aūt in* scorta, neque vt latrones, neque vt qui graue aliud flagitium *illū nos cū* perperrarunt, puniuntur, sed vt hi qui bonum non fecerunt. *iicim'. Im-* Profectò si bene cōsideras, raptor est qui multa habet, & non *misericors* misereatur, etiāsi neminē manifesta cōtumelia afficiat. Quia *raptor est* enim quædam habet quibus nō indiget: rapit omnino ab his C qui egent, & non accipiunt ab ipso. Nam si in cōmune ea posuisset, fuissent vtique & illi non indigni. nunc autē quia reclusit, & propria fecit, propterea illi esuriunt: atque ita & raptor est qui immisericors, tanta afficiens iniuria, quantis beneficiis afficere potuisset illum, & non affecit. Sicut autē sancti incessabile habent gaudium, ita iniusti indefinentem pœnam: tametsi Origenes negetur dicens fore supplicio rum fi- *Cōtra O-*
nem, & non semper puniendos peccatores, sed fore aliquādo *rigenem.* tempus, quando in iustorum venturi sint consortiū purgati à pœnis. Arguitur autem ex hoc loco manifeste. nā dominus dicit, Suppliciū æternū, hoc est, nunq̄ definens. Vnde & ouibus cōparat iustos, hœdis autē peccatores. sicut enim hœdus

Universidad de Deusto
Biblioteca

D nunq̃ fit ouis, ſic nũquã peccator purgabitur & erit iuſtus. Tenebræ autem exteriores, quæ procul ſunt à luce diuina, & propterea grauiorem faciũt pœnam. Poteſt itẽ & cauſa quædam afferri ad hęc. Peccator enim in hac vita in tenebris eſt. nam excidit à ſolę iuſtitiæ: ſed quia ſpes eſt cõuerſionis, propterea non ſunt tenebræ illæ exteriores. Porro vbi mortuus fuerit, & inſtiterit examẽ factorum, excipiunt eũ exteriores. Non enim vltrà conuerſionis ſpes eſt, ſed ſuſtinet omnigenã diuini ſplendoris priuationem. Quãdiu enim hic eſt, etiamſi bona dei min⁹ vberti ſuſcipiat (loquor de ſenſibilibus & creatis) videtur eſſe quodammodo ſeruus dei, dum in domo eius, hoc eſt in creaturis verſatur, ab ipſoque alitur & educatur. Tunc autem omnibus modis à deo diuiditur, nihil commu-
E ne cum illius bonis habens. Hæ ſunt per comparationem te-
Opa mĩæ ſpalia. nebræ exteriores, eò quòd hic non omnibus modis peccator reſecatur. At tu fuge immiſericordiam, & fac eleemoſynas, & alias quidem ſenſibiles, alias autem ſpirituales. Paſce Chriſtum, qui eſurit ſalutem noſtram. Sed & eſurientem doctrinas ſi paueris & potaueris, pauiſti Chriſtum & potaſti. In Chriſtiano enim Chriſtus eſt, & fide paſcitur, & creſcit doctrinis. Sed & ſi videris peregrinum à ſuperna patria, induc
1. Cor. 3. tecum & collige, hoc eſt, dum ingrederis in cœlos, introduc & illum, ne aliis prædicans, ipſe ſis reprobus. Et ſi quis incorruptionis veſtem abiecerit, quam per baptiſmum induit, & nudus ſit, induc illum. Et infirmum fide (vt Paulus dicit) aſſume: & vinctum in carcere, hoc eſt copore illo tenebroſo,
F inuiſe, illi quaſi ſplendorem admonitionem donans. Has ſex ſpecies charitatis omnes imple quidẽ corporaliter, imple autem & ſpiritualiter. nam quum duplicis naturæ ſimus, poſſunt hæc & bifariam perfici.

CAPVT XXVI.

Luc. 22. Iohan. 11. E T factum eſt, quum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis, Scitis quia poſt biduũ⁹ paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Quia regni meminit, & retributionis, tempeſtiue conſequenter & de paſſione ſua diſſerit, quaſi dicens, Etiam hi qui me crucifixerint, igne punientur. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſcribæ, & ſeniores populi, in atriũ principis ſacerdotũ, qui dicebatur Caipha, & conſilium inierunt vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.

occiderent. Dicebant autem. Non in die feſto, ne tumultus fiat in popu A
lo. Quum lex præciperet vt vnum tantum haberent pontificem per omne illius vitæ tempus: illi cõtra legem multos faciebant, quos quotannis mutabant. idcirco ad pontificem illius anni veniunt de homicidio conſilium inituri, vbi oportebat magis homicidas puniri. Pontifex autem nunc dicit ad eos qui iam annuo miniſterio fungi debebant, ſed ſceleratam cædem perpetraturi erant, nec deum, ſed homines timebant. Timuerũt enim, ne quo pactò ſi in die feſto illum occidant, excitaretur tumultus: vel etiam quia tunc offerenda erant omnia ſacrificia in lege decreta, ne populus propter homicidium à ſacrificiis abſiſteret, perderentq; ipſi lucrum quod ex ſacrificiis habebant. Fortaſſis autem & hoc timuerunt, ne forte in die feſto occiſo, illius mors nobilior & clarior fieret. o- B
ptabant enim memoriam eius abolere. Illi igitur ante feſtum conſilium inierũt, vt vel forte poſt diem feſtum occiderent. At non quando illi voluerunt, ſed quando ipſe voluit pati, permiſit eis, per tempus ſcilicet paſchæ vt quando typicum Iohã. 10.
paſcha, tunc & verum paſcha fieret. Diſcere autem & illos cæcidis auidos fuiſſe poſſumus. Nam qui nolebant illum occidere, quum inuenerunt proditorem, occiderunt contẽpta etiam turba, modo voluntas eorum fieret. Quum autem eſſet Ieſus Mulieres
in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens quot un-
alabaſtrum unguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius recum- gentes do
bentis. Quidam dicunt tres eſſe mulieres quæ vnxerint do- minum.
minum vnguento: alij autem duas dicunt: vnam apud Iohannem, quę eſt Maria ſoror Lazari: aliam, cuius Matthęus me- C.
minit, quæ eadem cum illa quæ apud Marcum & Lucam. Si- Marc. 14
monem autem hunc leproſum quidam dicunt fuiſſe patrem Lucæ. 7.
Lazari, quem Chriſtus à lepra purificarit, & apud eum cœnarit. Dicitur autẽ quòd & Ieſus qui dixerat diſcipulis ſuis, Abite ad quẽdam, & oſtendet vobis cœnaculum ſtratum: ad illum miſerit eos. Denique & ſuſcepit (vt dicunt) dominum: qui & apud illum perfecit paſcha. Mulier igitur quum vidiſſet eum, qui leproſum purificarat, cõfiſa eſt quòd & ipſa peccatorum cõſequeretur remiſſionẽ, & purgaretur à lepra animæ. Magnam autem fidem oſtẽdit, quòd tam pretioſum vnguentum & abſque parſimonia in caput eius effudit honorem exhibens membro præcipuo. Et tu quoque ſi lepra laboras, & phariſaica lepra inflatus es, quæ à deo ſeparat: ſuſcipe

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Iesum in domum tuam,& vnge eum vnguento virtutum. Potes enim parare vnguentum Iesu,qui lepram tuam purgauit, & caput eius perungere. Quod autem est caput Christi?diui
Psal.104 nitas eius,cui fragrãtia virtutum offertur. Dirigatur,inquit, oratio mea sicut thymiama in conspectu tuo domine. Affer igitur fragrantiam vnguẽti ex multis virtutibus confecti diuinitati Christi. Nam si non solum hominem illum esse docueris,sed dixeris & deum:tunc caput suum, hoc est diuinitatem fragranti vnguento perfundes, hoc est, theologum ages. *Videntes autem discipuli indignati sunt,dicẽtes, Ad quid perditio hæc? Potuit enim istud unguentum uenũdari magno, & dari pauperibus. Eo autem cognito, Iesus ait illis, Quid molesti estis mulieri? Opus enim bonum operata est erga me. Nam semper pauperes habe-*
E *tis uobiscũ, me uero non semper habetis.* Discipuli quoniã multa de eleemosyna habendaq; eius magna ratione audierant,reprehenderunt mulierem magis quẽrentem misericordiã dei, quàm honorem in illum. Ille autem increpauit discipulos,eò quòd intempestiue mulierẽ reprehẽdissent. Non enim sum-

Non quæ sũma sunt exigenda sunt ab iis qui nuper ad fidẽ ducti sunt.

ma exigere ab his qui nuper ad fidẽ adducti sunt,maxime ab infirma muliere, sed mediocrem eorũ fidẽ suscipere oportet. Quando igitur quis offert deo donũ,ne auerseris illum,neq; constringas alacritatem eius, abducens illum vt det pauperibus:sed sine implere oblationem. Quòd si quis consilio tuo indiguerit vtrum oporteat facere,pauperibus dare,vel offerre deo,consule illi vt det pauperibus:at quũ offert,indignum
F est auersari illum. Decet enim vt honorem quem deo debemus, præferamus simpliciter omnibus, etiam misericordiæ. Noli enim quia propter misericordiam Christus suscipit in se misericordiam quasi sibi facta esset,existimare quòd oportet contemnere deum,& eleemosynam tantum curare: quia sic & sacrilegium liceret, & ex sacrilegiis esset eleemosyna danda. Verum non sic se habet, quia non est idem, misereri pauperum, & colere ac honorare ipsummet Christum. Audi. Pauperes enim, inquit, semper habetis vobiscum, me autem non semper. Vides igitur quomodo aliud sit curam impendere Christo, & aliud misereri pauperibus, tametsi Christus suscipiat perinde ac si in se collocetur, quod pauperibus impenditur. *Quòd enim hæc unguentum hoc misit super corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo,*

hoc quoque quod hæc fecit, narrabitur in memoriam ipsius. Docet A
nos quòd mulier hæc iuxta diuinam dispensationem hoc fecerit, præsignans mortem illius,& corporis sepulturam. Nõ *Mysteriũ unctionis*
enim tulisset Christus vnguento vngi,nisi mysterium quoddam subfuisset. Vnde futurum, sicut deus prædixit, quòd in *Mariæ*
gloriam eius vbique prædicetur res quam fecit mulier. Vide *Magdalenæ.*
autem dei misericordiam, quomodo mulierem magnis donis remunerat. Facit enim eam memorabilem vbique, quandiu suum euangelium duraturum. Quomodo autem sepultura eius præsignatur vnguento? Mos erat Iudæis cum vnguento mortuorum corpora sepelire,sicut & Aegyptij faciebant, vt incorrupta manerent, nec fœterent. Ostendit igitur, inquit,ex hoc quòd vnguẽtum effudit, corpus meum breui sepeliendum. Hæc autem omnia dicit demulcens & dehortãs B
Iudam,per quem sepulturæ tradendus erat. Intellige itẽ per anagogen,leprosum quidem esse gentilem populum: mulierem autem peccatricem, congregationem & ecclesiam ex gẽtibus,quę vnguẽtum,hoc est fidem, in Christi caput,hoc est deitatem effudit. Omnis enim credens deum esse Christum, vnguentum effundit in caput Christi. Iudas autem qui increpauit mulierem(sicut Iohannes dicit) figuram tenet Iudæorum:qui vsq; in hunc diem contra ecclesiam murmurant.
Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, & ait illis, Quid uultis mihi dare, & ego tradam il
lum? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tempore quæ-
rebat opportunitatem ut eum traderet. Quum aliena mulier meretrix tantum exhibere honorem,tunc discipulus abiit pro- C
diturus illum. Non enim frustra adiicitur, tunc abiit, sed vt ostendatur impudentia Iudæ. Addidit autem Iscariotes, vt *Duo Iudæ*
notiorem eum redderet. Erat enim & alius Iudas, qui Leb- *Iscariotes*
bæus dicebatur: hic vero proditor erat à pago qui dicebatur *& Lebbæus.*
Iscara. Illi autẽ constituerunt triginta argenteos,hoc est,decreuerunt vt ei darentur, id est appenderunt. Quærebat igitur opportunitatẽ vt illum traderet eis. Timebant enim turbam,& idcirco coũduxerunt Iudam vt indicaret eis quando solus esset. *Primo autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum,dicentes ei, Ubi uis paremus tibi ad edendum pascha? At ille dixit, Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit tempus*
meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dmam azymorum diem vocat, quę diē azymorum pręcedit vt sic dicam, quinta feria manducaturi erāt pascha, post quā sequitur parasceue. Prima azymorum vocabatur in lege, eo ꝙ festum incipiebat à vespera, qua vescebantur azymis. Dominus igitur mittit discipulos quinta, quam nominat Euangelista primam azymorum: quia prima vespera erat qua comedebant azyma. Accedunt igitur discipuli & rogant, Vbi vis paremus tibi ad edendum pascha? Non enim habebāt vel ipsi vel illi proprias ædes. Mittit autem illos ad hominē qui non cognoscebatur neq; cognoscebat, sicut & de asina fecerat: monstrās illis quòd possit nudis verbis persuadere etiam eis qui planè se non cognoscant, vt se excipiant. Voluit autē pascha perficere, ne legi cōtrarius esse videatur. Tempus vero suum nominat immolationem. vt discamus quòd nō ignorans neq; inuoluntarius immoletur. Adiicit præterea, Apud te faciam pascha, id est, in domo tua cum discipulis meis: vt pararetur quantum sat esset multis qui simul esuri erant.

Pascha quare perfecit Christus.

Vespere autem facto discumbebat cum duodecim, & edentibus illis, dixit, Amen dico vobis, quod unus uestrum me proditurus est. Et mœsti redditi uehementer, cœperunt singuli dicere ei, Num ego sum domine? Ex hoc putant quidam quòd hoc anno non comederit dominus pascha. Dicunt enim quòd stantes comedebant agnum. Christus autem recumbens tradidit suum sacramentum. primùm enim perfecit figuralia, deinde verum perfecit. Pronunciat autem de Iuda, vt reueritus corrigatur, & si ob nihil aliud, saltem vel ob communem mensam, vel quòd sciret se proditurum deum corda cognoscētem. Discipuli vero turbabantur: & licet purum cor haberent, ac sanā conscię tiam, attamen magis credebant Christo, quàm sibiipsis, eo ꝙ ille melius sua corda cognosceret quàm ipsi. *At ipse respondens ait, Qui intinxit mecum manum in catino, hic me proditurus est. Filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo: uæ autem homini illi per quem filius hominis proditur. Bonum erat ei si natus nō fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit, Num ego sum Rabbi? Ait illi, Tu dixisti.* Manifeste proditorē reprehēdit: quoniam quum clām reprehenderetur, non emendabatur. Propterea manifestat illum, dicens, Qui intinxerit mecum: vt vel sic corrigatur. Verum Iudas impudēs intingebat in catinum. Deinde dicit, filius quidem hominis vadit sicut scriptum est, hoc est, etiam si prędefinitum sit Christum pati ad salu

ad salutem, non tamen propter hoc colendus Iudas, sed væ illi. Non enim vt cooperans diuinæ voluntati hoc fecit, sed suam malitiam perficiens. Nam si diligenter consideraueris, noluit Christus prędecedenter crucifigi. Insinuat autem illud per hoc quòd deprecatur poculum. Quoniam autē sciebat ante omnia secula ꝙ aliter non esset possibile saluari hominem: propter malitiam inimici voluntarium fit, quod prædecedenter non erat volitum. Dicens autem, bonum esse hominem illum non esse natum: ostendit substantiam peccati aliā à natura. Obserua autem verbum uadit. significat enim peregrinationem magis quàm mortē, suam occisionem. *Vescentibus autem eis, accepit Iesus panem, & quum egisset gratias, fregit, deditq; discipulis, & dixit, Accipite, comedite, hoc est corpus meum.* Apposuit autem vescentibus, vt ostenderet crudelitatē Iudę: quia in mensa & communione ciborum illius, quādo si & fera fuisset, mansuetiorē se exhibuisset: tunc neq; quum argueretur, intellexit, sed & corpus illius gustans non pœnituit. Quidam autem dicunt quòd egresso Iuda tradidit sacramentum aliis discipulis. Proinde & nos sic facere debemus, & malos à sacramentis abarcere. Gratias quoq; agit fracturus panem, vt & nos erudiat cum gratiarum actione panem offerē dum, & vt ostendat se cum gratitudine fractionem sui corporis, hoc est occisionem suscipere, neque ægre ferre, ceu in re quę displiceat sibi: vt & nos cum gratitudine martyrium aggrediamur. Porrò dicens, Hoc est corpus meum, ostendit ꝙ ipsum corpus domini est panis qui sanctificatur in altario, & non respondens figura. Non enim dixit, hoc est figura, sed, hoc est corpus meū. Ineffabili enim operatione transformatur, etiam si nobis videatur panis: quoniam infirmi sumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maxime hominis carnem: & ideo panis quidem apparet, sed caro est. *Et accepto poculo, gratias actis, dedit illis dicēs, Bibite ex hoc omnes: hic est enim mini est, sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Sicut vetus testamentum immolationē habebat & sanguinem, ita & nouum testāmentum sanguinē habet, ac immolationem. Pro multis autē dicit effundi, hoc est pro omnibus. Sunt enim & omnes multi. Quare autem supra quidem non dixit, Accipite, comedite omnes: hoc autem loco, Bibite ex eo omnes? Sunt qui dicant propter Iudā hoc dictum. Iudas enim panem accepit, & non comedit, sed occultauit,

A

B

C

Panis qui sanctificatur in altario, corpus

1.Cor.11.

Hebr.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D cultauit, vt monstraret Iudæis quòd panem corpus suum vo
caret Iesus: poculum autem innitus bibit, quum non posset
occultare. Propterea hoc loco dicebat, Bibite omnes. Iuxta
anagogen autem dicunt, quòd non sit omnium accedere ad
solidum cibum, sed perfectiorum: bibere autem omnium sit.
Idcirco hoc loco dicebat, Bibite omnes. Simpliciora enim
dogmata recipere omniũ est. *Dico autem uobis, quod non bibam*
post hæc ex hoc fructu uitis, usque in diem illum quum illud bibam
uobiscum nouum in regno patris mei. Sumpto poculo renunciat
corporali potioni. Nouum autem promittit, id est nouum
Luc.24. quendam modum sumptionis, in regno, hoc est in resurre-
Iohan. 21 ctione. Quũ resurrexisset enim, comedit ac bibit nouo quo-
Actuũ.10 dam modo. non enim quasi indigeret cibo, corporalem sum-
E psit cibum: sed vt crederetur vera corporis natura. Regnum
Regnũ re autem meritò suam resurrectionem nominat. tunc enim vin-
surrectio- xit mortem, & re ipsa regem se comprobauit. Vel etiam sic
nẽ nomi- intelligas. Nouum poculum, reuelatio est sacramentorum
nat. dei: hoc est, in secundo aduentu reuelabuntur quæ vere sunt
noua, qualia non audiuimus vspiam. Cæterum bibere dici-
tur Christus nobiscum, eo quòd nostram vtilitatem cibum
& potum suum existimat. *Et quum hymnum dixissent, exierunt*
in montem oliuarum. Postquam cœnauit, hymnum dixerunt:
vt discamus & nos sic facere. In montem olueti venit, & non
in alium locum, ne putaretur fugere. non enim in ignotum
locum secedit, sed in eum qui Iudæis notus erat. Secedit au-
tem à sanguinaria ciuitate, quam reliquit ut persequantur, &
F arguat illos postea qui & cedentem insectati fuerint.
Zacha.13 *Tunc dicit illis Iesus. Omnes uos scandalum patiemini per me in ista*
Iohan.16 *nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues*
gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæa.
Futura tanquam deus prædicit. Et vt non offendantur quasi
ab ipso acrius accusati, dixit scriptum esse, Percutiam pasto-
rem, & dispergentur oues gregis. hoc insinuans, Ego contí-
neo vos, mea autem abitio vos dispérget. Percutere autem di
citur pater filium, eo quòd voluntate, hoc est, permissione
eius crucifixerunt Iudæi dominum: quia quum ipse posset
eos prohibere, & non prohibet, dicitur percutere propter
permissionem. Deinde soluens eorum tristitiam, euangeli-
zat eis, Resurgam, & præibo, hoc est, præueniam vos in
Galilæam. indicans hoc loco relicturum se Hierusalem, &
ad gentes

ad gentes concessurum. Galilæam enim gentiles inhabitãt. A
Respondens autem Petrus dixit illi: Etsi omnes scandalizati fuerint
in te, ego tamen nunquam scandalum patiar. Dicit illi Iesus, In
hac nocte prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Ob multam
mentis confidentiam Petrus solus pollicebatur se non scan-
dalizatum iri, & idcireo permisit illum Christus cadere, vt
doceat ne quis in seipso confidat, sed in deo: & fide digniо-
ra existimanda verba Christi, quàm nostram conscientiam:
quoniam & superbia plenum erat dicere, Si omnes scanda-
lizati fuerint. Ostenditur enim esse arrogans, & ignorans
suam infirmitatem. Prædicit igitur dominus illi & horam,
quòd in illa nocte, & prius quam Gallus cantet: & nume-
rum negationum, nempe quòd ter negaturus sit.
Dicit illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, neutiquam te B
negabo. Similiter autem & omnes discipuli dicebant. Tunc uenit Ie-
sus cum illis in uillam quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis.
Sedete hic donec uadam & orem illic. Petrus genuinam suam
affectionem declarare volens, contradicit saluatori: libera-
tus autem à proditionis metu, ex magno amore & ambitione
cœpit & contra alios insurgere, & Christo reluctari: sed &
alij discipuli nondum experti tentationes, ex ignorantia pol
liciti sunt quæ præstare non potuerunt. Transiit autẽ Chri
stus in locum seorsum oraturus. Ocio enim & sequestratio- Ocio opus
ne opus habent preces. *Et assumpto Petro & duobus filiis Ze-* habẽt præ
bedæi cœpit affici dolore ac mœstitudine. Tunc dicit illis Iesus, Tristis ces & se-
est anima mea usque ad mortem. Manete hic, & uigilate mecum. Et cessu.
progressus paululum, procidit in faciem suam, orans & dicens, Pater C
mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Verumtamen non sicut ego
uolo, sed sicut tu. Non omnes assumit discipulos, sed tres tan
tum, quibus ostenderat gloriam in monte Thabor: ne quum
vidissent eum orantem & laborantem, scandalizarentur. Cæ
terũ & illos relinquit, & abit in secretissimũ locum, ac orat.
Porrò q̃ mœstus est & piget, per dispensationem fiebat, vt
credatur verus esse homo. Humanæ enim naturæ est timere
mortem, eò q̃ præter naturam ingressa est mors, & propterea
illam fugit natura, Item vt ignoret diabolus, & inuadat eum
vt purum hominem, quò conficiatur ipse morte, & sic conte-
ratur. Vel aliter, Si dominus mortem non timuisset, dedisset
Iudæis excusationem quòd nó peccassent, quòd ita citra me-
tum ad mortẽ prosiliisset. Ex hoc item discimus ne nos ipsi
in ten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D in tẽtationem iniiciamus, sed precemur vt liberemur ab eis. Et propterea non longa distantia à discipulis progreditur, sed prope tres discipulos manet, vt audientes eum memores sint vt & ipsi in tentationibus precentur similiter. Calicẽ uo ro passionem nominat, vel propter somnum quem facit, vel quòd lætitiæ causa sit ac nostræ salutis. Vult autem transferi calicem, vel vt monstret hominem naturaliter deprecari mortem, sicut prædictum est: vel quòd noluit Iudæos tã gra ue peccatum peccare, propter quod destrueretur templum, periretque populus. Verũtamen paternam voluntatem fieri vult: vt & nos discamus quòd licet natura nostra reluctetur, deo tamen magis obtemperare quàm nostram voluntatẽ im plere debeamus. *Et uenit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro, Adeo non potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate, & orate ne intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, at caro infirma.* Quoniam audax erat Petrus, & alii discipuli, arguit illorum infirmitatem, quòd temeraria fuerint loquuti: & Petro præsertim sic loquitur, Vna hora non potuistis vigilare, & quomodo animas vestras pro me ponetis? Sed iterum postquam reprehensione eos perstrinxit, curat dicẽdo, Spiritus quidem promptus est, at carnis oblucta tur imbecillitas. Hoc est, venia vos dignor, quòd nõ propter contemptum obdormiueritis, sed propter infirmitatem. Vnde posthac, quia infirmi estis, non fitis iam audaces: sed ora te vt in nullam intretis tentationem. Alii autem, Ne intretis in tentationem, intelligunt, ne uincamini à tentatione mea. Non enim iubet nos sine tentatione esse, nam tentationes nos coronant, sed ne à tentatione absorbeamur, & intremus in ventrem eius quasi bestiæ cuiusdam, hoc iubet orare. Nã victus à tentatione, ingreditur in eam, hoc est, absorbetur ab ea. *Rursus altera uice abiit & orauit dicens, Pater mi, si non potest hoc poculum transire à me nisi bibam illud, fiat uoluntas tua. Et uenit & reperit eos iterum dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis iterum abiit, & orauit tertio eundem sermonem, dicens.* Disce homo continuo precari in tẽtationibus, audiés & dominum sepe orasse. Quum autem inuenisset iterum dormientes, nõ reprehendit, ne tristitia afficeret: sed reliquit & abiit, ac orauit tertio, cõfirmãs se hominẽ esse. Ternari⁹ esti nũer⁹ veritatis demõstratiuus & cõfirmatiu⁹ est. *Tunc uenit ad discipulos suos, & dixit illis, Dormite iam & requiescite. ecce appropinquauit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorũ. Surgite eamus. Ecce appropinquauit qui me tradit.* Ostẽdens q̃ non opus habeat illorum subsidio quando traditur, dicit illis, Dormite nũc, & requiescite. Vel per ironiam dixit, quasi ita diceret, Ecce appropinquauit proditor, & si placet vobis, & permittit tempus, dormite. Excitat igitur illos a loco illo vbi orabat, & accedit ad eos qui se comprehensuri erant, & occurit eis quasi lætum quippiam sibi oblaturi venirent. Et illa quæ precatus est, precatus est vt credibilior esset dispensatio, & q̃ voluisset non pati, vt seruarentur Hebræi à perditione quæ eis imminebat propter peccatum suum.

Neq; nosipsos i tẽtationes conijcere debemus.

A

Et illo adhuc loquente, ecce Iudas unus ex duodecim uenit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi a principibus sacerdotũ & senioribus populi. Is uero qui tradebat eum, dedit illis signum, dicens, Quemcũque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim Iohã. 17. *accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. & osculatus est eum. Dixitq; illi Iesus, Amice, ad quid ades? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & ceperunt eum.* Vides arma põtificum qualia sint? Ligna, & gladii. Ita erant pacifici, & spiritum mansuetudinis habentes. Vnus autẽ ex duodecim dicit euangelista, admiratus q̃ ex primis & electis esset, diabolõq; se tradidisset. Vnde homo & tu time, licet ex familiarissimis sis, ne vnquã desidiæ vaces, & excidas. Signum autem dedit Iudas, eo q̃ nox erat, & non poterant internoscere. Et aliter, Qui venerant ad comprehendendum, non erant ex turba tot, quot ex seruis pontificum, qui omnino cognouissent Iesum, Sed Iudas notum facit eis magistrum osculo. Nam quum sciret bonitatem domini, audebat illum oscular. Ille autem fert vsq; ad nouissimam horam, studens sua longanimitate illum lucrari. Quum autem neque sic emendatus est, tunc fecit illos cadere, vt vel cadendo agnoscãt ipsius virtutem. Vnde quũ neque sic destiterunt à sua temeritate, tũc semetipsum eis exposuit. Aliter quoque & Iudam amicum vocat, incessans eũ, & blandiens, quasi diceret, vnde nam amici osculum? Quod vero dicit, Ad quid ades? hoc est, qua intentione hic ades? Nunquid vt amicus? sed non oportebat cum gladiis aduenire. nunquid vt inimicus? & quomodo oscularis? Arguit igitur cum vt dolosum. *Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu, extendens manũ exemit gladium suum, & percutiẽs seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc dicit illi Iesus. Conuerte gla-*

B

Iudã Chrũ stus oĩ ſtis dio reuocare nisus

Gene. 9.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

D te gladium tuum in locum suum: Omnes enim qui acceperint gladiũ,
Esa. 53. gladio peribunt. An putas quod non possim nũc rogare patrem meũ,
Iohã. 18. & exhibebit mihi plures quam duodecim legiones angelorum? Quo
pacto igitur implebuntur scripturæ? quia sic oportet fieri. Petrus
erat qui gladium exemerat, vt Iohannes dicit. Habebat autẽ
gladium, quo agnum paschalem mactarat. Non arguimus
autem Petrum, quoniam non pro se, sed pro magistri zelo ar
dens hoc fecit. Dominus vero qui stipatur angelicis exercitibus, docet nõ vtendum gladio, etiam si cui deum vltionem
exquirere videatur. Porro Petrus amputans auriculã, ostendit Iudæos inobedientia laborare. Deinde & dictũ legis ponit, quod homicida & ipse occiditur. Lex eñ hoc dicit, quod
qui acceperint gladium, moriantur gladio. Infinuat autem
E quòd Romanorum gladio perituri essent Iudæi, cõtra se gla
dium accipientes. Iam quod nõ dixit, Possum exhibere duodecim legiones angelorum: sed, orare patrem meum, dispen
satiue dicit sicut homo, propter suam infirmitatem. Multa
enim tunc erant quibus humana veritas ostendebatur, vt ſudor & timor: & nõ visus fuisset verisimilia dicere, si dixisset,
Possum ipse adducere angelos. Pro duodecim igitur, inquit,
Legio quid. apostolis. astitissent mihi duodecim exercitus angelorum, si
quidem voluissem. Legio enim est magnum agmen, nempe
sex millia equitum. Oportet igitur, inquit, hæc omnia fieri,
vt impleantur scripturæ quæ hæc prædixerunt. Non quòd
ideo Iudæi mali, quia prædixerunt scripturæ: sed quia Iudæi
hæc mala volũtate facturi erant, ideo spiritus sanct⁹ ea scripturis prodidit. *In illa horã dixit Iesus turbis, Tanquam ad latro*
F *nem existis cum gladiis & fustibus ut comprehendatis me: quotidie*
apud vos sedebam docens in templo, & non me cepistis. Hoc autẽ to
tum factum est ut complerentur scripturæ prophetarum. Ostendit stultum illorum conatum, & quòd non fortitudinis illo
rum fuerit, se comprehendi. Quando enim, inquit, erã in tẽplo, volebatis me comprehendere, & quia non concedebam
vobis, tunc non poteratis: nunc autem sponte meipsum offero. nam scio impossibile scripturas, quæ vestrã prædixerunt
malitiam, mendaces esse. *Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi comprehensum Iesum duxerunt ad Caiphan principem*
sacerdotum, ubi scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum procul, usque ad atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem. Alii quidẽ discipuli

discipuli fugerunt: Petrus vero feruentiori erga magistrum af A
fectu, sequebatur procul. Quãuis autem & Iohannes sequeretur, non tamen vt discipulus, sed vt notus pontifici.

Principes autem sacerdotum & seniores & totum concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut morti eum traderent: & nõ
inuenerunt. Et cum multi falsi testes accessissent, non inuenerunt.

Ad Caipham ducunt eum, nam ille erat pontifex anni illius, vbi & reliqui pernoctabãt, non comedẽtes tunc pascha,
sed expectantes, vt occiderent dominum. ita præuaricabantur legem. Dominus enim & ipse legitime comederat, illi ve
ro cõtemnunt legem, modo occidant Christum. *Nouissime*
autẽ uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dicit, Possum destruere templum dei, & in triduo ædificare illud. Et surgens princeps sa
cerdotum dixit illi, Nihil respondes eur isti aduersum te testimonium B
dicunt? Iesus autem tacebat. Et respondens princeps sacerdotum ait
illi, Adiuro te per Deum uiuum, ut dicas nobis an sis Christus filius
dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. Vere illi erant falsi testes. Christus enim non dixerat, Possum destruere, sed soluere: & nõ Ioan. 2.
dixit templum dei, sed hoc, id est corpus meum. Et iterũ nõ
dixit, ædificabo, sed excitabo. erantque illi manifestarii falsi testes, qui dicebant Christum alia dixisse quàm dixerat.
Iesus igitur quum sciret iudicium eorum iniustum, tacebat: quibus enim signa nihil persuaserãt, quomodo persuasissent
responsa? Porro pontifex cupiens illum blasphemum declarare, rogat, vt si dixerit, Ego sum filius dei, tãquam blasphemus condẽnetur. Si autem negauerit, testificatus sit cõtra se- C
metipsum At dominus, qui comprehendit sapientes in versutia sua, respondit, Tu dixisti. hoc est, tuũ os cõfessum est q 1. Cor. 3.
ego sum filius dei. *Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis fi-* Iohan. 5
lium hominis sedentem a dextris uirtutis, & uenientẽ in nubibus cæ
li. Ex daniele propheta hic loquitur. Ille enim inquit: Vi- Daniel. 7
debam sicut filium hominis venientẽ in nubibus. Nam quia
putabant impostorem esse, eo quòd in humili vestitu appa
rebat, Videbitis, inquit, me tunc cum virtute venientem, &
assidentem patri. Virtutem enim hic patris dicit: & non in
terra, sed à celo venientem. *Tunc princeps sacerdotum discidit*
uestimenta, dicens, Blasphemauit: quid insuper egemus testibus? Ec- Vestimẽ-
ce nunc audistis blasphemiam eius: quid uobis uidetur? At illi re- torũ sciſſi-
spondentes dixerunt, Reus est mortis. Mos erat Iudæis quan- onis symbolum.
do quid intolerabile accidebat, disrumpere vestem.

Sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Sic & Caiphas, quasi manifestarius ille blasphemus esset, de cepturus populum hoc faciebat, quasi hac ratione cogens alios dicere hunc reum esse mortis. Verūtamen discite quòd Caiphas rupit vestimenta sua, sacerdotium veteris legis esse
Mar. 13. disruptum & ablatum significare. *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alii autem palmas in facie eius dederunt, dicentes, Vaticinare nobis Christe, quis est qui te percussit?* Quando condēnatus est, tunc ignominiosa multa contra eū fecerunt: & expuerunt in eum, obtegentes (vt alius Euange-
Lucæ. 22. lista inquit) faciem eius. Nam vt prophetam eum habebant,
Colaphizare. ideo ita inspuerūt in eum. Colaphizare autem est manibus percutere, & simul incuruatis digitis & pugno cædere.

Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla di
E *cent, Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicas. Quum autē exisset in uestibulum, uidit eum altera ancilla, & ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit eum iureiurando, Non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro, Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua te manifestum facit. Tunc cœpit detestari & iurare quod non nosset hominem. Et continuo gallus cāuit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu, qui dixerat ei, priusquam gallus cā tet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amarè.* Immenso timore laborās Petrus, oblitus est promissionum, & humanæ seruit imbecillitati, quasi vita defunctus nescius quid dicat. Intellige autem per anagogen, quòd ab ancilla Petrus repre henditur, hoc esse humanæ infirmitatis & seruilis affectio-
F nis indicium. Donec gallus cantens illum recordari fecit.
Ephe. 5. Gallus autem est sermo, qui non finit nos torpere & dormire, sed dicit, Vigilate. &. Surge qui dormis. A sermone igitur tanquam à gallo quopiam excitatus Petrus egressus est foras atrium principis sacerdotum, hoc est, ambitum excæcatæ mentis, & egressus ab insensibilitate, flenit amarè. Quandiu enim erat in atrio excæcatæ mentis, non fleuit, neque enim sentiebat. postquam autem exiuit, sentire cœpit.

CAPVT XXVII.

Ane autem facto consilium inierunt omnes principes
Mat. 15. M *sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, ut eū*
Iohā. 18. *morti traderent. Et uinctum eum adduxerunt, & tra-*
diderunt

diderunt Pontio Pilato præsidi. Vide diabolum quomodo om- A
nes illos comprehendat in diebus illis, persuadens eis vt occidant, quum sacrificare & offerre debeant pro aliorum peccatis, ignorantia, & purgatione. Illi autem Iesum & ligāt, & adducunt ad Pilatum præfidem, qui à Ponto erat, Romanis A Ponto autem tributarius, & ab eis in Iudæam præses missus, Tradi Pilatꝰ di-
derunt itaque dominum Pilato, vt seditiosum, & virum qui ⁊us Pōtiꝰ
tyrannidem meditatus esset. *Tunc uidens Iudas qui eum tra-*
diderat quod damnatus esset, pœnitudine ductus retulit trigin-
ta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens, Peccaui,
tradens sanguinem innocium. Illi autem dixerunt. Quid ad nos? tu ui
debis. Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se
suspendit. Tarde sapere incipit, & pœnitet quidem, non autem recte. Nam suum pœnitere bonum erat, suffocari autem B
diabolicum. Proinde non ferens ignominias subsequuturas, seipsum è vita subduxit. Oportebat lachrymari, & propitiationem quærere proditorem. Quidam autem dicūt quòd Iudas quum auarus esset, sperabat proditione Christi multū lucri, & Christum non occisum iri, sed euasurum, sicut sæpius & antea. quum autem tunc vidisset condēnatum vt moreret, pœnitentia rei ductus est, quòd alium quam opinabatur exitum res sortiretur. Ideireo & se strangulauit, vt præueniat Iesum in inferno, & ibi orando salutem assequatur. Verū scias quòd posuit quidem collum suum in laqueum, & quum pen- Iudæ
deret ab arbore, arbore inclinata superuixit, deo volente ip- mors.
sum vel in pœnitentiam conseruare, vel in traductionem & C
confusionem. Dicunt enim quòd morbo hydropico laborarit, ita vt transire non potuerit orbitam, & deinde cecidisse pronum, & crepuisse medium, hoc est distruptum esse, vt di- Actu. 1.
cit Lucas in Actis. *Principes autem sacerdotum acceptis argen-*
teis dixerunt: Non licet eos mittere in Corbonam, quia precium san-
guinis est. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in se-
pulturam peregrinorum, quapropter uocatus est ager ille, ager san-
guinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est
per Hieremiam prophetam dicentem, Et acceperunt triginta argen Hiere. 11
teos precium æstimati, quem æstimatum emerunt a filiis Israel, &
dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Cor- Corbona
bonam dicebant thesaurum in templo, in quem mittebāt do quid.
na quæ deo offerebantur. Vide autem quomodo deus infa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duet illos, vt traducatur mens illorum sanguinaria. Vsque in hũc enim diẽ dicitur ager sanguinis, vt oẽs sint memores quod dominũ occiderint. Discе autem & hoc, quòd & apud Iudæos fuerit in precio hospitalitas: vnde in sepulturã peregrinorum agrum illum emerunt. Confundamur igitur nos, qui vitæ perfectioris videmur esse, & peregrinos despicim⁹. Precium autẽ æstimati, hoc est Christi. Inæstimabilis enim fuit, & æstimatus est à filiis Israel, hoc est, precium eius constituerunt filii Israel, pacti cum Iuda vt darẽt illi triginta argenteos. *Iesus autem stetit ante præsidem: & interrogauit eum præses dicens, Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cũ accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quam multa aduersus te dicant testimonia? Et non respondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præses uehementer.* Quasi capitalium criminum reus fistitur Pilato, & interrogatur num inuaserit, & coniurauerit, & attentarit regnare Iudæis? Iesus autem dixit illi, Tu dicis. sapientissimo responso dato. Neque enim dixit, Non sum: sed medio quodam modo dixit, Tu dicis. Hoc enim potest & sic intelligi, Sum sicut dicis. Et sic, Ego quidem hoc non dico, tu autẽ dicis. Aliud vero responsum non dedit. Sciebat enim iniustũ fore iudiciũ. Proinde admiratus est Pilatus dominũ & quod contẽneret mortem, & quòd tam eloquens & multa habens quæ responderet, nihil reponderet, sed accusatores contẽneret. Discamus & nos hoc loco quomodo gerere nos debeamus in iudicio iniusto, ne quid dicamus, ne tumultus maior oboriatur, neue maiore condemnatione digni fiamus his qui defensiones nostras audire nolunt. *In festo autem cõsueuerat præses turbæ dimittere unum uinctum quem uoluissent. Habebat autem tunc uinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Cõgregatis ergo illis dixit Pilatus, Vtrum uultis dimittam uobis, Barabbã, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod propter inuidiã tradidissent eum.* Pilatus studebat absoluere, tametsi lentius q̃ oportebat, debebat enim se pro veritate obiicere. Primũ quidem interrogabat dominũ, Nõ audis quid illi contra te testificentur? Interrogauit autem: vt si Christus se excusaret, haberet occasionẽ absoluendi eum, At quum nõ defenderet se Christus, sciens se non dimissum iri quantũuis se excusaret, aliã viam inuenit Pilatus, & cõfugit iam ad cõsuetudinem, quasi sic

Apud Iudæos q̃ in precio hospitalitas..

quasi sic diceret, Si non vt innocentem dimittitis Iesum, etiã A
si dãnatus sit, detis tamen hoc festo Quomodo suspicari potuisset Pilatus q̃ innocentem ad crucifigendum peterent, & reum dimitterent? Sciens igitur non esse reũ, sed inuidia traditum, ideo interrogat eos. Vnde ostendit se plus q̃ æquum erat molliorem. oportebat enim pro veritate periclitari. Itaque dignus est condemnatione, tanq̃ veritatis suppressor. Ba *Barabbas*
rabbas autem interpretari quis potest filium patris. Bar esh filius, abbas autem pater. Iudæi igitur filium patris sui diaboli postularunt, Iesum autem crucifixerunt: & vsque in hunc diem filio patris sui Antichristo adhærent, Christum autem abnegant. *Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eũ uxor eius, dicens, Nihil tibi cum iusto illo. multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt* B
turbis ut peterẽt Barabbam, Iesum uero perderent. Respondens autẽ præses ait illis. Vtrũ uultis uobis è duobus dimittã? At illi dixerũt, Barabbã. Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciã de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt ei oẽs, Crucifigatur. Præses autẽ ait, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes, Crucifigatur. Videns autẽ Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua manus abluit coram populo, dicẽs, Innocẽs ego sum a sanguine iusti huius, uos uidebitis. Et respondens uniuersus populus dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbã, Iesum autẽ flagellatũ tradidit ut crucifigeretur. O miraculũ, qui iudicat, à Pilato, vxorẽ eius terret. Ipse autẽ nõ videt somniũ, sed vxor, vel q̃ ipse indignus erat, vel q̃ nõ crediturus, habitusq; fuisset ad gratiã loqui: fortassis etiã tacuisset talia, quũ esset iu- C
dex. Prouidentiæ autẽ opus somniũ factũ, non vt absoluatur Christus, sed vt seruetur vxor. Quo igitur non absoluit illũ? Quia non erat integrũ dimittere illũ, qui de tyrãnide accusabatur. Verũ oportebat causas inquirere illũ, num milites conscriberet, nũ arma fabricaret: nunc autẽ quasi mollis & mutus cedit, & idcirco nõ caret reprehẽsione. Nam quũ peterẽt illi insignem illũ malefactorẽ, dedit: de Christo autẽ interrogat, quid igitur faciã de Iesu? Quũ em̃ iudex esset, poterat ipsum vi eripere. sicut & Paulũ tribun⁹ militũ. Illi autẽ dicebãt, Crucifigaẽ. Nõ solũ occidere volẽtes illũ, sed & malã causam im- *Act. 21.*
pingebãt. Crux enim pessimorũ suppliciũ erat. Porro Iuaẽ, 22.
vt purũ se ostendat, nõ ignarus odii. Iustum em̃ nominãs ie- *Crucis*
sum, homicidis illũ tradidit. At illi in se suscipiũt vltionem *supplicii.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D hoc homicidio dignam, qua & grauati sunt, Romanis ipsos & ipsorum pueros perdentibus: & vsque in hunc diem Iudęi & illorum pueri experiuntur à se sanguinem illius requiri. nam ob suam incredulitatem persequutionem patiuntur ab omnibus. Flagellauit autem Iesum, hoc est, verberauit, vel illis gratificans, vel ostendens quòd & ipse illum condemnet. & non innocẽtem hominem crucifixuri sint, sed ignominia notatum. Impletum igitur est & illud, Dorsum meum dederunt ad flagella. *Tunc milites præsidis suscipiẽtes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem, & cum exuissent eum, circundederunt ei chlamydem coccineam, & coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & arũdinem in dextera eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et quum expuissent in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.* Hoc loco impletur dictum Dauid, Opprobrium insipienti dedisti me. Milites enim quum insipientes essent, se digna faciebant. Chlamyde pro purpura vt regem induerunt, calamum pro sceptro dederunt, coronam pro diademate. Adorabant autem illudentes. hoc enim significat genu flectere, hoc est adorare. Vide quomodo nullam nõ contumeliæ speciem exercuerint, iniuria afficientes, faciem sputis, caput corona, manum calamo, reliquum corpus chlamyde, aures verbis irrisoriis. Veruntamen omnia quæ illi faciebant, per irrisionem faciebant. Tu tamen intellige ea, quæ maioris sunt mysterii. Chlamys enim coccinea naturam no
F stram significat, quam quum sanguinaria esset, & cædis rea, suscepit, & indués sanctificauit. Corona autem ex spinis peccata sunt, ex curis huius vitæ prouenientes, quæ cõsumit sua deitate Christus. præfiguratur enim per caput deitas. Calamus, nostræ infirmæ carnis symbolum est, quam suscepit do
Psal. 117 minus, sicut & Dauid dicit, Dextera domini exaltauit me. Auribus autem suscipiendo ignominias, sanauit serpentis sibilũ per aures Heuæ ingressum. *Et postquã illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum uestimentis suis, & adduxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum, nomine Simonem: hunc adegerunt ut tolleret crucẽ eius.*

Tres dicunt Simonem portasse crucem Iesu, Iohannes autem dicit ipsum dominum portasse. verisimile est autẽ vtrũque factum. Primum enim portauit Iesus crucem, quum nullus portare vellet. In via autem inuento Simone, imposuerũt ei crucem.

ei crucem. Tu autem & hic disce, q̃ Simon interpretari quis A
potest obedientiam. Qui igitur obedientiam habet, ille crucem Christi fert. Sed & Cyrene, quæ vna Pentapoleos est, significat quin que sensus cogendos ad ferendum crucem.

Et uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus. Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtum: & quum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes: ut impleretur quod dictũ est per prophetam, Diuiserunt sibi uestimenta mea. & super uestem meam miserunt sortem. Et sedentes obseruabant eum illic, & imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam, Hic est rex Iudæorum. Psal. 21.

Cranii locus dictus est, eo quòd dicunt qui traditiones tenẽt, q̃ Adam illic sepultus sit. Sicut enim in Adã omnes morimur, B
ita & in Christo omnes viuificari oportebat nos. Ne turbe- Roma. 5.
ris autem quòd Euangelistæ quidam dicant acetum cum fel 1. Cor. 15.
le allatũ esse domino, & Marcus vinum myrrhatum, Iohan- Mar. 15.
nes vero acetum, & fel cum hyssopo. Multi autẽ mortis mo- Iohã. 19.
di fuerunt, quãuis in cruce moriatur Christus, vt & lignum sanctificet per quod maledicti fuimus, & omnia benedicat: & cælestia, quæ per supremam partem crucis: & terrena, quæ per suppedaneum: & fines terræ, orientem & occidẽtem, qui per trãsuersas partes crucis signantur. Sed & extẽdit manus, vt in vluas suscipiat & congreget filios dei dispersos. Diuidunt autem vestimẽta eius milites, vt frugalis, & nihil aliud habentis. Titulũ autem quem dixit alius Euangelista, Matthæus dixit causam. Assripserunt enim cuius gratia crucifixus esset, nempe vt rex Iudæorum, & rerum nonator. Illi igi C
tur regnum assripserunt pro accusatione. Veruntamen testimonium illud fidele etiam ab inimicis adductum. Rex quidem est dominus, qui ad hoc venit, vt saluet Iudęos. Quia autem carnales Iudæi voluerunt illum super se regnare, rex sit spiritualium Iudæorum, hoc est confitentium. Iudæus enim Iudæus.
confitens dicitur. *Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus a dextris, & alter a sinistris. Prætereuntes autem conuicia iaciebãt in eum, mouentes capita sua, & dicentes, Tu ille qui destruebas templum, & in triduo ædificabas, serua temetipsum: si filius dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum, illudẽtes cũ scribis & senioribus, dicebant, Alios seruauit, semetipsum non potest seruare. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in deo, liberet eũ nunc si uult: dixit enim, Filius dei sum.* Idipsum Iohan. 2.

D *autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.* In contumeliam Christi crucifixerunt cum eo duos latrones, vt ipse iniquus existimetur cum illis. Figura autem erant duorum populorum, Iudaici & gentilis, qui vterque præuaricatores erant & flagitiosi, ac exprobrates Christo, sicut & prigentiles ad mum ambo latrones improperabant. Alter autē & posterior umbrabāt resipiscens, confessus est regem: ideo & dicebat, Memor esto mei in regno tuo. Sic & gentilis quoque populus blasphemabat. Diabolus autem submittebat dicentem, Si filius es dei, descende de cruce, vt incitatus descendat de cruce, & intereat salus omnium quæ est per crucem. At Christus, quia filius est dei, non obediuit inimico: vt & tu discas quod nō sit diaboli technis cedendum, sed bene operandum, etiam si homines male de nobis sentiant. *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens, Heli, heli, lamasabachthani, hoc est, Deus meus deus meus, cur dereliquisti me? Quidam autē illic stantium quum audissent, dicebant, Heliam uocat iste. Et cōtinuo currens unus ex eis, quum acceptam spongiam implesset aceto, impo suit arūdini, dabatq; ei ut biberet. Cæteri uero dicebant, Sine, videamus an ueniat Helias liberaturus eum.* Tenebræ factæ nō erāt iuxta naturæ ordinē, vt ex eclipsi solis. neq; enim quādo est decimaquarta luna, fit solis deliquiū: quū autē crucifigeret, omnino decimaquarta luna erat. pascha eīn Hebræorū tunc fiebat. vnde super naturā erāt. Erat autē in toto mūdo, nō in parte mūdi, sicut in Aegypto: vt monstretur quod lugeat in passione cōditoris creatura, & quod à Iudæa lux recesserit, Iudæi quoque petentes signum è cœlo, nūc videāt solē obtenebrari. Sexta aūt die homo est cōditus, qui & sexta hora de ligno comedit. Qua igitur hora dominus hominē condidit, eadē & lapsum curauit. Sexta die & sexta hora cruci affixus est. Hebraīco autē idiomate dicit, ppheticū, vt mōstret q; nō pugnet cū veteri scriptura. Quod aūt dicit, Vt quid me dereliquisti? ostēdit se hominē verū, & nō iuxta apparentiā rātū naturalē habere appetitū vitę. Sicut eīn in mœstitudine fuit aū crucē, ostēdēs timorē naturæ nostrę cōgruētē, sic & nunc inqt, Vt qd me dereliqsti? insinuās naturalē viuēdi cupiditatē. Etenim vere hō erat, nobisq; p oīa similis, absq; peccato. Quidā aūt hoc sic intellexerūt, qđ saluator in se psonā gerat Iudęorū, & dicat, Vt quid dereliqsti Iudaicū populū ò pater vt tantum

Latroner crucifixi eā domūo Iudęos & gentiles ad umbrabāt

Eclipsis in morte Christi innaturalis.

Mar. 8. Luc. 11.

vt tantum admittat peccatū, & perditioni tradatur? Christus enim tanquam ex Iudęis natus, dereliquisti me dicit, hoc est, meam coguationem, meumque populum: vt quid me dereliquisti, quod per seipsum tale malum faciat? Turbæ autē quū non intellexissent, vocem illam, nempe agrestes, & imperitæ propheticorum dictorum, putabant quòd Heliam vocaret. Non enim omnes Iudęi prophetica sciebant, sicut neq; nunc Christiani omnes forte ea quæ in Euangeliis. Cæterum acetum ei in potum dabāt, vt moreretur priusquam veniret Helias adiuturus eum. Vnde alij dicunt: Sine, videamus num veniat Helias, hoc est, sine eū, ne facias mori, vt sciamus an iuuetur ab Helia. *Iesus autem quum iterum clamasset uoce magna, emisit spiritum. Et ecce uelum templi scissum est in duas partes a summo usque ad imum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et egressi e monumētis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.* Clamat magna voce Iesus, vt sciamus verum esse quod dixit, Ego potestatē habeo vt ponam animam meam. Animam enim suam ponit sua potestate. Quæ autem erat vox? Pater, in manus tuas commēdo spiritum meum. Non enim coactus, sed voluntarius emisit spiritum. Hoc enim significat, commēdo. Infinuat autem se illam iterum repetiturum. depositum enim & commendatum iterum assumitur. Gratia autem domino, quod illo moriente & spiritum suum in manus patris commēdante, ex eo tēpore & sanctorum animę in manu dei ponuntur, & non, vt prius, in inferni penetralibus: atque ita mors Christi facta est sanctificatio nostra. Idcirco & magna voce inclamat mortem, non audentem accedere nisi vocaret. Velum autem templi erat linteum quoddam in medio templi pendens, discernensque ab his quæ intra, ea quæ extra, vt interstitium. Scinditur hoc, demonstrante deo quòd templum inaccessum & nunquam visum, cuius intima velamen secludebat, soluatur & prophanetur, ita vt omnibus sit spectabile. Nonnulli alias causas afferunt, & quòd reuelentur omnia legalia, quæ prius litera vt velamento quodam erant cooperta: & quæ prius obscura erāt, ac plena ænigmatibus, manifestētur nunc in Christo impleta. Et sicut erat mos Iudæis ī blasphemiis cōtra deū scindere vestes, ita nunc quoque diuinum templum quasi ægre ferens Christi mortem, disrupit vestem suam, hoc est ve-

Ioh. 10.

Velum templi quid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D lum. Posset quis & alia dicere: sed hæc sufficiant. Elementa vero commota declarãt eum qui patiebatur, opificem suum, & factam rerum transmutationem. Scriptura enim terræmotum in rerum alterátione ponit. Facta igitur est mutatio visitationis dei à Iudæis in gentes. Et petræ, hoc est lapidea gentilium corda, diuisa sunt, & susceperunt semen veritatis. Et mortui peccatis surrexerũt, & venerũt in ciuitatem sanctam, supernam illam Hierusalem, apparueruntque multis per latam viam incedentibus, & apparentes exẽplar illis facti sunt vitæ bonæ & cõuersationis. Nam qui viderit quẽpiam prius ab affectionibus suis mortuum, conuersumque & ingressum in sanctã illam quæ in cœlis est ciuitatẽ: imitatur illum per E omnia, conuertiturque & ipse. Verum hęc ita intellexisse curiosius fuerit. Tu autem cognosce quòd mortuorum resurrectio, quæ facta est in cruce domini, significarit & eorum qui in inferno fuerint, liberationem. Apparuerunt autem multis qui tunc resurrexerunt, vt ne phantasma esse videretur quod fiebat. Resurrexerunt autem illi tantum signi gratia, manifestumque est illud, quòd iterum mortui. Quidam autem dicũt quòd postquàm Christus resurrexit, resurrexerint & illi: sed nescio an hoc sit recipiendum. *Centurio uero, & qui cum eo erant custodientes Iesum, uiso terræmotu, & his quæ facta fuerant, timuerunt ualde, dicentes, Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ e longinquo spectantes, quæ secutæ fuerant Iesum a Galilea, ministrantes ei, inter quas erat Maria magdalene, & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorum Zebedæi.* Centurio F homo ethnicus signis credit cum his qui secum erant: Indæi autem qui legem & prophetas audierant, increduli manent. Tantum malum est malignitas. Et testificatur hic Centurio Christum. Mulieres vero spectantes ea quæ fiebant, vt sunt compatientissimæ, & genus damnatum: primæ fruuntur bonorum contemplatione. Et discipuli quidem fugiunt, mulieres autem fortes sunt. Maria autem matrem Iacobi & Iose, Deiparã dicit. Iacobus enim & Ioses filij erant Ioseph è priore eius vxore. Verum quia Deipara vxor Ioseph dicebatur, merito & filiorum eius dicebatur mater, hoc est nouerca, Mater autem filiorum Zebedæi Salome dicebatur, quam & ipsam Ioseph filiam aiunt. *Vespere autem facto uenit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, & ipse discipulus fuerat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, ac postulauit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.*

Scriptura terræmotũ in rerũ alterationẽ ponit.

Resurrexerunt in morte domini multi iterũ morituri.

Ioseph uxorẽ habuisse & liberis habuisse dicit Theophylactus

corpus. Et quum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud in sindone mũda, posuitque illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra, & aduoluto saxo ingenti ad ostium monumenti, abiit. Erant autem ibi Maria Magdalene & altera Maria sedentes contra sepulchrum. Delitescebat quidem olim Ioseph, nunc autem magnam rem audet, ponens animam suam pro corpore magistri, tantasque inimicitias Iudæorum suscipiens. Porro pro magno dono donarum est illi corpus Iesu. nam quum vt seditiosus esset occisus, reliquum erat vt insepultus abiiceretur. Verum quum Ioseph diues esset, verisimile est quòd Pilato aurum dederit. Proinde corpus quod acceperat, honorifice tractans in sepulchro nouo recondidit, in quo nullus vnquam positus erat: id quod diuina dispensatione factum, ne quum resurrexisset dominus, posset quis dicere quòd alius ante eum sepultus illic B mortuus resurrexisset: & idcirco fuit monumentum nouum. Maria autem Magdalene, & altera Maria, hoc est Deipara, quam supra dixerat Iose & Iacobi matrem, ambæ assederunt ad sepulturam: ita vt quum furor Iudæorum cessaret, abirent & abluerent corpus, ac inungerent. De his mulieribus dice- *Esai. 27.* bat Esaias, Mulieres veniẽtes à spectaculo, venite. non enim populus est habens intellectum. Manifeste loquitur de Iudaico populo, qui crucifixerat dominum, quòd non habeat intellectum. Aduocat igitur mulieres, vt populum quidem intellectu carentẽ derelinquerent, ad apostolos autem accederent, & illis resurrectionis Euangelium prędicarent. *Postera autem die quæ sequitur Parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatũ dicentes, Domine, recordati sumus quòd C impostor ille dixit adhuc uiuens, Post tres dies resurgã. iube ergo munirí sepulchrum usque in diem tertium, nequãdo ueniãt discipuli eius, & furẽtur eum, dicantq; plebi, surrexit a mortuis: & erit nouissimus error peior illo priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite munite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, obsignato lapide, adhibitis custodibus.* Non nominat sabbatum sabbatum: eo quòd non erat sabbatum quantum ad Iudæorum insaniã attinebat. Quũ enim lex pręcipiat ne quis se moueat die sabba- *Deut. 8.* ti à loco suo: pręuaricatores Iudęi vadunt ad alienigenã Pilatum, & nõ ad congregationẽ quam lex permittebat. Et ipsi quidem sua malitia instigantur vt vadant ad sepulchrum, & muniant sepulchrum: Dei autem dispensatione hoc factũ, vt resurrectio inimicis testibus comprobetur, dum sepulchrũ munitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

D monitur & custoditur. Interrogatione autem dignum, vnde Iudæi sciebant Christum tertio die resurrecturum? Nondum
Marc. 8. enim dominus nude & manifeste eis hoc dixerat. Dici potest
Lucæ. 11. quòd à figura Ionæ cognouerint, præsertim quum Christus
Ionæ. 2. dixerit, Sicut Ionas fuit tribus diebus in vētre ceti, ita & ego
Iohan. 2. in vētre terræ. Vel ex illo quod dixit, Soluite tēplū hoc, quod prius intellexerunt, sed putabant quòd de tēplo Iudaico sentiret, & ideo testimonium hoc contra eum protulerunt: nunc autem vbi cognouerunt quòd sepulchrū dixerat corpus proprium, timent, & impostorem cognominant, neque post
Custodia. mortem à malitia cessant. Cæterum custodia Romanum nomen est. ita enim milites ad custodiēdū ordinatos nominat.

E

CAPVT XXVIII.

Marc. 16 Lucæ. 14 Iohan. 10

Esperа autem sabbatorum, quæ lucescit in vnam sabbatorum, venit Maria magdalene & altera Maria ut viderent sepulchrum. V *Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cœlo, & accedēs deuoluit lapidem ab hostio, sedebatque super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimentum eius candidum sicut nix. Præ timore autem eius cōcussi sunt custodes, & facti sunt ue lut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere uos. scio enim quòd Iesum qui crucifixus est, queritis. non est hic, surrexit enim, sicut dixit. Venite, uidete locū ubi positꝰ erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius quòd surrexit a mortuis: & ecce*
F *præcedit uos in Galilæam: ibi eū uidebitis. ecce dixit uobis. Et digressæ celeriter a monumento cum timore & gaudio magno currebant ut*
Idem sunt uespa sabbatorum, profundū crepusculū diluculi, & valde mane. *renunciarent discipulis eius.* Vesperа sabbatorū eadem est cum profundo crepusculo diluculi apud Lucam, & valde mane sole oriente apud Marcum. Solem enim eo loco intelligere debemus matutinos solis radios. Ab octaua enim hora noctis principium est futuri diei, & matutinum videtur appetere. Tunc igitur vesperum erat sabbati, principium autem dominici diei, quam vnam sabbatorum nominat. Sabbatum enim dicebant dies hebdomadę. Vnam aūt, hoc est primā, itavt dominicus dies vna sit sabbatorum, hoc est prima dierū sabbati. Ad primam enim statim & secunda dicitur, deinde tertia, & deinceps reliquæ. Resurrexit igitur dominus lapide adhuc super sepulchrum posito. Postquam autem resurrexit dominus,

dominus, & angelus venit, vt deuoluto lapide accessum habeant mulieres ad sepulchrum. Fit autem terræmotus, vt ex- V
eiciuntur custodes, & discant nouum quod fiebat. Surrexit igi- Q&o Chrē
tur dominus triduanus. Quomodo autem tres dies? Sexta ho- stꝰ triduanus.
ra parasceues crucifixus est. ab illa vsque ad nonam fuerunt tenebræ, per has mihi noctem intelligas. Iterum à nona, lux, hoc est dies. ecce diem & noctem. Iterum nox parasceues, & dies sabbati. ecce secundo diem & noctem. Nox quoque sabbati, & diluculum dominicæ, iuxta Matthæum, quod illucescebat in vnam sabbatorum. A diluculo enim & dies totus numeratur. ecce tertiò diem & noctem. Potes & aliter tres dies numerare. In parasceue tradidit spiritum, ecce vnum diem. Sabbato in sepulchro fuit, ecce secundus dies. Nocte dominicæ resurrexit, & à parte numeratur vt dominica in álium B
diem, & ita tres dies. Nam & de defunctis dicimus, si vnus moriatur circa decimam horam noctis, & alter circa primam eius diei, quòd vterque eodem die sit mortuus. Possum tibi & aliam causam dicere quomodo tres dies & tres noctes numerentur. Attende igitur, Quinta vesperа fecit dominus cœnam, & discipulis dixit, Accipite, & comedite, hoc est enim Tradendo
corpus meum. & ita quia potestatem habebat ponere ani- se Christꝰ
mam suam, manifestum quòd tunc immolauerit seipsum, ex discipulis,
quo tradidit discipulis corpus suum. Nox illa & dies parasce immolauit
ue vsque ad sextam horam, ecce vnum diem & noctem. Ite- se.
rum à sexta hora tenebræ vsque ad nonam, & à nona, lux vsque ad vesperam. ecce secūdum diem & noctem. Iterum nox parasceues & dies sabbati ecce tertium diem & noctē Sabba- C
to aūt vesperi resurrexit: ecce tres integri dies & noctes. Iam quòd angelus Matthęus dixit sedere super lapide, Marcus autem reuoluto lapide sedere in dextris intra sepulchrum, nunquid inter se dissidēt? Minime: sed verisimile est apparere primum angelum sedētem super lapidē: deinde ingredientibus mulieribus præire mulieres, & iterum apparere in sepulchro à dextris. Dixit autem ad mulieres, Ne terreamini vos: hoc est, custodes quidem digni sunt qui terreantur: vos autem discipulæ domini, ne terreamini. Et postquàm liberauit eas à metu, euangelizat eis resurrectionem. Primùm enim timorem eiicere oportebat, & deinde euangelizare. Non erubescit autem nominare dominum crucifixum. Gloriatur enim cruce tanquàm trophæo, quo nobis omnia bona conciliata sunt.

Quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Quum autem iſſent ad renunciandum diſcipulis eius, ecce Ieſus oc-*
currit illis dicens, Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes
eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Ieſus, Nolite timere: ite re-
nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, & ibi me uidebunt.
Dicit mulieribus, Auete. Quoniam enim muliebre genus ad triſtitiam condemnatum fuit, dominus per reſurrectionem ſuam gaudium attulit fœmineo ſexui, & benedixit eis. At illæ præ multa reuerentia & honore propter pietatem pedes eius tenẽt, non audentes aliam corporis partem contingere, quàm extremas illas. Quidam autem dicunt dedita opera illas feciſſe, vt periculum facerẽt num vere ſurrexiſſet, & num ſpiritus ſit vel phantaſma. Exiſtimabant enim ſpiritum eſſe.
Ioan.20. Itaque tunc duæ illæ Mariæ tangebant pedes eius. Verũ iu-
E xta Iohannem Maria Magdalene attentat quidẽ tangere pedes, non conceditur autem ei, eò quòd volebat ſemper manere cum eo ſicut prius. vel ideo non conceditur ei tangere Ieſum iuxta Iohannem, quòd curioſula erat. Quia enim, ſicut dixit Matthæus, tetigerat pedes eius, quid adhuc opus erat iterum tangere? & ita repellitur vti curioſa. *Quæ cum abiiſſent, ecce quidam è cuſtodibus uenerunt in ciuitatem, ac renunciauerunt principibus ſacerdotum omnia quæ acciderant. Et congregati cum ſenioribus, conſilio habito pecuniam copioſam dederũt militibus, dicentes, Dicite quod diſcipuli eius nocte uenerint, & furati ſint eum uobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide, nos perſuadebimus ei, & ſecuros uos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti: & diuulgatus eſt hic ſermo apud Iudæos uſque ad*
F *hodiernum diem.* Cuſtodes annunciauerunt omnia, quòd ter remotus factus ſit, quòd lapis per ſe ſublatus ſit, quòd ipſi territi facti fuerint quaſi mortui. Ac Iudæi tanto miraculo moti non ſunt, neque demulſi miraculis quæ in paſſione contigerant, neque placati illis quę teſtificabantur cuſtodes. Suo malo, hoc eſt quaritia, milites corrumpunt. Perſuadere autẽ conantur quod omnium maxime impium & ſtultiſſimũ fuerit. Quo pacto enim, ò ſtulti, furati eſſent diſcipuli, qui præmetu incluſi erant, & omnino exire non audebant? Quomodo autem ſi furto abſtuliſſent, poſtea propter illum mori voluiſſent, prędicantes illum reſurrexiſſe, & pro mendacio male affecti? *Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam in montem ubi conſtituerat illis Ieſus. Et quum uidiſſent illum, adorauerunt eum. hi autem dubitauerunt. Et accedens Ieſus locutus eſt eis dicens.*

Data

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Euntes ergo docete A
omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & ſpiritus
ſancti, docẽtes eos ſeruare omnia quæcũq; præcepi uobis. Et ecce ego
uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad cõſummationem ſeculi, Amen.
Secundum Iohannem primum diſcipulis viſus eſt Ieſus ipſo die reſurrectionis clauſis ianuis: deinde poſt dies octo, quando & Thomas credidit: poſtremò, quia in Galilæam occurſuri erant, nondum autem omnes congregati erant, ſed quidam piſcabantur apud Tyberiadem, apparuit tunc piſcatoribus ſolis, qui ſeptem erant. Nunc igitur quod dicit Matthæus, poſterius factum eſt quàm illa quæ à Iohanne dicta Ioan.20.
ſunt. Sæpe enim apparuit eis per dies quadraginta, accedens & 21.
& abſcedens, non ſemper & vbique eis preſens. Vndecim igi
tur diſcipuli cum reliquis omnibus qui ſequebantur Chri- B
ſtum, adorabant eum. Hi autem dubitarunt, hoc eſt, quidam dubitarunt. Probabile eſt quòd ſic ſit intelligendum. Vndecim abierunt in Galilæam, & vndecim adorauerunt illum. Hi autem, id eſt aliqui, forte ex his qui ex ſeptuaginta erant, de Chriſto dubitarunt: poſtea autem & confirmati fuerunt. Nonnulli ſic intelligunt quod Matthæus protulit quoſdam dubitaſſe, Iohannes vero vnum, nempe quòd Thomas incredulus erat. Forte autem & omnes dubitarunt, id quod Lucas dicit. Debes igitur ſic intelligere, q̃ quum veniſſent in Galilæam, adorauerunt eum. Illi autem qui adorarunt in Galilæa, primùm dubitarunt in Hieruſalem, ſicut Lucas dicit.
Loquutus eſt illis Ieſus, Data eſt mihi omnis poteſtas in cæ-
lo & in terra. Hoc quidem hunc ſenſum habet. Habui quidẽ C
ſicut deus & opifex poteſtatem omnium: quia omnia ſeruiũt tibi, dixit ad eum Dauid: ſed voluntariam ſubiectionem nõ Pſal.118.
habui, quam nunc habiturus ſum. Subiecta enim erunt mihi omnia: quandoquidem per crucem vici eum qui poteſtatem habet mortis. Duplex enim eſt obedientia & ſubiectio. Inuo Duplex
luntaria ſcilicet, ſecundum quam omnes ſumus ſerui dei, etiã obediẽtia
dæmones ipſi: & voluntaria, quomodo Paulus erat ſeruus Chriſti. Quum prius omnia obedientiam inuolũtariam exhiberent, & ſaluator omnium poteſtatem quaſi dimidiatam haberet: poſt crucem, quum dei cognitio innoteſceret omnibus, habuit etiam voluntarie obedientes omnes qui ſubiecti fuerunt. Merito igitur dicit Chriſtus, Nunc accepi poteſtatem omnẽ. prius enim partiaria poteſtas mihi erat, eo quòd

præter

Universidad de Deusto
Biblioteca

D præter voluntatem mihi veluti factori seruiebant: nunc autẽ quum homines sponte & scientes mihi seruiunt, omnis & integra potestas mihi data est. A quo autem data est illi? Omnino à semetipso habuit, & sua humilitate. Nisi enim humiliatus fuisset, & congressus cum aduersario per crucem, non saluasset nos Et sic intellige, Data est mihi omnis potestas, proptiis meis certaminibus & laboribus seruaui homines, & facti sunt mihi in sortem & peculiarem populum. Dominus enim super terram potestatem habet, eo quòd omnis terra agnouit illum: in cælo autem, eo quòd merces ac municipatus illorum qui credunt, in cælo est. Vel etiam aliter, Quia humana natura prius condemnata, nunc vnita dei verbo personaliter in cælo sedet, & ab angelis adoratur, merito dicit,

E Data est mihi omnis potestas in cælo. Etenim humana natura prius seruiebat, nunc in Christo imperat omnibus. Breuiter igitur sic intellige, Data est mihi omnis potestas, eo quòd volentes & nolentes me deum agnoscunt, qui prius mihi seruiebant inuoluntariæ obedientiæ modo. Quod autem de humana natura dicitur, sic intellige, Ego prius condemnata natura, existens autem deus secundum vnionem ad filium dei absque naturarũ confusione, accepi potestatem super omnia, ita vt & ab angelis in cælo adorer, & super terram ab omnibus finibus terrę glorificer. Cæterùm Apostolos non iam ad solos Iudęos mittit: sed quia omnem potestatem accepit, omnémque humanam naturam sanctificauit in seipso: merito ad omnes gentes mittit, præcipiens baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti. Confundantur Arrius & Sabellius.

F

Arrius & Sabellius.

Arrius quidem, eò quòd Christus non iussit in nominibus baptizari, sed in nomine. Nomen autem trium, vna deitas. Vnus igitur deus, tres. Sabellius vero eo quòd trium personarum meminit, non vnius, sicut ille negatur tria nomina habere eundem, & nũc vocari patrem, nunc filium, nunc spiritum sanctum: sed tres personæ vnum habent nomen, dei scilicet. Deinde quia non sufficit baptizari tantum, sed etiam bene operandum est post baptisma, dicit, Docentes eos tenere non vnum vel duo, sed omnia mãdata mea, Horrescamus & timeamus fratres, quia si vnum nobis defecerit, non erimus perfecti serui Christi. Omnia enim exiguntur vt seruentur. Vide autem domini sermonem, quomodo vtrunq; Christianissimi caput complectatur: contemplatiuam & practicam.

Nõ sat baptizari, sed postbene operari oportet.

Duo Christianissimi capita.

cam. Dicendo quidem quòd oporteat baptizari in nomine trinitatis, contemplatiuam nobis tradidit: dicendo autem quod oporteat docere & mandata tenere, practicam introduxit. Confirmat quoque & animat illos, eò quòd mittat ad gẽtes, & in mortem ac pericula, dicens, Ego enim vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi. Vide & hic quomodo memor fuerit consummationis, vt magis illos excitet ad contemnendum grauia. Ne grauatim feratis: finem enim habitura sunt omnia mundana, siue aspera sint siue prospera: atque ideo ne succumbatis in aduersis, prętereunt enim: neque prosperis decipiamini: finem enim habitura sunt. Non solũ autem hoc apostolis est pollicitus euenturum, sed simpliciter discipulis suis omnibus. Neque enim Apostoli vsque ad finem mũdi victuri erant: vnde & nobis, & his qui post nos erunt, promisit hoc: non quòd post consummationem mundi abfuturus sit, abfit. Tunc enim magis nobis aderit, & clarius, & mundius. Nam vbi donec vel vsque in scriptura inuenitur, non adimit quod posterius. Quocirca gratias agamus domino, qui & nunc nobiscum est, & omne bonum suppeditat, & iterum nobiscum erit perfectius post consummationẽ. Itaque nos quoque hoc loco enarrationem absoluamus. Ipsum enim omnis gratiarum actio, gloria, & honor decet in secula seculorum. Amen. A

Finẽ habitura omnia prospera & aduersa.

B

Donec & usq; in sacris litteris nõ adimere subsequentia.

C

Enarrationis Theophylacti Bulgariæ Archiepiscopi in Matthęum, Finis.

ARGVTENTVM IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

E Vangelium secundũ Marcum, post decem annos assumpti Christi Romæ conscriptũ est. Erat autẽ hic Marcus Petri discipulus, quem Petrus semper filium suum spiritualẽ nominabat. Vocabatur & Iohannes. Patruelis vero erat Barnabæ. fuit item & in Pauli comitatu. Quoniam igitur plurimum versabatur cum Petro, idq; Romæ: ro-

Euãgelij Marci quãdo & ubi scripti

Universidad de Deusto
Biblioteca

D mæ: rogatus est à fidelibus qui Romæ erant, ne tantum prædicaret absque scripturis, sed & res Christi literis proderet. Itaque vix persuasus, conscripsit. Porrò reuelatum fuit Petro quòd Marcus conscripsisset Euangelium. Proinde quum vidisset, & verum esse confirmasset, deinde in Aegyptum mi sit illum, vt episcopatu fungeretur. Vbi quum prædicasset, & ecclesiam Alexandrinam constituisset, omnes qui meridianam mundi partem habitabant, fide illustrauit. Est autē cha-
character Euangelii Marci. racter Euangelij manifestus, nihilq; habet quo mens hęreat. Et ferme per omnia eum Matthæo eundem habet processum hic Euangelista, nisi quòd Matthæus diffusior, & quòd natiuitatis Christi secūdum carnem, ab initio est memor: hic au-
E tem à propheta Iohāne cœpit. Vnde quidam, tametsi curio-
Sententia quorundā super euā gelistā. sior videatur, talem sententiā super Euangelistis dedit, quod deus sedēs super cherubin (quę scripturam quatuor faciebus delineant) tradiderit nobis quadriforme Euangelium, vno tamen spiritu comprehensum. Igitur sicut ex Cherubin vnū, faciem habet leoni similem, aliud autem homini, & aliud aquilæ, & aliud vitulo: ita est & Euangelicæ prædicationis negocium. Euangelium enim Iohannis leonina facie est. Vt enim leo regium & principale animal est, sic & Iohannes à regia & principali dignitate verbi diuini exorsus est, dicens, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Euan-
F gelium autem Matthæi faciem gerit hominis, eo quòd Eu-
Ratio eorum paratiōis quatuor euangelistarum. angelista ille ab incarnatione & natiuitate carnis cœpit. Porrò Marcū aquilæ assimilamus. à propheta enim Iohanne incepit. Et prophetica gratia, quia videt procul sita acute, aquila est. Aiunt enim aquilam perspicacissimis oculis esse, ita vt sola ex aliis auibus solem intuens, non caliget. Deniq; Euan-
Iohannis. Matthæi Marci. Lucæ. gelium Lucæ vitulo simile fuerit, quoniā ille à sacerdotio Zacharię auspicatus est, pro peccatis populi incensum facientis & sacrificantis. Vitulus tunc sacrificabatur. Exorditur itaq; Marcus euangelium suum à præcursoris vita & reuelatione. Audi igitur quid dicat.

CAPVT

Caput primum. A

Mala. 3.
Esa. 40.
Mat. 3. 11
Luc. 3. 7.

INitium Euangelii Iesu Christi filii dei, sicut scriptū est in prophetis, Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuā, qui præparabit uiam tuā ante te. Vox clamantis in deserto, Parate uiam domini, rectę facite semitas eius. Iohannem vltimum prophetarū, initium Euangelij filij dei esse dicit. B Finis enim veteris, initium est noui testamenti. Testimonium autē de præcursore ex duobus prophetis est sumptum. Malachiæ enim est, Ecce ego mitto angelū meum ante faciem tuā, qui præparabit viam ante te. Esaiæ autē, Vox clamantis in deser. &c. Sermo est dei patris ad filium, dicentis angelum esse præcursorem, eo ꝙ angelicam, & materiæ expertem vitam egerit, annunciaueritque & ostenderit Christum venientem. Præparauit viā domini, animas Iudęorum, vt per baptismum susciperent Christum. Cæterum ante faciem, significat prope te fore angelum tuum Vnde ostenditur familiaritas præcursoris erga Christum. Nam proxime reges incedunt, qui familiarissimi illis sunt. Vox autem clamantis in deserto, C forte in deserto Iordanis, vel forte in synagoga Iudæorum, *Via.* quæ deserta erat omni bono. Via autem nouum est testamen- *Semitæ.* tum: semitæ vero vetus, vt detritæ. Itaque ad viam debebant præparari, hoc est ad nouum testamentū. Semitas autem veteris rectas, quas olim quidem susceperant, deinde peruersi & claudicantes à semitis suis inuenti. *Erat Iohannes baptizās in deserto, & prædicans baptisma pœnitentiæ in remissionē peccatorū. Et egrediebantur ad eū tota regio Iudæa ac Hierosolymitæ: & baptizabantur omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua.* Baptisma Baptisma Ioannis nō habebat remissionē peccatorū, sed pœ- *Iohannis* nitentiā solam afferebat hominib⁹. Quo pacto igitur inquit *quale.* hoc loco Marcus, in remissionē peccatorum? Dicimus ꝙ prę *Cōparatio* dicarit baptismū pœnitentiæ, hoc est, prędicauit quò ferret *pulchra.*

m baptismus

Universidad de Deusto Biblioteca

D baptismus pœnitentiæ, nempe in remissionẽ peccatorum: vt quando dicimus, Venit quidam satelles regis prædicans ciborum preparationem, vt bene fiat his qui præparant cibos regios: non dicimus hoc, quòd satelles benefacturus sit his qui præparant regios cibos, sed quòd ipse prædicarit præparationem ciborum, vt hi qui illos præpararint, regémque susceperint, beneficia consequantur. Sic igitur & hoc loco precursor prædicauit pœnitentiam, vt hi qui pœnitentiam egerint, suscepto Christo remissionem peccatorũ consequantur. *Erat autem Iohannes uestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos suos, uescebaturque locustis ac melle syluestri.* Diximus de his apud Matthæum, & nunc quoq; dicemus quę illic prętermissa sunt, quia luctus symbolum erat indumentum,

E monstrãte propheta quòd oporteat lugere pœnitentem. Sacus enim ad luctum pertinet. Pellicea vero zona mortificationem declarat Iudaici populi. Quod autem luctum indicet stola, inquit dominus, Lamentauimus vos, & non planxistis. per lamentum, precursoris vitam significans. dicit enim. Venit Iohannes neque comedens neque bibens, & dixistis, dæmonium habet. Sed omnino quidem & hic cibus Iohannis cõtinentiam manifestat. fortassis autem & indicium erat spiritualis alimoniæ populi qui tunc erat, qui non comedebat puras quasdam cæli volucres, sublime quiddam intelligebat, sed sermone quidem pascebatur, qui visus est in sublime saltitare, sed rursus statim decidit. Locustarum enim natura est, subsultare, iterúmque decidere. Quodammodo

F igitur & mel quidem edebat populus, quod ab apibus prophetis confectum, non autem agricultura partum, neque domesticum, quod bene intelligeretur, inquireretur, & comprehenderetur. Habebant quidem scripturas quasi mel quoddã, sed non ipsi colebant agros, neque inquirebant. *Et prædicabat dicens, Venit is qui fortior me est, post me, cuius calceamenta non sum idoneus corrigiam ut procumbens soluam, non sum ideneus. Ego quidem baptizaui uos in aqua: ille uero baptizabit uos spiritu sancto.* Neq; nouissimus seruorũ eius esse dignus sum, ita vt soluã corrigiã, hoc est vinculum, quod ex loris calceamenti eius. Intelligitur autem & hoc, Omnes qui veniebant & baptizabantur à Iohanne, soluebantur per pœnitentiam à vinculo peccatorũ suorũ, dum credebant in Christum. Omnium igitur aliorum soluebat Iohannes corrigias & vincula peccatorum: Iesu autẽ corrigiam

Saccus.
Pellicea zona.
Matth. 2.
Locustarũ natura.
Cur Christi rigiam nõ soluerit qui baptisma.

rigiam soluere non potuit, eo q̃ nõ inuenit corrigiã, hoc est A peccatũ in ipso. *Et factũ est in diebus illis, uenit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Iohãne in Iordane. Et statim quũ ascenderet ex aqua, uidit diffindi cælos, & spiritum quasi columbam descendentem super illum: & uox facta est de cælis, Tu es ille filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est.* Neque vt remitterẽtur sibi peccata, venit Iesus ad baptisma: (peccatum enim non fecit) neque vt spiritus particeps fieret: baptisma enim Iohannis (sicut dixi) peccata non purgabat, quomodo enim spiritum dedisset? Sed neque propter pœnitentiam venit vt baptizaretur: multo enim præstantior erat baptista. Quare igitur venit? Vel omnino vt manifestaretur à Iohanne populo. Nam quia confluebant, apparet quòd ideo venerit, vt testimonium acciperet coram multis quis esset. Vel vt implere B ret omnem iustitiam, hoc est omnia mandata legis. Quoniam enim & hoc mandatum videtur, vt credatur prophetæ baptizanti, quòd à deo missus sit, implet & ipsum. Spiritus vero descendit, non quòd opus illo habeat Christus, aut quomodo hoc possibile, quum in eo substantialiter maneat? sed vt tu discas quòd quando baptizaris, etiam in te spiritus sanctus veniat. Interea & hoc operatur spiritus sancti descensus, ne quĩ pater superne diceret, Hic est ille filius meus, Baptizatus super Iesum, ostendens quòd de Iohanne dixisset. descendit diffinduntur, vt discamus quòd quando baptizamur, aperiantur & nobis. *Et continuo spiritus illum expulit in desertum, & erat illic in deserto dies quadraginta, & tentabatur à satana, eratq; cum feris, & angeli ministrabant illi.* Docens nos dominus non grauatim ferre si post baptismum in tẽtationes inciderimus, eius gratia ascendit in montem tentandus. Immò non ascendit, sed sursum ducitur à spiritu sancto: demonstrans nobis, non temere nos in tentationes proiicere debere, sed sere si impetamur. Propterea autem ascendit in montem, vt solitudine loci diabolus animosior fiat, & accedat. Solet enim quum nos viderit solitarios, statim insidiari. Iam adeo inaccessus erat locus, vt & multæ feræ illic essent. Cæterũ angeli ministrabant quum tentatus vicisset: quæ disces in Matthæo latius. *Postquam autem cõprehensus esset Iohannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni dei, & dicens, Impletum est tempus, instatque regnum dei. Resipiscite, & credite Euangelio.*

Tis spũs de tur, &c? Lumẽ apparitur. Ne in tentationes temere cõiicias mus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Secedit in Galilæam postquam audiuit Iohannē comprehen
sum, & in carcerem coniectum: quò monstraret etiā nobis vt
subducamus nos à tētationibus, & nō temere nos ingeramus:
Aliud itel igendum quā Iohannes dicit, Resipiscite: aliud quā Christus. vbi autē inciderimus, feramus. Apparet autē dominus eadem prędicans, quę Iohannes, nempe, Resipiscite, & appropinquauit regnum dei. Sed non est ita. Iohannes enim dicebat, Resipiscite, vt abscederent à peccatis: Christus autē resipiscite dicit, vt à legali litera fugerent. Ideo apposuit, & credite Euangelio. Credens enim, per euangelium iam abolenit legem. Dicit enim dominus impletum esse tempus legis.
Matt 11. Luc. 16. Enimuero in id vsq; temporis lex operabatur, inquit: ab hoc autem tempore regnū dei, quod est vita Euangelica, quę merito illi confertur. Nam si quempiam videris quasi absq; car
E ne viuere vitam Euangelicam, an non diceres quòd regnum
Regnum dei, vita euāgelica cælorum iam habeat, eo quòd non sit in illo cibus & potus, etiam si longe abesse videatur? *Quum ambularet autem iuxta mare Galilææ, vidit Simonem & andream fratrem eius iacientes retia in mare (erant enim piscatores) & dixit eis Iesus, Sequimini me, & faciam vt efficiamini piscatores hominum. At illi protinus relictis retibus fuit sequuti sunt eum. Et progressus illinc pusillum, vidit Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrem eius, qui & ipsi in naui reconciliabant retia: statimque vocauit illos: & illi relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis sequuti sunt eum.* Præcursoris
Iohan. 1. discipuli erant Petrus & Andreas. Quum autem vidissent Iesum à Iohanne testimonium accepisse, adierūt eum. Deinde postquam Iohannes cōprehensus fuit, mœsti facti iterum ad
F artem suam redierunt: vnde illos Christus secundo vocat. Se
Secūda apostolorū uocatio. cunda enim vocatio ista est. Vide autem quomodo illi iustis laboribus sese enutriant, & non ex iniustis. Tales enim digni erant qui primi fierent discipuli Christi. Relictis igitur statim his quæ in manibus erant, sequuti sunt eum. Nō enim moræ nectendæ sunt, sed statim sequendum est. Post illos piscatur Iacobum & Iohannem, qui & ipsi pauperes erant, &
Quō & quādo pa rentes re linquendi patrem senio confectum alebant. Porrò reliquerunt patrem, non quòd bonum sit relinquere parentes, sed quia impedimento futurus erat sequuturis Christum. Sic & tu relinque parentes si ad pietatem tibi obstiterint: & id quod bonum, amplexare. Apparet Zebedæum non credidisse, mater autem apostolorū credidit, & sequebatur fortassis mortuo Zebedæo. Scias item primum vocati practicem, dein contemplatiuam.

platiuam. Petrus enim practices symbolum est: feruentior A
enim erat aliis, sicut & practice est. Iohannes vero contemplatiuam significat: plus enim de rebus diuinis differit Iohannes. *Et ingrediuntur Capernaum: & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat. Et stupescebant super doctrina eius. Do-* Christꝰ ar
cebat enim eos tanquam authoritatem habens, & non sicut scribæ. guit, pha-
Vnde ingrediuntur Capernaum? A Nazareth. Itaque in die risæiada-
sabbati quum congregati essent legentes, tunc & Christus lantur.
ingressus est vt doceret. Etenim lex etiam iussit ociosos esse in sabbato, vt lectioni vacent homines, qui in hoc congregantur. Docebat igitur tunc Christus arguens, non adulās, sicut pharisęi. Nam quum ad bonum adhortaretur, minabatur & pœnam incredulis. *Et erat in synagoga eorum homo ob-* B
noxius spiritui immundo, & exclamauit dicens, Ah, quid rei nobis tecum est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Noui te qui sis, nimirum ille sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ab homine. Et cum discerpsisset eum spiritus immundus, exclamassetque voce magna, exiit ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut interrogarent inter se mutuum, dicentes, Quid est hoc? Quæ doctrina nona hæc, quia cum authoritate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Emanauit autem fama eius statim in totam undique regionem Galilææ finitimam. Immundi dicun- Immundi
tur mali spiritus, eo quòd omnibus fœdis operibus delectan spiritus.
tur: perditionémque suam existimat dæmon egredi ab homine. Dæmones enim quia omnis misericordiæ expertes sunt, malum quiddam sustinere se putant nisi permittatur eis affligere homines. Insuper quoniam & carnem amant, & C
pasci solent materialibus vaporibus, magnam ferunt inediam nisi in corpore habitent. Idcirco & dominus dicit ieiunio egredi dæmoniorum genus. Non dixit autem immun- Matt. 26
dus ille, Sanctus es (multi enim prophetę sancti fuerunt) sed, Infra. 9.
ille sanctus, adiectione articuli, ille, vnicus & prædefinitus. Christus vero obmutescere eum facit, vt discamus dæmones etiam vera dicentes confutandos, & non audiendos. Di- Dæmones
scerpebat autem & proiiciebat illum dæmon, vt homines vi- etiā uera
sa mali magnitudine, per miraculum credant. *Et protinus è* dicētes co
synagoga egressi uenerunt in domum Simonis & Andreæ, cum Ia- hibendi.
cobo & Iohanne. Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & continuo dicunt ei de illa. Et accedens erexit eam apprehensa manu eius: & reliquit eam febris illico, ac ministrabat ei. Secessit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D vt mos erat, in sabbato ad vesperam in cõuiuium in domum discipulorum. Porrò illa quæ ministrare debebat, febri laborabat: vnde ille eam sanat, & ipsa illis ministrat. Qui sermo indicat, quòd si morbo quopiam laborantes sanet nos deus, dono vtamur ad sanctorum & Christi ministerium. Febricitat autem, qui iracscitur, qui temeraria manu est: sed si verbum apprehenderit manum eius, & non temere extenderit illam, ministrabit verbo, qui antea præita febri laborabat. *Vesperi uero quum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & eos qui à dæmoniis agitabantur, & erat as tota congregata erat ad ostium, & sanauit multos qui ægrotabant uariis morbis, & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat loqui dæmonia quòd nossent ipsum Christum esse.* Non absque causa addidit, quum
E occidisset sol, sed quia putabant nõ licere cuipiam sanare die sabbati, & eius gratia expectabant vsque ad solis occasum, & tunc afferebant curandos. Multos autẽ sanauit, hoc est, omnes. vel non omnes sanauit, quia omnes erant increduli, qui non sanati sunt propter incredulitatem suam: sed quòd multos ex oblatis sanauit, signum fuit credidisse illos. Porrò nõ
Actu. 16. sinebat dæmonia loqui, sicut dixi, docens nos ne credamus eis etiam si vera dicant. Nam quum quosdam dum mentiuntur, inueniunt omnino credentes sibi: quid non fieret si & veris falsa permiscerent? Ita & Paulus prohibuit spiritum pythonicum dicentem homines illos seruos esse dei altissimi. Non enim volebat sanctus ab immundo ore commendari, & testimonium accipere. *Et mane multa adhuc nocte sur*
F *rexit, & egressus est & abiit Iesus in desertum locum, ibique orabat: & prosequutus est eum Simon, & qui cum illo erant: & quum inuenissent eum, dicunt ei, Omnes te quærunt. Et ait illis, Eamus in proximos uicos, ut & ibi prædicem. in hoc enim egressus sum. Et prædicabat in synagogis eorum in tota Galilæa, & dæmonia eiiciebat.* Postquam sanauit ægros, secessit: docens nos ne quid ad ostentationem faciamus, & si quid boni fecerimus, studeamus illud occultare. Præcatur autem, ostendens deo offerendum si quid boni fecerimus, & dicendum ad illum, quod omne gloriosum & bonum superne à te descendat. Neque enim ipse oratione indigebat. Quum autem ipsum quærerent turbæ & desiderarent, non difficilẽ se reddit, sed approbat eorum desiderium, vadítque etiam ad alios qui sua indigebant doctrina. Neque enim vno loco circun-

circunscribenda erat doctrina, sed vbique diffundendi erant radii sermonis. Vide autem quomodo practicæ doctrinã cõiungat. Prædicat enim, & dæmonia eiicit. sic & tu quoque cum docueris, etiam opera bona fac, ne vanus sit sermo tuꝰ. Nisi enim Christus etiam miracula adiecisset, vanus fuisset habitus sermo eius. *Et uenit ad eum leprosus deprecans eũ, ei-* Mat. 8.
que ad genua accidens, ac dicens illi, Si uis potes me mundare. Iesus Luc. 5.
autem misertus, protensa manu tetigit illum, & dixit ei, Volo, mũdus esto. Et quum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.

Fidelis erat leprosus ille, & bene sentiebat, quia nõ dixit vt petat deum: sed, si vis: credens in eum tanquam deum. Tãgit autem eum Christus, vt doceat nihil immundum esse. Leui. 14.
Lex enim iubebat non tangendum leprosum, vt immũdum: Nu. 51.
sed saluator ostendens nihil esse immundum natura, & abo B
lendam legis obseruationem, & quòd illa puris hominibus data fuerit, tangit leprosum: quãuis Helisæus vsque adeo le 4. Re. 5.
gem obseruauerit, & reueritus fuerit, vt Naaman leprosum, & sanari petentem, ne respiciendum quidem putarit.

Et comminatus ei, statim emisit illum, dicitque ei, Vide ne cui quic
quam dicas: sed abi, teipsum ostende principi sacerdotũ, & offer pro
emundatione tui quæ præcepit Moyses in testimonium illis. At ille
egressus cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem, ita ut non
posset Iesus manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis
erat, & ueniebant ad eum undique. Et per hęc docemur ne ad *Bona non*
ostentationem bona faciamus. Ecce ipse prohibebat purifi- *facienda*
cato ne ipsum prædicaret, tametsi non ignoraret illum non *ad ostẽta*
obtemperaturum, sed prædicaturum. Verum per hæc sicut *tionem.*
dixi, docet nos alienos ab arrogantia esse. Et prohibet ne C
cui quippiam dicamus: quãuis deceat eum qui beneficio affectus est, gratum esse & officiosum, etiã si non indigeat is qui bene meruit. Vnde leprosus etiam prohibente domino beneficium prędicauit. Misit autem illũ ad sacerdotem, eo quòd lex præceperat nõ licere leprosum in ciuitatem ingredi, nisi Leuit. 5.
à sacerdote mundus esset declaratus. Proinde & donũ quod solebant purificati, offerre iussit, quo testaretur se nõ esse aduersarium legis, sed adeo amicum, vt & leproso ea quæ legis sunt, præciperet.

D

CAPVT II.

ITerum intrauit in Capernaum post dies aliquot, & audiuit est quod in domo esset, & protinus cõgrega
R *ti sunt multi, adeo ut iam non caperẽt eos nec illa lo*
ca quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis sermo
nem. Et ueniunt ad eum ferentes paralyticum, qui a
quatuor portabatur: & quum non possent appropinquare illi præ tur
ba, nudauerunt tectum vbi erat: perfossoque tecto funibus
Vbicũ ob fidem saluat dominus. *demittunt grabatum in quo paralyticus decumbebat. Quum autem vi*
disset Iesus fidem illorum, ait paralytico, Fili, remittuntur tibi pecca
ta tua. Magna illorum fides, vt & tectũ aperirent, & demit
E terẽt, idcirco & dominus sanat eorum fide visa, fide, inquã, tam eorum qui illum gestauerant, q̃ paralytici ipsius. Et enim ipse non permisisset se tolli, nisi sanandum se credidisset. Sæpe enim propter offerentis fidem sanat eos qui afferũtur: incredulos: sæpe etiam è diuerso propter eum qui affertur, tametsi increduli sint qui afferant. Primum autem pecca ta dimittit infirmo, & morbum sanat. Nam ex peccatis difficiliores morbi oriri solent, sicut quendam apud Iohannẽ do
minus dicit ob peccata in paralysin incidisse. Non est enim apud Iohannem is cuius nunc fit mentio. Nã qui apud Iohã
Iohan. 5 nem non habebat hominem: hic autẽ de quo nunc loquitur, à quatuor ferebatur: & ille in piscina probatica, hic autẽ nũc in domo: & aliæ quædam differentiæ sunt. Verum scias vnũ
Mat. 9. esse & illum apud Matthæum, & hunc de quo nunc fit men
F tio. *Erant autẽ illic quidã de scribis sedẽtes & cogitantes in cordi*
bꝰ suis, Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis potest remittere pec
cata, nisi solus deus? Et protinus ubi cognouit Iesus spiritu suo quod
sic cogitarent intra sese, dixit illis, Quid ista cogitatis in cordibus ue
stris? Vtrum est facilius dicere paralytico, remittuntur tibi peccata: an
dicere, surge, & tolle grabatum tuum, & ambula? Vt autem scia
tis quod filius hominis habet potestatem in terra remittẽdi peccata,
ait paralytico, Tibi dico surge, ac tollẽ grabatum tuum, & abi in do
mum tuam. Et statim surrexit: sublatoque grabato egressus est in con
spectu omnium, adeo ut stupescerent omnes, & glorificarẽt deum, di-
Solius dei est remittere pctã. *centes, Nunquam sic uidimus.* Pharisæi quidem arguebant dominum vt blasphemũ, quòd remitteret peccata. Solius enim dei est remittere peccata. Dominus autem & aliud dedit in-

dicium deum se esse verum, nempe corda illorũ cognoscens. A
Nã & corda omniũ cognoscere, solius dei est, sicut & pphe 3. Re. 4.
ta dicit, Tu nꝰsti corda solus. Illi tamen reuelatis etiam cor Hiere. 13
dium suorum cogitationibus permanẽt insensati ac stupidi, 17.
non concedentes posse remittere peccata illũ qui corda ipso
rum norat. Fidem igitur facit ac stabilit, corpus sanãdo, pos
se se etiam animam sanare: atq; adeo per manifestũ, id quod
obscurum erat, confirmat, & per facile, difficilius: tametsi nõ
ita videretur illis. Pharisæi enim difficilius putabant corpꝰ
sanari, id quod videbant: facilius vero animam, eo quòd oc-
culta esset sanatio. Atque fortassis talia cogitabant: Ecce hic
impostor vt euadat ne curet corpus quod in manifesto, præ-
texit quòd curet animam quæ in occulto, dicens, Remittun-
tur tibi peccata. Omnino enim si posset sanare corpus, non B
confugeret ad id quod ignoramus. Quocirca saluator osten
dens se vtrunque posse, Quid est facilius, inquit, sanare cor-
pus, vel animam? Omnino curare corpus, sed vobis videtur Alæ cura
contrarium. Ego igitur curando corpus, id quod reuera fa- tio difficilior sanatione corporis.
cile est, etiam difficilius vobis faciam credibile, nempe ani-
mæ curationem: id quod reuera difficile, sed quia in occul-
to fit, & deprehendi nequit, videtur facile. Tunc igitur di-
cit paralytico, Surge, & tolle grabatum, ad maiorem miracu
li confirmationẽ, quòd non apparenter sanatus sis: & ad de- Sanãs dominus animã, virtutẽ quoque infundit.
clarandum quod non solum sanarim, sed & virtutem indi-
derim. Sic quoque facit & in morbis animæ. Non solum li-
berat nos ab infirmitatibus, sed etiam virtutem infundit, vt
operemur mandatum. Possum igitur & ego, quum sim para-
lyticus, sanari. Est enim & nunc Christus in Capernaum do C
mo cõsolationis, hoc est Ecclesia. Domus enim paracleti di Ecclesia domus paracleti.
citur ecclesia. Sum autem paralyticus, quia non operãtur &
immobiles sunt vires animæ meæ ad bonum: sed si à quatu-
or Euangelistis gestatus & adductus fuero ad dominũ, tũc
audiam, Fili. Filius enim dei sum per mandatorum operatio
nem, & remittuntur mihi peccata. Sed quomodo adducar ad
Iesum? Si tectum perfodero. Quod est tectum? Mens, quæ su
præma nostri portio est. Hæc habet multũ terræ & luti, ne-
gociorum inquam terrenorum: cæterũ vbi hæc deposita &
perfossa in nobis mẽtis virtus, & exonerata fuerit, debeo de
mitti, hoc est humiliari. Tunc igitur sanabor, & tollam gra-
batum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D batum, hoc est corpus, ad mandatorum operationem ipsum mouens. Non enim à peccato solum nos suscitari oportet, & intelligere quòd peccamus, sed & lectum, hoc est corpus, ad operationem boni tollere. Tunc igitur & ad contemplationes venire poterimus, ita vt omnes nostræ cogitationes intra nos dicant, Hactenus nunquã tale vidimus, id est nunq̃ sic intelleximus, sicut nunc quando paralytici curati sumus. Quj enim à peccatis purificatus est, ille vere videt.

Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, ac docebat eos. Et quum præteriret Iesus, vidit Leui Alphæi filium sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me. Isque surgens secutus est eum. Et factum est quum accumberet in domo illius, multi etiã publicani & peccatores simul discumbebãt cum Iesu & discipulis eius.

E *Erant enim multi qui secuti fuerant eum. Et scribæ ac pharisæi quum vidissent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius, Quid est quod cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito Iesus ait illis, Non opus habent qui valent, medico, sed qui male habent. Non veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Post miraculum paralytici egreditur ad mare, fortassis solitudinem quærens, ac turba iterum concurrit: vt discas quod quanto magis gloriã fugeris, tanto illa magis te sequetur. at si tu illã sequaris, illa a te fugiet. Igitur dominꝰ vt ad mare secessit, turbæ illũ iterũ secutæ sunt:
Matthæꝰ binominis alioqui non illuc fugisset. Et præteriés cepit Matthæum, qui dinomius erat. Lucas quidem & Marcus duorũ fuisse nominum testantur, obiectes eius nomen: ipse autem non erubescit suum nomen proferre. Vidit enim, inquit, Iesus Mat-
F thæum publicanum. Sic etiam nos quoque nostra peccata cõfiteri non erubescamus. Sedit autem in telonio (vt videtur) exigens à quibusdam vel rationẽ faciens, vel aliquid faciẽs eorum quæ solent in officinis suis publicani agere. Ille autem ita excitatus est, vt relictis omnibus Christum sequeretur, lætansque conuocaret multos ad cõuiuium. Pharisæi autem taxant, per hoc se mundos facere studentes. At dominus inquit, Nõ veni vt vocarem iustos, hoc est vos, qui vosipsos iustificatis (per ironiam enim hoc dicit) sed peccatores, qui vocantur non vt maneant peccatores, sed ad pœnitentiam, hoc est conuersionem. Vnde hoc adiicit, ne existimes absq; sui emendatione vocari peccatores.

Et discipuli

Et discipuli Iohannis ac Pharisæorum ieiunabant, veniuntque & dicunt illi, Quare discipuli Iohannis & pharisæorum ieiunãt, tui autem discipuli non ieiunant? Et dixit illis Iesus, Num possunt filii thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est, ieiunare? Quãdiu habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies quum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Discipuli Iohannis imperfectiores adhuc Iudaicis moribus studebãt, vnde quidam accedebant ad Christum vt denunciarent hoc illos agere, & taxabant quare discipuli eius non ieiunarent, sicut ipsi. At hic nunc quidem dicit, sponsus sum ego, & oportet illos bono esse animo, & non ieiunare: vbi autem ego è vita hac ablatus fuero, tunc ingruent tentationes, & ieiunabũt ac affligentur. Proinde sponsum seipsum vocat, non solum quòd desponset virgines animas, sed & quòd tempus primi aduentus, non tempus luctus, neque austeritatis est iis qui in illum credunt, neque labores habẽs, sed facile & absque operibus legis per baptismum refocillans nos. Qualis enim labor baptizari? attamen per facilia hæc salutem consequimur. Filii autem thalami, Apostoli, vtpote & ipsi domini gaudiũ assequuti, & omnis cælestis boni ac voluptatis totius participes. Intellige & hic quòd omnis homo quãdo virtutem operatur, filius est thalami nuptialis. Quandiu igitur habuerit secum sponsum Christum: non ieiunat, hoc est, non ostendit opera pœnitentiæ. neq; enim cecidit. quando autem ab eo ablatus fuerit Christus, prolabereturque in peccatum, tunc ieiunat, & pœnitentiam agit, vt à peccato sanetur. *Et nemo assumentum panni rudis assuit uestimento veteri: alioquin aufert supplementum eius nouum a veteri, & peior scissura fit. Et nemo mittit uinum mustum in utres ueteres: alioqui disrũpit uinum mustum utres, & uinum effunditur, & utres pereunt: sed uinum mustum in utres nouos mitti debet.* Quod dicit, quemadmodũ pannus rudis, hoc est nouus, si assuatur vestimento veteri, sua infirmitate illud discindit, vinumque nouum sua æstuatione vtres veteres disrumpit: sic etiam discipuli mei nondum facti sunt fortes: itaq; si grauauero ipsos, offendam. Veterem enim legem confert vestimentis, ob crassam Iudæorum intelligentiam. Non oportet igitur illos graui ieiuniorum præcepto onerare. Vel etiam sic intellige, Discipuli Christi cũ sint noui, non possunt seruire priscis moribus & legibus.

Et accidit

A *Christus cur spõsus* *Iohan. 3.* *Apoc. 21.* B *Filii thalami.* C

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Et accidit ut transiret sabbatis per segetes, & cœperunt discipuli eius
inter uiam uellere spicas, & pharisæi dicebant ei, Ecce, cur faciunt sab
1. Re. 21. batis quod non licet? Et ipse ait illis, Nunquàm legistis quid fecerit Da
uid quum opus haberet, & esuriret ipse & qui cum eo erãt? quomodo
ingressus sit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, & pa
nes propositionis comederit, quos non licet edere nisi sacerdotibus, &
dederit etiam iis qui secum erant? Et dicebat illis, Sabbatum propter
hominem factum est, nõ homo propter sabbatum. Itaque filius hominis
dominus est etiam sabbati. Discipuli domini spicas vellunt,
iam non vltra soliti iuxta legem viuere. Pharisæi autem in-
dignantes, à Christo confutabantur, in medium afferente
exemplum Dauid, qui propter necessitatem solverat legem
sub Abiathar pontifice. Fugiens enim Dauid propheta à fa-
E cie Saulis, venit ad pontificem illum, & fefellit eum quasi
à rege missus rei militaris gratia, & tunc panes propositio-
nis comedit, gladiumque Goliath ablatum obtulit domino.
Leuit. 24 Duodecim autem erant panes, qui quotidie proponebantur
super mensam, sex à dextris, & sex à sinistris. Quærunt au-
tem quidam, quomodo Euangelista Abiathar nunc sacerdo-
dotem nominat: liber autem Regum Abimelech illum no-
Abiathar Abime-lech. minauit? Dicendum igitur quòd fortassis duo nomina habue
rit, idemque sit Abiathar & Abimelech. Vel etiam aliter:
Liber Regum sacerdotem dicit esse Abimelech, Euangeli-
sta autem pontificem Abiathar: vnde hæc inter se non sunt
diuersa. Erat enim sacerdos Abimelech, pontifex autem
Abiathar. Disce item iuxta anagogen, quòd discipuli Chri-
F sti sunt in sabbato, hoc est in animarum quiete. Sabbatum
Sabbatum quid inter pretetur. enim quietem interpretamur. Quando igitur quietem ha-
bent ab omnibus affectionibus, & à dæmonibus non infe-
stantur, tunc iter faciunt, hoc est, & aliis ad virtutem du-
ces fiunt, vellicantes omnia quæ à terra & humili phantasia
germinant. Nisi enim primum quiescat aliquis ab affectio-
nibus, & seipsum in solitudinem cõferat, neutiquam aliis ad
bonum dux erit.

CAPVT III.

Matt. 12. Luc. 6. E T introiuit iterum in synagogam, & erat ibi homo ma-
num habens arefactam, & obseruabant eum an sabba-
tis sanaturus esset illum, ut accusarent eum. Et ait homi-
ni manum

ni manum habẽti arefactam, Excitare in medium. Et dicit illis, Vtrum A
licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam seruare, an occide-
re? At illi tacebant. Et cum circunspexisset eos cum iracundia, indole-
scens super cæcitate cordis eorum, dicit homini, Extẽde manum tuam.
Et extendit, & restituta est manus illius sana, ut altera. Quum di-
scipuli accusati essent à Iudæis eò quòd per sabbata spicas e-
uellissent, dominus accusantes confutauit, idque enim exem-
plo Dauid: magis autem illos confutat miraculum faciẽdo,
ostendens quòd adeo non peccent discipuli eius, vt & ipse o-
peretur in die sabbati miraculum faciens: ita vt si malum sit
operari miraculum simpliciter, malum futurũ sit operari ne-
cessaria in sabbato: sed miraculum facere in salutẽ hominis,
diuinum est: non igitur prœuaricatur qui in sabbato non agit
mali quippiam. Propterea etiam interrogat illos num liceat B
benefacere, notans eos vt beneficia prohibentes. Aridam au-
tem dexteram omnis habet, qui opera eorũ facit qui ad dex-
teram partẽ pertinent. Ad quem Christus dicit, Excitare, hoc
est surge à peccato, & sta in medium, hoc est in mediocritate
virtutu. Ois enim virtꝰ mediocritas est, eo quod sicut medio
critas neq; in defectũ neq; in excessũ declinat. Tũc igitur qũ
se statuit in mediocritatẽ, restituitur dextera eius sana. Vide
aũt quod dicit, & restituta est. Erant enim olim nobis sanæ
manus, hoc est efficax virtus operatiua, quando nõdum fuit
transgressio. Vbi autẽ extenta est dextera nostra ad fructum
prohibitum, tunc arescere cœpit ad operationem boni. Re-
stituetur igitur iterum in pristinam sanitatem, quum in me-
dio steterimus virtutum. Egressi uero pharisæi statim una cum
Herodianis consilium inibant aduersus illum, ut eum perderent Iesus C
autem cum discipulis suis secessit ad mare, & ingens multitudo secuta
est eum a Galilæa, & a Iudæa, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa,
& trans Iordanem, & qui circa Tyrum habitabant, ac Sidonem, ho-
minum multitudo magna: qui quum audissent quæ faciebat, uenerunt
ad eum. Et Iesus iussit discipulos suos ut nauiculã appellerent sibi pro-
pter turbam, ne ipsum premeret. Multos enim sanauerat, ita ut irrue-
rent in eum, quo illum tangerent quotquot habebant flagella. Et spiri-
tus immundi quum illum uidissent, procidebant ei, & clamabant dicen
tes, Tu es filius Dei. Et uehementer interminabatur eis ne se mani-
festum facerẽt. Quinã erãt Herodiani? Vel milites Herodis, Herodia-
vel hæreseos quædam nuper admodum orta, quę docebat He- ni qui fue
rodem ipsum esse Christum, eo quod in illo Iudaicorum re- rint.

gnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

D gum successio finem habuisset. ita enim exponebant prophe-
Gen. 49. tiam Iacob, quando defecturi essent ex Iuda principes, tunc venturum Christum. Quum igitur Herodis temporibus nul lus vsquàm esset Iudaicus princeps, sed regnaret Herodes alienigena, opinati sunt, quidam ipsum esse Christum: & constituta quadam factione attentauerũt perdere dominum. Secedit. Nondum enim erat patiendi tempus. Interim pluribus benefaciebat, ab ingratis receedendo. Etenim secuti sunt eum multi, & sanauit illos: quãuis Tyriis & Sidoniis, tametsi esset allophyli, proderat. Cognati autem eius eum persequebantur. Adeo nulla à genere prouenit vtilitas, nisi etiam boni mores assint. Et alienigenæ quidẽ à remotis locis ad eum veniunt: Iudei vero quum ad ipsum venissent, insectãtur. Vi-
E de autem quàm alienus sit à fastu. enimuero ne turbę obstre-
Flagella. pentes ei negocium facerent, nauiculam quærit. Flagella vero dicit morbos. nam ad sanitatem nobis morbi multum conducunt, flagellante nos Deo quasi filios patre. Intellige autem per Herodianos, carnales & pelliceos, & eos qui occide-
Herodes. re volũt Iesum. Herodes enim si quis interpretetur, pelliceus sonat. Qui egrediuntur à domibus suis & patria sua, hoc est, consuetudinibus carnis, illum sequũtur: vnde & flagella eorum sanantur, peccata dico, quę conscientiã flagellant, & immundi spiritus eiiciũtur. Attẽde hic quod discipulis suis præcepit Iesus, vt appellatur sibi nauis propter turbas, ne ipsum premerẽt. Iesus enim est ratio quæ in nobis imperat vt nauis nostra hoc est corpus appellatur sibi, & ne proiiciat in pro-
F cellam secularium negociorũ, & ne premant turbæ negocio-
Mat. 19. rumq; turbulẽtiæ Christũ qui in nobis est. *Et ascendit in mon-*
Actuũ. 1. *tem, ac vocat ad se quos voluit ipse: venerunt q; ad eũ. Et fecit duodecim vt essent secum, & vt emitteret eos ad prædicandũ. utq; haberent potestatẽ sanãdi morbos, eiiciẽdiq; dæmonia. Et imposuit Simoni nomẽ Petrus, & Iacobũ filiũ Zebedæi, & Iohãnem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filii tonitrui. Et Andreã, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomã, & Iacobũ Al-*
Boanerges. *phæi filiũ, & Thaddæum, & Simonẽ Chananæũ, & Iudã Iscariotem, qui & prodidit illum.* Ascendit in montem, ad orãdum. Quoniam enim miracula fecerat, factis miraculis adorat, docens omnes nos gratias agere Deo, & ũcubi boni quippiam perfecerimus, id diuinæ virtuti offerre debere. Vel quia ordinaturus erat apostolos, eius gratia ascendit oraturus: vt discamus quòd

quòd nos quoq; quãdo sumus ordinaturi, prius orare debea- A
mus vt reueletur nobis qui dignus sit, & ne communicemus *Ordinatu-*
peccatis alienis. Assumitur & Iudas in Apostolũ, vt discamus *ris orãdũ.*
quòd non propter futuram malitiã alicuius aspernetur deus *Iudas cur*
quempiam mala operaturum, sed propter præcentem virtu- *in apostolã electũ.*
tem honoret quem dignum censet, etiamsi postea malus sit futurus. Porro apostolorum nomina propter falsos apostolos recensentur, vt sint noti veri. Filios autem tonituri nominat filios Zebedæi, vt præcipuos prædicatores, & maxime theologos. *Et veniunt in domum: & conuenit iterum turba, sic ut non liceret illis vel panes edere: & quum audissent qui ad illum attinebant, exierunt vt manus iniicerent in eum. Dicebant enim. in furorem versus est. Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebãt,* B
Beelzebul habet, & per principẽ dæmoniorũ eiicit dæmonia. Quũ audissẽt, inquit, qui ad illũ attinebãt, hoc est necessarii eius, vel etiã fratres eius, exirẽt vt cõprehẽderẽt eũ. Dicebãt enim, quia in furorẽ versus est, hoc est, dęmonem habet. Audientes enim q̃ dęmonia eiiceret, & morbos sanarer, præ inuidia opinabãtur q̃ dęmoniũ haberet, & furiosus esset: vnde volebant cõprehendere illũ vt dęmoniacũ. Et familiares eius sic quidẽ agebant, similiter autẽ & scribę faciebãt, qui à Hierosolymis descẽderant, dæmoniũ ipsum habere dicẽtes. Quum enim nõ possent contradicere his quæ fiebãt, alio modo arguebãt ea, *Matt. 9.*
nempe quòd à dęmoniis fierẽt. *Et ad se vocatis illis, in para-* *12.*
bolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanã eiicere? Et si regnum *Lucæ. 11.*
aduersus sese diuisum fuerit, nõ potest stare regnum illud. Et si domus C
cõtra seipsam diuisa fuerit, nõ potest stare domus illa. Et si satanas insurrexerit aduersus semetipsum, ac diuisus est, non potest stare sed habet finem. Non potest quisquàm vasa fortis ingressus in domum illius diripere, nisi prius fortem alligarit, & tunc domũ eius diripiet. Exemplis quibus cõtradici non poterat, vincit inuidos Iudęos. Quomodo enim possibile est dæmonem dęmones eiicere? sicut & in domibus videmus, quandiu pacifici sunt, bene habent hi qui in illis sunt: quando autem diuisi fuerint, destruũ *Quis fortis & quæ vasa eius.*
tur. Quomodo autem, inquit, potest quis diripere vasa fortis, nisi prius illum vicerit? Cæterũ quod dicit, hoc sibi vult. Fortis est dæmon: vasa autem eius, homines sunt qui ab illo tenentur. Itaque nisi quis primùm alliget dæmonem & destruat, quomodo vasa eius ab eo auferet? dæmoniacos inquam. Proinde quia ego vasa eius diripio, hoc est,

libero

Universidad de Deusto
Biblioteca

D libero homines ab affectione dæmoniaca: consectaneum est quòd primum ligauerim & destruxerim dæmones, & inimicus illorum sim. Quomodo igitur vos dicitis quòd Beelzebul habeam, hoc est, quum amicus sim dæmonum & magus,
Matt.12. eiiciam dæmones. *Amen dico vobis, Omnia remittentur filiis hominum peccata & conuitia quibuscunque conuitiati fuerint: at qui cõuitium dixerit in spiritum, non habet remissionem in æternum, sed obnoxius est æterno iudicio. quia dicebant, spiritum immundum habet.*
Luc.12. Tale quiddam hoc loco dicit, Quæcunque alia peccauerint homines, habent forte quod prætexerant, indulsisse se humanæ infirmitati: vt exempli gratia dicebant Christum helluonem & bibonem, amicum publicanorum peccatorum. in illo
Matt.11. veniam assequentur. quando autem videntes eum operari mi
E racula indubitata, blasphemarint spiritum, hoc est mira opera per spiritum sanctum facta: quomodo tunc veniam assequentur, nisi pœnitentiam egerint? Quando enim offenduntur in carne Christi, etiam si pro illo non egerint pœnitentiam, veniam obtinent tanquàm offensi homines. Verum quum vident eum opera dei facere, & blasphemare pergunt, quo pacto dimittetur eis, si alieni à pœnitẽtia manserint? *Et veniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum qui euocarent eum, & sedebat turba circa eum, dicuntque ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondit eis dicens, Quæ est mater mea, & fratres mei? Et quum circumspexisset in circuitu circumse discipulos sedentes, ait, Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.*
F Fratres domino inuidentes accesserunt ad eum, vt caperent eum tanquàm in furorem versum & dæmoniacum. Mater autem fortassis inani gloriola mota venit vt illum à doctrina ad se attraheret, & ostenderet turbis quòd ipsa illum qui tantis miraculis conspicuus erat, gubernaret, atq; ita vt à doctrina auelleret. Dominus igitur respondit quòd nihil profuturum sit matri suæ esse matrem suam, nisi etiam alias virtutes possederit. Similiter neque fratribus esse consanguineos. Illi
Cognati Christi. enim sunt veri cognati Christi, qui voluntatem dei faciunt. Itaque non negando matrem hæc dixit, sed ostendens quòd non propter natiuitatem solam digna fuerit hoc honore, sed propter omnes alias virtutes quibus prædita fuit: ita vt si illis caruisset, alij ei fuissent prælati.

CAPVT

CAPVT IIII. A

Iterum cœpit docere iuxta mare: & conflauit ad eum turba multa, ita vt nauim ingressus sederet in mari, &
E *tota turba iuxta mare in terra erat, & docebat eos per parabolas multas.* Quanuis videatur dimisisse matrem, iterum tamen obedit ei. propter illam enim egreditur ad mare. Cæterum in naui sedet, vt in conspectu habeat auditores omnes, magisque audiatur, & nullus sit à tergo. *Et dicebat illis in doctrina sua, Audite, Ecce exibat semina* Matt.13.
tor ad seminandum, & accidit inter seminandũ, aliud quidem cecidit Luc. 8.
secus uiam, venerunt que volucres cœli, & comederunt illud. Aliud ue
ro cecidit super petrosa, ubi non habuit terram multam, & statim ex B
ortum est, quòd non haberet altitudinem terræ: sole autem exorto, æ-
stu affectum est, eoq; quòd non haberet radicem, exaruit. Et aliud ce-
cidit in spinas, & succreuerunt spinæ, ac suffocauerunt illud, & fru-
ctum nõ dedit. Et aliud cecidit in terram bonã, & dabat fructum emer
gentem & crescẽtem, & afferebat unum triginta, & unum sexagin-
ta, & unum centum. Ac dicebat illis, Qui habet aures ad audiendum,
audiat. Quum autem cœpisset esse solus, interrogauerunt eum hi qui
circa ipsum erãt cum duodecim, de parabola, & dicebat eis, Vobis
datum est nosse mysterium regni dei: illis autem qui foris sunt, per
parabolas omnia fiunt: ut uidentes uideant, & non cernant: & au- Esa.6.
dientes audiant, & non intelligant, nequando conuertantur, & re- Actu.28.
mittantur eis delicta, hoc est peccata. Primam hanc parabolam ponit, quæ est de semine, quo reddantur auditores attentiores. Quoniam enim dicturus erat verbum esse semẽ, quod vbi C
ceciderit in parum attentos, corrumpitur: propterea ante alia hęc dicit, vt auditores studeant non illi terræ similes fieri quæ semen disperdit. Quis igitur est qui seminat? Ipse Christus qui exiuit è paternis finib⁹, ineffabili misericordia se nobis attemperans. Exiuit autem non vt incendat maledictam terram & mala corda, neque vt execet spinas, sed vt seminet semen. Quale autem semen? nunquid Moysis? nunquid pro- Nota.
phetarum? Non, sed suum, hoc est, vt Euangelium suum prædicet. Inde igitur seminauit. Iam semẽ aliud in animã à multis conculcatam cecidit: & volatilia cœli, dæmones dico, qui
aërem inhabitant, comederũt semen. ii sunt qui omnibus pla Alia causa
cere volunt. Anima autem conculcata est quando quis placere vult huic & illi, & sic à multis conculcatur. Vide autem Iohan.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D quòd non dixerit se proiecisse illud in viam: sed cecidisse. Nam qui seminat, ceu in viam bonã proiicit: illa autem si inuenta fuerit mala, verbum corrumpit. Quidam autem per semen quod secus viam cecidit, pulchrè intellexerunt quod ceciderit in cor infidele. Via enim est Christus. Cæterùm secus viam, sunt infideles qui extra viã sunt, hoc est Christum. Aliud autem cadit in animam petrosam: eos dico, qui facile suscipiunt, & deinde abiiciunt. Qui petrosi sunt, ad paruũ tempus similes facti petræ Christo, in hoc quòd sermonem susceperunt: dissimiles autem facti, eó quòd ad tẽpus breue susceperunt, & deinde abiecerunt. Et aliud in animã cecidit multis curis obnoxiam. spinæ enim curæ sunt. Denique quartum
E in terram bonã cecidit. Proinde vide quomodo rara sint bona, & pauci qui seruentur. nam quartum tantum semen inuenitur seruatum. Porro discipulis seorsim interrogantibus inquit, Vobis datum est nosse mysteria. Nunquid igitur per segregationem & naturale fatum aliis quidem datum est, aliis vero non? Absit: sed illis datum est qui inquirunt. Quærite enim inquit, & dabitur vobis. Cæteros autẽ exęcauit Deus, ne sit illis in maiorem cõdemnationem si intelligant & non faciant. Et aliter, Vis scire quia Deus facit omnes videre? audi, Vt videntes, hoc est Dei, non videant: istud est malitiæ illorum. Deus enim formauit eos videntes, hoc est, bonum intelligentes: ipsi autem non vident sua sponte, ne conuertantur & emendentur, quasi suæ ipsorum saluti inuideant. Potest
F etiam & sic intelligi. Quia aliis in parabolis loquor, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, & nequando ex hoc conuertantur, & emendentur. *Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Seminator ille sermonem seminat. Isti uero sunt quorum alii iuxta uiam dicuntur ubi seminatur sermo, & quũ audierint, confestim uenit satanas, & auferet sermonem qui seminatus est in cordibus eorũ. Et alii sunt similiter qui in petrosa semen accipiũt, qui quũ audierint sermonẽ, statim cum gaudio accipiunt illum, & non habẽt radicem in se sed tẽporarii sunt, deinde coorta afflictione aut persecutione propter sermonem, confestim offenduntur. Et alii sunt qui in spinas semen accipiunt. ii sunt qui sermonem audiunt, at solicitudines seculi huius, deceptioque diuitiarum, cæterarumq; rerum cupiditates introeuntes, suffocant sermonem, & redditur infructifer. Et alii sunt qui in terram bonam semen exceperunt, qui audiunt uerbum, & suscipiunt, & fructificant, ita ut aliud*

Quib⁹ data sit nosse mysteria. Marc. 7. Luc. 8.11

Esaiæ. 6.

aliud granum afferat triginta, aliud sexaginta, aliud centum. Tres A ordines sunt hoc loco eorum in quibus verbũ perditur. Nam hi qui sunt secus viam, parum attenti sunt, hi autem qui comparantur petræ, pusillanimes: illi vero qui comparantur spinis, delicati. Eorum quoque qui suscipiunt & conseruant verbum, similiter tres sunt ordines. Nam qui fructum afferunt centuplum, sunt qui perfectam & summam vitam agunt: *Tres ordines qui autem sexagecuplum, hi mediocrem: hi vero qui trigecuplum, sunt qui parui quidem sunt, afferunt tamen & ipsi pro suis viribus: vt exempli gratia, iuuenes, virgines, & solitarii: item alij qui in cœnobiis & cõgregationibus viuũt: alij quoque laici & coniugati. Veruntamen dominus omnes suscipit, Gratia sit eius misericordiæ.* *Et dicebat illis, Nũ lucerna incenditur ut subter modium ponatur, aut subter lectum? Nonne ut super B candelabrum ponatur? Non est enim quicquàm occultum quod non manifestetur, neque fuit secretum, sed ut in propatulum ueniat. Si quis habet aures ad audiendum, audiat.* Hoc loco admonet Apostolos vt sint claræ & honestæ vitæ. dicit enim, Sicut lucerna ponitur vt luceat, ita & vita vestra omnibus conspicua erit, & omnes ad ipsam respicient: idcirco date operam vt vita vestra bona sit. Neque enim in angulo sedebitis, sed lucerna estis. Lucerna autem non sub lecto occultatur, sed super candelabrum ponitur. Erit autem & vnusquisque vestrum lucerna, qui debet poni super candelabrum, hoc est super summitatem diuinæ vitæ, vt & aliis possit lucere: sed non sub modio, hoc est sub gastrimargia, & ciborum cura: neque sub lecto, hoc est quiete. Nullus enim cui cibi curæ sunt, & qui requiem desiderat, poterit lucerna esse omnibus lucens etiam per suam vitam. Non enim est occultum, C quod non manifestetur. Vnusquisque vestrum, siue bonum quid fecerit, siue malum in occulto, manifestabitur etiam hic, & multo magis in futuro seculo. Quid enim absconditius deo? attamẽ & ipse manifestatus est in carne. *Et dicebat illis: Videte quid audiatis. Qua mensura metiemini, alii metiẽtur uobis: & adijcietur uobis qui auditis. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Ad vigilantiam hortatur discipulos. Videte enim, inquit, quid audiatis. nullum ex dictis meis vos fugiat. In qua mensura mensi fueritis, remetientur alij vobis. hoc est, qualem mensuram attẽtionis attuleritis, talis etiã vtilitas vobis dabitur.

Modi⁹ oc cultãs lucẽ gastrimargia.

Mat. 7.

D Auditor enim si attenderit quãtum potest, magnum illi com
modum de⁹ dabit. sin remissus fuerit, iuxta eius remissionem
& lucrum imminuetur. Ille enim dabitur qui alacer est & di-
ligens: ab eo autem qui segnis fuerit ac ignauus, tolletur
etiam quod videtur habere. Propter ignauiam enim extin-
guitur etiam parua scintilla quã habet, sicut per alacritatem
redaccenditur. *Et dicebat, Sic est regnum dei, quemadmodum si*
homo iaciat semẽtem in terram, ac dormiat, atque illa exurgat die ac
nocte, segetesque germinet, ac surgat in altum dum nescit ille. Vltro
enim terra fructificat, primũ herbam, deinde spicam, postremo plenũ
frumentũ in spica. Quũ aũt productus, fuerit fructus statim mittit fal
cem, quoniam adest messis. Regnum dei intellige dei propter
nos incarnationẽ. Homo enim est ipse deus, qui propter nos
E factus est homo. Semen autem misit super terram, Euangelij
prædicationem: illoque proiecto dormit, hoc est, ascendit in
Deus excitat die ac nocte. cœlos: attamen surgit nocte & die. Nam quamis deus dormi
re videatur, excitat tamen: & nocte quidem, quando per ten-
tationes in sui cognitionem nos suscitat: die vero, quãdo per
Arbitrium liberum. suauia & iucunda nostram vitam moderatur. Crescit autem
semen ipso nescio. liberi enim arbitrii sumus, & in nostra ele
ctione oportebit semen vel crescere, vel non. Neq; enim coa-
cti & necessario fructum afferimus, sed sponte, hoc est, ã no-
bisipsis: primum quidem herbam florentem ac principium
boni demonstrantes, quando paruuli sumus, & nondum ad
mensuram Iesu Christi peruenimus. Deinde spicam proferi-
mus, quando & contra tentationes consistere valemus. Spica
F enim & geniculis cingitur, & rectè stat, & perfectior est ac
Messis qd intelligatur. messis, tunc falx, hoc est verbum dei cõgregat fructum. Per
messem intellige consummationem seculi. *Et dicebat, Cui as-*
Matt. 13. Luc. 13 *similabo regnum cœlorum? aut qua collatione conferemus illud? Est si-*
cut granum sinapis, quod quum seminatum fuerit in terra, minus est o-
mnibus seminibus quæ sunt in terra: & quum seminatum fuerit, exur-
git, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut pos-
sint sub umbra eius aues cœli nidificare. Et talibus multis parabolis
loquebatur eis sermonem, prout poterant audire. Sine parabola vero
non loquebatur eis, seorsum autem discipulis suis exponebat omnia.
Paruus quidem sermo fidei. Nam si credideris in Christum,
saluaberis. Vide, qualis sermo, tale est & granũ sinapis. Nam
prędicatio missa super terram, dilatata est & creuit, ita vt vo-

latilia cœli, hoc est omnes sublimes scientia & sensu, in ipso A
habitent. Quot enim sapientes relicta sapientia gentilium in
prædicatione requieuerunt? Maxima igitur fuit prędicatio,
& magnos ramos fecit. Vnus enim Apostolorum ad Indiam,
alius ad Romam, & alius in aliam partem terræ diuisi sunt
vt ram. Dicebat autem ad turbas in parabolis multis iuxta
habitudinem audiẽtium compositis parabolis. Quoniã enim
turba erat imperita & indocta, ideo mentionem facit grani
sinapis, & herbę & seminis, vt cognatis & consuetis nomini-
bus doceat eos vtile quiddam, vel excitet vt accedãt & inter-
rogent, & interrogando quæ ignorant discant. Discipulis e-
nim exponebat omnia, quoniam seorsum accedebant eum, &
interrogabant. Omnia autem soluebat quæcunque ignoran-
tes rogabant. non enim simpliciter omnia, & quæ manifesta. B
Nam de his quæ dixerat eis, interrogant. cætera enim mani-
festa eis erant, & ita omnia exponebat eis. *Et dicit illis in die*
illo quum facta esset uespera, Transeamus in ulteriorem ripam. & di-
missa turba assumunt eum ita ut erat in naui. sed & aliæ naiculæ e-
rant cum eo. Et oritur procella uenti magni, & fluctus irruebant in
nauim, ita ut illa iam impleretur. Et erat ipse in puppi super ceruical
dormiens, & excitant eum, dicuntque illi: Præceptor non est tibi cu-
ræ quòd perimus? Et excitatus increpauit uentum, dixitque mari, Ta-
ce, obmutesce. Et conquieuit uentus, factaque est tranquillitas ma-
gna: & ait illis, Quid timidi estis adeo. Qui fit ut non habeatis fidu-
ciam? Et timuerunt timore magno, dicebantq; inter sese: Quisnam hic
est, quia uentus & mare obediunt ei? Aliter hæc enarrauit Mat C
thæus, aliter Marcus. nã quæ ille dixit diffusius, hic in com- Matt. 8.
pendium contraxit: & è diuerso quæ ille contractius, hic dif- Lucæ. 8.
fusius dicit. Assumit igitur solos discipulos, qui futuri mira-
culi spectatores essent. Porro ne extollerentur quòd ipsos di-
missis aliis assũpserat, & vt doceat ferendas tẽtationes, relin-
quit eos procellis periclitari. Dormit autem, vt maius appa-
reat miraculum, quum prius turbati fuissẽt. Nam si vigilas-
set Christus, & facta fuisset tempestas, vel non timuissent, vel
non orassent: proinde permisit eos in metum periculi incide
re, quò virtutem ipsius sentirẽt manifestius. Quia enim vide-
bãt aliis beneficia dari, sese autem nullo tali fruit: periculum
erat ne fierent negligentiores. Itaque tempestatem oriri per-
mittit. Porrò super ceruical dormit, quod in naui erat, nimi-
rum ligneum. Excitatus vero, primũ increpauit ventum (hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

D enim est qui ferox reddiderat mare) deinde & mare. Discipulos autem increpauit, eo quòd non habuerãt fidem. Nam si fidem habuissent, credidissent vtiq; quòd & dormiens posset illos seruare illæsos. Dicebant enim inter se, Quisnam est hic? Adhuc enim de eo dubitabant. Cæterum secũdum quòd solo præcepto mare sedauit, & non virga vt Moyses mare,
Exod. 14 neque inuocatione, vt Helias Iordanem: neque arca, vt Iesus
4. Re. 2. Naue, propterea super hominem illis videbatur. In eo autem
Iosue. 2. quòd dormiuit, rursum eis homo videbatur.

CAPVT V.

Et uenerunt trasfretto mari in regionem Gadarenorum.
Egressoque ei de naui statim occurrit è monumentis ho
E E *mo spiritui obnoxius immundo, qui domicilium habebat*
in monumẽtis, & neque catenis quispiam poterat eum
ligare, propterea quod quum sæpe compedibus & ca-
tenis uinctus fuisset, discerptæ essent ab illo catenæ, & compedes es-
sent comminutæ, neque quispiam ualuisset eum domare, & semper
die ac nocte in montibus & monumentis erat clamans, & concidens
seipsum lapidibus. Probatiora exemplaria habent, in regio-
Matt. 8. nem Gergesennorum. Igitur Matthæus duos dicit dæmonio
Lucæ. 7. agitatos, Marcus & Lucas vnum, atrociorẽ in medium prose-
rentes. Venit igitur qui dæmonio agitabatur, confitens illum esse filium dei. Quoniam in naui dubitabant discipuli quantus hic esset, maioris fidei sit testimonium à gẽtibus, quas per dæmones intelligo. Habitabat autem in sepulchris, volens
F hominibus malam opinionem inferre, quòd morientium animæ dæmones fiant. quod absit vt quis credat. *Quum uidisset autem Iesum eminus, cucurrit & adorauit eum, & clamans uoce ma-*
gna dixit, Quid mihi tecum est Iesu fili dei altissimi? adiuro te per
deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab hoie.
Et interrogabat eum, Quod tibi nomẽ est? Et respõdit dicens ei, Legio
mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se
Tormentũ est dæmonibus pelli ab hoie. *emitteret extra regionẽ.* Tormentũ suũ putãt dæmones, ũ cogantur exire ab homine: ideo dicũt, Ne torqueas, hoc est ne educas nos ex habitaculo nostro, hoc est hoie. Sed & aliter existimabãt, q; propter grania quę attẽtassent, nõ vltra passurus esset ipsos, sed mox supplicijs traditurus: idcirco & orant ne se torqueat. Interrogat aũt illũ dñs, non vt ipse discat, sed vt alij discant multitudinem dæmoniorum qui in illo erant.

Quando-

Quandoquidem vnus apparebat esse, ostẽdit Iesus eum quot A
inimicis miserabilis homo ille certarit. *Erat autem ibi iuxta*
montem grex porcorum magnus pascens, & deprecabantur eum om-
nes dæmones dicentes, Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et
permisit statim Iesus. Et egressi spiritus immundi ingressi sunt in por-
cos. Et ferebatur grex per præceps in mare. Erant autem ferme bis
mille, & suffocati sunt in mari. Porro qui pascebant porcos, fugerunt,
& renunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Dæmones orant dominum ne mitteret se extra regionem, sed in greges porcorum. Qui hoc permisit? Quia enim certamen est vita no- Iob. 7.
stra, voluit dominus extra hanc vitam dæmones esse, vt certantes nobiscum nos probatiores eõmonstrarent. Permittit autem illis intrare in porcos: vt discamus quòd sicut non pe
percerunt porcis, ita neque illi pepercissent, nisi eum diuina B
virtus custodisset. Disce autem quòd neq; in porcos habent *Neque in*
potestatem, & multo minus in homines, nisi permittat deus. *porcos dæ*
Obserua autem quòd in homines qui porcorũ more viuunt, *mones ha*
& in luto voluptatis versantur, ingrediũtur dæmones, & mit *bent pote*
tunt illos præcipiti perditione in mare huius vitę, vt suffocẽ- *statem.*
tur. *Et egressi sunt ad uidendũ quid esset quod acciderat: & ueniunt*
ad Iesum, & uident illum qui a dæmonio uexabatur, sedentẽ ac uesti-
tum, & sanæ mentis, qui habuerat legionẽ: & timuerunt. Et narraue-
runt illis qui uiderant, qualiter accidisset ei qui dæmonium habuerat,
& de porcis. Et rogare cœperunt eum ut discederet de finibus ipsorũ.
Et quum ingressus esset nauim, rogabat illum qui fuerat a dæmonio
correptus, ut esset cum illo. Iesus autem non permisit eum, sed ait illi,
Abi in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fe C
cerit, et misertus sit tui. Et abiit, et cœpit prædicare in Decapoli quã-
ta sibi fecisset Iesus: et omnes mirabantur. Exierunt igitur viri illius ciuitatis ad Iesum stupefacti miraculo, & quum audissent, timuerũt magis. Idcirco & Iesum rogãt vt egrediatur a finibus ipsorũ. Timuerunt enim nequando & maius quiddã patiantur. Qui enim perdiderãt porcos, in perditione dolentes precantur vt abeat dominus. Cæterũ is qui dæmonio agitatus erat, orabat illum vt cum ipso esset: timebat enim, ne fiquando dæmones eum inuenissent solum, iterum se adirent. At dominus dimisit eum in domum eius: ostendens ei quòd licet ipse non adsit, nihilominus tamen virtus sua & visitatio custodiat eum: insuper vt & alios lucretur, qui ipsum visuri essent. *Et ecce prędicare cœpit: & omnes mirabantur.*

D Vide autem quàm alienus à fastu dominus. Nõ dixit, annuncia quę tibi feci: sed, quę tibi fecit dominus. Sic & tu quando
Lucæ. 8 bonũ quid facturus es, ne tibiipsi, sed domino factũ tribuas.

Et cum traiecisset Iesus naui rursus in ulteriorem ripam, conuenit multa turba ad eum circa mare. Et ecce uenit quidam principum synagogæ nomine Iairus: & quum uidisset eum procul, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multũ, Dicẽs, Filiola mea in extremis est: oro ut uenias & imponas illi manus, ut salua sit & uiuat. Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebãt eum. Et mulier quædam quæ fuerat obnoxia profluuio sanguinis annis duodecim, fuerat que multa perpessa à complurib⁹ medicis, & insumpserat omnia sua, neque quicquam adiumenti senserat, sed magis in deterius uenerat: quum audisset de Iesu, uenit in turba à tergo, & tetigit uestimentũ eius, dicebat enim, Si uel uestimenta eius tetigero, salua ero. & confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quod sanata esset à flagello. Post miraculum quod in dæmoniaco actum, aliud operatur dominus suscitando filiam principis synagogæ, tum propter Iudæos qui sciebant quod hebat. dimidiatam autem fidem habebat vir ille. Fidelis enim erat, eò quòd procidebat ad pedes Iesu: sed quia & obsecrabat vt veniat, non quantam oportebat præ se fidem ferebat. Debebat enim dicere, Die verbo. Obiter autem iturus dominus curat mulierem sanguinis profluuio laborantem. Fidelissima erat mulier hęc, eò quòd à vestibus vtilitatem se assequi credebat & idcirco etiam sanatur. Intelligas autem hæc etiam de humana natura, quę sanguinis ,pfluuio laborat. Scaturit enim in ea peccatum, quod mors est animę, & sanguiné animę nostrę effundit. A multis enim medicis, hoc est sapientibus huius mundi, sed & à lege & à prophetis non potuit curari. Tetigit autẽ vestẽ Christi, hoc est carnẽ eius, & sanata est. Qui credit enim esse incarnatum deum, is est qui tangit vestimentum eius. *Et statim Iesus in semetipso cognoscens uirtutem ex ipso prodisse, conuersus in turba aiebat, Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebãt ei discipuli ipsius, Vides turbã undiq; premẽtẽ te, & dicis, Quis me tetigit? Et circumspiciebat, ut uideret eam quæ hoc fecerat. Mulier uero timens ac tremẽs, sciens quod factum esset in se, uenit & procidit ei, dixitque ei omnem ueritatẽ. Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te seruauit. uade cum pace, & esto sana a flagello tuo.* Egreditur virtus à Christo, non à loco in locũ transiens, sed manẽs immota in Christo cõmunicatur & aliis, quemadmodum & doctrinæ

Tangere uestẽ illius quid sit

doctrinæ à docentibus sunt, & discentibus traduntur. Vide A autẽ quomodo turbæ quidem cõprimant, & ex eis nullus illum tetigerit: contrà illa quę non premebat, illum tetigerit. Mysteriũ hic quoddam discimus, q̃ nullus ex his qui turbulento sunt animo, tangit Christũ, sed solum premit eum. Qui autẽ nõ premit Iesum, neq; turbato est animo, ille tangit eũ. Sed quamobrem dominus manifestat mulierẽ? Primum quidem, vt fidem mulieris glorificet, deinde vt & archisynagogum animet q̃ & eius filiam sit sanaturus. Ad hæc, vt mulierem à magno metu liberet. Etenim timebat mulier, vtpote quę sanitatẽ furtim abstulerat: ideirco & Euangelista dicit, tremens & timẽs. Venit igitur dominus, nõ dixit, Ego te seruauit: sed, fides tua. Proinde vade in pacẽ. hoc est in requiem: vt sit hęc sententia, Abi, & quieta esto, quę hactenus fuisti in B mœrore & dolore. *Adhuc eo loquente uenium a principe synagogæ qui dicerẽt, Filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Iesus autem protinus audito sermone qui dicebatur, ait principi synagogæ, Ne timeas: tantummodo crede. Et non permisit ut quisquam sequeretur præter Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem Iacobi. Et uenit in domũ principis synagogæ, uidetq; tumultum, & flentes & eiulantes multũ, & ingressus ait illis, Quid tumultuamini & plorat⁹ puella nõ est mortua sed dormit. Et irridebãt eũ. Ipse uero eiectis omnibus assumit patrẽ & matrem puellæ, & eos qui ck ipso erãt: & ingreditur eo ubi puella iacebat, & apprehensa manu puellæ, ait illi, Tabitha cumi, quod est si quis interpretetur, Puella, tibi dico, surge. Et confestim surrexit puella, & ambulabat. Erat enim annorum duodecim, & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis uehementer* C *ne quisquam id sciret: & iussit ut daretur illi quod ederet.* Familiares principis synagogæ arbitrabãtur Christum esse ex doctoribus quendam, propterea obsecrabant vt veniret & oraret super puellam: & quia iam mortua erat, putauerunt vltra non opus esse, eo q̃ mortua esset. Sed ille patrem animat, & inquit. Solum crede. Non permittit autem vllum alium esse comitem, q̃ tres discipulos. Neq; enim Iesus humilis ad ostentationem quippiam vult facere. Dicente autem eo, Non mortua est puella, sed dormit: deridենt, ne possint postea dicere quòd in excessu mentis correpta fuerit, & non fuerit miraculum eam suscitare: vnde deriserunt eum, quòd diceret illam non mortuam, sed dormire. Manum verò apprehendit, vt virtutem ei imponat. Et iubet vt detur ei quod comedat:

quò

Universidad de Deusto
Biblioteca

D quò certius credatur resurrectio vere & non apparenter tantum facta.

CAPVT VI.

Mat.13. Luc.4. Iohan.4.

T egressus est illinc, uenitq; in patriam suam, & sequuntur eum discipuli sui. Quumq; adesset sabbatum, cœpit in synagoga docere: multiq; audientes obstupuerint dicentes, Vnde huic hæc? & quæ est sapientia quæ data est illi? & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber ille, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioſe, & Iudæ, & Simonis? Nõne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et offendebantur per eum. Ascendit ad patriã, E non ignorans se contemptum iri, sed ne in posterum dicere queant, si venisset. Reprehendebat autem & inuidam illorũ mẽtem. Oportebat sanè magis gloriari de domino, qui suam patriã ita ornaret & doctrina, & miraculis: atqui ipsi despexerunt illum ob humilitatem generis. tam atrox malum est inuidia. Semper enim obscurat bona, nec illa ab inuidis videri sinit. Et nunc multi quosdam quasi ignobiles arguunt, qui tamẽ omni honore digni sunt, qui sanè haud bene sentiunt, & neutiquam generosè. Dicebat autem illis Iesus, Non est contemptus propheta nisi in patria sua, & inter cognatos, & in familia sua. Et nõ poterat ibi uirtutem ullam edere, nisi quod paucos infirmos impositis manibus sanauit, ac mirabatur propter incredulitatem illorum. In genere dicit dominus omnes prophetas cõtemptos F in patria sua, & in domo sua, & inter cognatos suos. Nam si nobiles habent amicos, inuident illi eis, & propterea cõtemnunt. sin autem ignobiles, iterum propter ignobilitatem contemptui habent. Non potuit igitur illic virtutes facere, non quòd ipse infirmus esset, sed quòd illi increduli. Parcit igitur eis non faciendo signa, ne signa sint eis ad maiorem cõdemnationem neque sic credentibus: & idcirco nõ facit illic virtutes. Vel aliter, In virtutum operationibus opus est eius qui facit virtute, & eius qui suscipit fide. Quia autem illic defuit alterum, nempe sanandorum fides, non potuit illic signum facere Iesus. Ita enim intelligere debemus, non potuit, id est, non capaces erant. Et obambulabat per uicos undique circuiacentes docens. Et accersit duodecim, cœpitq; eos emittere binos, ac dabat illis potestatem aduersus spiritus immundos. Et præcepit illis ne

Inuidia quæq; obscurat bona.

Contẽpti prophetæ in patria suis.

illis ne quid tollerent in uiam, nisi uirgam tantum, non peram, non A panem, non in zona æs, sed calceamentis sandaliis, & ne induerentur binis tunicis. Et dicebat eis, Vbicunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis illinc. Et quicunque non receperint uos, neque audierint uos, exeuntes illinc excutite puluerem qui est sub pedibus uestris, in testimonium illis. Amen dico uobis, tolerabilius erit So- Actu.13. domis aut Gomorrhis in die iudicij, quàm ciuitati illi. Non in solis ciuitatibus docebat dominus, sed & in vicis: vt nos discamus paruas non despicere, neque semper magnas quærere ciuitates, sed & in contemptis oppidulis prædicemus, seminando sermonem. Non solus autem ipse docet, sed & duodecim mittit binos, quò & alacriores sint. Nam si vnum misisset, fuisset vnicus ille minus alacris. iterum si plures quàm duos, non sufficiisset numerus in plures pagos. Duos igi- B tur mittit. meliores enim sunt duo quàm vnus, dicit Eccle- Eccle.3. siastes. Prohibet autem eis quippiam tollere, vel peram, vel æs, vel panem, docens per hæc illos à diuitiarum studio esse debere alienos, & quòd his qui illos vident, grati sint futuri, quum agnouerint paupertatẽ tantam, eò quòd nihil habeant. Quis enim viso apostolo qui neque peram neq; panem (qui maxime necessarius est) tollat, non bene affice- retur, & se ad diuitiarum contemptum pararet? Porrò in vna *Manere* domo eos manere iubet, ne videantur propter gastrimargiã *in una do* inconstantes esse, ab aliis ad alios transeuntes. Apud illos au- *mo citra* tem qui eos non accipiunt, iubet vt excutiant puluerem, de- *beatur* monstrantes quòd longã viam propter illos venerint, & ni- *apostoli.* hil profuerint: vel quòd nihil ab eis acceperint, & ne pul- C uerem quidem, quem etiam ipsum excusserint, ita vt hoc sit in testimonium illis, hoc est, in reprehensionem. Amen enim dico vobis, quòd tolerabilius erit Sodomis & Gomorrhis in die iudicij, quàm his qui non susceperint vos. Sodomitæ enim puniti in hoc seculo, leuius in alio seculo puniẽtur. Insuper illis non sunt missi apostoli, hi vero apostolos non susceperunt meritò igitur grauius hi quàm illi punientur.

Et egressi prædicabant ut resipiscerent, & dæmonia multa eiiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabant. Quòd vnxerint oleo apostoli, solus Marcus narrat, quod & frater do mini Iacob⁹ in catholica epistola dicit: Infirmatur quis inter *Iacobi. 5.* vos? aduocet seniores ecclesiæ, & orent super illũ, vngẽtes eũ *Oleum fa* oleo. Est igitur oleũ & ad labores vtile, & lucis fomẽtum, & *erum.*

hilaritatis

D hilaritatis effectiuum, significatque misericordiam dei, & gratiam spiritus, per quã à labore liberamur, & lucẽ ac gaudium hilaritatemque spiritualem accipimus. *Et audiuit rex Herodes (inuotuerat enim nomen eius) dicebatque, Iohannes ille qui Baptizabat, resurrexit a mortuis, & propterea uirtutes agũt in illo. Alii dicebant. Helias est. alii uero dicebant, Propheta est, uel tanquã unus ex prophetis. Quum audisset autem Herodes, ait, Cui ego præcidi caput, Iohannes iste est, ipse surrexit a mortuis.* Hic Herodes.
Mat. 2. des fuit filius eius qui pueros occiderat: & licet tetrarcha esset Herodes, eum tamen regem dixit, simpliciter uſus nomine. Igitur ille quũ audiret miracula domini, sciens quòd immerito & absque causa iustum Iohannem occidisset, suspicatus est quòd surrexisset a mortuis, & per resurrectionem in
E se uirtutẽ accepisset operandi miracula. Iohãnes enim prius nullum miraculum fecerat: Herodes autem putabat signorũ operationẽ ei ex resurrectionis uirtute aduenisse. At alii dicebant, Helias est: reprehendit enim multos, vt quum diceret, O incredula natio. Herodes autem timebat, adeo miser erat, vt & mortuum timeret. *Nam ipse Herodes missis satellitibus manus iniecerat in Iohannem, & uinxerat eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam uxorem. Dicebat enim Iohannes Herodi, Non licet tibi habere uxorẽ fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, uolebatque occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Iohannem, scient eum uirum iustum ac sanctum, & obseruabat eum, auditoque eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Mat. 13. Luc. 13. Interserit hoc loco Marcus narratio-
F nem de morte Iohannis baptistę, occasione sumpta Dicunt autẽ quidam quòd Herodes rapuerit Herodiadem uiuente Philippo, & quòd reprehensus fuerit vt præuaricator, qui abduxerit uiuentis fratris uxorem. Alii autem quòd mortuus quidem fuerit Philippus, reliquerit autem filiolam: & quum filiam reliquerit, nõ debebat Herodes uxorem fratris
Deut. 25 ducere, etiam post mortem. Lex enim tunc iubebat fratrem fratris uxorem ducere, quum non superesset puer: nunc autẽ illi erat filia. illegitimæ igitur erant nuptiæ. Vide antẽ quid
Amoris ra faciat amoris rabies, & quãtum ualeat. Ecce enim Herodes
bies. Iohannem quem in tanto honore & reuerentia obseruabat, vt libidini satisfiat, contemnit. *Et quum dies opportunus accidisset, quum Herodes in natalitiis cœnam faceret primatibus ac tribunis & primoribus Galilææ, quũq; introisset filia ipsius Herodiadis, ac saltasset,*

ac saltasset, placuisseq; Herodi, ac simul accumbentibus, rex ait puellæ, Pete a me quodcunq;, & dabo tibi. Et iurauit illi, quicquid a me petierit dabo tibi, usque ad dimidium regni mei. At illa egressa statim dixit matri suæ, Quid petam? Illa uero dixit, Caput Iohãnis baptistæ. Et ingressa statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens. Volo ut protinus des mihi in lance caput Iohannis baptistæ. Et dolore affectus rex, propter iusturandum, eosque qui simul accumbebant, noluit eam reiicere. Et confestim rex misso speculatore iussit inferri caput eius. At ille abiit, ac decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in lance, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ. Quo audito discipuli eius uenerunt, & sustulerunt cadauer eius, posuerunt que illud in monumento. Mira collusio. Saltat per puellam diabolus, fit iusiurandum impium & nepharium, immo stultum. Nequam autem mulier dicit, Da mihi protinus, hoc
B est statim, hac hora. Insipiẽs vero & amore captus Herodes iusiurandum implet, & iustum propter illud occidit. Oportebat hic periuriũ fieri, & non tam abominabile facinus perpetrare. Non enim vbique honestum est seruare quod iuraris. Spiculator miles carnifex est, deputatus in hoc vt occidat. Cadauer, id est corpus. Postquam enim detrũcatum est caput, corpꝰ quod decidit, cadauer dicitur. Accipere hos potes & spiritualiter. Herodes enim dicitur populus pelliceus Iudæorum. Duxit autem vxorem, vanam & ementitam gloriam, cuius filia adhuc saltat & tripudiat apud Iudæos, nempe scripturarum cognitio, qua seducũtur. Videtur enim sibi cognoscere scripturas: veruntamen non sic habet res. Nam Iohannem detruncarunt, hoc est, propheticum sermonem,
C & absque capite, hoc est Christo illum habent.

Et congregantur Apostoli ad Iesum, ac renunciauerunt ei omnia, & quæ egissent, quæque docuissent. Et ait illis, Venite uos soli seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui uenirent & abirent, multi, ac ne cibum quidem capere uacabat. Et abiit in desertum locum nautigio seorsum: & uiderunt eos abeuntes turbæ, & agnouerunt eum multi, & itinere pedestri ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos, conueneruntque ad illũ. Mat. 14. Luc. 9. Apostoli postquam prædicauerunt, congregantur apud Iesum: vt & nos discamus siquando in ministerium mittamur, ne nos totos ab eo qui mittit, abripiamus, sed illum sciamus caput, & ad illum redeamus, annunciemusque ei omnia quæ vel docuimus vel fecimus. Neque enim satis est si doceamus,

nisi &

Periuriũ ubi licitũ.

Cadauer quid dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D nisi & fecerimus. Quiescere autem facit Christus discipulos vt sciant prælati, laborãtes in verbo & doctrina, dignos qui bus detur sua quies, & non semper intendant laboribus. Por ro in locum desertũ secedit, vt inanis gloria vitetur. sed neq; eo loco latere potest quærentes. A deo autem vigilabant illi ne se effugeret, vt & prævenerint apostolos, & abierint in locum vbi Christus quietem habiturus erat. Sic & tu præveni Iesum: ne expectes vt ille te vocet: sed præcurre, & tu magis illum prænenito. *Et egressus uidit turbam multam Iesus, & affectu misericordiæ tactus est erga eos, qui erant uelut oues non ha*

Iobã. 9. *bentes pastorem. Et cœpit illos docere multa: & quum iam multũ tẽporis præterisset, accesserũt ad eum discipuli eius dicentes,* Desertus

E est locus, *& iam multum temporis est: dimitte illos, ut abeant in circumiacentes uillas ac uicos, emantque sibi panes. nam quod edant nõ habent. At ille respondens ait illis,* Date illis quod edant. *Et dixerunt ei,* Euntes emamus ducentis denariis panes, *& demus illis quod edant. At ille dicit eis,* Quot panes habetis? Ite *& uidete. Et quum cognouissent, dicunt,* Quinque, *& duos pisces. Et præcepit illis ut accubere facerent omnes. distribuit conuiuiis in uirídi gramine. Et discubuerunt diuisim in areolas centeni & quinquageni.* Pharisæi quum essent pestilentes ac rapaces, non pascebant populum sed deuorabant. Propterea relictis illis ad Christum verum pastorem turbæ congregantur, vnde & ipse alimoniam eis

F suppeditat, & primum vtiliorem & honestiorem, nempe verbum suum, deinde & corporalem. Vide autẽ discipulos quomodo in misericordia proficiãt. Misericordia enim moti erga turbas, accedunt ad Christum, & pro illis orant. Dominꝰ autem tentans & probans num suam agnoscerent virtutem quod possit illas alere, ait, Date illis vos vt edant. Illi autem & arguerunt eum, vt ignorantem quanta laborent rerum penuria, & quanta populi esset multitudo. Nonnihil enim grauati animo dicebant, Emamus ducẽtis denariis panes, & demus illis vt edant. Denique recumbere facit omnes in fœno separatos. hoc est enim distributis conuiuiis, id est diuersis mensis, quod iterum designat dũ dicit, diuisi in areolas, hoc

Areolæ. est multas partes & sectiones. Areolę enim dicũtur variæ sectiones in hortis in quibus plantantur varia olera.

*Et quum accepisset quinque panes & duos pisces, sublatis in cœlũ oculis benedixit ac fregit panes, deditque discipulis suis, ut apponerent illis: & duos pisces diuisit omnib*ꝰ. *Et comederũt omnes, ac saturati*

rati sunt, & sustulerũt fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Et erant qui comederant panes, quinque millia uirorum. A Qui cibũ a diabolo petant.

Suspicit in cælum, partim nos docens à deo petere cibum, non a diabolo: id quod faciunt qui iniustis prædis viuũt: partim monstrans turbis se non esse aduersarium deo, quem invocabat. Porro discipulis dat, ne miraculi obliuiscãtur, quia suis manibus tenuissent panes. Reliqui autẽ sunt duodecim cophini, eadem de causa, vt suis quique humeris vnum gestãtes, memoria rem seruarent. Virtutis autem magnitudo indicatur, quòd non solum illi pascuntur, sed & multa relinquũtur reliqua. Moses enim quanuis manna dedisset, tamen pro singulorum vsu dabat. nam quod supererat, vermiculis ica- Exo. 16.

turiebat. Helias quoque viduam pascens, suppeditabat quan- 3. Re. 17.

tum satis erat. Iesus autem vt dominus etiam reliqua facit. B

Et hæc quidem iuxta historiam: verũ iuxta anagogen, quinque panes sunt libri Mosis, qui quinque sunt, Genesis, Exo- Quinque

dus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium. Duo autem pi- panes.

sces, piscatorum libri, Apostolus & Euangelium. Illis enim Duo pi-

pascuntur quinque nostri sensus, qui per quinque millia si- sces.

gnantur. Verum nõ possunt omnia edere, sed multa reliqua relinquunt, quæ apostoli gestare possunt. Nam difficiliores sensus legis & euangeliorum nos quidem quinque sensibus seruientes non portamus, sed apostoli. *Et statim coegit discipulos suos conscendere nauim, ut præcederẽt transmisso mari Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam. Et quum dimisisset eos, abiit in*

montem ad orandum. Et quum uespera aduenisset, erat nauis in me-

dio mari, & ipse solus in terra: uidítque eos laborantes in remigan- C

do. Erat enim uentus contrarius eis. Et circa quartam uigiliam nocte uenit ad eos ambulans super mare, & uolebat preterire eos. At

illi ut uiderunt eum ambulantem super mare, putauerunt spectrum esse, & exclamauerunt. Omnes enim uidebant eum, & cõturbati sunt

& statim loquutus est cum eis, dixitque eis, Cõfidite, ego sum, ne ter-

reamini. Et ascendit ad illos in nauim, & conquieuit uentus. Et uehementer supra modum intra se stupebant & admirabantur. Non enim

intellexerant de panibus. erat enim cor eorum obcæcatum. Cogit discipulos. Nolebant enim auelli ab eo, sed vi separabantur, partim propter amorem erga illum, partim qꝰ dubitabãt quomodõ nam ad ipsos redderet, quũ abesset nauis. Dimissis itaque turbis ascendit in montem vt oraret seorsum.

Quiete

Universidad de Deusto Biblioteca

D Quiete & tranquillitate opus habent preces. Cæterum discipulos tentari permittit, vt discant patiẽtiam. Nam propterea non statim illis assistit, sed tota nocte finit in tempestate esse, vt doceat fortes esse, & non in principio tentationum sperandam requiem. Obserua & aliud, quod datarus finem rerum difficultatibus, in maiorem illos terrorem adducit. Viso igitur illo clamauerunt turbati tanquam in phantasmate: & statim per vocẽ succurrit eis, dicens, Ne terreamini. Deinde & per ingressum in nauim, maiorem illis securitatem parit. Confestim enim conquieuit vẽtus. Magnum autem miraculum, ambulare super mare: & quũ esset tanta tempestas, tamque contrarius ventus, miraculi incrementum erat. Apostoli autem quum non intellexissent de panibus, ex hoc miE raculo in mari intellexerunt. Videtur sane Christus propter hoc permisisse illos tentari, vt quoniam à panibus eum non cognouissent, notitiam à mari perciperent. *Et quum transiissent, uenerunt in terram Genezareth, & applicuerunt in portũ. Quumque egressi essent e naui, continuo agnouerunt eum: ac percurrentes totam undique regionem illam, cœperunt in lectis eos qui male habebant circumferre, quum audissent eum illic esse: & quocunque introisset in uicos aut ciuitates, aut in uillas, aut in plateis, ponebant infirmos & deprecabantur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.* Aliquanto tempore, vt videtur, peregrinatus est dominus in loco illo, eò q̃ Euangelista dicit, Quum agnouissent illum, attulerunt infirmos. Non enim in domos ipsum vocabant, sed ipsi afferebãt F eos qui male habebant, obsecrantes vt illis vel fimbriam vestimenti tangere liceat. Nam miraculum quod in muliere operatus fuerat, quæ sanguinis profluuio laborabat, ad omnium aures peruenerat, fidemque auxerat.

Quiete ep⁹ habẽt orationes

CAPVT VII.

Mat. 9. Supr. 5. Luc. 8. Mat. 15.

T conueniunt ad eum pharisæi, & quidam de scribis qui uenerant a Hierosolymis: & quũ uidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est illotis, edere panes, increpabant. Nam pharisæi & omnes iudæi nisi cubitaliter lauarint manus, nõ edũt cibum, tenentes institua maiorum: & a foro uenientes, nisi loti fuerint non comedũt. Et alia multa sunt quæ susceperunt seruanda, ne-

ge lotiones poculorum & urceorum, & æramentorum, & lectorum. A *Deinde interrogant eum pharisæi & scribæ, Quare discipuli tui nõ ambulant iuxta traditionem seniorum, sed illotis manibus edunt panem?* Discipuli domini docti solam virtutem amplexari, & in aliis non esse superstitiosi, illotis manibus comedebãt, simpliciter, & absque curiositate. Pharisæi autem quærentes contitii occasionem, illud reprehendunt, neque reprehendunt illos vt transgredientes legem, sed traditiones seniorum. Nõ enim in lege scriptum erat, Lauandum cubitaliter, hoc est vsque ad cubitum: (cubitaliter enim dicitur à cubito vsque ad extremos digitos) sed hoc erat à senioribus traditum.

At ille respondens dixit, Bene uaticinatus est Esaias de uobis hy- Esa. 29. B *pocritis, sicut scriptum est. Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorum longe est a me: inuanum autẽ me colunt docentes doctrinas, præcepta hominum. Nam omisso præcepto dei tenetis constitutiones hominum: ablutiones urceorum & poculorum, aliaque similia his faciatis multa. Et dicebat illis, Bene reiicitis præceptum dei, ut constitutionem uestram seruetis. Moses enim dixit: Honora patrem tuũ & matrem tuam, &c. Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur.* Exo. 20. *Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, corban, quod est* Deut. 5. *donum quodcunque ex me, in tuum cedet commodum, & præterea* Leuit. 20 *non sinitis eum quicquam facere patri suo, suo, aut matri suæ, & irritum facitis uerbum dei per constitutionem uestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis.* Vt grauius arguat dominus Iudæos, adducit & prophetam à quo taxãtur. Illi eũ discipulos arguebant quòd seniorum traditiones prænarica ti essent: dominus autem eis impingit crimen lõge grauius, C quòd Moũi legem præuaricarentur. Lex enim dicit, Honora patrem & matrem: vos autem docetis pueros vt dicant ad parẽtes, corban, hoc est, donum & oblatum deo, quod quæ- Corban. ris ex me. Pharisæi enim volentes deuorare ea quę erãt plebeiorum, docebant pueros, si quid haberent velut peculium, & quærerent parentes, dicerent, Iam consecraui hoc deo. ne vltra quærant iam oblatum domino. Igitur sic decipiebant pueros, & simul persuadebant eis vt consecrarent domino quæ haberent: quo parentes faciebant contẽm, ipsi autem deorabant deo sacrata. Propterea arguit eos dominus, quòd propter lucrum trãsgrediantur legem dei. *Et quum aduocasset ad se totam turbam, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eum inquina-*

D re: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ inquinant hominem. Si quis habet aures ad audiendum, audiat. Et quum introisset in domũ
femotus a turba, interrogabant eum discipuli eius de similitudine. Et
ait illis: Adeo & uos intelligentia caretis? Nondum intelligitis quod
omne foris introiens in hominem, non potest eum inquinare, quia non
intrat in cor eius, sed in uentrem, & in secessum exit, repurgans om-
nes escas? Dicebat autem, Quod ab homine exit, illud inquinat homi-
nem. Ab interioribus enim de corde hominum malæ cogitationes pro
cedunt, adulteria, stupra, homicidia, furta, auaritiæ, fraudes, dolus,
impudicitia, malus oculus, blasphemia, superbia, stultitia: omnia hæc
mala ab internis procedunt, & coinquinant hominem. Dominus
docens homines quòd ciborum obseruationes quas lex pro-
hibet, non debeamus corporaliter intelligere, incipit hoc lo
E eo legis mentem aperire, dicẽs, nihil quod ingreditur, posse
communem facere, hoc est inquinare quempiam: sed ea quæ
egrediuntur de corde. illa enim sunt quæ inquinant. & enu-
Oculus malus. merat ea. Oculum malum inquit vel intemperantiã, vel inui-
diam. Etenim inuidus oculum malum & fascinum immittit
Blasphe- mis. in eum cui inuidet. Et intemperans per oculum videns, ma-
lum communicat. Blasphemiam autem dicit conuitium in
Superbia deum, vt si quis dicat, Non est prouidentia. vnde & superbiã
Stultitia. adiicit. Superbia enim est quasi contemptus dei, quãdo quis
bonum operatur, & hoc non asscribit deo, sed propriæ virtu-
ti. Stultitia autem conuitium est in homines. Omnes illæ af-
fectiones coinquinant animam, scaturiuntq; ex illa & egre-
diuntur. Cæterum turbæ obscurius loquutus est deus: id-
F circo & dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat, hoc est
intelligat. Apostoli autem profundius quiddam dicere do-
minum existimarunt, & accedunt & interrogant de parabo
Parabola. la, hoc est obtenebrato & obscuro sermone. Parabola enim
sermo est tenebrosus. Et primum quidem increpauit eos di-
cens, Siccine & vos sine intellectu estis? deinde soluit quod
angebat. *Et quum inde surrexisset, abiit in confinia Tyri & Si-
donis: & ingressus domum, neminem uoluit scire. nec potuit latere.
Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filiola habebat spiritum
immundum, uenit & accidit pedes eius. erat enim Græca Syrophœ
nissa genere, & rogabat eum ut dæmonium eiiceret de filia sua. Ie-
sus autem dixit illi, Sine prius saturari filios. Non est enim bonũ
sumere panem filiorum, & proiicere catellis. At illa respon-
dit, & dixit*

*dit & dixit illi, Etiam domine: nam catelli quoque comedunt sub A
mensa de micis filiorum. Et ait illi, Propter istum sermonem uade,
exiit dæmonium a filia tua. Et quum abiisset domum suam, reperit
dæmonium exisse, & filiam iacentem super lectum.* Postquam
de cibis loquutus est dominus, & vidit incredulos Iudæos,
transiit in gentilium fines. Nam quum increduli essent Iu-
dei, salus futura erat Gentium. Et ipse primum quæsiuit la-
tere, vt ne habeant Iudæi postea quo possent ipsum accusare
quòd ad immundas gentes præcurrerit. Non potuit latere.
non enim veniebat vt lateret, & a nemine agnoscereturMu Preces
lier enim quæ audierat de eo, ostendit alacrem fiemd suam: cur exau-
& propterea dominus non statim exaudit, sed moratur & dire inter
differt donũ, vt ostẽdat mulieris solidã fidẽ, quæ quanuis ab- dũ diffe-
legaretur, perseueranti: vt & nos discamus non statim resi- rat deus
stire quum precamur, si non statim votorum fuerimus com- B
potes, sed perseueremus donec accipiamus. Præterea ca-
nes nominat Gentiles, tanquam exosos Iudæis habitos.
Panem autem beneficium, quod pueris, hoc est Hebræis,
segregarat deus. Beneficia autem Hebræis impartitus est.
Dicit igitur dominus, Non oportet Gentiles participes esse
beneficiorum quæ Iudæis destinata sunt. Quia vero pru-
denter respondit mulier, & fideliter desiderii facta est com-
pos. Iudæi enim, inquit, panem habent, hoc est te totum, qui
e cœlis descendisti: & beneficia tua: at ego micas peto, hoc
est beneficium particulare. Vide autem dominum quomo-
do non dixerit, Virtus mea saluauit te. sed quid dicit? Pro- C
pter sermonem hunc, hoc est propter fidem tuam, vade: mun
data enim est filia tua. Disce igitur & tu hoc loco vtilem
doctrinam. Etenim vnusquisque nostrum quando peccat,
mulier est, hoc est infirma anima. Phœnissa autem tan-
quam rubrum & sanguinarium ac cruentum peccatum ha-
bens. Filiam autem habet talis mulier, malum opus, quod
habet dæmonium. Mala enim opera, dæmonum sunt. Pec-
catores itaque cum simus, canes nominamur, immũditia ple Pfalmi
ni, propter quod & indigni sumus qui accipiamus panẽ dei, canes.
hoc est, cõmunicem' immaculatis mysteriis. Quod si per hu
militatem nosmetipsos agnouerim', & cõfessi fuerimus nos
esse canes, enarrauerimusq; pcta nostra, tũc sanabit filia no
stra, hoc est opus diabolicũ. *Et rursum egressus de finibus Tyri*

 ac Sidonis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Sidonis, uenit ad mare Galilææ per medios fines decapolis, & ad
ducunt ei surdum, impeditæque linguæ, & deprecantur eum ut im-
ponat illi manum. & quum apprehendisset eum de turba seorsum, mi
sit digitos suos in auriculas eius, & sputo emisso tetigit linguam ei⁹,
ac suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi, Effeta, quod est aperi-
re. Et statim apertæ sunt aures eius, & soluetum est uinculū linguæ
eius, & loquebatur recte: & præcepit illis ne cui dicerent. Sed quo
magis ille eis præcipiebat, hoc amplius prædicabant, & supra modū
stupebant dicentes, Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mu-
tos loqui. Non moratur diu in Gentilium locis, sed statim
transit, ne (sicut dicebam) daret occasionem Iudæis dicendi
quod prævaricaretur legem, Gentilibus se miscens. Secedēs
igitur à finibus Tyri & Sidonis, vadit in Galilæam. Porro
surdum & impeditæ linguæ illum sanat. Erat autem morbus
E ille à dæmone. Iam quod de turba seorsum apprehendit illū,
ideo factum, quòd non erat arrogātiæ sectator, qui se humi-
liarat vsque ad nostram inopiam: & vt plurimum noluit co-
ram multis miracula facere, nisi forte propter vidētium vti-
litatem. Quum vero expuisset, tetigit linguam illius, vt ostē-
deret omnes partes carnis suæ sanctas ac diuinas esse, adeo
Partes om nes i Chri sto sanctæ
vt & sputum solueret linguæ vinculum: tametsi superfluitas
omnia. Vt autem suspexit in cœlum, ingemuit, fortassis & o-
rans patrem quo misericordia dignaretur hominem: & nos
docens quando facturi sumus miraculum, inde petēdam mi-
raculorum virtutem. fortassis etiam misericordia erga huma-
nam naturam tactus, quo pacto sic tradita esset diabolo, qui
F illi sic illuderet, & à quo tanta pateretur. Vnde & qui sana-
rat, à sanatis prædicatur: tametsi illis ipse interdiceret ac pro-
hiberet ne quid dicerent. Docemur & item hoc loco quòd
quando benefacturi sumus, ne plausus vel celebritates ex be-
neficiis quæramus.

CAPVT VIII.

Matth. 15.

1 IN diebus illis quum turba admodum multa esset, nec
haberent quod manducarent, accersitis ad se Iesus di-
scipulis, ait illis, Misericordia tangor erga turbam: quia

quia iam triduo apud me manent, nec habent quod edant: & si dimi- A
sero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia. quidam enim ex eis
è longinquo uenerāt. Et responderunt ei discipuli sui, Vnde illos quis
poterit hic satiare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot pā
nes habetis? illi uero dixerunt, septem. Et præcepit turbæ discumbe
re super terram: & acceptis septem panibus, quum gratias egisset,
fregit, deditque discipulis suis, ut apponerēt, & apposuerunt turbæ.
Et habebant pisciculos paucos: & quum benedixisset, iussit apponi & Matt. 14. B
hos. Comederunt autem & saturati sunt: ac sustulerunt quæ superfue
rant fragmentorum septem sportas. Erant autem qui comederāt, fer-
me quater mille: & dimisit illos. Etiam antea tale quoddam mi
raculum fecit dominus, & nunc idem denuo operatur sum-
pta occasione iusta, nempe quòd tres dies manserat turba, & Supra. 6.
absumpta erant omnium viatica. Non enim semper miracu- B
lum facit in alimentis, vt ne putent quòd propter cibos po- Luc. 9.
pulus illum sequatur, & nunc nisi periculum ex ciborum pe-
nuria fuisset, neutiquam fecisset miraculū. Vide autē & disci Iohan. 6
pulos quàm insipienter se habeant, nondum credentes virtu Erga indo
tes illius ex prioribus signis. Ipse autem non reprehēdit, do- ciles non
cēs & nos ne morosiores & austeriores erga indociles sim⁹, decet au-
sed sunt quæ illis oportet ignoscere vt insipientibus. Consi- steriores
dera autem & hoc, quòd Christus nullum vult dimittere ie- nos esse.
iunum. omnes enim vult deliciis suorum donorum alere, &
maxime eos qui triduo apud se manent, hoc est baptizatos.
Illuminatio enim dicitur baptisma. Quia autem baptismus Baptismi
in tribus mersionibus fit, ita & triduo manēt qui per baptis- trina im-
mum illuminantur. Accepit septem panes, spirituales inquā mersio.
sermones. Numerus enim septenarius, spiritus sancti symbo C
lum est, qui perficit omnia. Septenario enim numero perfici Septena-
tur vita hæc, & hoc seculum. Comedūt autem illuminati, & rius nume
saturantur, & reliquiæ supersunt. Neque omnes sensus diui rus.
nos edere valent. Verum sicut in illo quinque panum mira-
culo, duodecim cophini sunt, & plures reliquiæ: erant enim
quinque millia, hoc est, quinque sensibus seruiebant, & pro-
pterea non potuerunt multa edere, sed paucis contenti fue-
runt, & ideo plures sunt reliquiæ: ita hic septem sunt sportæ,
& pauciora residua, eo quòd quatuor millia fuerunt, hoc est,
quatuor virtutibus exercitati, & propterea vt sint potentio-
res, plura comederūt, & pauciora reliquerunt. Illa enim so-

D la non potuerunt comedere, quæ fuerũt magis spiritualia, &
Mat. 16 profundiora, vnde & per septem sportas designantur. Disce
Hebr. 13. & hoc iuxta historiam, quòd debemus his quibus indigem⁹, contenti esse, & nihil amplius quærere. Ecce enim turbę quę comederunt, & saturatæ fuerunt, non acceperunt secum reli quias panum, sed discipuli has gestarũt. sic igitur & nos viu nobis congruo esse contentos decet. *Et mox ingressus in na-*
Mat. 16. *uim cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha: & egressi sunt*
Luc. 12. *pharisæi, cœperuntque disputare cum illo, quærentes ab eo signum è cœlo, tentantes eum. Et quum ingemuisset spiritu suo, ait, Cur genera tio hæc signũ quærit? Amen dico uobis, si dabitur generationi huic signum.* Post signum hoc septem panum, statim secedit in a lium locum, timens ne quo pacto turba tanto miraculo exci
E tata, quid nouarum rerum moliretur, regemque se faceret. Pharisæi signum quærunt de cœlo, vtpote quod solem sistat
Mat. 24. & lunam, fulmina deducat, aerem immutet. Arbitrabantur
Inf. 13. enim eum non posse facere signũ de cœlo: in Beelzebul fa cere solum signa in terra. Ipse autem morem eis non gerit. Aliud enim est tempus signorum de cœlo, nempe secundi aduentus tempus, quando virtutes cœlorum commouebuntur, & luna non dabit splendorem suum. Primi autem aduen tus tempus nihil tale habet, sed omnia mansuetudine plena sunt, & ita nõ dabit gnationi huic signũ tale, hoc est de cœlo. *Et relictis illis ingressus rursus nauim abiit trajecto lacu. Et obli ti fuerant sumere panes, nec præter unum panem habebant secum in*
naui. Ac præcepit illis dicens, Videte, cauete a fermento pharisæo-
rum, & a fermento Herodis. Et disputabant inter sese dicentes, pa-
F *nes non habemus. Et eo cognito Iesus dicit illis, Quid disputatis quia panes non habetis? Nondum animaduertitis nec intelligitis? adhuc obcæcatum habetis cor uestrum? oculos habentes non cernitis? & au*
Iohã. 6. *res habentes non auditis? & non meministis quum quinque panes fre gissem in hominum quinque millia, quot cophinos fragmẽtis plenos sustulistis? Dicunt ei, duodecim. Quum autem septem in quatuor mil lia, quot sportas ex reliquiis fragmentorum tulistis? Illi uero dicunt septem. & dixit illis. Quo fit ut non intelligatis?* Reliquit pharisæos dñs, vt incorrigibiles. Vbi em̃ spes est correctionis, ibi immorandũ est: vbi aũt illa defuerit, inde trãseundũ. Singulari aũt dispẽsatione fit vt discipuli obliuiscãt panũ, quo me liores euadãt obiurgati, & intelligãt domini virtutẽ. Nã quũ dixisset

dixisset cauendum à fermento pharisæorum, hoc est doctri- A
na, illi eum putabant de panum fermento loquutum. Vnde meritò perstringuntur tanquàm stupidi, & non intelligentes virtutem Christi, qui possit ex nihilo facere panes. Fermentum ideo nominat doctrinam pharisæorum & Herodianorum, quia amara est, malitiæq; veteris plena. Quicunq; enim malitia inueteratus est, & nihil spirituale potest dicere quod auditoris faucibus sit dulce, ille fermentum habet, ac mordacem veteris malitiæ doctrinam, quæ illi obedientẽ ad pœnitudinem tandem ducat. Herodiani autem erãt doctores quidam nuper orti, dicentes Herodem esse Christum, & illi esse credendum. *Cur doctri na Herodiano rum. fermentum.* *Et uenit Bethsaidan, & adducunt illi cæcum: & obse-*
crabant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit illum
extrà uicum: & quum exposuisset in oculos illius, impositisque illi ma- B
nus, interrogauit eum si quid uideret: & recepto uisu dicebat, Video
homines, quoniam uelut arbores cerno ambulantes. Deinde rursum
imposuit manus super oculos illius, & fecit ut uisum reciperet, & re-
stitutus est: ac denuo uidebat dilucidè omnes: & dimisit illum in do-
mum suam, dicens, Neque in uicum ingrediaris, neq; dixeris cuiquam
in uico. Apparet Bethsaidan incredulitate multa laborasse: ideo & miseram eam dicit Christus, sicut Matthæus inquit, Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaidan: quia si in Tyro & Si- Mat. 11.
done factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, pridem resipuissẽt. Huc igitur quum venisset Iesus, adducunt ad eum cæcum ex pago. Non erat autem pura adducentium fides, vnde & dominus educit cæcũ è pago, & sic sanat illum. Exputit vero in oculos cæci, & manus imponit, vt discamus nos C
quòd sermo diuinus efficax sit. Manus enim, operatiõis symbolum est: sputum autẽ sermonis, eo quòd ex ore sit. Et quia Manus.
neque cæcus ille perfectam habuit fidem, idcirco non statim ipsum respicere facit, sed sensim, vtpote integra carentem fide. Iuxta fidei enim magnitudinem & sanitas datur. Prohibet autem ne ingrediatur in pagum suum, eõ quòd, sicut dixi, incredulí erãt homines, & animæ eius nocuissent, Sed neq; Christus hoc de se diu dici vult, vt ne in incredulitate sua perseuerantes illi, in grauius inciderẽt iudicium. Et nos quãdiu in hoc pago, id est mũdo agimus, anima fumus cæci: educti autem è mundo & secularibus negociis, à Christo sanamur. Postquam autẽ sanati fuerimus, dicit nobis ne vltra re- Sputum.

D uertamur in pagum, sed in domũ. Domus autem vniuscuiusque, cœlum, & mansiones quæ illic sunt. *Et regressus est iesus & discipuli illius in uicos Cæsariæ quæ cognominatur Philippi: & in uia interrogauit discipulos suos dicens,* Quem me dicũt homines esse? Illi uero responderunt. Iohannem Baptistam, *& alii* Heliam, *alii* rursus unũ de numero prophetarũ. *Et ipse dicit illis. At uos quẽ me dicitis esse? Respõdens autem* Petrus *dicit illi, Tu es* Christus. *Et intermi natus est eis ne cui dicerent de se.* Quum abduxisset eos procul à Iudæis, interrogat de se, vt nullum timentes veritatem fa-
E terentur. Respondent igitur, alij quidem Iohannem Baptistam te suspicatur, alii vero Heliam. multi enim Iohannem resurrexisse credebãt, sicut etiam Herodes opinatus est quod propter resurrectionem accessisset ei virtus illa qua miracula faciebat. Iohannes enim quum viueret, non faciebat miracula. Vbi igitur interrogauit eos de aliorum opinionibus, rogat ex eis & suam ipsorum sententiam, quasi diceret: Illi errantes sic de me sentiũt, vos autem aliud quiddã dicite. Quid igitur Petrus? Cõfitetur eum esse illum qui à prophetis prædictus est. Quid autem ad confessionem Petri dixerit dominus: & quomodo beatificarit illum, Marcus quidem prætermisit, ne videretur ad gratiã Petri præceptoris sui hæc dixis-
Mat. 16. se: Matthæus autem non omisit. Interminatus est autem illis vt nulli de se dicant. Volebat enim adũbrari gloriam suam, ne postea multi in se scandalizarentur, & propterea ob incredulitatem suam maiori supplicio fierent obnoxii. *Et cœpit docere eos quòd oporteret filiũ hominis multa pati, & reprobari a se-*
F *nioribus summisque sacerdotibus ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere: & aperte sermonem loquebatur. Et apprehendit illum Petrus, cœpitque increpare eum. at ille conuersus, & intuitus discipulos suos, increpauit Petrum, dicens, Abi post me Satana, quoniam non sapis quæ dei sunt. sed quæ sunt hominum.* Quando deprehendit eos confessos se esse Christum, tunc tandem & crucis sacramentum eis manifestat, tametsi non omnino nude: neque enim sic quid diceret intellexissent, neque intelligebant quid esset resurgere. Vnde putabant melius esse omnino non pati. Vnde & Petrus incepit eum increpare, quod temere in mortem se offerret. potuisset enim non pati. At dominus monstrans ad salutem suam passionem pertinere, & solum satanam eum nolle pati, ne saluentur homines: satanam nominat Petrum, tanquam idem cum satana sentientem, nolentemque

temque se pati. sed magis se opponentem. Satanas enim idem A
est quod aduersarius. Vade autem post me, inquit, hoc est, se- *Satanas.*
quere voluntatẽ meam, & non oblucteris, neque ex aduerso
mihi stes, sed post me sequaris. Humana dicebat sapere Petrum, eò quòd humilia quædam & carnalia sapiebat, volens
mollius agere, & non crucifigi nec in tentationes incidere
dominum propter mundi salutem. *Et quum ad se uocasset turbam una cum discipulis suis, dixit illis,* Quicunque uult sequi me, abne- Iohã. 12.
get semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Nam quis-
quis uoluerit animam suam seruare, perdet eam. Quisquis autem perdiderit animam suam causa mea & euangelii, hic seruabit eam. Quid
autem profuerit homini si lucratus fuerit mundum uniuersum, & ani-
mæ suæ detrimentum fecerit. Aut quid dabitur homo quo repenset a-
nimam suam? Quandoquidem Petrus increparat eum volen- B
tem crucifigi, aduocat turbam, & audientibus omnibus Petrũ acrius alloquitur, Tu me, inquit, reprehendis Petre, quòd
crucem tollo? ego autem tibi dico, quòd neq; tu neque quis-
quam saluabitur, nisi moriatur pro bono & veritate. Cæterũ
vide quòd non dixit, etiamsi nõ velit quis, moriatur, sed, qui-
cunque vult. Nullum enim cogo. Ad bona voco, non ad ma- *Nota.*
la, vt & compellam, & ita si quis nõ vult, non est his dignus.
Quid sit autẽ abnegare semetipsum, discemus, si dixerim, *Abnega-*
quid sit abnegare alium. Qui enim abnegat alium, fratrẽ for- *re semet-*
tassis, vel familiarem, vel patrem, etiamsi flagellari illum vi- *ipsum.*
derit, & occidi, non aduertit, non dolet, non cõpatitur semel
ab eo alienatus: sic quoq; & nos vult corpus nostrũ despicere
vt siue flagella, siue aliud quid patiat, ne illi parcamus. Tol- C
lat autẽ crucẽ suã, hoc est ignominiosam mortẽ, ignominio
sa enim tũc videbatur, Præterea quia multi in crucẽ agebãtur
latrones, addit quòd cum crucifixione etiam omnẽ aliam vir
tutem habeat. hoc enim est, & sequatur me. At quoniam gra-
ue hoc esse videbatur & crudele quod imperat nobis vt nos
morti exponeremus, dicit quòd hoc modo plus habeat misericordiæ. Nam quisquis perdiderit animam suã propter me
non tanquàm latro qui occiditur, vel tanquàm is qui suspen
ditur (hoc enim non est propter me) talis inueniet animam
suam: sicut contrà si quis videatur lucrari, perdet eam si in *Crux.*
tempore martyrij non restiterit. Ne mihi dixeris quòd lu- *ignominiosa.*
cratus sit vitam. nam quum postea deponenda sit, etiam si *est.*
totum mũdum fuerit lucratus nulla erit vtilitas. neque enim

diutius

Universidad de Deusto
Biblioteca

D diuitiis salus repensari potest. siquidem enim hoc est, quod is qui lucratur totum mundum, animam autem perdit. Dedisset enim & is qui in flãma cruciabatur, & innocẽs fuisset. At non est tunc talis quædam commutatio illic. Proinde & hoc loco confutabimus Origenistas dicẽtes quòd futura sit quædam animarum reparatio postquàm punitę fuerit iuxta peccatorum suorum rationem. Audimus enim quòd illic non repensetur quippiam pro anima. Proinde non tanta res puniri, quanta pro peccato rependenda est. *Quemcumque enim puduerit mei ac meorum sermonum in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filium hominis, ubi uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.*

Origenistæ cõfutantur.

E

CAPVT XI.

Mat. 16. Luc. 9.

T dicebat illis: Amen dico uobis, sunt quidam inter eos qui hic stant, qui non gustabunt mortem donec uiderint regnum Dei uenisse cum uirtute. Non sufficit men
E talis fides, sed etiam oris cõfessio exigitur. Nam quia duplex est homo, duplex fiat & sanctificatio. Sanctificatur quidem anima per fidem, corpus autem per confessionem. Quę igitur puduerit crucifixũ confiteri Deum suũ, illius & ipsum pudebit. Indignũ illũ seruũ iudicabit quũ venerit, nõ tũc humilis, neq; (sicuti apparebat) contẽptus ita, vt quem eius tunc pudere debeat: sed in gloria, & cũ comitatu angelorum. Quia autẽ de gloria sua dicebat, volẽs eis de-
F clarare quòd non hoc per arrogãtiam loqueretur, dicit quòd sunt quidam ex hic stantibus, nẽpe Petrus, Iacobus, & Iohannes, qui nunc morientur donec ostendero eis in transfiguratione quãta cũ gloria venturus sim. nã ipse tunc fulgebat, ita

Matt. 17 Luc. 9. & sancti eius. *Et post dies sex assumit Iesus Petrũ & Iacobũ ac Iohannem, & subducit eos in montem excelsum seorsum solos, & transformatus fuit coram illis, & uestimenta illius facta sunt splendida & candida ualde uelut nix, quàm candida facere non potest fullo super terram.* Lucas autem post octo dies dicit, nõ dissidens à Marco, sed plane consonans. Ille enim & diẽ quo locutus erat, & diem quo ascendit, dixit: Marcus autem intermedios duntaxat. Assumptos igitur precipue secum subducit in montem excelsum. Petrum quidem, tanquàm eum qui confessus erat, & diligebat: Iohannem, vt eum qui diligebatur: & Iacobum,

vt &

vt & ipsum theologum vocalissimum. nam ita molestus erat A
Iudæis, vt etiam Herodes Iudæis placere volens ipsum occi- Actuũ. 12.
derit. In montem autẽ excelsum subduxit, quò gloriosius fiat miraculum. Et seorsum. sacramentum enim seorsum demonstraturus erat. Per transformationem intellige non characteris & lineamentorum immutationem, sed manente characterę qualis prius erat, ineffabilis lucis factum esse augmentum.
Et conspectus est illis Helias cum Moyse, colloquebantur; cum Iesu. Et respondens Petrus dicit Iesu, Rabbi, bonum est nos hic esse: & faciamus tabernacula trìa, tibi unum, Moysi unum, & Heliæ unum. nõ enim nouerat quid loqueretur. erant enim expauefacti. Et facta est nubes quæ obumbrauit illos: & uenit uox e nube dicens, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et repente quum circumspexissent, nõ amplius uiderunt quenquàm, sed solum Iesum esse secum. Helias B
& Moyses videntur colloquẽtes, multis de causis. Quia enim *Causæ cur*
dixerant discipuli populum dicere quòd Christus sit vel He- *Moses &*
lias, vel alius ex prophetarum numero: ostendit eis prophe- *Helias in*
tarum præcipuos, vt & inde discant quantum inter seruum & *monte &*
dominũ intersit. Vna quidem causa hæc est. Alia autem, quia *quid cum*
multi eum putabant aduersarium Deo, & quòd solueret sab- *Iesu collo*
batum, ac legem præuaricaretur, ostendit in monte prophe- *quuti sint.*
tas, quorum vnus legislator, alter æmulator fuerat. Neque Iohan. 9.
enim colloquium habuissent prophetę cum eo, qui visus fuisset soluere legem. At Petrus timebat descendere à monte. timebat enim ne crucifigeretur dominus: & dicit, Bonum est nos hic esse, & non illuc descendere in medium Iudæorum. Nã si huc venirent qui aduersum te sæuiunt, haberemus Mo C
sen, qui de Aegyptijs triumphauit: haberemus item Heliam, qui ignem de cœlo deduxit, quinquagenarios cõsumentem. Exod. 14
Quid autem colloquebantur cum eo prophetæ? De cruce & 4. Reg. 1.
de morte ei⁹. Porro de Petro dicit quòd nescierit quid loqueretur. Territi enim facti sunt ob ineffabilẽ lucẽ & gloriam. Non enim integrè erat in eius animo, q; nunquàm vellet descendere Iesum vt crucifigeretur pro salute nostra, sed in mõte semper manere. Nũc etiam sermonem ad anagogiam subducamus. Post consummationem mundi, qui sex diebus est Gene. 1.
conditus, & nos ascendere faciet dominus, si quidem discipuli eius fuerimus, in montẽ excelsum, cœlum dico, & ostendet nobis semetipsum fulgidiorẽ. Nũc quidẽ quasi in ignobilita
te apparuit, crucifixus, & fabri filius: tũc autẽ videbimus vni-

geniti

Universidad de Deusto
Biblioteca

D geniti illius gloriam, videbimus etiam legem & prophetas cum ipso colloquentes, id est ea quæ de ipso dicta sunt tam à Mose, quàm à cæteris prophetis, & tunc comperiemus ac videbimus quòd cum suis operibus consonent: ac tunc audiemus reuera paternam vocem, quę reuelat nobis patris filium, & docet, Hic est filius meus. Quomodo docebit nos? Nube obumbrante, id est spiritu sancto, qui est fons sapientiæ.

Porro quum descenderent de monte, præcepit illis ne cui dicerent ea quæ uiderant, donec filius hominis a mortuis resurrexisset. Ac uerbum hoc tenuerunt apud sese, inter sese disputantes quid esset hoc quod dixerat è mortuis resurgere. Quam ob causam interdicit dominus discipulis ne quid dicant cuipiam de transfiguratione? Vt ne scandalizarentur homines si quum tam honorifica de Christo audissent, postea viderét ipsum crucifigi. Igitur postquam à mortuis surrexit: tempestiuum erat de Christo dicere gloriosa quæ ante crucem erant facta. Tenuerunt itaque apostoli apud se sermonem, disputãtes inter sese quid esset ex mortuis resurgere. nondum enim sciebant, inquit, quòd oportebat è mortuis resurgere. *Et interrogabãt illũ, dicẽtes, Quid est quod scribæ dicunt, Heliã oportere uenire prius? Ille uero respondẽs dixit illis, Helias quidẽ ubi aduenerit, prius restituet omnia, et quemadmodũ scriptum est de filio hominis, ut multa patiatur & contemnatur. Verũ dico uobis Heliam uenisse: et fecerũt illi quæcunq; uoluerunt, sicut scriptum erat de illo.* De Helia rumor quidam erat apud Hebræos quòd vẽturus esset ante Christum. Veruntamen pharisęi non vt oportebat interpretabantur de Helia, sed spontanea malitia veritatem occultabant. Duo enim sunt aduentus Christi, is scilicet qui præteriit, & is qui futurus est. Prioris præcursor fuit Iohannes, posterioris autẽ erit Helias. Proinde Christus vocat Iohannem Heliam, & quòd acriter reprehendebat ac æmulabatur, & quòd solitudinem amabat. Vrget itaq; Christus iuxta pharisæorum opinionem, suspicantium quòd prioris aduentus Christi præcursor sit Helias. Et quomodo vrget? Helias quidem quum venerit, restituet omnia: & quemadmodum scriptũ est de filio hominis vt multa patiatur. Sensus autem dictorum is est: Helias Thesbites quãdo veniet, facturus est pacem cum Iudæis qui non credunt, & adducturus est illos ad fidem: & ita secundi aduentus præcursor futurus est. Nam si primi aduẽtus præcursor fuisset Thesbites restituturus omnia, quomodo scripta essent

Esa. 53. Malac. 4

Duorum aduẽtuũ Christi præcursores duo.

pta essent de filio hominis quòd hæc & illa, & quòd debeat pati? Igitur è duobus alterum colligitur: vel nõ esse Heliam prioris aduentus præcursorem, si quidem vere dicunt scripturæ quòd pati debeat: vel non vere dicere scripturas dicentes quòd patietur Christus, si quidem crediderimus quod iuxta pharisæorum mentem prioris aduentus præcursor erit Helias. Helias enim restituturus est omnia, & non erit vltra incredulus Iudæus, sed omnes credent prædicationi quotquot Heliam audierint. Itaq; dominus opinionem pharisæorum euertens dicit quòd Helias iam venerit, hoc est Iohannes, & fecerunt quæcunq; voluerunt in eo, & tandem capite truncatus factus est ludi apud Herodem præmium. *Et quum uenisset ad discipulos suos, uidit turbam multam circa illos, & pharisæos disceptantes cum illis. Et protinus uniuersa turba quum uidisset eum, obstupuit, & accurrentes salutauerunt eum, & interrogauit scribas. Quid disceptatis ek illis? Et respondens unus è turba dixit, Præceptor adduxi filium meum ad te, habentem spiritum mutum: & quandocunque eum corripuerit, lacerat eum, atq; ille spumat ac stridet dentibus suis, & arescit: & dixi discipulis tuis ut eiicerent, & non potuerunt.* Quum venisset ad discipulos, nouem videlicet qui non ascenderant secum, vidit disceptantes eos cum pharisæis. Pharisæi autem freti absentia Iesu, molesti erant discipulis. At turbæ repente viso illo (desiderabãt enim illum videre) quasi à longinqua peregrinatione aduentantẽ salutant. Quidam autem dicũt quòd facies eius facta à luce transfigurationis formosior, ad salutationem populum inuitarit. Potrò respondens vnus è turba dixit Infirmæ fidei homo ille erat, sicut & dominus testatur dicens, O generatio incredula. & iterum, Credenti omnia sunt possibilia. Et ille ipse, Succurre incredulitati meę. Taxat autem discipulos tãquam incredulos. Etenim oportebat ipsum non coram omnibus illos accusasse, sed seorsum. *At ille respondens ei dicit, O natio incredula, quousq; apud uos ero? quousq; patiar uos? adducite illum ad me. Et adduxerunt illum ad eum. At uiso illo, continuo spiritus discerpebat eum, & prolapsus in terra uoluebatur spumãs. Et interrogauit patrẽ illius, Quantũ temporis est quod hoc accidit ei? At ille dixit, A puero: & frequẽter illũ in ignẽ abiecit, & in aquas, quò perderet ek. age si quid potes, subueni nobis misertus nostri. Iesus autem dixit illi, Illud si potes credere, omnia possibilia credenti. Et confestim exclamans pater pueri cum lachrymis dixit, Credo domine, succurre incredulitati meæ. Quum*

uidisset

Supra 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *uidisset autem Iesus quod turba simul accurreret, increpauit spiritum immundum, dicens illi, Spiritus mute & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in illum. Et cum clamasset spiritus, multumque discerpsisset eum, exiuit, & factus est tanquam mortuus, adeo ut multi dicerent, mortuus est. At Iesus correpta manu illius erexit eum, & ille surrexit.* Ille quidem qui accesserat ad dominum, arguit discipulos quòd non possent sanare: Christus autem in ipsum crimen regerit, quasi ita dicens, Tu quia incredulus es, in causa fuisti quòd non sanatus sit filius tuus. Verum hoc non illi soli dicit, sed generalem ad omnes sermonem vertit, & Iudæos omnes simul ob incredulitatē obiurgat. Verisimile enim erat multos ex astantibus fuisse scandalizatos. Ostendit autē desiderabilem sibi esse mortem, eo

E quòd dicit, Vsquequo ero vobiscum? hoc est, affligor versans eū vobis incredulis. Non tamen subsistit in hoc ꝙ eos reprehendit, sed etiam medicinam addit, non vt se ostentaret, sed magis vt cum summa modestia sanaret puerum. Vide autem quomodo non sue virtuti, sed illius: fidei sanitatem tribuat, dicens, Omnia possibilia credenti. Sed & iterum quum vidisset congregari turbam increpauit spiritum. nolebat enim eorum turba sanare, & ostentare se vt arrogantem. Quum increpasset autē & dixisset, Egredere, & ne vltra ingrediaris: insinuat ꝙ propter incredulitatem hominis ingressurū iterū fuisset dæmonium, nisi suo prohibitum fuisset præcepto. Permittit autem discerpi filium, vt omnes sciāt dæmonis insidias, & ꝙ occidisset hominem, nisi diuina manu refrenatus & re-

F tractus fuisset. Sæpe enim in ignē quis à dæmone proiicitur cōcupiscentię & iræ, & in aquam secularium negociorum procellis vndantem. Porrò dæmon hic mutus erat & surdus. Surdus quidem, vt audire nolens diuina eloquia: murus vero, vt neq; alios docere valēs quod oportebat. At vbi Iesus, hoc est sermo Euangelicus, manū apprehenderit, operatiuā dico vim tutē, tūc liberamur ab hoc dæmone. Vide autē ꝙ Deus quidem adiuuat nos, deinde à nobis bona opera exiguntur. Di-

Bona opa exigūtur. cit enim, Erexit illū Iesus, hoc erat Dei adiutorium. & surrexit, hoc est illius in bonis studium. *Et quum esset ingressus domū, discipuli illius interrogabant eum seorsum: Cur nos non potuimus eicere illum. Et dixit illis, Hoc genus nulla re potest exire, nisi per orationem & ieiunium.* Timebāt discipuli ne forte amisissent gratiam quam eis dederat dominus, & propterea nō potuissent

Fidei Christus mira enla sua adscribit.

eicere dæmonium. Vide autem & reuerentiā eorum quomodo seorsum ad illum accedunt. Hoc enim genus. Quale? Vel lunaticorum, vel omne dæmoniorū genus nō egreditur alio quodā modo, nisi precatione & ieiunio. Oportet enim ieiunare eum qui dæmonē patitur, & qui sanaturus est: & vtriq; necessariū est ieiunium, magis autē illius qui dæmonem patitur, ieiunium exigit sermo. Oportet autē nō ieiunare solum, sed & orare: neq; solum orare, sed & ieiunare. Sic enim veræ preces fiunt, si nō solum oretur, sed & ieiunetur: vt ne grauetur qui orat, ciborū vaporibus, sed expeditus sit & leuis.

Ieiunii uirtus in dæmoniacis.

Veræ preces quæ fiant.

Et illinc digressi iter fecerunt per Galilæam, nec volebat ut quisquam sciret. Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis, Filius hominis traderetur in manus hominū, & occident eum, & occisus tertio die resurget. At illi ignorabant quod dixerat, & timebant eum interro- B *gare.* Vbiq; miraculorum operationibus interserit sermonē de passione, vt ne putent ipsum propter impotentiam pati. Dixit igitur quod durum erat, quia occident: & subdit quod iucundum, quia tertio die resurrecturus esset: vt discamus quod semper læta sequuntur ad tristia, & in tristibus non frustra mœreamus, sed speremus meliora. *Et uenit in Capernaū: & quum uenisset in domum, interrogauit illos, Quid in itinere inter* Matt. 18
uos disputabatis? At illi siluerunt. Nam inter se disputauerant inter Luc. 9.
uiam quis esset maior. Et quum consedisset, accersiuit duodecim, & dicit illis, Si quis uult primus esse, is erit omnium minister. Atque arreptum puerum statuit in medio illorū: & quum cepisset illum in ulnas suas, dixit illis, Quisquis unum ex talibus pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunq; me recipit, non me recipit, sed eū qui me C *misit.* Discipuli adhuc humanū quiddā sapientes, cōtendebāt inter se quis eorum maior & dignior esset apud Christū. Dominus autem nō prohibebat prælationis cupiditatē: vult enim nos aspirare ad sublimiorē gradū: at nō rapere nos vult primas dignitates, sed potius per humilitatē respicere sublimitatē. Puerum enim statuit in mediū, & illi similes nos vult fieri. Puer enim neq; gloriā desiderat, neq; inuidet, neq; vindictæ cupidus est. Et nō solū, inquit, si ipsi tales fueritis, mercedē accipietis magnā: sed & si alios tales venerabimini, propter me, regnū cælorū accipietis. me enī accipitis. qui aūt me suscipitis suscipitis eū qui me misit. Vides igitur quāta sit humilitas, simplicesq; & absq; fraude mores. Filiū enī & patrē in nobis habitare facit. manifestū autē ꝙ & spiritum sanctū.

Puer.

Quāta sit humilitas

Respondit

D *Respondit autem ei Iohannes dicens, Præceptor, vidimus quendã in nomine tuo eiicere dæmonia, nec sequitur nos: & prohibuimus illũ pterea quod non sequitur nos. At Iesus ait, Ne prohibeatis illum. Nullus enim est qui si fecerit uirtutem per nomen meum, possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.* Non zelotypia quadam vel inuidia ductus tonitrui filius prohibet illum qui dæmonia eiicit: sed volens omnes qui innocant nomen domini nostri Iesu Christi, etiam sequi ipsum, & vnum esse corpus omnes discipulos. Vel enim in principio prædicationis quidam vanæ gloriæ studio capti, voluerunt & ipsi signa facere. Videntes autem nomen Iesu multum valere, super infirmos hoc dicebant, signaque faciebant, alioqui gratia diuina indigni, Volebat enim Christus dilatari prædica
E tionem etiam per indignos. Quid igitur saluator? Non permittit Iohannem prohibere signa facientem. Omittite, inquit, nullus enim qui fecerit virtutem in nomine meo, statim poterit mihi male loqui. Nam quo pacto male loqueretur de me, qui nomen meum in occasionem gloriæ prætexit, & innocando illud operatur mira? Videtur autem dominus sibi contradicere. Dixerat enim alibi, Qui non est mecum, cõtra me
Luc.11. est: nunc dicit, Qui non est contra nos, pro nobis est. Videntur quidem hæc diuersa, non sunt autem. Nam quum dicit, Qui non est mecum, contra me est: de dæmonibus est dictũ, qui studeant à diuinis abstrahere, & quę Dei sunt, dispergere. Quod autem nunc, dictum de hominibus, qui ad deum quoF dam adducunt per miraculorum operationem. *Quisquis enim ad bibendum dederit uobis calicem aquæ nomine meo, quòd sitis Christi, amen dico uobis, nequaquam perdituru est mercedem suam. Et quisquis offenderit unum ex pusillis qui confidunt in me, melius fo ret illi si circundaretur saxum molare circa ceruicem eius, & abiice retur in mare.* Non solum, inquit, facientes virtutem in nomine meo, non prohibeo, sed siquis minimum quiddam dederit vobis propter nomen meum, & susceperit vos propter humanam gratiam, vel mundanam, neutiquam perdet mercedem suam. Dixit autem calicem aquæ, propter eos qui pau-
Cur dixerit caliẽ aquæ. pertatem prætexunt. Etiam si calicem, inquit, aquæ dederis contemptibilem, neq; illum perdis. Quemadmodum autem si vnum ex paruis honoraueris, gratus eris deo: sic si vnum ex paruis scandalizaueris, expediret tibi si mola asinaria circa collo tuo suspenderetur. grauiorem enim pœnam sustinebimus. Sen-

sus. Sensibile autem supplicium dixit, terrens nos per hoc A sensibile exemplar. *Et si tibi fuerit obstaculo manus tua, amputa illam. bonum est tibi mutilum ad uitã ingredi, potius quàm duas manus habentem abire in gehennã, in ignem inextinguibilem, ubi uermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus fuerit tibi* Esaiæ. 56
obstaculo, amputa illum. bonũ est ut ingrediaris ad uitam claudus, po- Matth. 5.
tius quàm duos pedes habens mittaris in gehennã, in ignem inextin- Luc. 14.
guibilem, ubi uermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus tibi obstaculo est, eruę illum: bonum est tibi ut luscus introeas in regnum dei, potius quàm ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Nam omnis homo igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bona res est sal. cæterum si sal insulsus fuerit, per quid ipsum cõdietis? Habete in uobisipsis salem, & pacem habete inter uos inuicem. B
Postquam interminatus est his qui scandalizant, & expedi-
ret eis si proiicerentur in mare: nunc admonet eos qui scãda
lizantur, vt caueant sibi ab his qui parati sunt offendere &
scandalizare alios. Nam siue pes siue manus siue oculus fue-
rit qui scandalizat te, hoc est, quantúmuis sit tibi familiaris,
etiamsi tibi sanguine iunctus sit, vel vtilis, amputa illũ, hoc
est, renuncia eius amicitiæ & familiaritati. Vermis autem &
ignis quę puniunt peccatũ, vniuscuiusq; sunt conscientia, &
memoria eorũ quę in hac vita fœde sunt acta: quia quasi ver *Vermis*
mis absumit, & quasi ignis ardet. Omnis enim homo igne sa *nõ morietur*
lietur, hoc est probabitur: id quod & Paulus dicit, & in igne *Ignis meæ*
probabũtur omnia. Et omnis, inquit, victima sale salietur. Hoc *figuibilis.*
autẽ ex Leuitico dixit. Ibi enim inquit deus, Omne donum C
victimæ vestrę salietur. Bonum igitur est vos sale condire sa 1. Cor. 3.
crificia vestra, sale dei, hoc est, nõ offerre victimas infirmas Leuit. 2.
& pigras, sed vegetas & validas. Sal autẽ dicit etiam apostolos dominus, & omnes simpliciter qui virtutẽ habent conser *Sal qui funt.*
uandi, & à putredine cohibẽdi. Nam sicut sal carnẽ prohibet *Simile.*
& non sinit vermes procreare, ita & sermo doctoris si recens
& mordax sit, carnales homines cõstringẽs, nõ finit in ipsis
generari vermẽ irrequietum. Si autem doctor insulsus fuerit,
& nihil habeat quod cõstringat & cohibeat, in quo salietur,
hoc est, condietur? Habete igitur in vobisipsis salem, hoc est,
spiritus gratiam, quæ cohibeat, ita vt pacifici sitis. nam qui
constrigitur charitate erga proximum, hic salem habet, &
pacificus est cum fratre suo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT X.

D

T quum inde surrexisset, uenit in fines Iudææ per regionē quæ est ultra Iordanē, & cōueniūt rursum
E turbæ ad illū, & sicut cōsueuerat, rursum docebat eas. Et adeuntes pharisæi interrogabāt illū, Licet
Mat. 19. ne uiro uxorem repudiare? tentantes illū. At ille respondēs dixit illis, Quid uobis præcepit Moses? At illi dixerūt, Mo
Deut. 14 ses permisit libellum repudii scribere, ac dimittere. Et respondens Iesus dixit illis. Ad duritiā cordis uestri scripsit uobis præceptum istud:
Gen. 1. 2. cæterum ab initio creationis masculum & fœminam fecit illos deus:
Ephe. 5. propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit
1. Cor. 6 uxori suæ, & sient duo caro una. Itaq; non iam sunt duo, sed una caro.
E Quod igitur deus copulauit, homo ne separet. Sæpenumero reli-
Hierosoly ma pha- risæorum nomine. quit dominus Iudæos propter inuidiam illorum, nūc autem iterum in eorum regionem transit. Et non Hierosolyma nūc ascendit, sed in fines Iudææ, vt populo simplici prodesset. Hierosolymitæ enim omnis malitiæ officina erant, propter
Captiosa pharisæo rū quæstio pharisęorum malitiam. Vide ergo malitiam illorum, quomodo tentent dominum, non relinquentes illum, ne credant ei
F turbæ, sed semper accedunt, & sperant se quęstionibus illum facturos perplexum animo, & confutaturos. Rogabāt enim quæstionem quæ vtrinq; præcipitia habebat. An liceat homini vxorem dimittere? Nam si diceret quòd liceret absoluere, obiecissent ei quòd dixisset extra causam fornicationis non licere absoluere. Si autem diceret quòd non liceret, taxa
rent eum vt aduersarium doctrinis Mosi. Christus igitur, qui est sapientia ipsa, respōdet eis responso quo laqueos illorum effugit. Rogat enim illos quid eis præceperit Moses. Quum autem illi dixissent præceptum esse dimittendam, interpretatur eis legem. Non adeo crudelis erat Moses, inquit, vt talem introduceret legem, sed ad vestri cordis duritiā scripsit hoc.
Iudæorū inhumanitas erga uxores. Deus enim sciens Iudæorum inhumanitatem, quòd qui semel ex eis odio habere cœpisset mulierem, occidisset eam: concessit eis legem talem, non sibi placentem. Ab initio autem non sic erat, sed dei consilium noluit polygamiam, vt hæc relinqueretur, & altera duceretur vxor: & iterum relinqueretur filia, & assumeretur alia. Nam si hoc esset, fecisset deus vnum quidem virum, multas autem mulieres. Nunc autem hoc non fecit, sed masculum & fœminam fecit, vnum

vni copulari iubens. Possemus forte & sic hunc locum intel- A
ligere. Sermo doctoris, qui semen bonum mittit in animam Secundus
fidelis hominis, habet rationem viri erga animam quę illum huius loci
suscipit. Sæpe igitur ratio quę cupit prodesse animæ quę ver- intellect.
bum suscipit, relinquit patrem suum, hoc est mentē sublimē:
& matrem suam, hoc est verbum ornatū: & adhęret vxori suę
attemperando se illi, quæ illi expediant docens, & sæpe sen-
sum imperfectum ac verba simplicia & idiotarum proferēs:
& tunc sunt duo in carnem vnam, hoc est, credit anima car-
nem factum esse verbū dei, & nulla humana cogitatio potest
separare animā à tali fide. Et in domo rursum discipuli illius eadem de re interrogauerunt illum. & dicit illis, Quicunq; repudiauerit uxorem suam, & duxerit aliā, adulterium committit aduersus illā. B
Et si mulier repudiauerit uirū suum, & nupserit alteri, adulteriū com-
mittit. Iterum etiam discipuli scandalizati sunt, atq; eam ob
causam denuo ad eum accedunt & interrogant, quasi nondū
satis factū esset menti eorū. At ipse respondit eis dicens, Qui
dimiserit vxorē suam, & duxerit aliā, adulter est eius, scilicet
secundæ. Similiter quoque & vxor adultera est, quæ reliquit
virum proprium, & alteri coniunctā fuerit. Et attulerunt ad Luc. 18.
illum puellos, ut tangeret illos. Discipuli uero increpabant eos qui
adducebant. Quum uidisset autem Iesus, indignatus est, & dixit il-
lis, Sinite puellos uenire ad me, ne prohibete illos: talium enim est re-
gnum dei. Amen dico uobis. Quicunq; non acceperit regnum dei tan-
quam puellus, haudquaquam ingredietur in illud. Et quum cepisset il-
los in ulnas, impositis manibus super illos benedixit eis. Magna
fides turbarum, quæ etiam sola manuum impositione bene- C
dici à Christo existimabant puellos quos offerebant. Disci-
puli vero indignum hoc esse Christo arbitrabantur, quòd
pueri adducerentur ad ipsum: & prohibebant adducentes.
Quid igitur Christus? Vt doceat humilitatem, & munda-
ni fastus contemptum, illos & suscipit, & vlnis amplectitur.
Ostendit enim quòd simplices & innocētes suscipiat, ideoq;
dicit, Taliū est enim regnū dei. Vide, nō dixit, horū est enim
regnum dei, sed talium, hoc est, eorum qui per præparationē
innocentiam acquirunt, quam puelli à natura habent. Puer
enim neq; inuidet, neq; vindictam meditatur, neq; si flagel-
letur à matre, recedit: sed & vestem suam nouam regiæ pur- Simplici-
puræ præfert. Sic & qui virtutibus vacat, matri suæ, Ecclesiæ tas pueri-
dico, neq; voluptatem, quæ multis imperat, neque quippiam lis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D prefert. Ideo in vlnas tales suscipit Iesus, dicens, Venite ad
Matt.11. me omnes qui laboratis. & benedicit dicēs, Venite benedicti
25. patris mei. Regnum autē dei, prędicationē & promissionem
presentiū bonorum dicit. Quisquis igitur acceperit prędica-
tionē dei sicut puer, non diiudicans vel discredens, ille ingre
ditur in regnū dei, & in bona quę iam fide suscepit. Et quum
exiret in uiam, accurrit quidam, ac genua flexit illi, & interrogabat
eum, Præceptor bone, quid faciam ut uitam æternā possideam? Iesus
autē dixit illi, Cur me dicis bonū? Nemo bonus, nisi unus, nempe deus.
Præcepta nosti? Ne committas adulterium, ne occidas, ne furaris, ne fal
Exod. 20 sum testimonium dicas, ne fraudes, honora patrem tuum & matrē. At
ille respondens dixit illi, Præceptor, hæc omnia seruaui ab adolescen
tia mea. Iesus autem intuitus illum, dilexit eū, & dixit illi, Vnum tibi
E deest: abi, quæcunq; habes uende, & da pauperibus, & habebis the-
saurum in cælo, & ueni sequere me, sublata in humeros cruce. At ille
molestia affectus per sermonem, discedebat mœrēs. habebat enim pos-
sessiones multas. Quidā taxant adolescentē illū vt insidiatorē
& malum & tentatorē. At nō ita se res habet, sed amabat di-
uitias, nō tentabat. Audi enim Euāgelistā, q̄ quum intuitus
esset eū Iesus, dilexerit illū. Quare igitur sic respōdit ei Chri
stus dicēs, Nullus bonus? Quia ad ipsum accesserat tanq̄ ad
hominē, & ad vnū ex magistris. Dicere enim vult Christus:
Si quidē vt magistrū bonū me esse putas, nullus homo bonus,
si cum deo cōferatur. sin vt deum, me bonū esse censes, quid
igitur magistrum me vocas? Et ita verbis istis Christus men
tem hominis illius sublimiorē reddere vult, vt ipse tanquam
F deus agnoscatur. Sed & aliud quiddam corrigit, docendo il-
lum ne aduletur his cū quibus cōuersaturus est, sed radicem
fontémq; bonitatis sciat deum, cui honor tribuēdus est. Ad-
miror autem adolescentem, q̄ cū alij pleriq; sanandorū mor
borū gratia accesserint, ille vitę ęternę hęreditatē quęsierit,
tametsi grauissimo auaritiæ morbo tenetetur: propter quod
quū audisset, Vade, vende, & da pauperibus, abiit tristitia af-
fectus. Vide autē q̄ non dixerit, Vade, & quęcūq; habes, par
ticulatim vende, & da: sed, vende vsq; ad vnū, & da pauperi-
bus, inquit, sed nō adulatoribus & intēperatis. Insuper & hoc
Nō ōnes pauperes humiles. dicit, Veni sequere me, hoc est, & omnem aliam virtutē am-
plexare. Multi enim pauperes sunt, sed non humiles: vel etiā
humiles, nō tamen sobrij, sed ebrij, vel alio quodā malo im-
pliciti. Et propterea dominus dicit, Vende, & da pauperi-
bus, &

bus, & sequere me, sublata cruce, hoc est prępparato teipso pro A
me ad mortem. At hic mœstus ob sermonem illū, abiit. Habe
bat enim possessiones multas. Neq; enim similiter alligātur
hi qui multum, & hi qui parū possident. Difficilius enim ex-
pediuntur vincula eorum qui multa possident. Verum & si
quis adolescens fuerit, adolescens inquam & paruulus sensu,
& malē cōposito pectore, vēdat facultates suas, vtpote ita &
cōcupiscentiam, & quęcunq; ex his mala pullulāt, & det ea
ac abiiciat pauperibus, hoc est dæmonibus (pauperes enim
sūt, omniq; priuati bono, & exciderūt diuitiis bonitatis dei) Pauperes
& tunc sequatur Christum. Nam qui diuitias peccatorū dæ- dæmones
monibus obiecerit, sequi poterit Christum. Declina enim à Psal. 36.
malo, inquit, hoc est, abiice malas diuitias pauperibus pote-
statibus, dæmonibus inquam: & fac bonum, hoc est, sequere B
Christum, & tolle crucem. Et quum circuspexisset Iesus, dicit
discipulis suis, Quam difficulter ii qui pecunias habent, in regnum dei
intrabunt? Discipuli uero obstupuerūt super uerbis illius. At Iesus rur
sum respondens dicit illis, Filii, quàm difficile est eos qui fiduciam hā
bent in pecuniis, regnum dei ingredi? Facilius est camelum per fora-
men acus ingredi, quàm diuitem in regnum dei ingredi. Illi uero su-
pra modum admirati sunt, dicentes intra sese, Et quis potest saluus
esse? Intuitus autem Iesus illos dicit, Apud homines impossibile est, nō
apud deum: nam omnia possibilia sunt apud deum. Diuitiæ nō malę
sunt, sed qui illas habent, digni sunt qui taxentur: non enim
illas habere oportet, hoc est detinere, sed eis vti pro necessita
te. χρήματα enim, hoc est opes, dictæ sunt possessiones, quia C
vsui sunt hominibus, & opē atq; auxiliū afferunt: non autē q̄ Cur Græ
detinendæ sint. Qui igitur illas habent & includunt, difficī- cis χρήμα
lē in regnum dei ingrediuntur. Difficile autem hoc loco pro πα possef
impossibili intellige. Impossibile enim diuitem hominē sal- siones di-
uari. Hoc autē manifestū ab exemplo quod ponit dominus, ſtæ.
dicens quòd facilius sit camelum intrare per foramen acus, κάμηλος,
quàm diuitem in regnū. Per camelum autē intellige vel ani- Græcis a-
mal, vel crassum funē quo nautæ vtuntur. Impossibile enim animal uel
est hominem, quatenus diues est, saluari. Et enim apud deum rudēs quo
hoc possibile est. Dixit enim Christus. Facite vobis amicos nautæ al
ex mammona iniustitiæ. Vides quòd si deum audiuerimus, ligandis
quomodo possibile fiat. Apud homines autem impossibile, anchoris
hoc est, quando humana sapimus, impossibile est. Iam quare mirantur
discipuli obstupuerūt super verbis illius? Nō enim ipsi diui- Lucæ. 16

D tes erant. Mihi videtur q̃ pro omnibus hominibus anxij fue
Q̃o deo omnia sint possibilia. Peccatum quid. Roma. 5. Psal. 15.
rint. Iam enim misericordes cœperant fieri. Quidam hoc loco dubitant quomodo dixerit, Omnia possibilia sunt deo: quum deus peccare nequeat. Dicimus itaque, quãdo dicit omnia, intelligimus ea quę sunt, peccatũ autem nõ est. Peccatum enim res est sine essentia, & sine substantia. Vel aliter, Peccatum nõ est potentię, sed infirmitatis: sicut & Apostolus dicit, Christus, quũ nos infirmi essemus, mortuus est. Et iterum Dauid, Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ, & ita peccatum apud deum nõ est possibile, quia infirmitas est. Nunquid autem dicunt deum factum infectũ facere nõ posse? Dicimus deum esse veracem: factũ autem infectum facere, mendacium est. Quo pacto, quęso, verax fecerit mendaciũ? Prius
E enim perderet naturam suam: & ideo qui sic loquuntur, perinde loquuntur ac si quęrant, Num potest deus nõ esse deus? Vides igitur quàm ridicula sit quęstio. Et cœpit Petrus dicere illi, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Respondens autem Iesus dixit: Amen dico uobis, nullus est qui reliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorẽ, aut liberos, aut agros, mea causa & euãgelii, quin recipiat cẽtupla nũc in tẽpore hoc, domus, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros cũ persecutionibus, ac in uenturo seculo uitam æternam. Multi autẽ primi erunt postremi, & postremi primi.* Petrus tametsi pauca reliquisset, quia tamen dixit omnia, indicium est quod etiam pauca vinculo quodam illum detinuerint: & ita beatificatus est is qui etiam pauca reliquerat. Quumque solus Petrus ro-
F gasset, omnibus generaliter loquitur Christus, dicens, Omnis qui reliquerit vxorem, vel patrem. Hæc dicit non vt parentes velit auxilio destitui, & ab vxoribus separari, sed docet nos præferre pietatem erga deum omnibus carnalibus. Quia enim vere bellum à prædicatione accensum erat, & negaturi erant pueri parentes propter pietatem, dicit, Quisquis reliquerit cognatos quos sibi natura dedit, & in summa, corporalia omnia propter Euangelium, centupla omnia accipiet in præsenti seculo, & in futuro vitam æternam. Nunquid ergo & mulieres centum accipiet? Etiam. Tametsi enar-
Q̃o uxor & parentes relinquendi. Iulianus. Quænã ui ro ab uxore utilitas
ratus ille Iulianus hoc irriserit. Quid cõfert vxor domui viri? Omnino erat vt vir habeat quod edat, quibus induatur, & horum omnium curam adimit viro. Videtur itaque hoc etiam in Apostolis. Quot mulieres fuere quibus cura erat de cibo &

cibo & esu illorum, & quæ ministrarunt eis, qui nihil horum A
curabant, sed solum sermonem & doctrinã? Similiter matres & patres multos habuerunt apostoli, qui diligerent, & amico affectu erga se essent. Et Petrus qui vnã domũ reliquerat, postea omniũ discipulorũ suorũ domos habebat. Et nũc quoque vbiq; terrarũ erecta sunt tẽpla in noĩe eius, quæ sunt claræ dom⁹. Et qđ mai⁹, hæc oĩa in psequutionib⁹ possidẽt sancti, hoc est qđ dicit cũ psecutionib⁹, id est psequutionẽ passi, & male affecti atque afflicti. Vñ & qui vltimi in hoc seculo videnť, ppter afflictiones & psequutiones, erũt primi ppter spem in deum. Sed & pharisæi qui videntur primi, facti sunt postremi. Qui autem relictis omnibus sequuti sunt Christũ, facti sunt primi. *Erant autem in uia ascẽdentes Hierosolyma, & præcedebat illos Iesus, erantque pauefacti, & sequentes timebãt. Et assumptis Iesus rursum duodecim, cœpit illis dicere quæ sibi euentura essent. Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condemnabunt eum ad mortem. & tradent illum gentibus, & illudent illi, & flagellabunt eum, & inspuent in illum, & occident eum, & tertia die resurget.* Quare prædicit eis euentura? Vt mẽtes discipulorum præparet, quo prius audita facilius ferant, & non repente præcellantur animo. Insuper vt sciant quòd voluntarius patiatur. Nam qui prænouit, & effugere potest, & non fugit: manifestum quòd volũtarium se passionibus exponat. Seorsim autem assumit discipulos, & cum solis illis loquitur. Secretum enim mysteriũ erat passio, quod familiarioribus dũtaxat reuelãdũ erat, & propterea in via omnes præcedit, volẽs à multitudine segregare discipulos. Insuper per hoc quòd omnes præcedit C
& præuenit in via, ostendit quòd ad passionem accurrat, & non fugiat mortem propter nostram salutem. Quãuis autem multa enumerat aspera, omnium tamen illorum sufficiẽs cõsolatio est vnum hoc, quòd tertia die resurget. *Et accedũt ad eum Iacobus & Iohannes filii Zebedæi dicentes, Præceptor, uolumus ut quicquid petierimus, facias nobis. Ille uero dicit eis, Quid me uultis facere uobis? Illi uero dixerunt ei. Da nobis ut unus tibi a dextris, & alter tibi a sinistris sedeamus in gloria tua. Iesus autem dixit illis, Nescitis quid petatis. Potestis bibere poculum quod ego bibo? & baptismate quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerũt ei, Possumus.*
Alius Euãgelista dicit quòd mater illorum accesserit ad Christum. Verisimile autem est vtrunque factum, & aposlos pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D los pudore quodam matrem præmisisse,& deinde ipsos seorsum adisse:idcirco & Euangelista assignat hoc dicens, Accesserunt,hoc est, seorsum adierũt,aliis segregatis. Quid igitur fuerit quod petierunt,discamus. Cogitabant quod ascenderet in Hierosolyma vt regnaturus tẽporali quodã regno, & postquam regnasset,passurus esset ea de quibus dicebat. Talia secum cogitantes,petiuerunt sedem & à dextris & à sinistris,idcirco & dominus increpat eos tanquã stultũ quiddam petentes. Nescitis enim,inquit, quid petatis. Vos enim creditis sensibile quoddam meum regnum esse, & temporalem sedem petitis:at res non ita se habet,sed omnia hæc supra mẽtem hominis sunt. Et sedere à dextris meis, magnum est,& quod excellit etiã angelicos ordines : & vos quidẽ ad gloriam festinatis, ego autẽ ad mortem vos voco. Poculum enim & baptisma crucem nominat. Poculum quidem,quod statim somnum conciliet,& quod ab ipso magna cum suauitate sumatur. Baptisma autem, quòd futura esset peccatorũ purificatio. At hi non intelligẽtes qd diceret,polliciti sunt. Opinabantur enim eum loqui de poculo sensibili,& baptismate quo baptizabantur Iudæi quum ante cibum se lauarẽt.

Sedere a dextris Christi.

Crux poculum & baptisma.

Iesus autem dixit illis,Poculum quidem quod ego bibo,bibetis: & baptismate quo ego baptizor,baptizabimini:cæterum sedere mihi à dextris ac sinistris,non est meum dare,sed iis continget quibus paratum est. Ad martyrium quidem,inquit,peruenietis, & moriemini pro veritate: at sedere à dextris ac sinistris , non est meum dare . Hoc loco duo quæri solent: Primo,num cuiam paratum sit sedere:deinde an omnium dominus possit sedem istã dare? Dicimus igitur,quòd nullus à dextris sedebit & sinistris. Et quum sæpe in scripturis audieris cathedrã, non cathedram intelligas,sed excellentem dignitatẽ. Quòd autem non sit meum dare,hoc talem habet sensum : Non est meum,hoc est iusti iudicis,dare vobis ad gratiam dignitatẽ istam(non enim iustus essem)sed his qui laborauerint,præparata est dignitas illa:quemadmodum si iustus rex præderet certamini cuipiam,& deinde accedant ad illum quidam amici eius,& dixerint,da nobis coronas:dicet vtique, non est meum dare,sed si quis certauerit & vicerit , illi præparata est corona. Et ita etiam vos ô filii Zebedæi,martyres quidem eritis propter me:si autem quis inuentus fuerit cum martyrio omnes alias virtutes possidere amplius quàm vos, ille

Duæ quæstiones.

Cathedra quid sit in scripturis

ille vos præcedet. *Et quum audissent decem, cœperunt indignari* A *super Iacobo & Iohanne . Iesus autem quum vocasset eos ad se , dicit illis,Scitis quod qui videntur imperare gentibus,dominium exercent aduersus illas: & qui magnates sunt inter eas,potestatem exercent in illas. Verum nõ sic erit inter uos:sed quicunq; voluerit ex uobis fieri magnus inter uos,erit minister uester: & quicunq; voluerit ex uobis esse primus , erit omnium seruus . Nam & filius hominis non uenit ut sibi ministraretur,sed ut ipse ministraret , ac daret animam suam redemptionem pro multis .* Discipuli adhuc humanis affectionibus & inuidia laborabant : ideo & indignantur aduersus duos. Sed quando ? Quum vidissent eos non susceptos esse a domino,sed quasi repulsam passos,tunc indignati sunt. Quandiu enim à domino honorabantur, serebant non indignantes,quãuis viderẽt eos præferri: quum B autem nunc ipsi honorem sibi deposcunt , non ferunt alii. Cæterum nunc quidem ita imperfectè se gerunt, postea autem videbis eos mutuum sibi de primatu cedere. At Christus sanat illos,& primum demulcet illos, propius ad se vocando. Hoc enim significat quod dicit , Quum vocasset eos ad se. Deinde monstrat quod rapere honorem,& ambire dignitates,gentium sit. Principes enim gentium magna potestate & authoritate efferuntur:discipuli autẽ mei non sic: sed qui vult esse magnus,ministret omnibus:quoniã & hoc magnæ animæ est,omnia ferre,& omnibus seruire. Et exemplum in promptu erat. Etenim filius hominis non venit vt sibi ministraretur,sed vt ipse ministraret,& daret animam suam redẽ C ptionem pro multis,quod maius est quàm ministrare. Quãdo enim quis non solum ministrauerit , sed & mortuus fuerit pro eo cui ministrat,quid illo maius & admirabilius? Attamen ministeriũ illud & condescẽsio,exaltatio fuit ac gloria tam sua quàm omnium. Etenim priusquam factus est homo,tantum ab angelis agnoscebatur: postquã autem factus est homo & crucifixus,non solum illam gloriam habet , sed & aliam accepit,& in toto regnat orbe.

Et uenerunt Hierichon:quumque egrederetur ab urbe Hierichon , ac discipuli illius,& turba copiosa,filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiam mendicans. Et quum audisset quod Iesus Nazarenus esset,cœpit clamare & dicere,Fili Dauid Iesu miserere mei. Et increpabant illum multi ut taceret. At ille multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. Et stetit Iesus,ac iussit illum uocari: & uocant cæcum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *eum, dicentes illi, Bono animo esto: surge, vocat te. Ille vero abiecto*
pallio suo surrexit, & venit ad Iesum. Et respondens dixit illi Iesus,
Quid vis faciam tibi? Cæcus autē dixit ei, Rabboni, ut videam recipiā.
Iesus autem dixit illi, Abi, fides tua saluum te reddidit. ac protinus
Mat. 20. *recepit visum, & sequebatur Iesum in via.* Matthæus duos cæ-
Quid sibi cos narrat: & fieri potest duos quidem esse sanatos, hunc au-
unus quod tem ex illis clariorem fuisse, cui⁹ nunc mentionē facit Mar-
Iesus cæ- cus. Vide autem quomodo turbæ Iesum venerātur, & ita ve-
cum inter- nerantur cæco clamante, quasi rex quispiam præteriret. Por
rogat. to Iesus illum interrogat, vt ne quis putet q̄ ille alia voluerit, Christus autem alia dederit. Grati autem animi cæcus erat, qui postquam sanatus est, Iesum non dimisit, sed sequutus est illum. Iam & per anagogen intelligere possumus: Hiericho locus ille inferior est: cæcus autem qui sedet hoc loco,
E humana est natura, quæ filius erat dei, qui super omnē dignitatē. Ista igitur clamabat ad Iesum, per Hiericho, id est hāc vitam, euntem. Misericordia autem motus erga illam, & propter fidem, saluam eam fecit vbi vetus peccati vestimentum exuit. Seruata autem sequuta est illum, faciendo mandata in via, hoc est in hac vita. Hic enim possumus sequi Christum: postea autem excludūtur omnes à mādatorum operatione.

CAPVT XI.

Et quum appropinquant Hierosolymis ad Bethphage & Bethaniam iuxta montem oliuarum, emittit
Mat. 21. Luc. 19. R *duos è discipulis suis, & dicit illis, Abite in vicū qui*
contra vos est, & statim ingredientes in illum, inuenietis pullum alligatum, supra quem nullus hominū
F *sedit: soluite eum, & adducite: & si quis vobis dixerit, Cur facitis hoc? dicite quod dominus eo opus habet: & cōtinuo illum mittet huc. Abierunt autem, & inuenerunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio, & soluunt illum. Et nonnulli eorum qui illic stabant, dicebant illis, Quid facitis soluentes pullum? At illi dixerunt eis quemadmodum præceperat Iesus, & sinebant illos.* Sæpe etiā alias venit Hierosolymam, sed nunquam cū tanta maiestate, quanta nunc. Prius quidem delitescebat propter inuidiam illorū: nunc autē quia passionis tempus aderat, quod ipse sibi præfiniuerat, clarior venit: vt si velint, gloriam eius intelligāt, & ex prophetiis quæ de ipso erant, agnoscant eum esse deū verum. sin nolint, in maiorem condemnationem eorum sit, q̄ etiam

etiam tam claris miraculis nō crediderint. Vide enim quot A
signa eis hoc loco dixerit. Dixit eis, Inuētis pullum: dixit
prohibendū: & deinde cum dicerent, Dominus illo opus habet, dixit dimittendum. Neutiquam enim hoc parum fuisset apostolis permitti vt abducant pullum, nisi diuina quædam virtus dominos pulli adegisset: præsertim pauperes & agricolas fortassis. Attamen disce dominum id non sine causa fecisse: neque opus habebat asina, qui toties Iudæam & Galilæam peragrauerat: sed monstrabat quōd super populū gen- *Asina qđ*
tium sessurus esset, qui tum incredulus erat & ineruditus, & *designat.*
vinctus peccatis suis in biuio, hoc est vita hac, apud ianuā, quæ est extra ecclesiam. Solutus est autem ab apostolis per baptismum & fidem: & vectus est in eo dominus, quum apostoli vestimenta sua, hoc est omnem qui ex virtute decorem B
imposuissent. Prius enim nudi erant Gētiles & deformes, parantes nepharia: postquam autem ab apostolis adducti fuerunt, tunc honestē didicerunt ambulare, & propterea etiam in ipsis fertur gestatus Christus. Fuerunt autem quidā, nēpe ii qui prius domini pulli, hi prohibere ausi fuerunt apostolos: vel certè dæmones: sane & his apostoli præualuerunt.

Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt illi vestimenta sua, seditque super illum. Multi vero vestimenta sua sternebāt in viam, alii vero frondes incidebant ex arboribus, & sternebāt in viam. Et qui præcedebant, quique sequebantur, clamabant dicētes, Hos anna benedictus qui venit in nomine domini. Benedictā quod venit regnū, in nomine domini patris nostri Dauid, Hos anna in altissimis. Multitudo quādiu incorrupta manet, agnoscit q̄tū op⁹ erat: ideo & singuli p̄ viribus suis venerātur. Laudātes aūt quid dixerint, videamus. A Dauid sanè hymnum illū sumpsere. Porro C
Hos anna iuxta quosdā significat, salua obsecro: iuxta quos- *Hos anna*
dā vero hymnū, Recti⁹ tamē est quod primo dictū. Habetur enim in. xvii. psalmo, O dñe salua obsecro: id qđ in Hebraico Hos anna scriptū est. Regnū aūt Dauid, regnū Christi debebāt, tū q̄ à semine Dauid deductus esset Christus, tū q̄ Dauid interptari q⁹ potest idoneū vel sufficiētē manu. Quis autē ali⁹ manu vsq; adeo valid⁹ & potēs vt dñs, cui⁹ manus tanta miracula sunt operatæ? Ceterū sternam⁹ & nos vestimēta *Vestis*
nostra, hoc est carnē. Vestis eñ animæ, caro, quā subiiciam⁹ *alia caro.*
dño, & sternam⁹ viā vitæ nostræ: deputātes & incidētes ab arborib⁹ ramos, hoc est sanctorū vias imitemur. Arbores aūt imitemur.

D imitemur. Arbores enim sunt sancti, à quibus ramos secant, q illorũ imitantur virtutẽ. Opera item nostra & quę præcedunt & quæ sequuntur, sint in gloriam dei. Sunt etenim qui vitam honestam principio præ se ferunt, quorum vita subsequens longe dissimilis est: nõ enim in gloriam dei. *Et ingressus est Hierosolymam dominus, & in tẽplum. Et quum circunspexisset omnia, iamque tẽpus esset uespertinum, egressus est in Bethaniam cum duodecim: & postero die quum exisset Bethania, esurit: quumq; uidisset arborem fici procul habentem folia, ueniebat si scilicet inueturus esset aliquid in illa: & quũ uenisset ad illã, nihil inuenit nisi folia. Nõ enim erat tempus ficorum. Et respondens Iesus dixit ficui. Ne posthac ex te in æternum quisquam edat fructum. Et audiebant discipuli illius.* In-

E gressus quidem est in Hierosolymam, sed iterum exiit: ostendens quòd relicturus esset eam desertam, & in direptionem.

Bethania Et egreditur in Bethaniam, quam vertũt interpretes domum obedientiæ. Iudæis enim inobedientibus & duris corde relictis, venit cum discipulis ad eos qui sibi obedierunt. Vide-

Vic⁹ quare a domino execrata. mus autem & quæ de ficu dicuntur. Emergunt enim & apparent quędam absurda. Primum quidem quòd esurierit manedeinde quòd quum non esset tempus fructuum, fructum quę fierit: ad hæc, qua ratione plantam insensatam punierit. Dicunt igitur omnia hæc singulari dispẽsatione facta. Nam quoniam sæpe miracula fecit benefaciendo hominibus, non viderant autem discipuli potentiam eius si quem vellet affligere: eius gratia hic vult ostendere discipulis quod & affligere, & se crucifixuros in vno momento perdere potuisset si

F voluisset: & ideo in arbore insensata ostendit virtutem suam: quæ res magna ac mira est, quòd arbor succulenta tam subito exaruerit. humidior enim ferme omnibus est fic⁹. At quòd

Vici humiditas. mane esurit, id dispensatione quadam permittit carni: ac fructum quærit ex ea quæ non habebat fructum: vt id quod suprà dixi, ostendat discipulis, quod etiam punire possit. Ha-

Fic⁹, typ⁹ synagogæ Iudaicæ. bet item & ficus typum synagogæ Iudæorum, quæ sola folia habet, hoc est legem, vmbram illis præbentem, fructum vero nullum afferentem. Esuriebat autem Iesus salutem illorum.

Iohan. 4. Meus enim cibus est, inquit, vt faciam voluntatẽ patris mei. voluntas autem patris est, vt cõuertant se peccatores. Et quia synagoga fructum nõ habebat, maledicta est & exaruit, neque prophetam, neque doctorem habens. *Et ueniunt Hierosolymam, & ingressus Iesus in templum cœpit eiicere eos qui uendebant &*

bant & emebant in templo: & mensas collybistarum, & sellas uendentium columbas subuertit: & non permisit ut quisquam deportaret uas per templum: & docebat dicens illis, Nonne scriptum est, Domus mea domus precationis uocabitur omnibus gentibus? uos autem fecistis eam speluncam latronum. Et audierunt scribæ principes & sacerdotum, & quærebant quomodo illum essent perdituri. Timebant enim eum, quòd tota turba admirabatur doctrinam illius. Quòd argue-

Iohan. 2. rit vendentes, etiam Iohannes narrat: sed Iohannes in principio Euangelij, hic autem sub finem. Verisimile igitur hoc secundò factum, quo etiam Iudæorum accusatio maior esset: quandoquidem neque quum sæpe idem fecerit dominus, sunt

Quãobrẽ tẽplũ spelũca latronũ, & quinãlatrũcx conuersi. Spelũcam autẽ latronũ nominat templum propter auaritiam. Latronũ enim genus ad rapinam spectat. Et quoniam etiam illi propter sacrificia, animalia quæ offerrentur, lucri gratia vendebant, latrones ipsos nominauit. Collybistæ autem fuerunt qui nummos permutabant. Collyba enim B genus est numismatis minimi ærei. Accusando autem illis etiam Esaiam prophetam affert dicentem, Domus mea domus precationis vocabitur. Absit autem ne & nos extra templum eiiciamur. Multi enim & in nostrum templum ingredimur vendentes vtilia, & ementes deteriora, Sunt aũt qui & multas mensas nummorum habent, qui administrant & dispensant ecclesiastica, & omnia propter auaritiam faciunt. Quin & sellæ vendentium columbas subuertuntur, hoc est pontifices vendentes spiritualia dona. Columba enim donum est spiritus sancti: quod qui vendunt, à domino à sacerdotio repelliũtur. Nam qui propter datum aurum ordinatur, depositus est. Sed & quisquis gratiam quæ ex baptismate est, C & munditiam prodit diabolo, hic vendit columbam suam: propterea ex templo eiicitur. *Et quum iam uespera esset egressus est Iesus e ciuitate. Et mane prætereũtes uiderunt ficum exaruisse radicitus, & recordatus Petrus dicit illi, Rabbi, ecce ficus illa quã execratus es, exaruit. Et respondens Iesus dicit illis, Confidite deo: amen dico uobis quòd quicunque dixerit monti huic, tollaris, ac mittaris, in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit fore quæ dixerit: erit illi quicquid dixerit.* Tametsi Matthæ⁹ dixerit quod statim exaruit ficus, & videntes discipuli admirati sint, nihil mouearis audiens nunc Marcum dicẽtem quòd sequenti die viderint exaruisse ficum. Sic enim intelligere debes id quod apud Matthæum, Et statim exaruit ficus, quo lecto, subsiste,

Cap. 21. & dein

A Eſa. 56. Hiere. 7. Iohan. 2. Multæ mẽsæ nummorũ habẽtes, qui sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D & dein dic, Et quum vidissent discipuli, admirati sunt. Quan
do? Quum vidissent: non statim, sed sequenti die: proinde sic
intelligenti nihil difficile occurrit. Vide itē & hoc loco quo-
modo Christus monstretur deus, dicit enim per prophetam
Ezec.17. dominus, Ego aridum facio lignum viride. Porro mireris di
uinam misericordiam, quomodo etiam nobis, qui per fidem
illi assimilamur, virtutem dat faciendi miracula, quam ipse
Mōs sup- natura habet, ita vt montes transferre possimus. Mons autem
ba mens. est etiam superba mens, quū arrogans est & obstinata. Nam
qui videt superbiæ morbum sibi obsistere, & conatur illum
eiicere visitatione & cura dei, is debet increpare illum mon-
tē, superbiā dico, & dicere ei, Mittaris in mare, hoc est in mū
danos homines, hoc est, eos qui in mari huius vitæ sunt, ac
E incredulis: ipse autem nunquam separetur à deo, dicēs, Nihil
Mat.7. à deo habeo neque indigeo eius auxilio. *Propterea dico uobis,*
20. *Omnia quæcunque orantes petitis, credite quòd accipietis, & erunt*
Eccle.18. *uobis. Et quum steteritis orantes remittite si quid habetis aduer-*
Credent. *sus aliquem, ut & pater uester qui in cœlis est, remittat uobis delicta*
uestra. Qui magna affectione credit, cor suum omnino ex-
tendit ad deum. Et quid facit? Vnitur illi, & feruefactum cor
eius magnam certitudinem sumit quòd voti compos fiat: id
quod experti sciunt omnes. Opinor autem omnes hoc expe-
riri, qui vel mediocriter attendunt. propterea dicit Christus
quòd omnia accipietis, quæ cum fide petitis. Qui autem cre-
dit, totum se dat deo, cum lachrymis illi colloquens, quasi pe
des domini precando tenere se putans. Vis autem & alia ra-
F tione accipere quæ petis? Dimitte si quid in te peccauerit fra
ter. Vides facilitatem doni dei? *Et ueniunt rursum Hierosoly-*
mam, & cum ambularet in templo, ueniunt ad illum principes sacer-
dotum, & scribæ & seniores, & dicit illi, Qua authoritate hæc facis?
& quis tibi dedit authoritatem istam, ut ista faciat? Iesus autem re-
spondens dixit illis, Quæram a uobis & ipse quiddam, & respondete
mihi, & dicam uobis qua authoritate hæc faciā. Baptismus Iohannis
utrum e cœlo erat, an ex hominibus? respondete mihi. Et cogitabant
apud se dicentes, Si dixerimus, e cœlo, dicet, Cur igitur non credidistis
illi? At si dixissent, ex hominibus, timebant populum. Omnes enim ha-
bebant Iohannem quòd uere propheta fuisset. Et respondentes dicunt
Iesu, Nescimus. Et Iesus respondens dicit illis, Nec ego dicam uobis
qua authoritate hæc faciam. Insanientes quòd eiecisset è tem-
plo negociatores, accedunt ad eum, vt animo perplexum red
derent,

derent, quærentes quanam potestate hæc faceret, quasi talia A
ei dicentes: Quis es tu qui hæc facis? magister constitutus es?
sacerdos ordinatus es? Hæc autem dicebant vt dubitare eum
faciant, & in verbis capere queant. Nam si dixisset, potestate
mea hæc facio: lapidassent illum vt deo contrarium. Sin au-
tem dixisset, postestate dei facio, abduxissent ab eo plebem,
quæ illum arbitrabatur esse deum. Dominus igitur interro-
gat illos de Iohanne, non sine causa, neque sophistarum mo-
re vicissim illos capiens: sed quia Iohannes de ipso testifica-
tus erat, idcirco de illo malignos interrogat, vt quum osten-
derint Iohannē à deo esse, cogantur & testimonium Iohan-
nis quod de Christo dederat, accipere. Et quia malevoli du-
bitabant, neque ego dico vobis, inquit. non dixit, neque ego
scio quid dicam: sed, neque ego dico, hoc est, quia malevoli B
estis, non dignabor vos responso.

CAPVT XII.

T cœpit illis per parabolas loqui: *Vineam plantauit ho-* Matt.21.
E *mo, & circunde derat sepem, & foderat lacum, & ædi* Lucæ.20
ficauerat turrim, & elocauerat eam agricolis, & pere- Esaiæ.5.
gre profectus est: & misit ad agricolas, quū tempestiuum
esset, seruum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ.
At illi arreptū illū ceciderunt, ac remiserunt uacuū. Et rursum misit ad
illos alium seruum, & illi conieclis in eum saxis, comminuerūt caput,
& remiserunt contumelijs affectum. Et rursum aliū misit, & illum oc-
ciderunt, multosq; alios: hos quidem cædentes, illos uero occidentes. C
Itaque quum unum adhuc haberet filium suum dilectum, misit etiam
illum ad eos postremum, dicens, Reuerebuntur filium meum. Illi uero
agricolæ dicebāt inter sese: Hic est hæres, uenite occidamus eum, &
nostra erit hæreditas. Et arreptum illum occiderunt, & eiecerūt e ui-
nea. Quid igitur facturus est dominus uineæ. Veniet & perdet agri-
colas, & dabit uineam aliis. Vinea, populus est, quem planta- Psal. 79.
uit dominus. Perfice enim, inquit, vineam istam, quam plan- Exod.15.
tauit dextera tua. Et Moses, Introduces plātauit eos in mon-
te sancto tuo. Sepes autem, lex, quæ prohibebat ipsos com-
misceri gentibus. Turris vero, templum. nam conspi-
cuum erat. Porro torcular, altare in quo effundebatur san-
guis. Elocarat autem populum agricolis, hoc est doctori-
bus qui per id temporis erant, & principibus Iudæorum.

Misit

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Misit vero seruum vnum, forte Heliam, & qui tunc erant, & Micheam, quem cecidit Sedechias, pseudopropheta scilicet. Secundum autem seruum lapidatum ceciderunt, hoc est occiderunt, & contumeliis affecerũt, Oree & Esaiam prophetas. Tertium autem seruum, id est eos qui in captiuitate fuerunt, vt Danielem & Ezechielem. Vltimo autẽ misit filium suum deus (qui homo nominatur propter misericordiam) dicens, Reuerebuntur filium meum. Non vt ignorans quod futurum erat hoc dixit, sed vt dicens quod futurum verisimile. Mali autem agricolæ quum didicissent quòd hic esset filius dei, eiecerũt illũ extra ciuitatem extra enim illam crucifixus est. Dominus igitur vineæ, pater occisi filij, immo & ipse occisus filiꝰ, perdidit agricolas, quos tradidit Romanis,
E & populum collocauit aliis agricolis, apostolis scilicet. Vis videre quomodo apostoli coluerint vineam? lege librum Actorum, & inuenies tria millia & quinque millia simul eccle-
Psal. 117 re ac offerri in primitias deo. *An ne hanc quidem scripturam le-*
Actu. 4. *gistis, Lapidẽ quẽ reprobauerũt ii qui ædificabãt, hic factus est in caput ãgulitra domino factũ est hoc, & est admirabile ĩ oculis nostris? Et quærebant eum cõprehendere. & metuebãt turbã: sciebãt enim quòd aduersus ipsos parabolã dixisset. Et relicto illo abierunt.* Per omnia
Lapis 91. ista ostendit reiectos Iudæos, gentes autem acceptas. Lapis
Ædificãtes qui. enim ille, dominus: ædificantes autẽ, doctores populi. Quem
Angelus. igitur reprobauerũt doctores: ille in caput anguli factus est,
Ecclesia Caput enim ecclesiæ factꝰ est. Angulus enim ecclesia, quæ in
mirabilis. vnum coniungit Iudæos & Gentiles: quemadmodum & an-
F gulus duos parietes inter se committit. Igitur iste angulus, hoc est ecclesia, à domino factus. Et est mirabilis in nostris fidelium oculis. Ab infidelibus etiam miracula calumniam patiũtur. Mirabilis est igitur ecclesia, quasi ex miraculis constituta, domino cooperãte apostolis, & sermonem cõfirmante per sequentia signa. *Et mittunt ad illum quosdam e Pharisæis*
Mat. 22. *& Herodianis, ut eum captarent sermone. Illi uero quum uenissent,*
Luc. 10. *dicunt ei, præceptor, scimus quòd uerax es, & non curas quemquam: non enim respicis personam hominum, sed cum ueritate uiam dei docues. Licet censum da: Cæsari, an non? demus, an non demus? Ille uero sciens illorum simulationem, dixit illis, Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, ut uideam. Illi uero attulerunt. Et dicit eis, Cuius est imago hæc & inscriptio? Illi autem dixerunt ei, Cæsaris. Et respondens Iesus dixit illis, Reddite quæ sunt Cæsari, Cæsari: & quæ sunt*

sunt dei, deo. Et admirati sunt de eo. Diximus etiã aliâs de He- A
rodianis, quòd fuerit hæresis quædam tunc nuper orta di- Sup. ca. 3.
centium Herodem esse Christum, eo quòd in temporibus illius defecisset successio regum Iudaicorum. Alii autem dicunt Herodianos hoc loco dictos esse milites Herodis, quos pharisæi in testes eorum quæ Christus dicturus erat, assumunt, vt consequenter comprehendant illum & abducant. Vide autem malitiam illorum, quomodo adulatione tentent decipere dominum. Scimus, dicunt, quòd non respicis personam hominum, & ita neq; Cæsarem reuereris. Totum enim hoc artificium erat vtrinque habens præcipitia: vt si quidem diceret quod liceat dare Cæsari tributum, arguerẽt eum tan- Cæsar
quàm populum in seruitutem redigentem: sin diceret non quid.
persoluendum, accusarent eum vt ad seditionem populum B
mouentem contra Cæsarem. At fons sapientiæ dolos illorum euadit. Ostendite mihi, inquit, numisma. Quum enim vidisset quòd imaginem haberet Cæsaris, dicit, Reddite quod habet imaginem, ei cuius gerit imaginem: & quæ sunt dei, deo, hoc est, Nihil obstat vobis ad pietatem persoluere Cæsari. Potestis enim & Cæsari persoluere, & deo sua tribuere. Cæsar item vnicuique nostrum, inexhibilis illa corporis nostri necessitas est. Iubet igitur dominus reddere etiam corpori sua necessaria, cibos scilicet ac vestes: & quæ dei deo, nempe vigiliae quãtas possumus, orationes & cætera. Sed & diabolo, qui Cæsar est, obtice quæ tibi ab illo data, iram, concupiscentiam malam: & quæ dei sunt, offer deo. *Et ue-*
niunt Sadducæi ad illum, qui dicunt non esse resurrectionem: interro- C
gauerunt eum dicentes, Præceptor, Moses scripsit nobis, Si cuius Deut. 25.
frater moriatur, ac relinquat uxorem, & liberos non relinquat, ut accipiat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Septem fratres fuerunt, ac primus accepit uxorem, isque moriens non reliquit semẽ: & secũdus accepit illã, ac mortuus est, & nec ipse reliquit semen: & tertius similiter: & acceperunt eam septem, nec reliquerunt semen: postremo uero omnium mortua est & uxor. In resurrectione igitur, quum resurrexerint, cuius illorum erit uxor? Nam septem habuerunt eam uxorem. Et respondens Iesus dixit eis, An non propterea erratis, quod nesciatis scripturas, neque uirtutem dei? Quum enim a mortuis resurrexerint, neque cõtrahunt matrimonium, neque nuptum dãtur: sed sunt uelut angeli qui in cœlis. Cæterum de mortuis quod resuscitãtur, non legistis in libro Mosi, quomodo in rubo Exod. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D loquutus sit illi deus dicens, Ego ite deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? non est deus mortuorum, sed deus uiuentium. Vos igitur multum erratis. Hæretici apud Iudæos erãt Sadducæi, dicẽtes non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum. Obliquè autem, vt dolosi, aggressi, fingunt narrationẽ quandam qua subuertatur resurrectio, contexto argumento quod nũq̃ euenit neq; forte eueniet. Septẽ aũt fingũt qui vnã ducẽ vxorẽ, quo magis resurrectionẽ discerpant. Igitur quia prætexebant illi legem Mosi, ostendit eos ignaros scripturarum. Non enim intelligitis, inquit, de qua resurrectione scriptura loquatur. Vos em opinamini quòd olim resurrectio talis magis corporalis sit futura: at non sic erit. Itaque ignoratis scripturæ mentem, sed & scripturæ virtutem ignoratis. Enimuero vos ad difficultatẽ rei fortasse respicitis, & propterea addubitatis quomodo poterunt dissoluta corpora redire ad animam. Sed virtuti diuinę hoc quasi nihil erit. Erit igitur resurrectio, & non corporalis, & diuinior quidam vitæ status, angelicus videlicet. Incorruptibiles enim erimus, & idẽ qui sumus manentes, propterea que tollentur etiam nuptiæ. Nunc enim nuptiæ propter corruptionẽ fiunt, vt successione generis durantes homines non intereant: tunc autem sicut angeli absque nuptiali successione illi ipsi erunt, & nunquàm deficient: sic & qui resurgunt, sine nuptiis permanent, nunquàm imminuẽdi. Et aliter quoq; taxãtur vt nescientes scripturam. Si enim intellexissent illa, intelligerent etiam quomodo scriptum sit, Ego sum ille deus Abrahã, vtpote manifeste viuentium. Nõ enim dixit, Ego eram, sed, sum: vtpote præsentium atque illorum non perditorum. Iam fortassis dicet quis quòd hoc de sola Abrahę anima dixerit dominus, & nõ itẽ de corpore, & ita corpora non resurgũt. Dico igitur primũ quidem quòd Abrahã vtrunq; dicatur, anima & corpus, & ita etiam deus est corporis, quod & ipsum viuit apud deũ, & nõ omnino in nihilũ redigitur. Insuper quia Sadducæi de corporis resurrectione dubitabant, certũ q; dns de corporibus dixerit q; viuant apud deũ, non de anima. nam istud iã ex cõfesso erat etiã apud carnales Iudæos. Obserua & hoc. Resurrectio est eius quod ceciderat surrectio. immortalis autẽ anima non cecidit, sed corpus hoc: itaque & resurget iterum, coniugali amæ complicitum. *Et quum accessisset quidã e scribis, & audisset eos simul disputãtes, uidissetq; quòd bene respõdisset eis, interrogauit*

Sadducæi apud Iudæos hæretici erãt

Exod. 3.

Resurrectio.

illum, Quod est primum omnium præceptorum? Iesus autem respondit A
illi, Primum omniũ præceptũ est, Audi Israel, Dominus deus noster, Deut. 6.
dominus unus est: & diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo. & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc est primum præceptum: & secũdum simile hoc est, Diliges proximum Leuit. 19.
tuum ut teipsum. Maius hîc aliud præceptũ non est. Et dixit illi scriba, Bene præceptor eũ ueritate dixisti, quòd unus sit deus, & nõ sit alius præter illum. quódque diligere eũ ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota aũ, & ex totis uiribus: ac diligere proximũ ut seipsum, plus sit quàm uniuersa holocaustomata & uictimæ. At Iesus quum uideret quòd cordate respõdisset, dixit illi: Haud lõge abes à regno dei. Cap. 22.
Et nemo post illa audebat illum interrogare. Matthæus quidem inquit quòd tentans accesserit: Marcus vere dicit quòd prudenter responderit. Nunquid ergo dicunt cõtraria? Minime: B
sed verissimile est primùm quidem ipsum vt tẽtantem interrogasse, deinde quum profuisset ei responsum Christi, & corrigatè respondisset, ab illo laudatũ, Vide autẽ & laudem. Non perfectum illum testatur. Non enim dixit, Intra regnum cælorum es: sed, non procul es. Quare autem hanc potissimum quæstionẽ legisperitus ille proposuit Christo? Putabat reprehendi posse Christum, qui emendaturus esset legem, vnde accusari posset tanquàm legis aduersarius. Verũ dominus ostẽdés ei q; charitatẽ simpliciter nõ habeat, sed iuidia corrupt? veniisset ad hæc interrogãda, dicit: Primũ & magnũ mãdatũ 1. Io. 4. 5
est diligere deũ. Secũdũ simile, diligere proximũ. Quomodo aũt simile? Eo q; simul inter se cõnexa sunt. Qui enim diligit C
Deũ, diligit & factura eius. homo aũt maximè propria factura Dei: & ita qui diligit Deũ, diliget etiã ones hoies: & dum proximũ diligit, multo magis Deũ diligit. Nã si hoies diligit, qui multas sæpe scãdalorũ occasiones & odia souent, quanto magis Deũ, qui semper benefacit? Audi aũt dñm, Qui diligit Ioh. 14.
me, mandata mea seruabit. Vides nos diligẽdo Deum seruare mandata eius. Mãdata autem eius omnia de amore mutuo Ioban. 13
tractant. Et iterum, In hoc scient omnes quòd mei discipuli estis, si diligitis inuicem. Vides iterum quòd ex mutuo amore discitur amor erga Christum, ita vt simus eius discipuli & amici. Obserua autem quomodo omnes animę virtutes enumerarit. Est enim virtus animæ animalis, quam insinuat dũ dicit, ex tota anima. Iram enim & cõcupiscentiã totã Tres uirdilectioni dei dari vult. Est etiam alia virtus aĩæ quæ dicitur *tutes aiæ.*

D nutritiua, ea est & plantarum: quæ & ipsa quoq; Deo tota est danda, Est insuper rationalis vis, quam nominauit lex intelligentiam. Omnes igitur animæ virtutes charitati offerendæ sunt. *Et respondens Iesus dicebat docens in templo: Quomodo dicunt scribæ Christum esse filium Dauid?* Psa.109. *nam ipse Dauid dixit afflatus spiritu sancto, Dixit dominus domino meo, sede a dextris mihi donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid uocat eũ dominũ, & unde filius eius est? Et pleraque turba audiebat illum libenter. Et dicebat illis in doctrina sua, Cauete a scribis, qui amant insulati obambulare, & amare salutationes in foris, primas sedes in congregationibus, & primos accubitus in cœnis, qui deuorant domos uiduarum, & sub prætextu longas faciunt preces: isti accipient grauiorem damnationem.* Quia Christus ad passionem

E accessurus erat, corrigit prius opinionẽ scribarum erroneam, qui suspicabantur Christum esse filium Dauid, sed non dominum. Demonstrat igitur se deum ex ipsis Dauid verbis: & non simpliciter, sed deterret, eo quòd dicit Donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nam ipsi omnino erant inimici eius, quos posuit Deus pater scabellum pedum Christi. Vide autem & quomodo interroget. non enim dixit, Quid vobis videtur de me, sed, de Christo? Et ita non perstringit eos. Et neque potestis mihi dicere quòd absque spiritu hoc dixerit, sed spiritu sancti afflatu dixit dominum, hoc est, motus gratia spiritus. Quomodo ergo Christus, filius est Dauid, an non dominus eius, & deus? Turba igitur audiebat eum libenter. Et dicebat turbæ, Cauete à scribis, qui splendidiores ferunt stolas, & propter illas præferri vo-

F lunt salutationesque & celebritates fori probant, & gloriæ omnibus modis student: qui & domus viduarum comedunt. Clam enim accedunt ad mulieres præsidio destitutas, quasi illarum futuri tutores & patroni, & prætextu lõge orationis, & vestitu reuerentiæ & simulatione decipiunt simpliciores, deuorantes domos diuitum. Illi igitur grauiorem accipient Sapiẽ. 6. damnationem, quàm alij Iudæi peccantes. Potentes enim potentius puniẽtur. Interim & Apostolos docet ne iuxta scribarum morem viuant, sed se imitentur. Doctores enim illos ordinantem verisimile est vt vitæ suæ fecerit imitatores. *Et*

Luc.21. *cum sederet Iesus ex aduerso gazophylacii, spectabat quomodo turba mitteret æs in gazophylacium, & multi diuites mittebant multa. & uenit quædam uidua pauper, misitque minuta duo, quod est quadrans.*

Quophysaica dãnetur disciplina.

drãs. Vocatisque ad se discipulis suis, dicit illis: Amẽ dico uobis quod A *uidua hæc pauper plus misit, quam omnes qui miserunt in gazophylacium. Nam omnes ex eo quod ipsis supererat, miserunt: at hæc e penuria sua omnia quæcunque habebat misit, totam substantiam suam.*

Mirabilis quædam consuetudo apud Iudæos erat. Qui enim poterant & volebant, mittebant in thesaurum templi, qui vocabatur gazophylacium, è quo sacerdotes & pauperes & viduę alebantur. Quumque id multi facerent, & vidua accessit, suam voluntatem declarans opibus abundantiorem. Gloria tibi Christe, qui & parua gratiora sæpe habes quàm magna. Quæso vt etiam mea anima vidua talis sit, quæ abiiciat tota- nam, cui vt viro adhæsit, & mittat in thesaurum sacrum duo minuta, carnem & mentem, quæque paruifaciat, continentia quidem carnem, humilitate vero animam, vt & ego audiam B quod totam meam vitam consecrarim Deo, non relicta vlla cogitatione vel affectione huic mundo.

Præcatio Theophylacti.

CAPVT XIII.

T quum exiret de templo, dicit illi quidam è discipulis Mat.24. E *illius. Præceptor, uide quales lapides, & quales sub-* Luc.21. *structiones. Et Iesus respondens ait illi, Vides has magnas substructiones? Nõ relinquetur lapis super lapidem, qui non diruatur. Et quum sederet in monte oli-*

uarum e regione templi, interrogabãt illum secreto Petrus & Iacobus, & Iohannes & Andreas: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum est quando hæc omnia sint consummanda? Quoniam mul- C ta de desolatione Hierusalem dicebat Iesus, quòd relinque- Matt. 23 retur domus illorum deserta, discipuli eius admirantes quòd tãtæ magnitudinis, tamque pulchra ædificia abolenda essẽt, ostendunt illi decorem templi. At ille nihilominus prædicit perdenda, & in tãtum, vt neque lapis super lapidem maneat. Et dicunt quidã multas veteris eluitatis Hierusalẽ reliquias superstites, & ita Christũ mendacẽ ostẽdere tentant. sed hoc neutiq; verũ est. Nã etiã si reliquiæ quædã relictę essẽt (quod verũ nõ est) nõ tamen relinquẽtur vsq; ad cõsummationẽ seculi, Historiæ enim habẽt q; Aelius Hadrianus tẽplum & ci Aeli⁹ Uuitatem à fundamẽtis effoderit, & ita in illo impletum est q; drian⁹ iẽ nõ sit relictus lapis super lapidẽ. Porro sedẽte illo in mõte o- plã & ciliuarũ, accesserũt ad eũ iterrogãtes: Quãdo hæc erũt? hoc est, *uitatem*

D quando consummabitur Hierusalem? At ipse anteq̃ respõderet eis de his de quibus interrogabãt: munite cogitationẽ illorum, vt ne errent. Quia incipientibus illis fieri in Iudæa surrexerunt quidam qui se dicebant magistros, dicit dominus, Videte ne decipiamini. *At Iesus respondens illis cœpit dicere, Videte ne quis vos fallat: multi enim venient in nomine meo dicẽtes, Ego sum Christus, multosque decipient. Quum autem audieritis bella, & rumores bellorum, ne turbemini. oportet enim fieri, at nõdum finis. Insurget enim gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum. Et erunt terræmotus in singulis locis, & erunt fames ac turbationes. Initia dolorum hæc. sed cauete vos vobis. Tradẽt enim vos in concilia, & in synagogis cædemini, & sub principibus ac regibus ducemini propter me, in testimoniũ illis. Et apud oẽs gentes oportet prius prædicari Euangelium.* Multi veniẽt, qualis erat Iudas, qualis Theudas, qui dicebãt se à deo missos esse. Bella autem futura dicit, quæ & Iosephus narrat ante captiuitatem facta. Nã insurgebat quidem gens, & non reddebat tributa. Romani autẽ iratꝰ eos infestarunt, & cõtinuis insidiis ac cladibus affecerũt, sed nondum finis Hierusalem. Romani enim misericordes erãt. Non solum autem bella erant, sed etiam aliæ clades à deo immisse, vt fames, & terræmotus: ostendẽte eis deo manifeste ꝙ ipse illos impugnaret. Omnia eñ hæc principia parturitionum, hoc est malorum quæ euentura sunt. Cauete vobis. tradent enim vos in cõcilia. Tempestiue interserit narrationem illam, vt ex cõmunibus habeãt cõsolationem quandã in propriis calamitatibus. Sed & dicendo. Propter me ducemini ad duces & reges, consolationem eis non mediocrẽ attulit, quòd pro ipso passuri essent. In testimoniũ vero illis, hoc est, vt inexcusabiles illi sint, & ob hoc condẽnati, quòd etiã torquentes vos, veritatẽ vincere non potuerũt. Deinde ne putes quòd pericula & afflictiones prædicationem prohibeãt, inquit, Et in omnes gentes oportet prędicari Euangeliũ, & tunc capietur Hierusalem, Nam quòd ante captiuitatem prædicatũ sit Euãgelium, audi psalmistam, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. quod etiã in maiorẽ condẽnationẽ Iudææ factũ est, quòd ante captiuitatẽ vbique Euangelium prædicatũ est. Nam quũ viderent tam breui tẽpore in totũ orbẽ prædicationẽ transire, etiã ipsi agnoscere debuissent Christi virtutẽ, pœnitentiã agere, & liberari à calamitatibus: sed non intellexerunt, & ideireo maius illorum iudicium

Hieroſolymorũ fũdi tus fuſſodit.

E *Actuũ. 5. Ioſephus.*

F

1. Pa. 18.

iudicium. *Quum autem duxerint uos tradentes, ne præcogitetis* A *quid dicturi sitis, neq; meditemini, sed quicquid datum fuerit uobis in illa hora, hoc loquamini. Non enim estis uos qui loquimini, sed spiritus sanctus. Traditurus est autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii aduersus parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. Sed qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit.* Anteq̃ bellũ perfectũ excitatum quid nõ patiebantur Apostoli ab illis dum protraherentur ad tribunalia, & ducerentur ad reges, Herodem, & Agrippam, & Neronẽ? Ne igitur antea soliciti sitis (inquit) quid loquamini, sed in ipsa hora dabit vobis spiritus sanctus quę loquamini. Prędicit autem eis, quod omnibus grauiorẽ pe à maxime familiaribus impugnãdos. Et dicit hoc, vt quũ prius audierint, præparẽtur, & periculum facilius ferant, deinde consolatio sequitur, quòd propter me odio eritis habiti. Quòd enim propter ipsum fuerũt odio habiti, satis erat ad omnes calamitates leniendas. Quin & q̃ saluandi erant perseueraturi vsq; in finẽ, etiam ipsum maximã afferebat consolationem. *Porrò quum uideritis abominationẽ desolationis de qua dictum est à Daniele propheta, stantem ubi non oportet, qui legit intelligat. Tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant ad montes, qui uero fuerit in tecto, ne descendat in domum, nec ingrediatur ut quicquam tollat è domo sua: & qui fuerit in agro, ne reuertatur ad ea quæ reliquit à tergo, ad tollendum pallium suum. Væ autem prægnantibus, & lactantibus in die illo.* Abominatio desolationis, statua est eius qui ciuitatem destruxit. Abominatio enim omne idolum dicitur: desolatio vero, eo quòd capta & desolata Hierusalem, illum statuerunt intra adytum templi. Pilatus quoque Cæsaris imagine noctu in templum illata, magni tumultus author fuit plebi. tunc enim cœpit & bellũ, & desolatio Hierusalem. Igitur tunc hi qui in Iudæa erant, fugerunt in montes. Bene autẽ dixit, hi qui in Iudæa. nam Apostoli non fuerunt in Iudæa: vt diximus, anteq̃ bellum exortum est, in persecutione exacti sunt è Hierusalem, immo ipsi exierunt, diuino afflati spiritu. Qui igitur inuenti in Iudæa, fugerunt. Et is qui supra tectũ, nullius rei gratia quę in domo, reuertatur. Expedit enim vt quis vel nudo corpore saluus fiat. Insuper væ & prægnantibus, & lactãtibus vę. Quare? quia nõ possunt fugere mulieres quibus sunt pueri, affectione erga illos detẽtæ. Prægnãtes quoq; propter vteri sarcinã neq; ipsę facilè fugã

Luc. 12. B

Daniel. 9. C

Quãdocæperit bellũ & desolatio Hierosolymorum.

D inueniunt. Existimo autem quòd & pueros hoc loco significet vorandos. Fame enim obsessi nec pueris pepercerunt.
Orate autem ne fuga uestra fiat hyeme. Erunt enim dies illi tales afflictio, qualis non fuit ab initio rerum conditarum quas condidit deus, usq; ad hoc tempus, nec futura est. Et nisi dominus abbreuiasset dies illos, haudquaquam salua fuisset uniuersa caro. Sed propter electos quos elegit, abbreuiauit dies. Si hyeme fuga fieret, tẽporis iniuria impedimenta habituri essent fugere volentes, & omnino afflictio futura esset, & earum quę fuerũt vel erunt vnquã grauissima. Sed propter electos, hoc est eos qui ex Iudæis crediderunt, vel postea crediturí sunt, bellũ citius diremptũ est. Deus enim quia præcognouit ex Hebræis multos post captiuitatem credituros, nõ permisit totum genus aboleri. Possunt

E autẽ hæc morali sensu sic exponi. Abominatio desolationis, est omnis diabolica cogitatio, quę stat in loco sancto, hoc est nostra mente. Tunc igitur qui est in Iudæa, fugiat in montana, hoc est, qui confessus fuerit, currat ad virtutum montes. Iudæa enim cõfessio dicitur. Et qui in summo stat, nõ descendat. Quando enim affectio quædã in mẽte nostra reperitur, oportet per confessionem ad summa recurrere, & à summitate non descendere. Et qui operatur quod bonum, non reuertatur vt tollat veterem consuetudinem, quæ est vestis quam exuit. Væ autem fugienti in hyeme. Oportet enim nos fugere à peccato cum alacritate, & non frigide & segniter. Hoc enim per fugam in hyeme insinuatur. *Tunc si quis uobis dixerit, ecce hic Christus, ecce illic: ne credatis. Exorientur pseudochristi*

F *& pseudoprophetæ, & edent signa ac prodigia ad decipiendum, si fieri possit, etiã electos: uos autem cauete, ecce prædixi uobis omnia. Cæterum in illis diebus post afflictionem illam sol obtenebrabitur, &*
Iohe. 2. *luna non dabit splendorem suum, & stellæ cæli decident, & uirtu-*
Isa. 13. *tes quæ in cælis sunt, concutientur: & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum potestate multa & gloria.* Quia impleuit quæ ad Hierusalem attinent, incipit igitur nũc de aduentu Antichristi dicere. Quod autem dicit Tunc, ne intelligas quòd quando fient ea quæ supradicta sunt de Hierusa-
Scripturæ proprietas. lem, tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus, ne credatis: sed scito quòd scripturæ proprietas hæc est, sicut etiam Matthæus post genealogiã Christi dicit, In diebus illis ad-
Matth. 3. uenit Iohannes. Quibus diebus? Num mox sequentibus post Christi natiuitatem? Non, sed indefinite. Sic igitur & hoc loco

loco dicit tunc: nõ quando Hierusalem desolata fuit, sed per tempus aduẽtus Antichristi, ne seducamini. Multi enim præterent nomen Christi, ita vt & electos seducere queant. At post aduentũ Antichristi omnis creatura immutabitur, quando stellæ obtenebrabuntur propter immensam lucem Christi. Cõmouebuntur autem & angelicæ virtutes, hoc est obstupescent, videntes tantam rerum mutationẽ fieri, & cõseruos suos iudicari. Et tunc videbũt dominum vt filium hominis, hoc est in corpore. Nam quod spectatur, necesse corpus est. Quamuis autem vt homo veniet, aderit tamen cum potestate & gloria magna. *Et tunc mittet angelos suos, & aggregabit electos suos à quatuor uentis, à fastigio terræ usque ad summum cæli.* B *A ficu uero discite similitudinem: quum ramus eius tener fuerit, produxeritque folia, scitis quòd propè sit æstas. sic & uos quum uideritis hæc fieri, scitote quòd propè sit in foribus. Amen dico uobis, quòd non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc facta fuerint. Cælum & terra transibunt sed uerba mea non præteribunt.* Vides quòd & filius angelos mittit, sicut & pater. Vbi igitur sunt qui dicũt, Non est æqualis deo & patri? Venient igitur angeli vt congregent electos, qui tanquam in nubes rapti, occurrant domino. A ficulnea autem discite quod dico. Quemadmodum enim folia ficu habente, statim æstas adest: sic & post afflictio nem Antichristi statim absque vllo mediatore aderit Christi aduentus, quę reuera iustis æstas quædam est ab hyeme, peccatoribus autem hyems ab æstate. Amen dico vobis, quòd ge neratio hæc, hoc est Christianorum, nõ transibit donec hæc omnia, de Hierusalem & Antichristi aduento, fiant. Non enim generationem dicit Apostolorum, quia pleriq; non vsq; ad consummationem Hierusalem vixerunt, quomodo ergo ad consummationem mundi pertingere dicerentur? Generationem itaq; Christianorum dicit, ita consolans Apostolos, ne suspicentur quòd quum tanta mala fiant, forte deficiat fides. Quasi diceret, Confidite, & bono animo estote: nõ præteribit generatio fidelium, neque deficiet. Prius enim transibunt immobilia hęc elementa, cælum & terram dico, quàm mei sermones in vllo intercidãt. Omnia quęcunq; dixi, perficientur. *Cæterum de die illo ac tempore nemo nouit, ne angeli quidem qui in cælo sunt, nec ipse filius, sed solus pater. Cauete, uigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit: sicut homo qui peregre*
agit relicta domo sua, deditq; seruis suis substantiam suam, ac sui cuiq;
opus, &

Contra Arium. C
Christi ad futurus. Secundum non esse æqualem deo patri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *opus, & ianitori mandauit ut uigilaret. Vigilate igitur: nescitis enim quando dominus domus ueniturus sit, sero an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo: ne si uenerit repente, offendat uos dormientes. Cæterum quæ dico uobis, omnibus dico, uigilate.* Volens dominus discipulos à diei & horæ illius interrogatione cohibere, dicit quòd neq; angeli neq; filius sciant. Si enim dixisset, scio quidem, sed nolo vobis reuelare, mœrore illos affecisset: nũc autem prudenter rem agit, & eos omnino prohibet à discendo, & persuadet illis dicẽs. Neq; angeli sciunt, neq; ego. Ab exemplo autem intelligas quod dicitur. Sæpe pueruli vident patres suos tenere quiddã in manibus, & hoc petunt, patribúsq; dare nolentibus, plorant ꝙ non accipiunt: deniq; patres occultant illud quod tenent, & ostendentes manus vacuas pueris, fletum illorum sistunt Sic & dominus quasi pueros Apostolos alloquens, occultauit diem. Nam si dixisset, scio, nõ dico autem, indoluissent ꝙ ab illo non discerent. Quòd autem dominus sciuerit & diẽ & horam certã, manifestum, quia seculi conditor est. Et quo pacto nesciret? Verũ vtiliter abscondit Deus cõsummationem vitæ, siue omnium in cõmuni, siue vniuscuiusq; in singulari, vt dum incertus est finis, semper solliciti simus ac anxij, expectantes illum, & timẽtes ne imprꝙparatis superueniat, Consideremus autem verba. Tarde quidem tunc adest finis, quando quis in bona senecta moritur. Media autem nocte, quum mediam ætatẽ peregerit. In gallicinio autẽ, quando in nobis ratio cõpleta fuerit. Gallus enim ratio est, quę nos à somno excitat, & stuporẽ repellit. Quum igitur puer incipit iuxta rationẽ viuere & sapere, tunc gallus ei canit. Ante galliciniũ autẽ omnino puerilis ætas est. Omnes igitur finẽ in memoria habere oportet: etiamsi quis puer sit, prouidendũ ne forte non baptizatus moriatur. Omnibus autẽ hęc præcipit dominus, & his qui in mũdo viuunt, & his qui secesserũt. Debemus igitur vigilare & orare. Vtraq; hæc necessaria sunt. Multi enim vigilãt, sed noctẽ male absumũt. Vide autem quomodo non dixerit, Nescio enim quãdo tempus est, sed, nescitis Occultauit enim nostram ob vtilitatem. Nam si nunc, quum est finis mundi incertus, mutuis odiis insanimus, quid non faceremus scientes finem? In extremam sane malitiam insumeremus vitam, deinde vltimo die summa cum iactura pœnitentiam ageremus.

Exemplũ occultationis diei secundi adũctus.

CAPVT

CAPVT XIIII. A

E Erat autem pascha, & azymorum dies futuri post biduum. Et quærebãt summi sacerdotes ac scribæ quomodo eum per dolum comprehensum occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne tumultus fiat populi. Et quum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, accumbente eo uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistitæ pretiosæ: & comminuto alabastro effudit illi in caput. erant autem quidam qui indignarẽtur apud sese, ac dicerẽt, Ad quid perditio hæc unguenti? nam poterat hoc uendi pluris quàm trecentis denariis, ac dari pauperibus. Et infremuerunt aduersus illam. Feria quarta concilium cenuenit, & propterea ieiunamus etiã nos quartis feriis. Illi quidẽ consultabant solennitatis tẽpus B pretermittere, at nõ missũ est eis, sed ipse sibiipsi tẽpꝰ passio nis statuens, in pascha crucifigi voluit. ipse enim erat pascha verũ. vnde virtutem eius admirari licet. Nam quum illi vellent ipsum cõprehendere, nõ potuerunt: quando autẽ illi noluerunt propter festũ diem, tũc voluntarius ipse seipsum tradidit. At qui ipse esset in Bethania in domo Simonis leprosi, venit mulier. Et quatuor mentionẽ faciunt vnguenti: & videtur quibusdã vna esse: nõ aũt ita est, sed duę sunt. Vna quidẽ q̃ apud Ioannẽ, quę & Lazari soror est. Altera q̃ à reliquis tribꝰ memoratur. Verũtamẽ attende & inuenies ꝙ tres sint. Apud Ioannẽ quidẽ vna, apud Lucã alia, & apud duos illos adhuc vna alia. Nã illa quę apud Lucam, meretrix erat, & in medio p̃dicationis Christi ad Christũ venit. quę apud Matheum, tẽpore passionis, & nõ dicitur meretrix. Probat autẽ Christus eius voluntatẽ, ꝙ tãta expenderit in nardũ. De nardo pistica scias ꝙ est species quędã nardi quę pistica dicatur, vel quòd syncera sit, & non adulterata, vel cum fide confecta. Erant autem quidam ægreferentes Iohannes autem discie Iudã ęgre tulisse. Verisimile igitur & alios quidem Apostolos mulierem obiurgasse, vtpote qui audierant Christum semper multa de eleemosyna docere. Iudas sanè non eodem scopo aduersus mulierem indignabatur, sed propter auaritiam, & turpe lucrum suum. Propterea & Iohannes ipsius duntaxat meminit, tanquam dolosa mordacitate mulierem reprehenderit. Et infremuerunt in eam, hoc est indignabantur, conuitiabantur, perstringebant eam. *At Iesus dixit,*

Cur quartis non ieiunamus. Christus pascha uerum. Ioan. 12. De tribus Magdale nis. Lucæ. 7. Matt. 26 Nardus pistica quid.

Sinite

D *Sinite illam, cur illi molesti estis? Bonum opus operata est erga me. Semper enim pauperes habetis uobiscum, & quandocunque uolueritis potestis illis benefacere: me uero non semper habebitis. Quod potuit hæc, fecit: præuenit ut ungeret corpus meum ad sepulturam. Amen dico uobis, ubicunque prædicatum fuerit euangelium hoc in totum mundum, etiam hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriam ipsius.* Reprehendit dominus discipulos, quòd inté pestiuè mulieris alacritati obsistũt. Cur enim, inquit, illi negociũ facitis, & estis molesti? Num quia donum attulit, auer samini eam cum ignominia? Interim autẽ perstringit & proditorẽ dicendo, In sepulturá meã hoc fecit. & planè cõscientiæ expertem arguit, quasi ita diceret ei, Tu quidem in mortem me tradidisti, & non reprehendis temetipsum: ista autẽ

E in sepulturam meam vnguẽtum afferens, à deo mota, digna ne est quæ à te reprehendatur? Prophetam autẽ agit hoc loco dominus, duoque prædicit, & quòd euangelium prædicãdum sit in toto mundo, & quòd opus mulieris simul prædicandum. Confundãtur hoc loco qui pauperes Christo præferunt. Audiui enim ego aurifabros dicentes, q̃ si ego dissectum sacrum vas dem pauperibus, & ego viuam, nec condẽner. Audiant igitur quomodo Christus præferat sui curam pauperibus. Christi autem corpus proprie est, quod in discos aureo. & sanguis qui in poculo. Qui igitur abstulerit discũ precioſum, & cogit vt corpus Christi in viliori ponatur, præ texens scilicet pauperes, sciat cuius partis sit.

Christus prophetã Christi cura præferẽda curę pauperũ. Corpus Christi uere est ẽ altari.

Et Iudas Iscariotes unus e duodecim abiit ad summos sacerdotes,

F *ut traderet eum illis. Quo audito illi gauisi sunt, & polliciti sunt se ei daturos pecuniam. Et quærebat quomodo opportune illum traderet.* Quum mulier suam libertatem declararet, insaniebat discipulus vnus è duodecim. Non enim temere additum est, vnus è duodecim, sed vt ostenderetur q̃ vnus è duodecim electioribus esset. Quid autem est hoc quod ait, vt traderet illum? hoc est, significaret illis quando solus esset. timebãt enim eum inuadere quum doceret, propter turbam. Ipse itaq; policebatur illis se dicturum quando ille solus esset.

Vnus è duodecim nõ temere additũ

Ac primo die azymorum, quum pascha immolarent, dicunt ei discipuli sui, Vbi uis ut abeamus & paremus ut edas pascha? Et emittit duos e discipulis suis, & dicit illis, Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo hydriam aquæ baiulans. sequimini illum, & quocunque ingressus fuerit, dicite patrifamilias, Magister dicit, Vbi est diuersorium ut pascha

pascha cum discipulis meis edam? Et ille uobis ostendet triclinium magnum stratum, paratum: illic parate nobis. Primum diem azymorum, diem quintum dicit qui erat ante azyma. Azyma enim & infermẽtata die parasceues comedebant. Accedunt itaque discipuli, & interrogant vbi comedãt pascha. Ex hoc autem manifestum est Christum non habuisse proprium diuersorium, & nec discipulos habuisse domum propriam. Nã si habuissent, illic eum suscepissent. Mittit autem duos è discipulis suis, Petrum & Iohannem, sicut & Lucas inquit, ad hominem ignotũ, ostendens illis q̃ posset non pati. Qui enim mentem hominis ignoti conciliare sibi poterat vt se excepret, quid nõ fecisset in aliis? Præterea dat illis signum quomodo inueniant domum: nempe vt sequantur hominẽ figulinum vas aquæ gestantem. Hæc etiã sublimius intelligi possunt. Hydriam baiulat baptizans. vadit autem in domũ, quæ rationali suo ordine digna est. Qui enim habet baptisma, ad requiem vadit, iuxta rationẽ viuens, & viuit in ordine quasi in domo quadam. Paterfamilias mens est, qui ostendit magnum triclinium, sublimes scilicet sensus. Verum triclinium hoc stratum est, hoc est tametsi sublime sit, nihil tamen habet vel asperum, vel superbum: sed stratum est, & humilitate complanatum. Illic ergo, in tali inquam mente, præparatur pascha Christo à duobus discipulis, Petro & Iohanne, practica dico & contemplatiua. Petrus enim propter feruorem practicus, Iohannes vero vt theologus. contemplatiuus.

A *Neq; christus neque discipulos proprias ædes habuisse.*

B

Et exierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem, & repererunt

C *quemadmodum dixerat illis: parauerunt que pascha. Et quum uesperatam esset, uenit cum duodecim. Et quum accumberẽt, edentiq;, dixit Iesus, Amen dico uobis, unus ex uobis proditurus est me, qui edat mecum. At illi cœperunt esse mœsti, ac dicere illi singillatim: Num ego? Et alius, num ego? Ille uero respondens dixit illis, Vnus è duodecim qui intingit mecum manum in catinum. Filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo: sed uæ homini illi per quẽ filius hominis proditur. bonũ erat illi si natus non fuisset homo ille.* Quomodo accumbebant, quum lex præciperet à stantibus comedendum pascha? Verisimile igitur primũ perfecta ea quæ sunt legis, deinde recubuisse proprium pascha traditurum. Cœperunt autem discipuli tristes fieri propter sermonem domini quem dixerat, quod vnus ex eis se traditurus esset. Quãuis autẽ nihil sibi conscii essent, attamen anxii erant, credentes magis

ei qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ei qui corda cognoscit, quàm sibiipsis. Obserua autem & ver
Mors ebri bum, vadit. Mors Christi quasi peregrinatio quædam fuit,
fi quasi non mors. Quod autem dicitur, bonũ esset homini illi si na-
quædam tus nunquam fuisset, dictum est propter pœnam qua crucia-
erat pere dus erat Iudas. Melius enim est omnino non nasci, quàm ad
grinatio. talẽ pœnam nasci. Igitur quantum ad fidẽ attinet, melius vi-
detur omnino si non fuisset Iudas. Deus quidem illum fece-
rat, & ad bona opera: at quia ipse in talem incidit malitiam,
vt apparet, melius erat si nunquam fuisset genitus.

1. Cor. 12. *Et edẽtibus illis, sumpto Iesus pane, quum gratias egisset, fregit & dedit illis: ac dixit, Sumite, comedite, hoc est enim corpus meũ. & ac-*
E *cepto poculo, quum benedixisset, dedit illis. Et biberunt omnes, & dixit illis, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effun-*
detur. Amen dico uobis, posthac non bibam de fructu uitis usque ad diem illum quum illud bibero nouum in regno dei. Quidã dicunt Iudam non fuisse participem sacramentorum, sed egressum esse priusquam dominus sacramenta traderet. Alii autem dicunt quòd etiam ingrato illi sacrosancta dederit. Quum benedixisset, hoc est, gratias egisset, fregit panem: id quod etiã nos facimus, preces adiungendo. Hoc est corpus meum, hoc
Panis non inquam quod sumitis. Non enim figura tantum & exemplar
figura est quoddam dominici corporis panis est, sed in illum conuerti
corporis, tur corpus Christi. Dominus enim dicit: Panis quem ego da
sed cõuer bo, caro mea est. non dixit, figura est carnis meæ, sed, caro
titur in il mea est. Et iterum, Nisi ederitis carnẽ filii hominis. Et quo-
lẽ corpus modo, inquis, caro non videtur? O homo, propter nostrã in-
Christi. firmitatem istud fit. Quia enim panis quidem & vinũ ex his
F sunt quibus assueuimus, ea non abhorremus: sanguinẽ vero
Iohan. 6. propositum & carnem uidentes, non ferremus, sed abhorre-
remus: idcirco misericors Deus nostræ infirmitati cõdescen-
dens, speciem quidem panis & vini seruat, in virtutem autẽ
carnis & sanguinis transelementat. Sanguinem vero noui te-
Exo. 24. stamenti dixit, opponendo veteri. Habebat enim & vet⁹ te-
stamentum sanguinem, quo aspergebantur & populus, & li-
ber legis. Non autem bibam ex hoc vino, dicit, vsque ad re-
surrectionem. Regnum enim resurrectionem vocat, tanquã
rex qui aduersus mortem certarit, & regnat. Sane post resur-
Iohan. 21 rectionem bibit & comedit cum discipulis, quoniam ipse il-
le est qui patiebatur. Nouum autem illud bibit, hoc est nouo
quodã modo & insolito. non enim vltra corpus habebat pas-
sibile

sibile, quod cibo indigeret, sed immortale & incorruptibile. A
Intellige autem etiam sic. Vitis dominus ipse est, fructus au Iohã. 15.
tem vitis, mysteria sunt & abscondita scientia. quam ipse, p-
sert, docens hominem scientiam. In regno itaq; dei, hoc est,
in octauo seculo, bibit cum discipulis suis, mysteria & sapiẽ-
tiam nouam quandam docens nos, & reuelans quæ absconditа est. *Et quum hymnum dixissent, exierunt in mõtem eliuarum & dixit illis Iesus, Omnes offendiculum patiemini per me in hac no-*
cte: quia scriptũ est, Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Sed Zach. 13.
postea quam resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Petrus autem
dixit illi, Etiam si omnes offendiculum passi fuerint, at ego non. Et di-
cit illi Iesus, Amẽ dico tibi quod hodie in nocte hac priusquam bis gal
lus ce ceinerit, ter abnegabis me. At ille uehementius dicebat, Imno
si me oportuerit commori tibi, non te negabo. Similiter autem & om B
nes dicebant. Gratias egerunt. Et antequam & postquam bibissent, gratias egerunt: vt & nos discamus quod oporteat gratias agere Christo, & ipsum laudare & ante cibum, & post cibum. Præterea etiam hoc indicat quod grata sit ei mors pro nobis, quoniam etiam exiens vt traderetur, laudat dominum. Omnino autem & nos docet, si quãdo in aduersa pro multorum salute inciderimus, ne tristes simus, sed & gratias agamus Deo, qui nostram afflictionem in multorum salutem operatur. Egreditur vero in montem oliuarum, vt solitarium adorirentur, & detinerent: ne tantum tumultum faciant. Nam si in ciuitate ipsum inuasissent, fortasis suborta fuisset turba, & inimici occasione quapiam, quæ C
insta videri potuisset, apprehensa, visi fuissent ipsum iuste
vt seditiosum interficere. Prædicit autem illis quòd & offendiculum passuri essent. Postea ne videantur hæc in manifestam omnium accusationem, adducit etiam testimonium ex
propheta Zacharia quòd dispergendi essent. Denique & *Abnega-*
consolationem illis affert dicens, Præcedam vos in Galileã, *tio Petri*
hoc est, præueniam. At Petrus vrget: ideo & audit quòd an- *quo se ha*
tequam gallus bis canat, ter me abnegabis. Hoc autẽ in hũc *beat.*
modum se habet. Negauerat semel Petrus, deinde gallus cãtauit: & quum alias duas abnegationes feciſſet, & tũc quoq;
cantauit gallus. Et hoc est quod hoc loco dicit, Priusquã gallus bis cantet, ter me abnegabis. Similiter aũt & omnes frigidam alacritatẽ ostendentes, & ipsam veritatẽ mẽdacẽ facientes, polli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tes pollicentur: ideo dominus permittit vt humana natura
Cadere p suam prodat imbecillitatē. Omnino enim potuisset illos do
mitus domi minus seruare, & Petrum maximè: sed permisit, vt ne in no-
nus Petrū bisipsis cōsideremus. Cæterum, Percutiam pastorem, vox est
& cæte- patris. Oues autem apostolos vt innocentes nominat.
ros, vt hu Et veniunt in locū cuius nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis,
mana na- Sedete hic, donec digressus orauero. Et assumit Petrum & Iacobum
tura imbe & Iohannem secum: cœpitque expauescere & angi. Et dicit illis, Do
cillitatem lore afficitur anima mea usque ad mortem. Manete hic, & vigilate,
suā pro- Et progressus paulum, prostratus est in terram, & orauit ut si possibi
dat. le esset, transiret a se hora. Et dicebat, Abba pater, omnia possibilia
sunt tibi: aufer poculum a me hoc: uerūtamen non quid ego uelim, sed
quid tu. Et uenit & offendit eos dormientes: dicitque Petro, Simō, dor
E *mis? non potuisti unam horam uigilare? Vigilate & orate, ne ueniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus, at caro infirma. Et rur*
sum digressus orabat, & eundem dixit sermonem. Et reuersus offen
dit illos rursum dormientes, erant enim oculi eorū grauati, neq; scie-
bant quid illi respōderent. Et uenit tertio, dicitque illis, Dormite post
hac, & requiescite, sufficit. Venit hora, ecce traditur filius hominis
in manus peccatorū. surgite, eam⁹, ecce qui prodit me, appropinquat.

Seorsum semper orare consueuit, dans etiam nobis figurā,
Matt. 7. vt quietem in precibus inquiramus. Assumit autē solum tres
illos qui suæ in Tabor gloriæ spectatores fuerant, vt illi ipsi
qui glorioſa viderant, videant & tristia: discantque q⁹ & ipse
vere homo sit, & mœreat & angatur sicut nos. Nam & qui
totum hominem cum naturalibus cōditionibus suscepit, om
F nino & tristitiam & angorem naturalem habuit. Omnes aūt
natura insuauiter erga mortem affecti sumus. Cæterum dicē
do, Transeat calix, monstrauit humanitatem. Dicendo autē
nō sicut ego volo, sed sicut tu, docet nos quòd si petam⁹ deū
super naturam, quæ impugnat, sapimus. Postquam autē post
preces venit, inuenit tres dormientes, & increpauit Petrū so
lum, quasi talia ad ipsum dicens, Tu ne ille es, qui pollicitus
es te mihi commoriturum? Vnam horam non potuisti vigila
re, quomodo mortem contemnes? Sed vigilate & orate, vt ne
veniatis in tentationem abnegandi me. Spiritus quidē prom
ptus est, vt me nō abneget, & propterea etiā vos pollicemini
mihi hoc: sed caro infirma est, & ita si non per orationē vir
tutem dederit deus carni, perielitabimini. Et iterum quum
abiuisset, orauit eundem sermonem, vt etiam secundo orādo

credere

credere faciat eos q⁹ sit vere & substātialiter homo, & vt do- A
ceat etiā nos sæpe orare, & non statim vt semel petiuerimus
cessare. Et quum inuenisset eos iterum dormientes, non val-
de increpauit eos. erant enim grauati somno. vnde disce hu
manam leuitatem & infirmitatem, quandoquidem qui neq;
somno possumus obsistere, promittimus sæpe quæ nobis im-
possibilia sunt. Igitur nūc tertio precatur, propter illas ipsas
causas quas supra diximus. Et venit iterum, ac dicit illis, nō
iam perstringēs durius, quāuis meriti essent, quia post incre
pationem non erant facti meliores, sed somno indulserant.
Et quid dicit? Dormite nunc, & requiescite. Per ironiam hęc
illis loquitur. quia sciebat venire proditorem, dicit ad illos,
Nunc tempus est dormiendi, dormite nunc, ecce inimicus
venit. Hoc autem dixit irridēs eorum somnolentiā. Et quod B
per ironiam dixerit, audi quoniam mox subdat, Surgite, ea-
mus: non vt fugiant hoc dicens, sed magis vt obuiā eant ini-
micis. Quidam autem hoc quod dicit, Tristis est anima mea
vsque ad mortem, sic intellexerunt: Tristis sum, nō quia mo
ritur⁹, sed quia Israelitæ domestici mei me crucifixuri sunt,
& propterea regno eiicientur. Et continuo adhuc eo loquente
accedit Iudas, qui erat unus e duodecim, & cum illo turba multa cū
gladiis & fustibus a summis sacerdotibus & scribis & senioribus.
Dederat autem is qui prodidit eum, cōmune signum illis, dicens, Quē
cūque osculatus fuero, is est, comprehendite eum, & abducite caute.
Et quum uenisset, protinus accedit ad illum, dixitq; ei, Rabbi, rabbi:
ac deosculatus est eum. Illi uero iniecerūt in illum manus suas, & cō-
prehenderūt eum. Vnus autem quispiam astantiū eduēto gladio per- C
cussit seruum summi sacerdotis, & amputauit auriculam eius. Et re-
spondens Iesus dixit illis, Tanquam ad latronem existis cum gladiis
ac fustibus ad comprehēdendum me: quotidie eram uobiscum in tem-
plo docens, & non comprehendistis me: sed ista fiunt, ut impleantur
scripturæ. Nō frustra adiectum est, Vnus ex duodecim, sed
in proditoris detestationem, quòd quum ex primo ordine es
set, ita contra magistrum insanierit. Vide autem stuporem
illius, quomodo putarit posse dominum latere, q⁹ pro amico
habēdus esset propter osculum. nam si amicus erat, quare eū
inimicis veniebat? Reuera malitia semper stulta est. Vnus au
tem quispiam astantium, Petrus hic erat. obticet autē nomen *Petrī no-*
eius Marcus, vt ne videatur laudare præceptorē suum Petrū *men cur*
maioris pro Christo zeli. Nō autem alium q̄ pōtificis seruū *Marc⁹ta*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuerit in ãputatiõe auriculæ. Malchi.

D percussit Petrus. Põtifices enim primi scripturas aspernabantur, facti inuidiæ & sui ipsorũ amoris mancipia. Dixit item turbis, Tanquam ad latronem ad me exiuistis, quotidie docebam in templo. Hoc autem diuinitatem eius monstrabat. Quando enim in templo docebat, non potuerunt illum comprehendere q̃is in illorum manibus esset, quia nondum tempus erat patiendi. quando autem voluit, tunc seipsum obtulit, vt impleantur scripturæ, & sicut ouis ad occisionem ductus sit, non contendens, neque clamans sed sua sponte sequens. *Et relicto illo omnes fugerunt. Et unusquispiam adolescentulus sequebatur illum circumamictus sindone super nudum, & comprehendunt illum adolescentuli. Ille uero relicta sindone nudus effugit ab illis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotẽ, & conueniunt cum illo omnes summi sacerdotes & seniores & scribæ. Et Petrus eminus sequebatur illum in atrium summi sacerdotis, & erat* E *sedens una cum ministris, & calefiebat ad lumen.* Fugerunt discipuli neque enim mentiri poterat veritas ipsa, neque prophetа. Adolescentulus autem quispiam sequebatur. Hic adolescentulus erat quidam è domo in qua comederant paschа. Quidam autem dicunt illum fuisse Iacobum fratrem domini, qui cognominabatur iustus. Hic enim vna veste vsus est per omnem vitam suam, qui & sedem Hierosolymitanam ab apostolis accepit post assumptionem domini. Et hic igitur relicta sindone fugit. Nihil autem noui si fugientibus præcipuis etiam hic reliquerit dominum. Petrusvero sequutus est, ampliorem erga dominum declarans amorem. Quum autem F lex præciperet vnum esse pontificem per totam vitam, multi tunc erant, ementes quotannis à Romanis principatus. Pontifices itaque dicit eos, qui tempus suũ iam exegerant, & pontificatum deposuerant. *Pontifices uero & totum consilium quærebant aduersus Iesum testimonium, ut morti traderent eum: nec inueniebant. Nam multi falsum testimonium dixerant aduersus illum, & dicentes, Nos audiuimus eum dicẽtem, Ego diruam templum hoc, quod est manibus factum: & tribus diebus aliud sine manibus factum extruam. Et ne sic quidem satis idonea erant testimonia illorum. Et surgens summus sacerdos in medium, interrogabat Iesum dicens, Non respondes quicquam quod isti aduersum te dicunt testimonia? At ille tacebat, neque quicquam respondebat.* Iudicii formam seruant illi, ipsi condẽnatione digni vt videantur illũ cũ iudicio occidere. Quomodo enim iudiciũ iustum, quũ tales adsunt testes

stes nihil sani, sed turbata & inæqualia dicentes omnia? Et A ipsi quoque qui visi sunt dicere quiddã, mendaciter dixerunt Non dixit enim, Ego destruam templum hoc: sed, soluite: & non dixit manufactum: sed simpliciter, templum. Pontifex Ioan. 2. autem surgit, & interrogat Iesum, volẽs ipsũ ad defensionem trahere, vt vel ex defensione & responso ipsum comprehenderet. At Iesus tacet, sciens illos non attenturos his quæ ab ipso dicerentur, id quod & Lucas dicit: quia quum interroga- Luc. 22. retur dominus, dixit, Si dixero vobis, non creditis: sin interrogauero vos, non respondebitis. *Rursum summus sacerdos interrogauit, & dicit illi, Tu es ille Christus filius dei benedicti? Iesus autem dixit, Ego sum, & uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis & uenientem in nubibus cœli. Summus autem sacerdos dilaceratis uestibus suis dixit, Quid præterea opus habemus* B *testibus? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Illi uero omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperũt quidã conspuere in eum, & obuelare faciem illius, & colaphis eum cædere & dicere illi, Diuina. Ac ministri alapas illi impingebant.* Rogat denuo pontifex, non vt discat & credat: sed vt captet contra eũ occasionẽ. Adiicit autem dictum, Tu es Christus: etiam hoc, filius dei benedicti. Multi eñ fuerunt Christi reges inquam & pontifices, sed nullus horum fuit filius dei, qui benedicendus & laudandus. Iesus dixit, Ego sum. Sciebat enim quòd non crediturí essent, attamen respondit coactus, vt ne habeant postea quod dicant, Si manifeste ipsum audiuissemus hoc dixisse, credidissemus. & propterea condemnatio eorum maior fuit, quia & nunc quum audiuerunt, non credi- C derunt. Et videbitis, inquit, me vt filium hominis à dextris *Christus* sedentem patris. Virtutem enĩ, patrem hoc loco dicit. Non *nõsine cor* enim sine corpore veniet, sed qualis visus est ab his qui eum *pore ue-* crucifixerunt. Itaquepontifex morẽ iudeorũ obseruat. Quan *niet.* do enĩ graue & atrox quippiã eueniebat eis, dilacerabãt tunicas. Ita & hoc loco quasi blasphemasset dñs, & malefactor *Psal. 34.* magn^e esset, discindit vestẽ põtifex. Rectè quis hoc Dauidis hic diceret, Discissi sũt: & nõ sũt cõpũcti. Verũ signũ hocerat tametsi illi nõ intelligerẽt, rũpẽdũ & abolendũ Iudæorũ sacerdotũ. Itaque quãdo cõmuni pontificũ suffragio condemnatus est, tũc ministri aboleuerũt illũ & ceciderũt, dixerũtq; Prophetiza, quis est qui te percussit? Quid igitur pati & nos debemus vt reddamus par domino? Horrore plena sunt hęc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Et quum esset Petrus in atrio inferius, uenit una ancillarum summi sacerdotis: quæque uidisset Petrum calefacientem se, intuita illum dixit, Et tu cum Iesu Nazareno fuisti? At ille negauit dicens, Non noui neque scio quid dicas. Et exiuit foras in uestibulum, & gallus cecinit. Et ancilla cum uidisset eum, rursum cœpit dicere his qui astabãt, Hic ex illis est. At ille rursum negabat, ac paulopost iterũ q astabãt, dicebant Petro, Vere ex illis es: nam & Galilæus es, & loquela tua conuenit. At ille cœpit execrari ac deierare, Non noui hominẽ istũ de quo dicitis. Et iterum gallus cecinit: recordatusq; est Petrus uerbi quod dixerat illi Iesus, Priusquam gallus cecinerit bis, abnegabis me ter. Et quum iniecisset, fleuit. Infirmus erat Petrus, tametsi alacer esset, & præ timore turbatus dominum abnegat, idq; ab ancilla interrogatus. Permisit autem deus singulari dispẽsatione fieri, vt ne extolleretur, & ad hoc, vt cõpateretur la-
E bentibus, à seipso eruditus quanta sit humana imbecillitas & fragilitas. Non refert siue vna, siue duæ ancillæ fuerint quæ arguerint Petrum. Mattheus sanè istam non eandem dicit, Euangelistæ in præcipuis nequaquam discordãt. Marcus vero eãdem. Nihil autem nobis in hoc obstaculi ad euangelii veritatem. Nunquid enim in magno aliquo & salutem nostram complectente discordant? Nunquid ille dixit quod crucifixus sit, & alius non? absit. Igitur Petrus præ metu turbatus, & oblitus sermonis quem dixerat dominus, quòd eum qui me abnegauerit, abnegabo & ego coram patre meo, negauit: sed pœnitentia & lachrymę illum ad Christum reduxerunt. Et quum iniecisset, fleuit: hoc est, quum caput obuelasset, vel pro eo q̃ cœpit magna vehementia. Iam
F quod Matthęus obscure dixit, quod priusquam gallus cãter, interpretatus est Marcus, quia priusquam bis cantet. consuerunt enim galli vno tẽpore sæpe sonare, & postea dormire, & post tempus quoddã iterum cãtum incipere. Quod igitur Matthæus dixit, hoc est, prius q̃ gallus cantet, hoc est, impleat clamorem primi cantus, negabis me ter. Erubescãt Nouatiani, qui eos qui post baptismum & sacramentorum communionem peccarunt, non suscipiunt. Ecce & Petrus suscepto immaculato corpore & sanguine quum negasset, propter Nouatianorũ hæreses. Scitorũ de lictis quare scripta pœnitentiam receptus est. Sanctorum enim delicta ideo scripta sunt, vt & nos siquando lapsi fuerimus non animaduertendo, possimus in exempla illorum respicere, & per pœnitentiam corrigi.

CAPVT. XV.

CAPVT XV. A

T confestim diluculo concilio inito summi sacerdotes Mat. 27
cum senioribus & scribis ac toto cõsensu uinctum Ie Luc. 23.
B sum adduxerunt tradiderunt̃que Pilato. Et interroga Iohã. 18.
uit eum Pilatus, Tu es ille rex Iudæorum? At ille respondens dixit illi, Tu dicis. Et accusabant eũ summi sacerdotes de multis. Pilatus aũt rursus interrogauit illum dicẽs, Nõ respondes quicquam? ecce quam multa aduersus te testãtur. Iesus autem deinde nihil respondit, adeo ut admiraretur Pilatus. Cæterũ in die festo dimittebat illis unum uinctum, quẽcunque postulassent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis authoribus fuerat uinctus, qui per seditionem cædem patrauerant. Et cum acclamasset turbæ, cœpit flagitare quemadmodum semper fecerat ipsis. Pilatus B autem respondit eis dicens, Vultis dimittam uobis regem illum Iudæorum? Sciebat enim quod propter inuidiam tradidissent illum summi sacerdotes. Summi uero sacerdotes concitauerunt turbã ut potius Barabbam dimitteret ipsis. Pilatus autem respondens rursum ait illis, Quid igitur uultis faciam ei quem dicitis regem Iudæorũ? At illi rursum clamauerunt, Crucifige istum. Pilatus autem dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi uehementius clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus uero uolens turbæ satisfacere, dimisit illis Barabbam. & tradidit Iesum flagellatum, ut crucifigeretur. Tradiderũt Iudæi Romanis dominum, traditi sunt & ipsi à domino vicissim Romanorum manibus. Et implentur scripturæ quę dicunt, Væ, Esa. 33.
es rex Iudeorum? dominus dubium responsum dedit. Nam, lege, mala erunt ei secundum opera manuum suarum. Et ite Psal. 27.
C Tu dicis: potest intelligi, quòd vere dixisti: vel, dixisti id qđ rum, Secundum opera manuum suarum da illis. Sicut fecisti, Abdiæ. 1.
sum. Iterum autem quum interrogatus esset, & nihil respon- ita erit & tibi retributio tua. Quum interrogasset Pilat⁹, Tu
deret, mirari fecit Pilatum. Admirabatur quòd quum legis- peritus esset, ac eloquens, & qui posset per defensionem ab- stergere calumnias, nihil diceret, sed sustineret fortiter calũ- nias. Vide autem sanguinarias Iudæorum mentes, & Pilati modestiam, quanuis etiam ipse condemnationem mereatur, eo quòd non strenuè iustum defenderit. Nã illi quidẽ clamabant vt crucifigeretur: ille autem, licet mollius, tentabat eripere à condemnatione Iesum. propterea iterum rogat, Quid faciam Iesu? Vndique occasiones offerens vt dimitteretur Occasionẽ tẽdi Christum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Iesus innocens, Tandem succumbens voluntati illorum flagellauit dominũ, hoc est cecidit eum loris, vt putarentur accepisse pro tribunali cõdemnatum: & tradidit illis eũ vt crucifigeretur. Volebat enim fatisfacere plebi, hoc est gratificari quantum possibile, nõ aũt quod gratum erat iusto & deo.

Milites autem abduxerũt eum intrò in atrium, quod est prætorium, Et conuocant totam cohortem, & induunt illum purpura, & circũponunt ei contextam spinis coronam, & cœperunt salutare illum, Aue rex Iudæorum. Et verberabant illius caput arundine, & inspuebant in illum, & positis genibus adorabãt illum. Et quã illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt illum vestibus propriis: & educunt eum ut crucifigerent eum. Et coegerũt prætereuntem quendam Simonem Cyrenensem, qui veniebat ex agro, patrem Alexãdri & Rufi, ut tolleret crucem eius.

Militares insolẽtiæ.

E Militare genus semper cõuitiis gaudet ac tumultibus, & sibi simile est. Nam quũ Iudæi, qui plurimas audierant doctrinas, & in quos multa collocata erant beneficia, taliter affecti erant, quid de gentilibus possumus dicere? Conuocant itaque totam cohortem, hoc est, totum exercitum, & induunt eum purpura, vt regi illudentes: & coronam pro diademate, & calamum pro sceptro assumunt hoc loco diabolorum socii. Angariant autem quendam vt tollat crucem eius, quanuis alius euangelista dicat quòd baiulans Iesus crucem exierit. Vtraque igitur facta sunt. Aliquandiu enim portauit ipse lignum deinde autem quum inuenissent aliquem qui portaret, coegerunt illum, & postea gestata est ab illo crux. Quare au-

Iohã. 19.

F tem dixit esse & quorundam puerorum patrem? Ad maiorem fidei confirmationem. Verisimile enim erat hominem adhuc viuere, & posse enarrare omnia quæ in cruce facta. Porro feramus & nos purpuram, regalem vestem. vt exempli gratia quid dicam, Sicut reges ambulare debemus super serpentes & scorpiones, & imperare peccato. Christiani enim dicimur, hoc est, vncti & ipsi, sicut tunc reges dicebantur Christi. Sit igitur vita nostra non seruilis & illiberalis, sed regalis ac libera. Feramus autem & coronam spineam, hoc est, studeamus coronari asperitate & continentia vitæ: non voluptuarie neque delicate.

Simõ obe dientia di ciur.

Simus autem & Simon, quod est obedientia: & tollamus crucem Iesu, quæ mortificet membra nostra quæ super terram sunt. Et ducunt eum in Golgotha locum, quod est, si interpreteris,

preterit, Caluariæ locus. Et dederunt illi bibere myrrhatum vinum, A
sed ille non sumpsit. Quumque crucifixissent eũ, partiti sunt vestimenta eius, mittentes sortem super illa, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat inscriptio causæ illius inscripta, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos alios latrones, unum a dextris, & alterum a sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit, Et cum iniquis deputatus est. Traditio est quæ à priscis patribus vsque ad nos peruenit, quod Adam illic sepultus sit. Dũs itaq; q lapsum & mortẽ Adæ sanauit, illic crucifixꝰ est, vt vnde principiũ mortis inde & mortis destructio. Dederũt autem illi bibere vinum myrrhatum. Myrrha autem amarissima est. Illudentes igitur hæc dederunt domino. Alius autem Euãgelista dicit acetũ cũ felle, & alius aliud quid oblatum esse domino. & nihil in his contrarium. Quum enim nul B
la apud illos disciplina, alii alia offerebant, & alius quidem acetum & fel, alius autem vinum myrrhatum. Fortasse & vinum acetosum erat, & amara myrrha: & hinc cõueniũt quòd dicit ille myrrhatum vinum, alius verò acetũ cum felle. Nam & vinum acetũ dici potest, quia acetosum: & myrrha fel, quia amara. Neque in hoc dissonant quòd vnus dicit, Dabat ei bibere, ipse autem non sumebat: & alter, Quumq; gustasset, nolebat bibere. Omnino enim dicẽdo, nõ accepit, manifestauit quòd non biberit. Miserunt quoq; sortes super vestes eius, & hoc ad illusionẽ eius facientes, quasi regis vestes diuiderent, quanuis non ingẽtis precij essent. Scripsit autem & titulum, hoc est, causam propter quam crucifixus est, quasi rebellis ac seditiosus esset, & seipsum regẽ appellasset: vnde omnes qui C
prætergrederẽtur, non misererentur eius, sed magis infremerent in eum quasi tyrannũ. Quomodo aũt Marcus inquit horam tertia crucifixum esse, Matthæus autẽ hora sexta factas tenebras? Dicẽdum quòd hora tertia crucifixus est: tenebrę aũt inceperunt fieri ab hora sexta vsq; ad horã nonam. Et cum latronibus crucifixus est, vt hoies de eo male suspicarẽtur, q̃ & ipse vt malefactor esset crucifixus. Factum est autem hoc singulari dispensatione. impleta enim est prophetia, Et cum iniquis reputatꝰ est. Sũt & latrones duorũ populorum, Iudæorum scilicet hæc, ac Gẽtium. Vtriq; enim impij sunt, Gẽtiles tanq̃ naturalis legis pręuaricatores: Iudæi verò vt contẽptores & huius, & eius quã dũs dedit legis. Sed hic quidẽ gẽtilis gratus fit, & reũpiscit: Iudaicus aũt vsq; ad finẽ blasphemat.

Esaiæ. 53. Adam ubi sepultꝰ sit. Esai. 53. Latrones, figura duorum populorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Porrô dominus inter duos populos crucifigitur. Ipse enim lapis est coniungens nos. *Et qui præteribant, conuitiabantur illi, mouentes capita sua, ac dicentes, Væ qui demoliris templum, & in tribus diebus extruis. serua teipsum & descende de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes inter sese cum scribis, dicebant, Alios seruauit, seipsum seruare non potest. Christus ille rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo, probra iaciebát in eũ.* Et qui præteribant, hoc est, qui transibant per viam, & ipsi blasphemabant dominum, improperantes ei vt impostori. Similiter autem & pontifices dicebát, Alios saluauit, seipsum non saluat. Hoc autem dicebant deridentes eius miracula & vellicantes quasi phãtastica fuissent. Nam operando miracula, saluos fecit multos. Diabolus au-
E tem incitabat illos vt dicerẽt, Descendat nũc de cruce. Quia enim cognoscebat author malt quòd salus per crucem fieret, iterum tentabat dominum, vt si descenderet de cruce, certum foret ipsum non esse filiũ dei, & sic periret salus quæ per crucem. sed ille & dei filius erat vere, & propterea minus descendit. Nam si voluisset descendere, neque principio ascẽdisset, sciens enim per hoc saluandos homines, sustinuit vt crucifigeretur, aliaque multa pateretur, perficereturque eius opus. Et qui simul crucifixi, exprobrabant, principio duo, postea
Lucæ. 23 vnus agnouit eum innoxium, sicut Lucas dicit, & increpauit alium blasphemantem. *Quum uero facta esset hora sexta, tenebræ ortæ sunt super totam terram usque ad horam nonam. Et hora no-*
Psa. 21. *na clamauit Iesus uoce magna dicens, Eloi, eloi, lamazabathani, quod*
F *est, si quis interpretetur, Deus meus, deus meus, cur me deseruisti? Et quidam astantium quum audissent, dicebant, Ecce Heliam uocat. Accurrit autem quidam, & impleta spongia aceto, impositaque arundini, porexit illi potum dicens, Sinite, uideamus an ueturus sit Helias ad deponendum eum. Iesus autem emissa uoce magna expirauit.* Tenebræ factæ sunt non in vno loco, sed super totam terram: & si quidem fuisset tempus eclipsis, potuisset quis dicere naturale fuisse deliquium: nũc autem decimaquarta fuit luna, quãdo iuxta naturam deliquium fieri impossibile. Clamat verò Iesus Hebraica voce propheticum, ostẽdens se vsque ad mor-
Hebraica Christ⁹ in honore habuit. tem Hebraica in honore habuisse. Cæterum quod dicit, Cur me deseruisti? ex persona humanæ naturæ dicit: quasi diceret, Cur me hominẽ dereliquisti ó deus, vt precer deũ crucifixum pro me? Nos enim homines fuimus deserti, ille nunquàm

quàm à patre derelictus fuit. Audi enim eum quid dicat, Nõ A
sum solus, inquit, sed pater mecum est. Vel etiã pro Hebræis *Iohan. 16*
hoc dicit, erat enim Hebræus & ipse secundum carnem. Cur me, hoc est, cur Hebraicum populum deseruisti, vt crucifigerent filium tuum? Quemadmodum enim consueuimus dicere, Deus tulit me, hoc est, humanam naturam: sic & hoc loco dereliquisti me, hoc est, vel meam humanam naturam, vel meum populum. Cucurrit verò vnus vt acetum ei potandum porrigeret, quó citius eum aceti cõficeret amaritudo. Quum autem clamasset Iesus voce magna, expirauit, quasi iritans mortem vt dominus, & potestate sua moriens. Quæ autem vox illa fuerit, Lucas manifestauit. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Etenim & hoc beneficium Christi
B est, quòd nunc sancti spiritus in manus patris ascendunt, qui olim ab inferno tenebantur, donec veniret qui prædicauit ca *Sanctorũ*
ptiuis remissionem. *Et uelum templi scissum est in duas partes a* *animi*
summo usque ad imum. Quum autem uidisset Centurio qui astabat ex *mus patris*
aduerso illi, quòd sic emisso clamore expirasset, dixit, Vere homo hic nũc *ascen-*
filius erat dei. Erant autem & mulieres e longinquo spectantes, inter *dant.*
quas, erat Maria magdalene, & Maria Iacobi parui & Ioseſ mater Lucæ. 23.
& Salome: quæ etiam quum esset in Galilæa, sequutæ fuerant illum,
& ministrauerant ei, aliæque complures quæ simul ascẽderant cum
eo Hierosolymam. Scissum est velum, per hoc manifestatur deo quòd gratia spiritus è templo euolet, & quòd sancta sanctorum omnibus conspicua & accessa fiant: quod & factum est Romanis ingressis. Et quòd lugeat etiam templum, idq; quod in calamitatibus facere solent, quum vestes dilacerantur, hoc & tẽplum quasi animatum esset, faciat, cõpatiens cõ- C
ditori suo patienti, & vestes suas disrumpens: & aliud quiddam in hoc manifestatur. Caro ipsa velamentum est nostri templi, hoc est, mentis. Itaque virtus quã habuit caro aduersus spiritum, passionibus Christi dissoluta est, à summo vsq; deorsum, hoc est, ab Adam vsq; ad nouissimos homines. Etenim Adam sanctificato passionibus Christi, non vltra caro illius maledicta erit, neque corruptioni obnoxia, sed incor- *Centurio.*
ruptibilitate honorati sumus omnes. Porro Centurio (hoc est qui centum præerat) videns quòd tam potenter & sicut dominus mortis expirasset, admiratus est & confessus. Vide autem ordinem conuersum. Iudæi moriuntur. Gentilis confitetur: discipuli fugiunt, mulieres manẽt. Erant enim, inquit,

ibi &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dibi & mulieres, inter quas Maria magdalene, & Maria Iacobi & Ioſe mater. Et hęc dei genitrix erat, quę quatenus Ioſepho deſpōſata fuit, mater erat & filiorum Ioſeph, cuius filij fuere Iacobus & Ioſes. Dicitur horum mater, hoc eſt nouerca: ſicut & Ioſeph vxor dicebatur, hoc eſt ſponſa. Salome aūt erat mater filiorum Zebedęi. Et aliæ quoq; multæ, nomina enim celebriorum tantum cōmemorauit. *Et quum iam uenisset uespera, quoniam erat paraſceue quæ præcedit ſabbatum, uenit Ioſeph ortus ex ciuitate Arimathæa, honeſtus ſenator, qui & ipſe erat expectans regnum dei, & ſumpta audacia ingreſſus eſt ad Pilatū, & petiit corpus Ieſu. Pilatus autē admiratus eſt ſi iam mortuus eſſet. Et accerſito ad ſe Centurione interrogauit illum an iamdudum mortuus fuiſſet. Et re cognita ex Centurione, donauit corpus ipſi Ioſeph. Et is mercatus ſindonem, depoſitum eum inuoluit ſindoni, repoſuitq; in monumento quod erat excīſum e petra: & aduoluit lapidē ad oſtiū monumenti. At Maria magdalene & Maria Ioſe ſpectabāt ubi poneretur.* Beatus Ioſeph adhuc legi ſeruiēs, Chriſtū & deum agnouit, ideo & laudatum audet facinus. Neq; cogitabat, Diues ſum, & diuitias amittere poſſum: ſi poſtulauero corpus eius qui propter tyrānidem affectatam condemnatus eſt, accuſabor à Iudæis. Nihil tale ſecum dicebat, ſed omnia ſecus cogitans, petiuit vt ſepeliret cōdemnatum corpus. Pilatus verò mirabatur quòd iam mortuus eſſet. Putabat enim ipſum in agone luctaturū, ſicut & latrones, Interrogat autē & Centurionē, ſi dudū mortuus eſſet, hoc eſt, āte horā. Ioſeph itaq; accepto corpore mercatus eſt ſindonē, in qua depoſitum inuoluit: & quod honore dignū, cū honore ſepeliuit. Erat enim & ipſe diſcipulus Ieſu, ſciēs dignū honore dūm. Et honeſtus, hoc eſt pius irreprehēſibilis. Senator aūt, quæ dignitas quædā erat qua prædīti cōgebātur intēdere his quæ foris erāt, & multa ſæpe inde oriebantur pericula, propter fori malitiā. Audiant diuites, & publicis muneribus fungentes, quomodo Ioſepho nihil obſiſtat ad virtutem ſenatoria dignitas. Ioſeph interpretari poſſumus augmentum: Arimathæus verò, tollēs hoc. Concedat autem deus, vt etiam nos ſicut Ioſeph ille ſiamus ſemper aucti, & adiicientes in curſu virtutis, ac tollentes hoc, id eſt bonum accipiamus verò corpus Ieſu per communionem, & collocemus in monumento exciſo ex petra, hoc eſt in anima memori, quæ deum non obliuiſcatur. Sit autem anima illa ex petra exciſa, hoc eſt à Chriſto, qui eſt petra in qua conſiſtere poterimus.

Mater Ieſu nouerca dicitur filiorū Ioſeph.

Senator.

Ioſeph Arimathæus.

Anima & corpore.

rimus. Inuoluatur verò in ſindone, hoc eſt, in corpore mundo ſuſcipiatur. Nam ſindō animæ eſt corpus quaſi veſtis. Oportet igitur nō ſolum in anima pura ſuſcipere diuinum corpus domini, ſed & in corpore puro. Cohibendum eſt autem & illud, non explanādum. Myſterium enim in contracto eſt & occultum, & non cuiuis aperiendum. A *puris ſuſcipiēdū corpus domini*

CAPVT XVI.

E T quum præteriſſet ſabbatum, Maria magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut uenirēt & ungerent eum. Et ſummo diluculo diei primi ſabbatorum ueniunt ad monumentum exorto ſole, dicebantque inter ſeſe, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et quum reſpexiſſent, uident lapidem eſſe reuolutum. nam erat magnus ualde. Et ingreſſæ in monumentū uiderunt adoleſcentem ſedentē à dextris amictū ſtola cādida, & expauerāt. At ille dicit eis, Ne expaueſcatis. Ieſum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus. ſurrexit, non eſt hic, Ecce locus ubi poſuerant illum. Sed abite, dicite diſcipulis eius & petro, quòd ille præcedit uos in Galilæam. illic eum uidebitis ſicut dixit uobis. Et abeuntes cito fugerunt à monumento. Habebat enim illas tremor & ſtupor, neque cuiquām quicquām dicebāt. timebant enim. Nihil magnum, neque dignum deitate Ieſu ſapientes mulieres illæ faciunt. aſſident ſepulchro, & vnguēta emunt, vt ſecundum conſuetudinē vngant corpus, vt fragrās maneat, & ne quid fœtidum ex corruptione oriatur, & vt vnguenta, & alia quę virtutem ſiccādi habent, humoremq; corporis abſorbent, incorruptum illud ſeruent. Et talia quidem ſentiebant mulieres. Et valde mane, id Matthæus veſperam ſabbatorum, & Lucas profundum diluculum dicit. Vnius autem ſabbatorū, hoc eſt primæ ex diebus hebdomadis. Sabbata enim dies hebdomadæ nominabāt, vnam autem primam. Surrexerunt & veniunt ad monumentū, & diſceptabant, quis reuoluet nobis lapidem? Quumq; illę cogitarent, angelus reuoluit lapidem, nō ſentientibus mulieribus. Id quod & Matthæus dicit, quòd quum irent mulieres, angelus reuoluerit lapidē. Hoc aūt Marcus ſiluit, q̄ Matthæus dixiſſet à quo reuolutus eſſet lapis. Quod aūt Matthæus dicit, angelū ſedere ſuper lapidem, Marcus verò, poſtq̄ ingreſſæ ſunt in monumentum, vidiſſe ipſum mulieres intro ſedere, non eſt mirandum. B C Luc. 24. Ioh. 20. Mat. 28. Luc. 24

Poteſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Potest enim fieri quòd quem viderũt foris sedere, sicut Matthæus dicit, super lapidem, illum iterũ viderint intos in monumento, qui prœuenerit mulieres, & ingressus sit. Quidam autem dicunt quòd aliæ quidem fuerint mulieres quæ apud Matthæum, aliæ autem quæ apud Marcum. Magdalena vero omnium comes fuerit, nimirum quòd alacris esset, flagransque, ac officiosa. Dixit igitur mulieribus ille qui apparuerat, Ne expauescatis. Principio à metu liberat, deinde bonum illud de resurrectione nuncium affert. Crucifixum autem ipsum nominat. Non enim pudet crucis, quę salus est hominũ, & bonorum caput. Surrexit. Vnde manifestum? Nõ est enim hic. Et vultis fide confirmari? Ecce locus vbi posuerant illũ. Ad hoc enim & lapidem reuoluerat, vt ostenderet locũ. Sed

E ite, dicite discipulis & Petro. Petrũ ab aliis discipulis vt præcipuum segregat, ac ob excellẽtiam nominat illum præ aliis, vel quia negauerat Petrus: si venissent mulieres & dixissent quòd præceptum esset eis vt annunciarent discipulis, dixisset Petrus, Ego negaui eum, iam non sum illius discipulus, abiecit igitur me, abominatus est me. Illius igitur gratia appo-

Et Petro, nit, & Petro, vt ne offendatur Petrus quòd ipse nõ meruerit cur additũ verbum, vtpote qui negarit, & propterea indignus sit qui aliis discipulis connumeretur, Porrò in Galilęam illos mittit, eripiens à tumultu & metu Iudæorum. Inuaserat autem mulieres tremor ac ecstasis, hoc est stupor, & in spectaculo angeli, & in horrore resurrectionis. Et propterea nulli quicquam

F dixerunt. Timebant enim, & oblitæ erant omnium quæ audierant. *Quum surrexisset autem Iesus, mane prima sabbati apparuit primum Mariæ Magdalenæ, è qua eiecerat septem dæmonia. Illa profecta renunciauit his qui cum illo fuerant, lugentibus ac flentibus. Et iti quum audissent quod viueret, ac visus esset ab ea, non crediderunt. Post hæc autem duobus ex ipsis ambulantibus apparuit in alia forma, euntibus rus. Et illi abierunt, ac renunciarũt reliquis: nec his illi crediderunt.* Quum surrexisset Iesus, hoc loco punctũ pone. Mane prima sabbati apparuit Mariæ Magdalenæ. Nõ enim surrexit mane. Quis enim vidit quãdo surrexit? Sed apparuit mane dominica die, quę est prima sabbati, hoc est hebdomadis, quã supra vocauit vnam sabbatorum, Marię Mag-

Septena- dalenæ, à qua eiecerat septem dæmonia, hoc est multa. Solet
rius numerus in scri- enim scriptura septenarium numerum pro multitudine accipere: vt quòd sterilis peperit septem. Vel septem dæmonia,
ptura. quæ

quæ contraria sunt septem spiritibus virtutis, vt spiritus præ- A
sumptionis, hoc est, abiecti timoris: spiritꝰ ruditatis, spiritus
mendacij, & alij quotquot sunt contrarij donis spiritus. Post Esaiæ. 11.
hæc autem duobus ex illis apparuit quum ambularent, in alia forma, de quibus etiam Lucas dicit: & illi annunciauerunt aliis: & neq; illis crediderunt. Et quomodo igitur Lu- Gen. 24.
cas dicit quòd reuersi inuenerunt congregatos vndecim, dicentes quòd surrexit dominus: & Marcus hic dicit quòd neque his qui ex rure venerũt, credidere? Dicimus igitur, quòd annunciauerunt reliquis, non de vndecim loquitur apostolis, sed de quibusdam aliis. Illos enim hic reliquos vocat, qui vndecim viderant illum in ipso die, quando & hi qui ex rure reuersi inuenerunt illos dicentes, Resurrexit dominus.

Postea discumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit illis B
incredulitatem suam, & cordis duritiam, quòd iis qui se vidissent resurrexisse, non credidissent. Et dicebat eis, Ite in mundum vniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Porrò signa eos qui crediderint, hæc subsequentur. Per nomen meum dæmonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si quid letale biberint, non nocebit eis. super ægrotos manus imponent, & bene habebũt. Itaq; dominus quidem postquam loquutus fuisset eis, receptus est in cælum, & consedit à dextris dei. Illi uero egressi prædicauerunt vndique domino cooperante, & sermonem confirmante per signa subsequentia. Vide mandatum domini, Prædicate omni creaturæ. Non dixit, prædicate his qui obtemperant, sed om-
ni creaturæ, siue recipiant, siue non. Qui crediderit. Et non C
sufficit hoc: sed, & baptizatus fuerit. Nam qui crediderit, & baptizatus fuerit, sed adhuc est catechumenus, non iam salua *Signa cre-*
tus est. Signa verò quæ sequuntur credentes, dicit dæmonia *dentes sub-*
eijcere, linguis loqui nouis, serpẽtes tollere, hoc est abolere *sequentia.*
serpẽtes, siue sensibiles, siue spirituales: sicut etiã dixit, Super Mat. 10.
serpentes & scorpios calcate, manifeste de spiritualibus intel Luc. 10.
ligens. Potest item & sic intelligi, Serpentes tollẽt, sicut Paulus viperam in manu sustulit, nihil ab illa offensus. Etiam si Actuũ. 22.
mortale quiddam biberint, non nocebit eis. Sæpe autem hæc facta sunt, vt in historiis inuenimus. Multi enim & venenum bibentes, per signaculum crucis illæsi conseruati sunt. Hæc autem quum dixisset, assumptus est, & sedet à dextris dei. Illi autem prædicauerunt vbique, domino, inquit, cooperante, &

sermonem

D sermonem confirmante per sequentia signa. Vides vbiq; nostra primũ, deinde dei adiutorium. Quum enim nos operamur, & principiũ dederimus, dominus cooperatur. ita si non dederimus occasionem, non cooperatur. Considera autem & hoc, quia post sermonẽ, opera, & sermo, per opera cõfirmatur, sicut & in apostolis sermonem confirmabant opera quę subsequebãtur ac signa. Fiat ò sermo Christi, vt perfecti fiſtamur apud te, qui cooperaris nobis in sermonibus & operibus, quoniam te decet & per sermones & per opera, gloria. Amen.

Et miseri cordia domini prævenit.

Enarrationis Theophylacti Bulgariæ Archiepiscopi in Marcum,

E

FINIS.

ARGVMENTVM IN EVANGElium secundum Lucam.

Iuus Lucas Anthiochenus fuit patria, medicæ artis peritus, & in externa philosophia magnus. Hierosolymis quoque probe Hebræorum disciplinis eruditus est. Sanè domino nostro docente (vti quidam tradunt) vnus septuaginta discipulorum factus est, Christóque quum surrexisset à mortuis, cum Cleopa occurrit. Domino autem in cælos assumpto, & Paulo ad fidem conuerso, illi peregrinationis comes factus est, Paulo inquam, & Euangelium omni cum diligentia conscripsit, id quod & proœmium eius declarat, post assumptum in cælos Christum anno quintodecimo. Scribit autem ad Theophilum, virum senatorij ordinis, & fortassis principem. Nam strenui nomen principibus & præsidibus tribuebatur, sicut & Paulus ad præsidem Festum dicit, Strenue Feste. Omnis autem homo dei amãs, & Theophili nomine dignus, roboréque ac strenuitate in refrenandis affectionibus prędituſ, dignus reuera est vt Euangelium audiat.

D

Quando Lucas Euãgeliũ scripsit.

F

Strenui nomẽ quib⁹ tributũ sit antiquis⁹ Actu. 26.

Prologus

PROLOGVS BEATI LVCAE IN Euangelium suum.

A

Voniam multi attentarunt contexere narrationem earum quæ inter nos multis argumentis comprobatæ sunt rerũ, sicuti tradiderunt nobis hi qui ab initio fuit oculis uiderunt, & ministri fuerunt sermonis, uisum est & mihi, vt cũcta ab initio diligenter peruestigãs ordine tibi scribam, strenue Theophile, quò agnoscas eorũ quibus instructus es sermonum cõmunionem. Qui fuerunt multi illi qui attentarunt? Pseudo apostoli. Multi enim tunc cõscripserunt Euangelia, vti est quod vocant Euangeliũ secundum Aegyptios, & quod inscribitur Euangeliũ secundum duodecim. Tales itaq; attentarunt duntaxat, sed non perfecerunt. Quia enim absq; diuina gratia cœperũt, ꝓpterea neq; absoluerunt. Bene igitur dixit Lucas, multi conati sunt: at pauci, vt Matthęus & Marcus, nõ tantũ attentauerunt, sed & perfecerunt. Nam spiritũ sortiti erãt, q perfecta operatur: res autẽ multis argumentis cõprobatas dixit, Res enim Christi nõ simplici ter & nudè traditę sunt, sed vera & solida fide, & multorũ argumentorũ certitudine. Et quomodo, dic Luca, multis argumẽtis cõprobatæ sunt? Sicut tradiderunt nobis hi q ab initio suis oculis viderũt, & ministri fuerunt sermonis. Hinc manifestũ est Lucã ab initio nõ fuisse discipulũ, sed posterioribus temporibus. Alij enim ab initio didicerant, vt Petrus, & filij Zebedæi, q & tradiderũt huic quæcũq; ipse nõ viderat, neq; ipse audierat. Quid aũt est quod dicit, quò agnoscas eorũ de quib⁹ edoctus es sermonũ cõmunionẽ? Duos in hoc sensus habeo. Vnus quidẽ est hic, Prius te sine scriptis instituì ò Theophile, nunc scriptũ tibi trado Euangeliũ: atq; ita mentẽ tuã, C munio, vt ne obliuiscatur eorũ quę sine scriptis tradita sunt. Alter vero, Solemus nos hoies sępe qñ quis nobis sine scriptu ris loquitur, suspicari ne forte quid mendacij admixtũ sit: qũ autẽ etiã scribit q̃ loquitur, tũc credimus ꝙ nõ scripsisset, nisi vera se dicere cõfideret. Idcirco & Euãgelista dicit, Propterea scripsi tibi Euangeliũ, vt ea de quib⁹ sine scriptis eruditus es, in maiori securitate cõserues, maiorẽ mihi fidem nunc habens, qui adeo de his quę nõ scripto docui, cõfidam, etiã scripturis prodere non formidarim. Attende item quod dicit, agnoscas, nõ scias, hoc est, secundò maiorem accipias scientiam & fiduciã ac securitatem quòd non mentiar.

Euãgeliũ Aegyptiorum.

Euãgeliũ duodecim.

CAPVT. I

Caput primum.

Prophetæ narraturi quippiam quo auspicentur Gene. 49



D Rat in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidã nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomẽ eius Elizabeth. Mẽtionem facit regni Herodis, tum vt narrãdo prophetarum formam seruet. illi enim sic incipiunt, In diebus Ioachaz & Ezechiæ, & cæ iuspiam, facta sunt hæc. tum quia de Christo dicturus est, ideo meminit Herodis, vt ostendat q̃ sub Herode vere venerit Christus. Hic enim Herodes fuit quum defecissent apud Iudæos principes, iuxta prophetiam Iacob. Vnde monstratur quòd E Christus venerit. Sed & in hoc recte facit, q̃ ostendendo tẽpus, certius ostendit euangelium. Copiam enim quærendi, si qui volent, & discendi euangelij veritatem à tempore facit. Et incipit à Zacharia patre Iohannis: idq; merito, quoniam de Christi natiuitate dicturus, præcursorq; Christi fuit Iohannes, neq; illius natiuitatem sine miraculo fuisse narrat. Et quia virgo paritura erat, prẽordinauit deus vt vetula pareret, non secundum legem naturæ, tametsi ex viro. Quid autem est, Ex vice Abia? Intelligunt quidam sic, quòd duo fuerint sacerdotes, successione ministerium perficiẽtes, quorum vnus Abia, alter autẽ Zacharias. Quia igitur sacerdotio fun F ctus erat Abia, post illius ministerium ministrauit etiã Zacharias. Videtur autem nõ sic esse. Solomon enim quum perfecisset templum, constituit & vices, hoc est hebdomadas: & in vna constituit filios Chore, in alia Asaphat, in alia Abia, in alia alium. Igitur quod dicit fuisse de vice Abia, sic oportet intelligere, quòd de hebdomada Abia fuerit. Non quòd post hebdomadã Abia functus sit ministerio: dixisset enim, post hebdomadam Abia: nunc autẽ quũ dixit, de vice Abia, ostendit quòd ex ordine & hebdomada Abiæ fuerit. Ostendere autem volens quòd ex vtroq; parente legitimè fuerit ex sacerdo-

sacerdotali genere Iohannes, dicit, Et vxor eius de filiabus A Aaron. Non enim licebat ex alia tribu vxorem ducere, sed Num. 36 ex eadem. Elizabeth interpretamur dei quietem: Zacharias Elizabeth autem, memoriam domini. *Erant autem ambo iusti coram deo. Zacha-* Quidam iusti sunt, at nõ coram deo, sed in speciem tantum, *rias,* & coram hominibus: illi autem etiam coram deo iusti erant.

Ambulantes in omnibus præceptis & iustificationibus domi irrepre Mandata *hensibiles.* Mandata quidem sunt, vt ne occidas, ne adulterĩũ Exod. 20 committas: Iustificationes autẽ, vt qui maledixerit patri, vel *Iustifica-* matri, morte moriatur. Iustum enim hoc. Scito quòd & man *tiones.* datum iustificatio nominari potest, vtpote iustum faciẽs ho- Exod. 21. minem, immò & dei iustificatio existens. In die enim illa cõ Leu. 20. demnat nos, quasi scripta quędã iustificatio in nobis sit. Nisi Iohan. 15 enim venissem, inquit, & loquutus essem eis, peccatum nõ ha B buissent. Et iterum. Sermo quem loquutus sum eis, ille eos cõ demnabit. Quare autem quum dixit, ambulãtes in omnibus mandatis, adiunxit, irreprehensibiles? Multi ambulant in lege dei, sed omnia faciunt vt videantur ab hominibus. Tales igitur non sunt irreprehensibiles. Sed Zacharias & fecit mãdata, & citra reprehensionem fecit, nõ vt hominibus placeat talia faciens. *Nec erat illis proles, eo quòd Elizabeth sterilis es-* set, *& ambo prouectæ iam ætatis essent.* Iustorũ mulieres & iustæ, sæpe steriles fuerunt, vt discas legem non exigere corporalium filiorum procreationẽ, sed spiritualium. Prouectę autem ætatis ambo erant, tam corpore, q̃ anima. Etenim iuxta animam profecerant & progressi erant, ponẽtes ascensiones in corde, & diem habentes, sed non noctem: vitam, vt in luce C honeste agentes. *Factum est autem quum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ coram deo, secundum consuetudinem functionis sacerdotalis sors illi obuenit vt odores incenderet ingressus in templum domini, & omnis multitudo populi precabatur foris tẽ pore thymiamatis.* Coram deo mundi soli sacerdotio fungun tur, ab impuris autem auertit deus faciem suam. Quando autem tempus incendendi odores? Vel omnino secundum tempus deprecationis, quando solus in sancta sanctorum ingrediebatur summus sacerdos: vt discamus q̃ sic summus sacerdos ingressus in sancta sanctorum, hoc est cælum, cũ carne, acceperit fructum incarnationis suæ, nostri curam & salutẽ. *Apparuit autem illi angelus domini stans à dextris altaris thymia-* matis. Non omnibus apparet angelus, sed mundis corde,

D qualis erat Zacharias. Altare autē thymiamatis dixit, quia erat & altare holocaustorum. *Et turbatus est Zacharias illo uidēs, ac timor irruit super eum. dixit autem ad eum angelus. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: uxorque tua Elizabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Iohannem: & erit gaudium tibi & exultatio, multiq; in natiuitate eius gaudebunt.* Turbatur quidem Zacharias. Insolitæ enim visiones etiam sanctos turbant. Verùm angelus confestim turbationem sedat. Vbiq; enim hoc indicio discernuntur visiones quæ à deo, & quę à diabolo. Nam si mens primū turbetur, & statim timor soluatur, & iterum quiescat, reuera diuina est visio. Si autem timor ac turbatio magis atq; magis crescant, dæmoniaca est visio. Quare angelus dicit, Exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elizabeth pariet tibi? Nam Zacharias non pro filio precatus est, sed pro peccatis populi. Dicunt igitur quidam, quòd quoniam pro peccatis populi orabat, futurum autem quòd generaret filium qui clamaret, Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi: meritò dicit ad illum angelus, Quoniam exaudita est deprecatio tua pro remissione peccatorum populi. Filium enim generabis, propter quē remissio erit peccatorum. Alij autē sic intelligunt, Quoniam exaudita est deprecatio tua Zacharia, & remisit Deus peccata populo. Dein de quasi ille dixisset angelo, Vnde hoc manifestū? dicit angelus, Hoc tibi signum do, quòd pariet filium Elizabeth, & ita per puerperium Elizabeth credibile tibi sit remissa esse peccata populo. *Erit enim magnus coram Deo, ac uinum & siceram non bibet: & spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris suæ, multósque ex filiis Israel conuertet ad dominū deum ipsorum: & ipse præcedet ante illum cū spiritu ac uirtute Heliæ, ut cōuertat corda patrum in filios, & inobedientes ad prudentiā iustorum: ut paret domino plebem præparatam.* Magnū fore Iohānem prędicit angelus. Multi sanè magni fuerunt corā hominibus, at non item corā Deo, vt hypocritæ. Magnus autem Iohānes iuxta animā, sicut & paruus iuxta animam dicitur omnis qui scādalizatur. Nullus enim magnus scandalizatur, sed parui, sed pusillanimes. Dicit igitur dominus, Qui scādalizauerit vnum ex patuis. Quemadmodū autem hi qui genuerunt Iohannem, iusti fuerunt coram deo, sic & puer iptorum magnus corā deo. Sicera autem dicitur omne quod inebriare potest, & non est ex vite. Quum autem esset adhuc in vtero matris, repletus est spiritu

Visiones quando diuinæ, & quando diabolicæ

Ioan. 1.

Hypocritæ magni coram hominibus.

Matt. 28

Sicera.

spiritu sancto, quando mater domini venit ad Elizabeth, & exultauit præ gaudio infans propter aduentū domini. Porrò conuertit corda patrum ad filios, hoc est Hebræorum ad Apostolos. Patres enim fuerunt Iudęi, illorum autem filij Apostoli, cōuertit igitur corda Iudæorum ad Apostolos, docens & testificans de Christo. Qui autem de Christo testatur, omnes fideles facit & discipulos suos. Non omnes conuertit Iohannes, sed multos: Christus autem omnes illuminauit. At in spiritu Heliæ præcessit. Sicut enim in Helia efficax fuit gratia, ita & in Iohanne. Et sicut Helias secundi aduentus præcursor, ita & Iohannes primi. In virtute autem Heliæ, eo quòd idem voluerunt aductus amborū. ambo enim ad Christum congregant. Et aliter, In virtute ac spiritu Heliæ venit Iohannes, eo quòd eremita fuit etiam ipse, & frugalis vitæ, & arguens sicut ille. Conuertit autem & incredulos Iudæos ad prudentiam iustorum, hoc est Apostolorum doctrinam. Prudentia autem Apostolorum, gratia est spiritus in illis. Præparauit quoque domino, id est Christo plebem præparatam, hoc est capacem ad suscipiendum prædicationem, vt exempli gratia quando veniebat propheta quispiam prædicans non omnibus credebant, sed qui præparati erant, & qui seipsos ad hoc accommodabant. Nam sicut siquis noctu veniat in domum, non omnes illum excipiunt, sed qui vigiles sunt expectantque, & ad excipiendum parati sunt: sic & Iohannes præparauit domino populum non incredulum quidem, sed elaboratum, & præparatum ad suscipiendum dominum. *Et dixit Zacharias ad angelū, Quo argumento cognoscam illud? Ego enim sum senex, & uxor mea prouectæ ætatis est. Ac respondens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel, qui astiti in conspectu dei, missusque sum ut loquar ad te, & hæc tibi lęta nunciem. Et ecce futurum est ut sis tacitus, nec fari possis ad eum usq; diem quo hæc fiant, eō quòd non credidisti uerbis meis, quæ implebitur in tempore suo.* Tametsi iustus esset Zacharias & sanctus, respiciens tamē ad prodigiosam generationē filij, nō facile credebat. Idcirco & angelus suā dignitatē dicit, Ego sum angelus, qui astiti in cōspectu dei. nō seductor dæmō, sed angelus dei. Igitur quia discredis, ego te faciā surdū, & loqui nō poteris. Meritò aūt duo hęc passus est, & qp nō audiret, & nō loqueretur. Quia enim nō obedierat, cōdēnatur vt surdus sit: & quia cōtradixerat, vt fileat. Verūtamē prefigurabat etiā ea q̄ Iudęir.

Prudētia apostolorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D euenerũt. Nã ſicut hic ſenex & ſterilis & incredulus peperit filiũ, & prophetis maiorẽ: ita & Iudęorũ cõgregatio ſacerdotio inueterato quanuis eſſet ſterilis, incredula & inobediẽs, verbũ tamen dei, hoc eſt dominũ prophetarũ, peperit in carne quo nato, hi qui prius inobedientes, ad fidẽ & confeſſionem peruenerunt. *Et erat populus expectans Zachariam. & mirabantur quòd moraretur in templo. Egreſſus autem non poterat loqui illis. Et cognouerunt quòd uiſionẽ uidiſſet in templo. Et ipſe innuebat illis, permanſitque mutus. Et accidit ut impleti ſunt dies officii eius, abiit in domum ſuam.* Vides quomodo Iudæi expectabant & permanebant donec exiret ſummus ſacerdos? At nos Chriſtiani, niſi mox vt ingreſſi fuerimus in templum, iterum egrediamur, exiſtimamus male nobiſcũ agi. Innuebat autem
E populo Zacharias, forte roganti ſilentij cauſam. Quia enim
Zachariæ ſilentium quid ſignet. loqui non poterat, per nutum ſignificabat. Vide item quòd non abiit in domum ſuam, donec impleti eſſent dies miniſterij ſui, aſſeditq; templo. Aberat enim vere à Hieruſalem mõtana regio. Quannis autem & Hieroſolymis domum habuiſſet, non licuiſſet tamen ei extra habitum templi per tempus vicis ſuæ exire. Nos autem proh pudor, quàm contemnimus diuina miniſteria? Cæterum quòd Zacharias non poteſt loqui, ſed innuit populo, ſignificat indignam Iudæorum vitam: quia vbi occiderunt verbum, non poſſunt rationem reddere de his quæ vel dicunt vel faciunt. Et ſi quid propheticum interrogaueris, obmuteſcunt, & non poſſunt tibi vel ſetmonem vel reſponſum dare. *Poſt hos autem dies concepit Elizabeth uxor eius, & occultabat ſe menſibus quinque, dicens, Sic fe-*
F *cit mihi dominus in diebus quibus me reſpexit, ut auferret probrum meum inter homines.* Elizabeth, quoniam caſta erat, occultabat ſe, eò quòd ſenex concepiſſet. Menſibus autem quinq; occultauit ſe, donec Maria conciperet. Vbi autem illa concepit, & exultauit infans in vtero, non vltrà ſe occultauit, ſed libere iuit, vtpote tanci pueri mater, qui etiam antequam naſceretur, prophetarum dignitate fuit honoratus. *In menſe autem ſexto miſſus eſt angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad uirginem deſponſatam uiro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, ac nomen uirginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit, Gaude gratioſa, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Illa uero quã uidiſſet, turbata eſt ſuper ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio. Et dixit angelus ei, Ne timeas*

Maria.

Maria inueniſti enim gratiam apud deum. Menſem ſextum di- A
cit à tempore quo conceptus fuit Iohannes. Dicit autem deſponſatam virginem viro qui erat de domo Dauid, vt oſten- *Num. 36.*
deret & ipſam ex genere Dauid deſcendiſſe. Iuxta legem e- *Gene. 3.*
nim coniuges ex eodem genere & eadem cognationis catena prognatos eſſe oportebat. Quia autem Heuæ dictum erat à domino, vt in triſtitiis pariat filios, ſoluit triſtitiam illam in gaudium, quod angelus virgini afferens dicit, Gaude gratioſa. Et quia maledicta fuit Heua, hæc dicitur benedicta. Cõſiderabat autem de ſalutatione, qualiſnam eſſet, num abſurda & procatrix, ac qualis viri ad puellam, an diuina: quia & dei mentio inter ſalutandum facta, quum diceretur, Dominus tecum. Primum autem timorem cordis ſui repellit, & quaſi in quiete conſtituta diuinum reſponſum accipit. B
Neque enim fieri poteſt vt turbata fuerit, quæ tam diligen- *Gratioſa*
ter audiuit quæ eucutura. Porrò id quod ſuprà dixi, gratio- *Gratiæ*
ſa, quia interpretans dicit, inueniſti enim gratiam coram do *plena.*
mino. Hoc enim eſt gratioſam eſſe, vel plenam gratia, quòd inuenerit gratiam apud deum, hoc eſt placuerit deo. Verum hoc commune habet cum multis. Multæ enim & aliæ inuenerunt gratiam coram deo, non autem id quod infertur. *Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Ieſum. Is erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris ipſius, regnabitq; ſuper domum Iacob in æternum: & regni eius non erit finis.* Ecce concipies, C
hoc ſingulare, quod nulli alteri conceſſum. In vtero autem *Eſa. 6.*
dixit, vt oſtendat dominum ex ipſius virginis vtero incarna *Miche. 4*
tum ſubſtantialiter. Bene autem dictus eſt Ieſus, quia ob ſalutem noſtri generis venit. Nomen enim hoc in græcam linguam conuerſum, dicitur ſalus. Ieſus igitur σωτὴρ eſt, hoc eſt ſaluator: quia & Ieſua ſalus dicitur. Erit autem, inquit, magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Magnus quidem fuit & Iohannes, ſed non ad hoc altiſſimi filius. Ieſus vero magnus quidem, eo q; docuit: filius autem altiſſimi, & propter ſtupe ipſum. docebat enim ſicut authoritatẽ habens. & propter mirabilium miraculorum operationem. Vocatur autẽ filius altiſſimi, qui apparebat homo. Nam quia vna fuit hypoſtaſis, reuera filius altiſſimi fuit filius virginis. Et fuit quidem ante ſecula filius altiſſimi verbum, ſed non vocabatur neq; cognoſcebatur. poſtquam autem incarnatũ eſt & apparuit in carne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tunc & vocatum est filius altissimi, qui apparebat, & miracula faciebat. Audiens vero thronum vel sedem Dauid, ne putes sensibile quoddam regnum, sed diuinum, quo regnauit super omnes gentes per prædicationem. Domus enim Iacob qui sãt cob sunt hi qui ex Hebræis crediderunt, atque etiam qui ex Q&o Chri aliis gentibus. Illi enim propriè Iacob & Israel. Et quomodo dicitur sedere super sedem Dauid? audi. Dauid paruus erat inter fratres suos, & dominus quoque contemptus & taxatus vt edax & vini potor, & fabri filius, & à fratribus suis filiis Ioseph despiciebatur. Neque enim fratres eius, inquit, credebant in eum. Ille quum benefaceret, persequutionem patiebatur: & dominus quoque miracula faciens accusabatur & lapidabatur. Ille per mansuetudinem vicit & regnauit, & dominus per mansuetudinem suscepta E cruce regnauit. Vides quomodo dicatur sedere super sedem Dauid? Nam sicut Dauid sensibile regnum susceperit, ita & dominus spirituale. Cuius regni non erit finis. Non enim finis regni Christi, hoc est, agnitionis dei & Christianismi. Nam & quum persequutionem patimur, gratia Christi floremus. *Dixit autem Maria ad angelum, Quomodo erit istud, quandoquidem virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: quapropter & quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei.* Non quasi discredens virgo dixit, Quomodo erit mihi istud? sed vt prudens & intelligens, vt discat, modum inquirit. Non enim prius tale quiddam factum F est, neque posthac fiet. Ideo & ignoscit ei angelus, & non condemnat vt Zachariam, sed magis modum docet. Nam Zacharias merito condemnatur. habuit enim exempla multa, quandoquidem & multæ steriles fuerunt: virgini autem nullum exemplum erat. Spiritus, itaque, dicit, sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, fœcundum reddens vterum tuum, & condens carnem consubstantiali verObũbrare bo Virtus vero altissimi, filius est dei. Christus enim dei virtus est. Obumbrabit tibi. hoc est, contegette, hoc est vndique te circundabit. Sicut auis obumbrat pullos suos, ita & diuina virtus totam virginem apprehendit, & hoc est obumbrare. Alius autem quispiam fortassis dicet, quòd sicut pictor primùm delineat, & vmbras inducit, & deinde perfectu colorem addit: ita & dominus ipse sibi carnẽ condens, & imaginẽ hominis

hominis formans, primum delineauit illam in vtero virgi- A
nis, compacta ex sanguinibus semper virginis carne, quam deinde paulatim figurauit. sed hoc dubiũ. Sunt enim qui dicunt quòd vbi dominus obumbrauit vterum virginis, statim perfectus fuerit infans. Alii autem hoc non recipiunt. Audi enim quid dicat. Ideo & quod nascetur sanctũ, hoc est quod particulatim in vtero crescit, & nõ statim perfectum existit. Cõfundatur autem & hoc loco Nestorius. Ille enim dicit q̃ Nestorii
non fuerit filius dei in vtero virginis quiescens, sed nud⁹ ho haeresis.
mo è virgine fuerit natus, posteaque habuerit deum factum sibi comitem. Audiat igitur quòd illud quod nascebatur in vtero, erat filius dei. Et non alius quidẽ fœtus est vteri, alius autem filius dei, sed vnus & idem fuit filius virginis, & filius B
dei. Vide item⁹ quomodo sanctam trinitatem declarauit, dicens spiritum sanctum, virtutem filium, altissimum patrem.

Atque ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi quæ dicebatur sterilis: quia nõ erit impossibile apud deum omne uerbum. Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Ac discessit ab illa Virgo ma
angelus. Dubitauerit fortasse quispiam quomodo Elizabeth ria è qua
cognata fuerit Mariæ. Virgo enim ipsa ex tribu Iuda fuit, tribu.
Elizabeth autem de filiabus Aaron. Nam lex præcepit con Elizabeth
iuges ex eadem tribu esse: & ita cognationes ex vna tribu e- una filia-
rant. Dicendum igitur quòd à captiuitate confusa sunt gene rã Aaron
ra. Et melius ita dicitur. Aarõ vxorẽ duxit Elizabeth, quæ filia fuit Aminadab: qui fuit ex tribu Iuda. Videsquòd ab initio & ab Aaron cognata fuit Elizabeth Dei genitrix? C
Quia enim vxor Aaron ex Iuda descẽdit, è qua tribu fuit dei genitrix, & Elizabeth fuit ex filiabus Aaron, merito Dei genitrix cognata dicitur Elizabeth. nam proaua eius, hoc est, vxor Aaron, fuit ex tribu Iuda. Considera autem & cognationis consequentiam. Sed videamus quid dicat virgo, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuũ.

Tabula sum pictoria, pinguat pictor quod voluerit, faciat Deus quod voluerit. Atque ita etiam quod prius dixerat, Quomodo erit hoc, non fuit incredulitatis, sed dediderii addiscendi morem. Nam si discredidisset, neutiquã dixisset, Ecce ancilla domini, fiat mihi secũdum verbum tuum. Discę autẽ q̃ Gabriel si quis interpretatur, idẽ est quod Gabriel.
homo dei. Maria verò, domina, Nazareth aũt sanctificatio. Maria.

D Meritò igitur quum nasci voluit Deus homo, missus est Ga-
Nazareth briel angelus, hoc est homo dei. Sed in sancto loco fit salu-
tatio, hoc est in Nazareth. Vbi enim Deus, ibi nihil impurũ,
nihil non sanctum. *Exurgens autem Maria in diebus his, abiit*
in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum
Zachariæ, ac salutauit Elizabeth. Et factum est ut audiuit salutatio-
nem Mariæ Elizabeth, salit infans in utero eius, & repleta est spi-
ritu sancto Elizabeth exclamauitque uoce magna, & dixit, Benedi-
cta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Quum
audisset ab angelo q̃ concepisset Elizabeth, statim abiit ad
illã, & gaudẽs de bono cognatæ, & volens vt prudentissima
maiore certitudine certior reddi num vera dixisset qui appa
E ruerat ei, vt ex hoc nec de suo dubitaret. Prudẽs enim quum
esset, timebat ne forte deciperetur, & nõ vt incredula, sed vt
diligens rem explorare volebat. Zacharias itaque in monta
nis habitat, & propterea illuc abit. At Iohannes susceptο sin-
gulari supra reliquos homines gaudio, exultat in vtero ma-
tris: vnde & maior est prophetis. Nam alii quidem prædixe-
runt futura postq̃ nati sunt ille autem quum adhuc esset in
vtero matris, gratiam talem assecutus fuit. Vide enim: Salu-
tauit virgo Elizabetham, hoc est, prior allocuta est. Vox ita-
que virginis, vox erat incarnati in illa dei, & idcirco etiam
præcursoré in vtero gratia prosecut⁹ est, & prophetam fecit.
Quæcunque enim dixit Elizabeth prophetice ad Mariam,
non verba fuerunt Elizabeth, sed infantis: os autem Eliza-
F beth tantum ministrauit, sicut & os Mariæ ministrauit filio
Dei qui in vtero eius erat. Quippe quum exultasset puer in
vtero tunc impleta est spiritu Elizabeth. Nisi enim puer ex-
ultasset, non prophetasset illa. Itaque sicut dicunt prophetas
primum mente excedere, & diuinum quid pati, ac tum deni-
que prophetizare: ita & Iohannes forte prius saltauit vt di-
uinum quiddam patiens, postea per os matris prophetiza-
uit. Quid autem prophetizauit? Benedicta tu in mulieribus.
Deinde quia multæ sanctæ mulieres pepererũt improbos, vt
Gene.25. Rebecca Esau, dicit: Sed & fructus ventris tui benedictus.
Aliter quoq; intelligi potest, Benedicta tu in mulieribus, &
benedictus fructus ventris tui. Benedictus enim solus Deus:
sicut & Dauid dicit, Benedictus qui venit. Cõsueuit eñ scri
Et pro eñ ptura coniunctioné, Et, pro eñ accipere: vt, Da nobis auxi-
lium, & vana

lium, & vana salus hominis, hoc est, vana enim salus homi- A
nis. Et iterum, Tu iratus fuisti, & nos peccauimus. Fructum Psal.59.
autem ventris dei genitricis dicit dominum, & ideo sine vi- 107
ro conceptum. Pueri enim alii, fructus sunt patrum: Christ⁹ Esa.64.
vero ventris Mariæ fructus. ipsa enim sola hunc fructũ pro- Psal.117
tulit. *Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me?* Ecce
enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit præ
gaudio infans in utero meo. Et beata que credidit quoniam perficien
tur ea quæ dicta sunt ei a domino. Sicut postea Iohannes Chri
stum quum venisset vt baptizaretur, prohibuit propter reue
rentiã, dicẽs, Ego non sum dignus: sic & nũc per matrẽ suã Mat.2.
loquitur. Vnde mihi hoc, vt veniat mater domini mei ad me Inf.3.
prius quam pariat dominũ, matrem vocans eam, quæ in vte- B
ro gerebat. Alias enim prius quam pariant, non solemus ma-
tres vocare propter metum abortiendi: in virgine autem ni-
hil tale suspicari oportebat, & idcirco prius quam pariat, ma
ter. Et beata es tu o Maria quæ credidisti, quia implebuntur
ea quæ à domino tibi dicta sunt. *Et ait Maria, Magnificat ani*
ma mea dominum, Et exultauit spiritus meus in deo saluatore meo.
Quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magnifica qui potens
est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius in progenie & pro-
geniem timentibus eum. Virgo certior reddita de fœtu con-
cepto, glorificat deum, illi miraculũ attribuens, non sibiipsi.
Ille enim, dixit, respexit in me humilem, non ego ad illũ re- C
spexi. Ille me prosecutus est misericordia, ego illum nõ quę
sui. Et ex hoc tempore beatam me dicẽt omnes generatio-
nes: nõ sola Elizabeth, sed & eorum generatio qui credide-
rint. Quare autẽ beatã me dicent, Nõ propter meam virtu-
tem, sed quia fecit mecum magnalia qui potens est. Potẽtem
autem nominat deũ, vt ne quis diffidat his quæ à se dicũ
tur, considerans q̃ deus illa facere potens sit. Porrò sanctum
nomen eius vocat, declarans quòd non inquinetur mundissi
mus ille in utero conceptus, sed sanctus maneat, Neq; in me
sola est misericordia eius, sed in omnes qui timent illum. Ve
rum qui omnino indigni sunt, non assequũtur misericordiã.
In generationem autem & generationé dicẽs esse misericor-
diã dei, ostẽdit q̃ misericordiã assequẽtur & in præsenti se-
culo, & in æterno. Nam hic centuplum accipiunt, & illic lõ-
ge amplius. Attende autem quod primum magnificat ani-
ma mea

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ma mea dominum,& deinde ſpiritus exultat: vt ſimile quid dicam,magnificas deum,qui dignè iuxta deum ambulas, vocatus Chriſtianus,non attenuans nomen & dignitatē Chriſti faciendo quod nō oportet,ſed magnificās operando magna,cæleſtiaque opera. Et tūc etiam ſpiritus tuus exultabit, hoc eſt ſpirituale donum quod accepiſti per egregia opera, exultabit & proficiet,& non cōtrahetur,&(vt ita dicā) mortificabitur. Scies præterea videri ſcripturam ſimpliciter iſtud dicere ſpiritum & animam,propriè tamen differt. Animalem enim hominem dicit eum qui iuxta naturam viuit,& humanis rationibus regitur ſiquando eſuriēs comedat,odio habeat inimicum,& in ſumma,ſi nihil ſupra hominem apparet.ſpiritualem vero,qui tranſcēdit leges naturæ,& nō humano more ſapit. Et hęc eſt differentia animæ & ſpiritus in ſcriptura. Medici forſitan hæc aliter diſcernunt,ſed nobis ſcriptura cordi eſt,medici vero valeant. *Fecit robur in brachio ſuo dominus,diſperſit ſuperbos cogitatione cordis ipſorum. Detraxit potentes de ſedibus,& exaltauit humiles. Eſurientes implebit bonis,& diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus misericordiæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abrahæ & ſemini eius in ſeculum. Manſit autem Maria cum illa mēſibus ſuis & reuerſa eſt in domum ſuam.* Brachium patris,filius. Fecit igitur robur & virtutem ac potentiam contra naturam deus in filio ſuo. Incarnato enim filio,victa eſt natura,virgine pariente,deo homine vero deificato Et diſperſit dominus ſuperbos dęmones,eiectis illis ex humanis animabus,& aliis quidem in abyſſum miſſis,aliis autē in porcos. Poterit autem & de Iudæis intelligi,quos diſperſit in omnē regionem:& nunc diſperſi ſunt. Porro detraxit etiam potentes de ſedibus,dæmones dico,qui contra homines prævalebant, & ſedes in humanis habebant pectoribus, in illis requieſcentes. Sunt & Phariſæi potentes,nimirum ea quæ paſſim diripientes:& cathedras habēt vt doctores, à quibus depoſiti ſunt. Et exaltauit humiles eſurientes,homines quos hūiliarat peccatū,vel gētes. Exaltauit aūt, adoptatis illis in filios. Igit ſicut eſurientes dicere licet gētiles,vtpote non habentes vel ſcripturas,vel legē,vel mādata, quos impleuit bonis ſcripturarū:ita & Iudæos diuites & in lege, ac in mādatis,quos etiā emiſit foras terrenā & cæleſtē Hieruſalē ianes: nihil enim habēt Iudæi,etiā ſi quid habere videāt. Suſcepit Iſrael

Diſcrimē animę & ſpiritus.

Phariſæi potentes.

Iſraēl puerum ſuum,vel carnales Iſraēlitas dicit. multa enim millia ex illis crediderunt, & impleta eſt promiſſio facta Abrahæ,ad quem dixerat deus,In ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ,vel etiam de ſpirituali Iſraēl dicit. Omnis enim qui videt deum,Iſraēl dicitur, iuxta nominis interpretationem. Suſcepit itaque eos qui vident deum, in cæleſtem hæreditatem adducens. Manſit autem Maria cum Elizabeth circiter mēſibus tribus,deinde reuerſa eſt. Quia enim paritura erat Elizabeth, abſcedit virgo propter multitudinem qui ad partum conuenturi erant. indecens autem virgini in talibus verſari. Quòd autem quū paritura eſſet Elizabeth,reuerſa ſit virgo, manifeſtum hinc eſt quòd menſe ſexto concepti præcurſoris venit angelus ad Mariam, & manſit illa cum Elizabeth tribus circiter mēſibus. Ecce ferme nouem menſes. *Elizabethæ uero impletum eſt tempus pariendi,& peperit filium. Et audierūt uicini & cognati eius quòd magnificè dominus miſericordiā ſuā uſus eſſet erga illam,& gratulabantur ei. Et factū eſt in die octauo, uenerunt ad circuncidendum puerum,& uocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondens mater eius dixit, Nequaquàm,ſed uocabitur Iohannes. Et dixerunt ad illam, Nemo eſt in cognatione tua qui uocetur iſto nōie. Innuebāt aūt patri eius qui uellet uocari eū. Iſq; poſtulatis tabellis ſcripſit dicēs,Iohānes eſt nomē eius. Et mirati ſunt uniuerſi. Apertū eſt aūt os eius ſtatim & lingua eius & loquebatur laudans deum.* Virgo quidem circiter tribus menſibus manſit apud Elizabeth,fortaſſis tanto attonita miraculo,& indigens conſolatione quadam quam ex conſuetudine Elizabeth habuit. Verum vbi appropinquauit partus,abſceſſit. Vbi autem impletum tempus Elizabeth vt pareret, obſeruandum quòd in peccatoribus non dicitur, Impletum eſt tempus pariendi, ſed hoc duntaxat inuenies vbi de iuſtorū partu habetur mentio. Nā(vt apparet) imperfecti & nō impleti peccatorū ſunt partus,meliusque illis ſi nati non fuiſſent. Quare autem poſt circunciſionem imponitur nomen? Quia prius ſuſcipiendum eſt ſignaculum dei,& tunc humanum nomen. Vel aliter, Circunciſio ſignificat carnalium abiectionem. Nullus igitur niſi prius abiiciat & amputet carnalia, dignus eſt vt nominetur miles dei,& vt in libro cælorū ſcribatur nomen eius. Elizabeth vero vt prophetiſſa indicauit nomen. Iohannes ſit nomen eius. Fortaſſis autem Iohannes ſibiipſi indidit nomen, matrique ſuę communicauit donum propheticum. Porro Zacharias

Maria dum reuertitur parturiēte Elizabeth.

Circūciſio quid.

D charias quum non posset nutu manifestare nomen, petit tabellas. Et quia stipulatus est sententiæ vxoris in nomine pueri, obstupescunt omnes. non enim erat in cognatione eorum quispiam eius nominis, vt quis dicere possit quòd ante tem-
Iohānes. pus de hoc ambo tractarint. Iohānes iuxta interpretationem est dei gratia: proinde & pater illius statim assequutus gratiam, primùm de Christo, deinde de puero prophetizat. *Et*
factus est timor super omnes vicinos eorum, & in tota montana regione Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerunt omnes qui
audierant verba hæc, in corde suo dicentes: Quisnam puer hic erit? Et
manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, prophetauitque dicens Benedictus dominus Deus Israel,
quia visitauit & fecit redemptionē populo suo. Et excitauit cornu salu
E *tis nobis in domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est per os sanctorum,*
qui a seculo sunt prophetarum suorum. Salutem ex inimicis nostris, &
de manu omnium qui oderunt nos. Vt faceret misericordiam cum patribus nostris, & memor esset testamenti sui sancti. Iuxta iusiurādum
quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, ut daret nobis. Vt citra
timorem, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus ipsi, in
sanctitate & iustitia coram ipso, cūctis diebus uitæ nostræ. Factus est timor super omnes, propter miraculum loquentis Zachariæ. Sicut enim prius quum obmutuisset, stupuerat populus, ita etiam nūc quum redditus est ei sermo. Propter duo igitur miracula hæc cogitabant de nato quòd multos præcelleret. Facta autem sunt hæc omnia singulari quadam dispensatione, vt qui de Christo prophetizaturus esset: fide dignus habe
F retur, & omnes ex ipsa natiuitate Iohannis certiores reddeMatt. 15. rentur quòd multis maior esset. Benedicit autem Zacharias Deū, quia visitauerat Israëlitas. Et profecto venerat ad oues quæ perditę erant de domo Israel, sed plerique beneficiū eius suscipere noluerunt, vnde veros Israëlitas inuisit. Et quinam sunt illi? Hi qui crediderunt. Excitauit autem cornu salutis,
Cornu. hoc est virtutem & regnū salutare. Cornu enim vel potētiam significat (cornuta enim animātia in cornu robur habēt) vel regnum: ex cornu enim reges inungebātur. Itaq; Christus & potentia est & regnum patris. Excitatū igitur est cornu salutis, Christus. Videbatur enim dormire, contēnens multorum peccata, longanimitatem in simulacrorū insano cultu præ se ferēs, sed in nouissimis tēporibus incarnatus excitatus est, & contriuit omnes qui oderunt nos dæmones, non iam vltrā lō-

ganimis

ganimis & dormiēs. Porro in domo Dauid excitatus est, hoc A
est in Bethleem. illic enim natus est. Bethleē autē patria Da- Bethleem
uid erat. Sicut locuti fuerunt prophetæ, omnes enim de incar patria Da
natione locuti sunt. Micheas etiam domus Dauid, Bethleē di uid.
co, mentionem facit dicens. Et tu Bethleem neutiquam mini Michæ. 5
ma es, ex te enim egredietur dux. Fecit autem misericordiam Ad eos
non solum cum viuentibus, sed & cū patribus nostris, Christi quoq; qui
enim gratia etiā in illos qui olim mortui, pertingit. Dedit no ante mor-
bis viuentibus ipē resurrectionis, & resurreximus: sed non so tui sunt,
li nos hanc gratiā assecuti fuimus, sed & qui ante nos defun- misericor
cti fuerant. Omnis enim natura boni particeps fuit. Vel alter, Fecit misericordiam cum patribus, eo quòd spem illorum dia Christi
impleuit. Adimpleta enim viderūt quæcunq; de Christo ex- perfluxa.
pectarant. Sed & filios suos quum vidēt patres talibus bonis B
frui, gaudent, & participes sunt letitiæ, perinde ac si in se collata essent. Cuius autē testamenti, & cuius iurisiurandi quod
Abraham factum meminit? Vel omnino huius, Benedicēs benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Vere nunc mul- Gene. 22
tiplicatus Abraham, quū ei filij ex omnibus gētibus adoptati Hebr. 9.
sunt per fidem. Nā sicut ille credidit, ita isti per fidē approbarunt ei. Liberauit autem nos de inimicis sine timore. Sepe
liberant quidā, sed non sine nostro timore, agone, & certami
ne: Christus vero, quum nos non laborassemus, pro nobis eru
cifixus est, & liberauit nos sine timore, hoc est, absque pericu
lo. Quare autem liberauit nos? Num propter cibū & potum? C
non, sed vt seruiamus illi: nō semel, neque duobus diebus, sed Cur nos li
omnibus diebus. Seruiamus autē non sola coporali adoratio- berauerit
ne & ministerio, sed in sanctitate & iustitia. Est autem san- Christus.
ctitas, iustitia erga Deum: iustitia vero erga homines, vt exē- Sanctitas
pli gratia si quis abstineat a sacris & ad diuina nō accedit im- Iustitia.
pie, sed venerabilibus omnē honorem exhibet, is sanctus est.
Similiter & qui honorat parētes, sanctus est. nā & illi dij do- Sanctus.
mestici. At si quis non fuerit auarus, non rapax, non fur, non Iustus.
adulter, is iustus dicetur. Itaque oportet seruire Deo in sancti
tate, hoc est reuerētia erga diuina: & iustitia, hoc est laudata
in rebus humanis vita. Seruiēdum deniq; est coram ipso, non
corā hominibus, sicut hi qui hominibus placere volūt, vt hy-
pocritæ faciunt. *Et tu puer propheta altissimi uocaberis. præibis*
enim ante faciē domini ad parandū uias eius, Ad dādā scientiā salutis
in populo ipsius, per remissionem peccatorum eius. Per uiscera miseri

cordiæ

D *cordiæ dei nostri, quibus uisitauit nos oriēs ex alto. Vt illuceſceret his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, ad dirigēdos pedes noſtros in uiam pacis. Puer autē creſcebat, & corroborabatur ſpiritu, & erat in deſertis donec ueniret dies quo oſtendendus erat apud Iſraelitas.* Rarum videtur quod Zacharias ad puerum loquitur adhuc inſenſatum: quomodo potuit loqui? Dicēdum igitur quòd ſicut raram & admirabilem habuit natiuitatem puer, qui exultauit & prophetauit in vtero ad aduentum Mariæ, ſic non eſt mirum ſi etiam ea quæ à patre dicebantur, poſt natiuitatē intellexerit. Præibis autem, inquit, ante dominū me derelicto, tametſi nō tā ſtatim. Sciebat enim Zacharias quòd nō multo poſt priuandus eſſet eo, quādo fugiturus in deſertū. Quare autem præibis? vt parentur viæ domini. Viæ autē ſunt animę

Viæ domini quæ.

E in quib⁹ ingredit dñs, quas præparauit præcurſor vt in eis ābularet Chriſtus. Quomodo autē illas præparauit? Dādo ſcientiam ſalutis populo. Salus quidē erat dominus Ieſus. Data eſt igitur ſciētia ſalutis, hoc eſt Chriſti, populo, à Iohāne. Iohannes enim teſtificabatur de Ieſu. Scientia autē erat in remiſſione peccatorum, Non enim aliter Chriſtus agnitus fuiſſet eſſe deus, niſi remiſiſſet peccata populo. Dei em̄ eſt remittere peccata. Non enim propter opera noſtra, nihil enim fecimus bo-

Peccata remittere ſuum.

Malac. 4

ni, ſed ille viſitauit nos ex alto, qui oriēs dicitur. Sol enim iuſtitiæ eſt, & illuxit nobis qui in tenebris eramus, hoc eſt in ignorantia, & vmbra mortis, hoc eſt peccatis, ſedentes. Duo enim mala humanum genus inuaſerunt: ignoratio dei, quam habebant Gentiles: & peccatum, quòd habebāt Hebræi, licet

F deum cognoſcerent. Apparuit itaque humanæ naturæ, vt & eos qui in tenebris, hoc eſt dei ignorantia, & vmbra mortis, hoc eſt peccato (eſt enim peccatū vmbra mortis) erant ſedentes, illuſtraret. Ideo aūt vmbra mortis dici opinor peccatum, quòd ſicut vmbra ſequitur corpus, ita vbi mors, illic & peccatum. vnde quia mortuus eſt Adam, cōſectaneum ibi etiā eſſe mortem. Et neq; Chriſti mortem ſine peccato inuenies. Mortuus eſt em̄ Chriſtus, ſed propter peccata noſtra. Et ita meri-

Peccatum umbra mortis.

Rom. 6.

to peccatū dicitur eſſe vmbra mortis, quia ſemper comitatur ipſum mors. Poſſent & alia ad hoc dici, & opinor dictū à nobis in Matthæo. Num igitur ſufficit ſolē illuxiſſe obtenebratis? Minime, ſed etiam opus eſt vt dirigantur pedes noſtri in viam pacis, hoc eſt iuſtitiæ. Sicut enim peccatum inimicitiæ ſunt cū deo, ita iuſtitia pax. Via igitur pacis, via eſt iuſtitiæ, ad quam

ad quam direxit animarum noſtrarum pedes qui ex ſummo A ortus eſt Chriſtus. Cæterum puer creſcebat iuxtà ſtaturā corporalem, & corroborabatur ſpiritu. Cū corpore enim ſimul creſcebat & ſpirituale donū. Et quanto magis creſcebat puer, tanto magis & efficaciæ ſpiritus in illo ſe oſtendebant, organo illarum capace exiſtēte. Quare autem erat in deſertis? Vt ne multitudinis malitiæ particeps fieret, & vt neminem reuc ritus libere reprehenderet. Nam ſi fuiſſet in mundo, fortaſſis conſuetudine amicorum & ſocietate coinquinatus fuiſſet: ſed vt fide dignus haberetur, qui prædicaret Chriſtū, vtpote eremita, vitaque excellens alios. Latuit autem in deſertis, donec viſum fuit deo Iſraēlitarum populo illum oſtendendum eſſe.

Cur puer Iohannes in deſertū abierit.

CAPVT II. B

F *Factum eſt autem in diebus illis, Exiit decretum a Cæſare Auguſto, ut cēſeretur totus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt præſide Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur, in ſuam quiſque ciuitatē. Aſcendit autem & Ioſeph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudeā, in ciuitatem Dauid, quæ uocatur Bethlehē, eo quòd eſſet de domo & familia Dauid, ut profiteretur cū Maria deſponſata ſibi uxore, quæ erat prægnās. Accidit autem, quum eſſent ibi, completi ſunt dies pariendi. Et peperit filium ſuum primogenitum, ac faſciis eum inuoluit, reclinauitque eum in præſepi, quòd non eſſet eis locus in diuerſorio.* Propterea fit deſcriptio, vt quū omnes in ſuas patrias irent, aſcen C deret & virgo in Bethlehem, quę eius patria erat, naſceretur- que ſic dominus in Bethlehem, ac impleretur prophetia quæ dicebat ceſſaturo multorum deorum cultu vnū etiam regem, nempe Cæſarem, imperaturum. Porrò Chriſtus cū omnibus deſcribitur. Oportebat enim cum toto orbe cenſeri, vt ſanctificaret eos qui cenſentur, aboleretque ſeruitutem: quo- niam ſicut circunciſionem aboleuit, ita deſcriptus ſicut ſeruus: ſeruitutem naturæ noſtræ aboleuit. Non enim vltrà ſunt ſerui, qui domino ſeruiunt, ſicut Apoſtolus dicit: Nolite fieri ſerui hominum. ſed tametſi corpore ſimus ſerui, ſpiritu tamen ſumus liberi, neque cum impietate dominorum ſimul adducimur. Primogenitum vero filium nominauit virginis dominum, quāuis nullum ſecundum pepererit idq; merito.

Libertas ſpiritus.

Galat. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D merito. Primogenitus enim dicitur, q primus natus est, etiãsi non nascatur postea secundus. In præsepium autem reclinatur, forte vt statim ab initio vitæ frugalitatem nos doceret: forte etiam quodam symbolo declarauit quòd peregrinatus sit in hoc mundo, qui locus noster est: nos autem brutis animantibus comparati sumus. sicut & præsepe proprius brutorum locus est, ita nostrum præsepe est mudus, nos vero bruta: ipse autem redemit nos, qui brutis assimilamur: propterea & ipse tali loco fuit reclinatus. *Et pastores erant in regione eadem rusticantes, & excubantes excubias nocte super gregem suum: & ecce angelus domini astitit illis, & claritas domini circãfulsit illos, & timuerũt timore magno. Et dixit illis angel⁹, Ne timeatis. ecce enim annuncio uobis gaudium magnum, quod futurum est toti populo, quia natus est uobis hodie seruator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum, Inuenietis infantem fasciis involutum, positum in præsepi. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis laudantium deum, ac dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, hominibus bona uoluntas.* Pastores erãt rusticantes, hoc est vel rusticam agentes vitam, vel in agro stabulantes & versantes: quibus apparet angelus, ppter simplicitatẽ & innocentiã morum, & quòd iustorum vitam imitari videantur. Etenim prisci patriarchæ pastores erãt, vt Iacob, Moses, Dauid. Neq; in Hierusalem apparuit pharisæis vel scribis, qui omnis malitiæ receptacula erant. Illi autem quum simplices essent, diuinis spectaculis potiti sunt: monstrante deo quòd statim ab initio eos agrestiores præ aliis elegerit, præconesque fecerit. Abierunt enim, & de omnibus illis prędicarunt. Angelus vero magnum illis gaudium euãgelizauit, quod futurum omni populo, qui propriè populus dei. Non enim omnes Iudæi populus dei. Nam & omniũ hominum populo incarnatio facta est gaudium. Quid autem hymnus angelorum declarat? Vel omnino gratiarum actionem supernorum exercituum, & gaudium, eo quòd terreni beneficia tanta consequamur. Gloriam enim deo dicunt. Super terram autem pax nunc facta est: & quum prius humana natura inimica fuerit deo, nunc ita conciliata est, vt & deo adiuncta sit, & incarnato vnita. Vides igitur pacem dei cum homine? Et aliter quoq; intelligitur: Pax est ipse filius dei. Ego enim, inquit, pax. Ista igitur pax, filius dei inquam, super terram facta est. Et hominibus bona voluntas, hoc est deo

Primogenitur quis dicatur.

Gen. 47.

Pharisæi oĩ malitię receptacula sunt.

Iohã. 16. 20.

deo requies in illis hominibus. Et cui prius nõ beneplacitum erat in hominibus, nũc pro beneficiis & refocillationibus hominum habet opera in quibus & quietem habet. *Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in cælum, homines pastores loquebãtur inter sese: Trãseamus iã Bethlehem usque, & uideamus hoc quod accidit, quod dominus aperuit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenerũt Mariã & Ioseph, & infantẽ positum in præsepi. Cum uidissent ãt, diuulgauerunt de uerbo quod dictũ erat ipsis de puero hoc: & omnes qui audierunt, mirati sunt de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos.* Pastores illi figura sunt spiritualium pastorum. *Episcopus.* Oportet igitur Episcopos custodire gregem suum. ἀγρυκοπεῖν, *τὴ munus* in agro canere, hoc est canere spiritualia, & docere populũ, *quale.* & sic audire diuinas visiones & auditus. Bethleiem interpretamur domum panis. Quę autem alia est domus panis, quàm ecclesia, in qua panis repositus est? Officium itaque spiritualium pastorum fuerit, quærere panem cęlestem, quem cum viderint, debẽt illum & aliis prædicare: sicut & pastores qui viderunt infantem, loquuti sunt de eo & aliis. *Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes ac laudantes deum super omnibus quæ audierant & uiderant ita ut dictum fuerat ipsis.* Quæ verba conseruabat virgo? Quidã dicunt quod ea quæ angelus ei dixerat, & quæ pastores narrauerant, conseruarit & contulerit secum, inueneritque in omnibus sententiam vnam, quòd deus sit filius suus. Mihi autem videntur verba hoc loco res vel gesta *Verba, id est facta.* dici, & id esse quod dicitur: Maria autem conseruabat omnia verba hęc, quæ nunc ego dico, & gesta esse facio. Gesta enim quando narrantur, dicuntur verba. Porrò pastores reuersi sunt gratias agẽtes deo in omnibus. neque enim erant exorsi Iudæis. *Et postquãm consummatì sunt dies octo ut circũcideretur puer, uocatum est nomẽ eius Iesus, quod uocatum erat ab angelo priusquam in uterõ conciperetur. Et postquam completi fuissent dies purgationis eorum secundum legem Moysi, adduxerunt eum Hierosolymã, ut sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini, Omne masculinum adaperiens uulnam, sanctum domino uocabitur: & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.* Qui mandata legis præuaricabantur, sub maledictione erant. Dominus igitur circumciditur, vt etiam in hoc adimpleta lege, & nullo prætermisso quod illa mãdabat, eripiat nos à maledicto. Reuereãtur hic

D qui dicunt quòd Christus incarnatus sit apparenter tantum. Inutiliter autem quæritur vbi sit abscɔta illa particula. Nam quæ scriptura tacuit, ea quærere non oportet, præsertim vbi nulla vtilitas. Dici autem posset quòd quando abscɔtum terram tetigit, illam quoque sanctificarit, sicut etiam sanguis & aqua quæ ex latere eius fluxerunt. Et videtur quòd seruarit particulam illæsam, & in resurrectione iterum resumpserit, vt & hæc particula non inueniatur deesse. Quippe & nos in resurrectione perfectum corpus resumpturi sumus. Obserua autem quòd non statim dixit angelus, concipies filium, conceptus est dominus, sed postea, quando voluit. Vide enim quid dicat hoc loco, quod vocatum est ab angelo priusquam conciperetur in vtero. Et hoc verbo ostendit quod diximus. Non enim dixit, Ecce concipis: sed, ecce concipies. Atque ex his animaduertere licet, quòd die quidem illo conceptus fuerit dominus: non autem illo momento quo angelus dixit, sed forte posteaquam compleuit sermones. Hæc autem non dixerimus definitiuè. Impleti autem sunt dies purgationis illorum secundum legem Mosi. Bene dixit secundũ legẽ Mosi nã secũdũ veritatẽ nulla necessitate astrigebatur expectare dies purificatiõis, qui sunt quadraginta nato mare. Dictũ enim est in lege, Mulier quę semine cõceperit, & pepererit masculum. Virgo aũt nõ cõcepit de semine, sed ex spiritu sancto peperit: vnde nulla illam necessitas vrgebat, sed volés implere legem, venit in templum. Quod autem dicit, Omne adaperiens vuluam: propriè ad Christum solum pertinet. Ipse enim aperuit vuluam virginis, quum aliis vir aperiat vuluam. Cæterum par turturum offerri iussit lex, ostendens quòd ex casto coniugio procreatus sit. Dicunt enim turturem esse castum animal: quumque coniugem amittit, non secundo se copulet. Quum autem non haberent turtures, offerebant duos pullos columbarum, vt multiplicatio prolis huius signetur. Fœcundum enim animal columba. *Et ecce homo erat Hierosolymis cui nomen Simeon, & homo iste iustus ac pius, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat super eum: & responsum acceperat a spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum domini. Et uenit per spiritum in templum. Et quum inducerent puerum Iesum parentes ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse quoque accepit eum in ulnas suas, & benedixit deum, ac dixit:*

Curiosæ quæstiões uitandæ.

Leuit. 12.

Turturum natura.

Columba, fœcunda.

dixit: Nunc absoluis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace: Quia uiderunt oculi mei salutare tuũ, quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Non erat Simeon sacerdos, sed homo deum amans, & expectans quando veniat Christus consolaturus Hebræos, & liberaturus à seruitute peccati, forte & ea qua Romanis & Herodi seruiebant. Nam qui Christo credit, liber est reuera, & dignior regibus ac hominibus omnibus. Vide apostolos, non fuerunt serui Romanorum, sed nunc venerantur eos Romanorũ reges. Itaq; hos, quum essent Israëlite, consolatus est Christus. Porro hic Simeon spiritu sancto motus ascendit in templum quando adduxit dominum mater, & suscepto illo, dominum confessus est. Dicere enim, Nunc absoluis seruum tuum domine, confitentis est quòd ipse sit dominus vitæ ac mortis. Vide autem quomodo sancti pro vinculo corpus habent. id circo dicit, Nunc absoluis, quasi á vinculo, secundum verbum tuum, propter oraculum quod acceperat quòd non esset moriturus donec videret Christum. In pace autem, hoc est quiete. nam homo quoad viuit, turbatur, sicut & Dauid dicit: mortuus vero pacem habet, Vel aliter intellige, In pace, hoc est spei consecutione. Priusquã, inquit, vidissem dominũ, non pacata mente eram, expectans illum, & semper solicitus quãdo veniat: nunc autem ipso viso, & pacẽ consequut⁹, & solicitudine liberatus (vt sic dicam) absoluor. Salutare autẽ, incarnatio vnigeniti est, quã ante secula omnia deus præparauit. Ante faciem vero omnium populorum istam salutem præparauit vt saluaret mundũ, & vt omnibus liquida fiat eius incarnatio, cuius gratia & incarnatus est. Salutare quoque hoc lumen est ad reuelationẽ gentium, hoc est ad illustrationẽ gẽtium obtenebratarum, & gloriam Israëlitarũ. Christus enim gloria est populi qui vere Israel, secũdum quod ex illo ortus est, & in hoc ornantur qui sapiũt ac intelligũt. Hęc Simeon. Videtur aũt mihi & quę dicta sunt à Dauid, cõuenire Simeoni, Longitudine dierum implebo eum, & ostendam illi salutare meum. *Et erant pater & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinã & resurrectionẽ multorum in Israel, & in signum cui contradicitur. Quin & tuam ipsius animam penetrabit gladius, ut reteganter ex multis cordibus cogitationes.*

Simeon.

Sãcti pro uinculo corpus habẽt

Psa. 89.

Psal. 99.

D Benedixit quidem ambobus Symeon: reiecto autem patre putatiuo, ad veram matrem loquutus est, Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel. Ruinam quidem dicit eorum qui non crediderunt: resurrectionem autem eorum qui crediderunt, Vel etiam aliter, In ruinam positus est dominus malorum quæ in animabus nostris: in resurrectionem vero bonorum. Cadit fornicatio, surgit continentia. Vel aliter quoque intelligi potest, Positus est enim dominus in ruinam, hoc est ipse passurus est, & casurus est in

Crux, con tradictionis signũ.

mortem: & quum ceciderit ipse, resurgent multi. Punctum autem pone quum dixeris, in ruinam: deinde incipe, in resurrectionem multorum. Signum autem, crux, cui vsque in

E hoc tempus contradicitur, hoc est, non recipitur ab incredulis. Dicitur & incarnatio signum, & mirabile signum. Deus enim homo fuit, & virgo mater. huic autem signo, incarnationis inquam contradicitur. Quidam enim dicunt carnem ex homine, quidam vero apparére, quidam autẽ aliud quiddam nugantur. Et tuam ipsius, virginis dico, animam pertransibit gladius. Fortassis autem & dolorem quem in passione tulit, fortassis autem & scandalum dicit rhomphæam, quo offensa fuit. Videns enim crucifixum, fortassis cogitabat, quomodo qui natus est sine semine, qui miracula fecit, qui mortuos suscitauit crucifixus est, conputus est, mortuus est? Quod autem dicit, Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes, hoc significat, quòd reuelabuntur & manifestabuntur multorum cogitationes, qui scandalizantur, & reprehensi re-

F pentinum inuenient remedium: sicut & tu ò virgo reuelaberis, & manifesta eris quid sentias de Christo, deinde cõfirmata eris fide in illum. Similiter & Petrus reuelabitur qui negauerit, verum permõstrabitur dei potentia, quæ per pœnitentiam ipsum suscepit. Et aliter, Reuelatæ sunt è cordibus cogitationes, quum apparuerit proditor, & apparuerint di-

Mat. 26. Iohã. 16.

ligẽtes illum, qualis fuit Ioseph qui accessit ad pilatum: quales fuerunt mulieres quæ permanebant apud Christum. *Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser. Hæc processerat in multam ætatem, & vixerat cum viro annis septem a virginitate sua, & hæc vidua annorum ferme octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis ac deprecationibus seruiens nocte ac die. Et hæc eadem hora superueniens, vicissim confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Hierosolymis. Et*

Hierosolymis. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Moysi, reuersi sunt A *in Galilæã in ciuitatẽ suã Nazareth. Puer autem succrescebat, corroborabaturque spiritu, adimplebatur sapiẽtia: & gratia dei erat super illum.* Euangelista Annę profert genealogiam, enumerans, eius patrem ac tribum, vt sciamus illum vera dicere, tot testibus accersitis, qui patrem tribumque eius nouerunt. Ista igitur vicissim confitebatur deo, hoc est, gratias agebat, & docebat omnes de dño qꝰ ipse esset saluator, & consolatio nostri expectantium redemptionem. Postquã autẽ perfecerunt hæc omnia reuersi sunt in Galilæam in ciuitatẽ suam Nazareth. Erat quidem & Bethlehem ciuitas ipsorum, sed vt patria: Nazareth vero vt habitationis locus. Iesus vero quantum ad corpus creuit, quamuis potuisset ex vtero matris in statura viri perfecti procedere, visum tamen fuisset phantasma, & pro- B pterea paulatim crescit. Quum autem creseceret, emicuit dei verbi sapientia. non enim sapiens fuit proficiendo, absit: sed paulatim declarauit insitam sapientiam, & iuxta corporis staturam dicitur proficere & corroborari spiritu. Si enim quandiu breuis fuisset statura, ostendisset omnem sapientiam, visus fuisset prodigiosus: nunc autem iuxta rationem staturæ, quantum capiat intra se, ostendit seipsum dispensationem implere, non assumens sapiẽtiam. Quid enim perfectius eo, qui ab initio fuit perfectus? Verùm paulatim illam denudat. *Et ibant parentes eius quotannis Hierosolymam in die festo paschæ. Et* C *quum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus quum redirent illi, remansit puer Iesus Hierosolymis, & non cognouerunt parentes eius, Cæterum rati illum esse in comitatu, uenerunt itinere diei, & requirebant eum inter cognatos & inter notos. Et quum non inuenissent eum, reuersi sunt Hierosolymam, quærẽtes eum. Et accidit post triduum, inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos, stupebant autem omnes qui eum audiebant. super intelligentia & responsis eius, & viso eo admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, cur feciſti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid est quod quærebatis me? an nesciebatis quòd in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? At illi non intellexerint sermonem quem loquutus est ipsis.* Simul venit cum parentibus in Hierusalem, vt per omnia ostendat se non aduersarium deo, neque repugnantem his quæ à lege posita fuerunt. Quum perfecis-

 sent au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D sent autem dies septem, paschæ scilicet, mansit in Hierusa-
lem. Disputabat autem cum scribis, rogans eos de lege: &
Cur Ma- obstupuerunt omnes. Vides quomodo profecerit in sapi-
ria Ioseph entia, eo quòd nosceretur à multis, & in admiratione es-
patré Ie- set. Emicatio enim sapientiæ eius, profectus ipse est. Por-
su dicat. ro patrem nominat dei genitrix, sciens quidem non esse pa-
trem: veruntamen propter Iudæos, vt ne videatur ex for-
nicatione prognatus, patrem eius dicit Ioseph. Vel aliter,
Quoniam velut pater curam pueri gerebat, & simul con-
uersando ministrabat: merito nominauit illum patrem, tan-
quam honorans illum spiritus sanctus patris vocabulo.
Quare autem quærebant illum? nunquid suspicabantur perdi-
E tum illum aberrasse, vt ita dicam? Absit. Neque enim hoc
sapientissimæ Mariæ fuerit, quæ plurimasde illo acceperat
reuelationes: neque Ioseph, cui & ipsi de illo reuelatum e-
rat quòd à spiritu sancto esset. Verum quærebant illum, ne-
quo pacto ab eis abiisset, ne forte reliquisset illos. Vbi au-
tem inuenerunt eum, vide quomodo ipsis respondet.
Quum enim illa Ioseph patrem eius dixisset, ille dixit: Non
hic verus pater meus est, alioqui in domo eius mansissem:
sed deus est pater meus, & propterea in domo illius sum,
hoc est in templo illius. Verum ipsi non intellexerunt quid
loquutus esset eis: sacramentum enim erat. *Et descendit cum*
eis, uenitque Nazareth: eratque subditus illis. Mater autem eius
conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat
F *sapientia & ætate & gratia apud deum atque homines.* Sub-
ditus fuit parentibus, dato etiam nobis exemplo vt patribus
simus obedientes. Conseruabat autem hæc omnia virgo. Di
uina enim erant quæ dicebãtur & agebãtur à puero, non qua
si duodecim annorum, sed quasi perfecti viri. Vide autẽ quo-
modo hoc loco Euangelista interpretatur quid sit proficere
sapientia. subdit enim, statura. Profectũ autẽ ætatis, sapiẽtiæ
profectũ esse dicit, Gratiã vero habebat apud Deum & apud
homines, hoc est, agebat ea quæ deo beneplacita erant, &
quæ laudata ab hominibus. Primum autem apud deum, &
postea apud homines. Primum enim oportet deo placere, &
deinde hominibus.

CAPVT

CAPVT III.

A

Matth 3.

Marci. 1.

Iohan. 1.

NNO *autem decimoquinto imperii Tyberii Cæsa-*
ris, Pontio Pilato præsidẽ Iudææ, tetrarcha uero Ga-
A *lilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha*
Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abi-
lenes Tetrarcha, sub pontificibus Anna & Caipha,
factum est uerbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deser-
to. Et uenit in omnem regionem finitimam Iordani, prædicans baptis-
mum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Rectè memor est
& temporis, & principum illorum: vt sic demonstret defeci-
se Iudaicorum principum successionem, præsidatum Pilato
homine alterius gentis, tetrarchatum autem Herodis Ascalo *Gen. 49.*
nitæ filiis tenentibus: credatúrque merito adesse Christus, iu B
xta prophetiam Iacob. Factum est autem, inquit, verbum dei
super Iohannem: vt discas illum non temere, neque citra vo-
cationem ad testificandum Christo prosiliisse, sed diuino mo
tum spiritu. Per verbum intellige spiritum sanctum, vel man
datum dei. Factum est autem in deserto verbum dei ad Io- *Verbũ dei*
hannem. quandoquidem enim filios desertæ multiplicatu-
rus erat, ecclesiam dico ex gentibus, magis quàm eius quæ
habet virum, hoc est Iudaicæ synagogæ, merito in deserto
fit ad Iohãnem verbũ & mandatum dei. Prædicauit item ba
ptisma pœnitentiæ populis, hoc est inuulgauit. Porrò ba- *Vis baptis*
ptisma cooperabatur illis in remissionem peccatorum, quæ *matis Io-*
per baptismum Christi datur. Neque enim baptisma Iohan- *hannis.*
nis remissionem peccatorum habebat, sed ad remissionem C
conferebat: hoc est, præparabat homines vt acciperent ba-
ptisma quod habebat remissionem peccatorum.

Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ dicentis, Vox *Esa. 40.*
clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius.
Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, &
fient quæ obliqua sunt directa, & aspera in uias planas, & uidebit
omnis caro salutare dei. Via quidem quam iubet parari, vi-
ta est Christiana. Prædicaturus enim erat Christus, quan-
tum nunquam. Semitas verò dicit mandata legis iam trita,
quæ præcipit recta facere. Peruertebant enim mandata pha-
risæi. Potest item per viam anima intelligi, semitæ vero co-
gitationes & opera. Oportet igitur vt nos præparemus & a-
nimam, rectásque faciamus cogitationes ac opera. Deinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

D quasi interrogante quopiam,& quo pacto hoc faciemus? Vir
Virtus. tus enim ardua est ac difficilis,multósque anfractus habet &
obliquitates, & propter potestates aduersarias,& propter af
fectiones quæ in nobis habitant: dicit non fore operosum,
sed omnino facile. Nam valles,inquit, implebuntur: omnis-
que mons & collis,aduersariæ nimirum potestates, quę pro-
pter superbiam se extollunt, humiliabuntur. Vere enim in-
firmatæ sunt potestates illæ aduersariæ, & potestates quę na
tura nobis videtur insitæ. Facta igitur sunt omnia facilia,&
obliqua versa sunt in recta. Christus enim aduersarias pote-
states protriuit,quę hoc loco montes ac colles dicũtur,& na-
turales nostras inclinationes ad bonũ reuiuificauit, quas di-
E xit Euangelista valles quæ implentur. Nam propterea incar
natus est, vt naturam nostram restitueret. Et omnis, inquit,
caro videbit salutare dei,non Iudæi tantum & proselyti, sed
omnis caro. Etenim in omnẽ terrã peruenit Euangeliũ. Pot-
sent quidem & alia multa dici,sed hæc vt manifestiora dicta
sint. *Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab ip-
so, Progenies uiperarum, quis uobis ſubmonſtrauit ut fugeretis à uen
tura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dice
re intra uoſmetipſos, Patrem habemus Abraham: dico enim uobis, potens
eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios ipſi Abrahæ. Iã uero & ſe-
curis ad radicem arborũ poſita eſt. Omnis ergo arbor non facient fru
ctum bonum, excidetur, & in ignem conijcitur.* Progenies viperã-
rum vocat Iudæos,tanq̃ affligẽtes patres & matres suas. Tra
F dunt enim de hoc animali,q̃ matrem suam deuoret,& sic na
scatur. sic & Iudæi propheras & doctores occidebant. Ventu
Fructus ram iram dicit perpetuum supplicium. Fructus autem pœni-
pœniten- tentiæ non solum est fuga mali, sed elaboratio boni. Hoc e-
tiæ quid. nim reuera est proferre fructum pœnitentiæ,si bonũ operati
fuerimus. Ne cœperitis autem dicere intra vos: Generosi su-
mus,& cõfidimus in patribus: negligentes ipsi virtutes. Pote
rit enim deus ex lapidibus istis patriarchæ filios dare, sicut
Sarræ & prius fecit. Vulua enim Sarrę lapidibus erat durior,
attamen ad procreandos filios gratiam cõsequuta est. Por-
Securis. ro securis diuinum iudiciũ est, indignos è vita resecans. Nisi
igitur pœnitentiã egeritis, inquit, excidemini ab hac vita. Se
curis enim posita est ad radicẽ nostrorum arborum. Proinde
(vt diximus) per radicem vita intelligitur. Intelligitur autẽ
& per radicem, Abrahæ cognatio. Itaque rami illo indigni
excidũtur

excidũtur ab eius cognatione, iuxta Apostolum, Cæterum A
duplex est supplicium. Peccator enim & sterilis non solũ ex- Roma. 6.
cidũtur à cognatione iustorum, sed & in ignem coniicitur.

*Et interrogabant eum turbæ dicentes, Quid ergo faciemus? Respõ
dens autem dicit illis, Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti:
& qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani ut
baptizarentur. & dixerunt ad illũ, Magister, quid faciemus? At ille
dixit ad eos, Ne quid amplius quàm quod constitutum est uobis, exigat
is. Interrogabant autem eũ & milites, dicentes, Et nos quid facie-
mus? Et ait illis, Ne quem concutiatis, neq̃ calũniemini, & contenti
estote obsoniis uestris. Expectãte autẽ populo, & cogitãtibus omni-
bus in corde suo nã ipse esset Christus ille, respondit Iohãnes uniuer-
sis dicens, Ego quidẽ aqua baptizo uos, sed uenit fortior me, cuius nõ
sum dignus soluere corrigiã calceamentorũ, ipse uos baptizabit spiri- B
tu sancto & igni, cuius uentilabrũ in manu ipsius, & purgabit aream
suã, & congregabit triticũ in horreũ suum, paleas autẽ comburet igni
inextinguibili.* Multa quidẽ & alia exhortans euangelizabat
populo. Admonet & exhortatur tres illos ordines qui ad Io- Tres ordi
hannem accesserant, turbas, publicanos, & milites. Et turbas nes ad Io
quidem admonet vt iustitię vacẽt, præcipiens habẽti duas ve hãnẽ ac-
stes, cõmunicare vnam ei qui nõ habet, Publicanis vero non cedentes.
plus q̃ constitutum est ipsis extorquere, hoc est exigere: mili
tibus autẽ non rapere, sed cõtentos esse obsoniis, hoc est his
quę à rege iuxta cõsuetam liberalitatem erogãtur. Vide autẽ
quomodo turbis ceu innocentibus dicit, exhortãs vt bonum
quiddam faciant, hoc est vt cõmunicent. Publicanis verò, mi
litibúsque, vt absistant à malo. Neq; enim capaces illi erant, C
neq; bonum quippiã facere poterant, sed sufficiebat eis non
facere malum. Quidam anagogiam hic admittunt, & intelli
gunt q̃ habentes duas vestes, cõmunicare debeãt non haben
ti, dicentes duas vestes, spiritũ scripturæ, & literã: & exhorte
tur eum qui duas habet, vt cõmunicet ei qui omnino nudus
est: vt sit qui scripturã bifariam intelligat, & secundum spiri
tum, & secundũ literam, cõmunicet ei qui non habet, hoc est
doceat ignorãtem, & det ei vel literã. Tanta autẽ fuit Iohan
nis virtus, vt omnes cogitarent apud se de illo q̃ esset Chri-
stus. Talem itaq; suspicionem repellens inquit, Tantũ inter
me & Christum interest, vt ego quidẽ in aqua baptizem, ille
autem in spiritu & igni: & neq; ego dignus sum qui corrigiã
calceamentorum illius soluã. Quid autẽ hęc sibi volunt? Ba-
ptizabit

D ptizabit vos in spiritu & igni, manifestum omnino. Etenim Apostolis spiritū misit, & igneę linguæ apparuerunt dispartitæ illis. Non autem dignum esse vt soluat corrigiā calceamentorū, clara sententia est, q̄ non sit dignus qui inter extremos seruos ordinetur. In sensu autem occultiore, duo calceamenta domini sunt profectiones eius duę, vna è cælis in terram, altera è terra in infernū. Iam ventilabrum in manu eius, hoc signat, q̄ licet baptizarit vos, ne putetis quòd iā insontes sitis, sed nisi posthac vitā egeritis immaculatā, exuret vos
Palea quit igni inextinguibili. Palea enim est qui infœcundam mētem habet, & magnā rerum temporalium curam gerit. *Multa autem & alia exhortans euangelizabat populo.* Consolatio enim & exhortatio, vera doctrina est, & iure dicitur Euangelium.

F. *Herodes autem Tetrarcha quum corriperetur ab illo de Herodiade*
Matt. 14 *uxore fratris sui, deque omnibus malis quæ faciebat, Herodes adiecit*
Marci. 6 *& hoc super omnia, & inclusit Iohannem in carcerem. Factum est autem quum baptizaretur omnis populus, vt & Iesu baptizato & orante apertum sit cælū, ac descendit spiritus sanctus corporali specie quasi*
Matt. 3. *columba in ipsum, & vox de cælo facta est quæ diceret, Tu es filius*
Isai. 42. *ille meus dilectus, in te complacitum est mihi.* Merito interfetie hoc loco Euangelista de Herode, quasi in hunc modum dicens, Turba quidem talia de Iohanne sentiebat: Herodes autem quum reprehenderetur ab eo, etiam ad omnia alia facinora adiecit vt includeret illum in carcere. Narrat itaque hæc, miserum illum & ærumnosum indicans, quā doquidem
F talia ausus fuerat, turba tantam opinionem habente de Iohanne. Aperitur autem cælum, vt monstretur nobis quòd baptisma aperiat omnibus cælum, quod Adam clauserat. Descendit autem spiritus in Iesum, vt ex hoc discamus quòd & nos quum baptizamur, descendat spiritus: neque enim spiritu dominus opus habebat, sed omnia propter nos facit, &
Roma. 8. primitiæ ipse sit omnium quæ nos sumpturi sumus posthac, vt fiat primogenitus in multis fratribus. In specie autem columbæ descendit, vt discamus quòd mansuetos nos esse oportet, ac mundos. Et sicut tempore Noe columba significauit
Gene. 8. quieuisse iram dei, sic & hoc loco spiritus sanctus conciliauit nos deo, facto peccati diluuio. Et filius audit à patre vocem allatam: monstrans quòd & nobis qui baptizamur, adoptionem filiorum dei largitus sit. In te bene placitum est mihi, hoc est in te quietem accepi. *Et ipse Iesus incipiebat esse ferme*

annorum

annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit filius Heli, qui A
fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Mathatthiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Naggæ, q̄ fuit Maath, qui fuit Matatthiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iona, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Iose, qui fuit Heliezer, qui fuit Ioram, qui fuit Matthæ, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionam, qui fuit Heliachim, qui fuit Meleach, qui fuit Menam, qui fuit Mathatha, qui fuit Matham, qui fuit Danid, qui fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmō, qui fuit Naason, qui fuit Aminadab, qui fuit Arā, qui fuit Esron, q̄ fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharræ, qui fuit Nachor, qui fuit Sa B
ruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusala, qui fuit Enoch, qui fuit Iaret, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adā, qui fuit dei. Quū triginta annorum esset dñs, baptizatus est, Matth. 1.
eò q̄ ætas illa perfectissima est, & illa homo vel probus vel improbus cognoscitur. Recenset autem Lucas retrogrado ordine à Matthæo, vt ostendat quòd is qui nunc natus est in carne, à deo sit. Vide enim quomodo recēsendo catalogum, recurrat in deum, vt discamus quòd patres omnes intermedios in deum reducat, & filios faciat, qua de causa & incarnatus est. Possum autem & aliter dicere, Difficilis creditu est
natiuitas Christi quòd sine semine sit. volens igitur Euange C
listā ostendere quòd & aliàs sine semine factus sit homo, ab inferioribus ascendit ad Adam & deum: quasi dicens. Si non credis quòd secundus Adam sine semine factus sit, ascende præcor memoria ad priorem Adam, & inuenies etiam illum sine semine factū à deo, & posthac ne sis incredulus. Quærūt autem quidā quomodo Matthæus Iosephum dicat filium Ia- *Ioseph ut*
cob, Lucas autē filium Heli: impossibile autem vnū habuisse *fuerit filius*
duos patres. Dicunt itaq; ad hoc, q̄ Iacob & Heli vterini fra *Iacob, &*
tres fuerint ex diuersis patribus: mortuo autem Heli sine li- *filius Heli.*
beris, Iacob eius vxorē duxerit, ex illa procreaturus filios. Et sic dicitur Ioseph esse filius Iacob natura: filius autē Heli, lege. Iacob enim ipsum natura genuit, & vere deniq; & natura Deut. 25.
lis eius filius est, Heli vero illius legitimus. Lex enim iussit, si

quis sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

D quis sine liberis moriatur, vt eius vxor ipsi° fratri copuletur, & quod inde nascitur, mortui esse censeatur, tametsi natura sit viuentis. Et sic bene dicunt Euangelistæ, neq; sunt inter se contrarii. Matthæus enim naturalé patrem Ioseph descripsit, Lucas autem legalem & putatiuum patrem, hoc est Heli: ut ambo ostendant quòd propter hoc natus sit dominus, vt & naturam & legem sanctificet.

CAPVT IIII.

Matt. 4. Mar. 1. IEsus autem plenus spiritu sancto regressus est a Iordane, & actus est per spiritum in desertum, ac dieb° quadraginta tentabatur a diabolo: nihilq; comedit in diebus illis. Et consummatis illis deinde esurijt. Dixit autem illi diabolus, Si filius es dei, dic lapidi huic

Deut. 8. ut panis fiat. Et respõdit ad illum Iesus dicens, Scriptum est, Non solo pane uiuit homo, sed omni uerbo dei. Et subduxit illum diabolus in mõtem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in puncto temporis: & ait illi diabolus, Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cuicunq; uolo do illam: tu ergo si adoraueris prouolutus coram me, erunt tua omnia. Et respon-

Deut. 6. dens Iesus dixit illi, Abi post me satana: scriptum est enim, Adorabis dominum deum tuum, & illum solum coles. Et duxit illum Hierosoly-

Psal. 90. mam, statuitq; eum super pinnam templi: & dixit illi, Si filius dei es, mitte teipsum hinc deorsum. Scriptum est enim, Angelis suis mandá-

Deut. 6. uit de te, ut seruent te: & in manibus tollent te, ne offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus ait illi, Dictum est, Non tenta-

F bis dominum deum tuum. Baptizatus est domin° propter nos, vt sanctificaret aquas propter nos, qui gratiã consequuti eramus: verũ postquã baptizatus est, fertur à spiritu in mõtem desertum. Spiritus enim sanctus ducebat eum ad certamé cũ

Solitarij maxime tẽtantur. diabolo. Vnde & in desertum abit, vt diabolo det ansas insidiãdi sibi, maxime enim quum soli fuerimus, insidiari solet. At ieiunans dies quadraginta, mensurã ieiunij Mosis & Heliæ non transgreditur, vt ne det Satanæ hoc loco suspicionẽ se illis esse maiorem, sed accessum ad se, putanti quòd & ipse homo sit. Ad hæc, vt ne videatur apparẽter tantum incarnatus. Post baptisma autem tentatur, ostẽdens nobis quòd post baptisma tẽtationes nos sint excepturæ. Ieiunauit autem eo q̃ in tentationibus armorum loco sint ieiunia, & tũc debe-

mus

mus nõ vacare deliciis, sed ieiuniis. Accedit igitur ad illum A
inimicus: & primũ de gula tentat, de qua tentauerat & Adã: deinde & per auaritiam, monstratis ei regnis omnibus. Quo Gene. 3.
modo autem monstrauit? Sanè quidam dicunt quòd imaginationi illius proposuerit: sed non opinor q̃ imaginationi tantum obtulerit, sed sensibiliter illa mõstrata fecerit ei clara. Tertio autẽ aggreditur de vana gloria tentans. dicit eñ, Si filius dei es tu, mittito te deorsum. Adulans autẽ ei ita nugabatur, si fortassis adulatione deceptus se filium dei ostentare velit deiiciendo se deorsum, quo cognosceret quisnã esset. At dominus illum scripturis repellit. Non tentabis, inqt, Vtilitas dominum deum tuum. Neque enim quis se in manifestaria scientiæ pericula debet obiicere, probando nũ iuuet se deus. Animad scripturæ uerte interim quanta sit vtilitas scire scripturas. Scripturis rum.
enim dominus satanam repulit. Hoc autem, Non solo pane B
viuit homo, Mosaicum est de manna dictum. nam licet non esset panis manna, eo tamen alebatur populus. Similiter & illa à Mose deprompta sunt, Dominum autẽ deum tuum adorabis: &, Non tentabis. Et consummata omni tẽtatione diabolus recessit ab illo usq; ad tempus. Et reuersus est Iesus in uirtute spirit° in Galilæam, & fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorũ, & glorificabatur ab omnibus. Omnẽ tentationem dicit Lucas consummasse dominum, quãuis tribus dũtaxat tẽtationibus tentatum: eo quòd tẽtationum omniũ sint capita tria, auaritia, gula, & inanis gloria. Porro gu- Tentatiolæ tentationem repulit dicens, Non solo pane viuit homo. nũ capita
Hac enim primo inuasit eum, sicut & Adamum. Adã enim tria.
non potuit per auaritiam supplantare: non enim poterat plura aliis cupere, id quod auaritiæ est: solus existens. Neq; per C
iram: cui enim succensuisset? Neque per inuidiam. Proinde per gulam supplantauit. Cæterum auaritiæ tentationem repulit non procidẽs ante diabolum, neque eum adorans. Nã quum demonstrasset omnia regna sensibiliter eius imaginationi, non ad ea respexit: tametsi nonnulli hoc non de sensibilibus regnis, sed mentalibus intellexerint, vt quod mõstraverit ei regnum inuidiæ, regnum gulæ, & in summa omniũ peccatorum regna: & quasi talia ei diceret, Si vis regnare affectionibus illis, & in hoc venisti, vt eos qui sub me sunt rapias, procide, & adora me: & accipe omnes qui à me gubernantur. Dominus autem regnare quidem vult, & ad hoc venit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

D venit: regnare autem non cum peccato, neque sine certamine, sed certans & vincens. Sic quidam intellexerunt: quē sensum, si cui placet, recipiat. Porro & inanem gloriam repulit verbo scripturæ. Eripe igitur & nos domine à tribus illis capitibus draconis. Reuersus est autem Iesus in virtute spiritus. Videtur mihi quòd diuino quodam afflatu, quem furorē vocant, redierit. Attende quoque scripturam, quòd postquā vicit tentantem, & monstrauit virtutem suam, scriptum, in virtute spiritus. Recessit autem ab illo vsq; ad tempus, hūc sensum habet: Diabolus affectionibus duabus dominum adortus est, voluptatis scilicet ac tristitiæ: & accessit ad dominum de voluptate tentans in monte, recessit vero vsque ad tempus crucis, tunc illum per aduersa ac dura tentaturus.

E *Et venit Nazareth, ubi erat nutritus: & intrauit secundum cōsuetudinem suam die sabbatorum in synagogam, & surrexit ut legeret.*

Esa. 61. *Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ: & ut explicuit librum, inuenit locum ubi scriptū erat, Spiritus domini super me, propterea quod unxit me. ad euangelizandum pauperibus misit me, ut sanem contritos corde, ut prædicem captiuis remissionem, & cæcis visum, ut emittam cōfractos per remissionem, ut prædicem annum domini acceptum. Et complicato libro reddidit ministro, ac resedit. Et omnium in synagoga oculi erant defixi in eum. Cœpit autē dicere ad illos, Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.* Volebat quidem Iesus manifestum se reddere Israëlitis, & quòd à deo ac patre vnctus sit vt saluet eos qui sub cœlo sunt. Cum magna autem ratione & hoc agit. Præ aliis autem se Nazarenis cum quibus conuersabatur, manifestat: vt & nos doceat, primum & proF priis benefacere, atque illos docere, & postea in alios quoque benignitatem transfundere. Porro oblatum sibi librum aperuit, ac inuenit, nō quod forte occurrit, sed quod ipse volunt. Ne enim existimes forte aperto libro incidisse eum in illum locum in quo hæc de ipso scripta erant: nā ipso volente hoc accidit. Quid autem scriptū erat? Spiritus domini vnxit me, hoc est consecrauit me, constituit me, vt euangelizarem pauperibus, hoc est gentibus quæ neque legem neque prophetas habebant. & reuera valde pauperes erant. Contriti autē corde fortassis fuerunt Israelitæ, quorum cor prius fuit magna & sublimis domus dei. Postea autem vbi vacare cœpērūt idolis, & variis modis peccarunt, contritum & destructū est cor illorum, hoc est, domus dei facta est spelunca latronum. Venit

nit igitur dominus vt & illos sanaret, & captiuis remissionē A
daret, & cæcis visum, hoc est, gētibus & Iudæis. Ambo enim
illi populi & captiui erant, & sub satana, ac cæci. Possunt au
tem hæc & de mortuis intelligi. Erant enim & illi captiui at
que saucii, liberatiq; sunt à potestate inferni per resurrectio-
nem. Prædicauit item & annum acceptum. Quis autem fuit
annus ille acceptus? Fortassis seculum futurum, de quo præ-
dicauit dominus dicens, In die illa non interrogabitis me Mat. 22
quicquam. Et iterum, Venit hora quando mortui resurgent. 16há. 5.
Acceptus autem est ille annus, hoc est desiderabilis, & iust⁹,
& amabilis: quem accipiunt omnes qui hic operati sunt. Est
autem & tempus dominici aduētus in carne: de quo Paulus 2. Cor. 6.
dicit, Nunc tempus est acceptabile, nunc dies salutis. Porro
vbi hæc legit, dixit, Hodie impleta est scriptura hæc in auri B
bus vestris, manifeste se audientibus commendans quia ipse
sit de quo hæc scripta fuerint. *Et omnes testimonium illi dabāt ac mirabantur super gratia sermonum qui procedebāt ex ore ipsius: dicebantque, Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis, omnino dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura teipsum. Quæcunque audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. Ait autem, Amen dico vobis, nemo propheta acceptus est in patria sua. Sed in ueritate dico vobis: multæ uiduæ erant in diebus Heliæ in Israel quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, quum facta esset fames magna per omnem terram: & ad nullam illarū missus est Helias nisi in Sarephtha Sidonis ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in* 3. Re. 17
Israel sub Heliseo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naa- 4. Re. 5.
man Syrus. Et replēti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et C
insurrexerunt, eiecerunteque illum è ciuitate, & duxerunt illum usq;
ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, ut
precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

Quum audirent turbæ quæ dicebantur à Christo, admirabantur super sermonibus gratiarum. Admirantes autem dicteriis incessebant eum: Nonne hic est fabri filius? Quanuis quid prohiberet ipsum dici admirabilem & adorabilem? Nō Hiere. 5.
vides quanta fecit? non audis quęcūq; dicit? Deinde cōuitiis patrem illius lacessis? Reuera de illis dicere licet, Ecce populus stultus & absque corde: oculi illorum non vident, aures etiam non audiunt. Dominus igitur quid dicit? Omnino dicetis mihi, fac & in patria mirabilia quæ in Capernaum fecisti. Hoc enim est quod dicit, Medice, cura teipsum.

Prouerbium

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Prouerbium enim erat apud Iudæos quod ægrotantibus me
Res maxi dicis dicebatur. At ego dico vobis q̃, feciſſem multa ſigna
mæ ni ſint etiam apud vos patriotas meos: ſed ſcio commune omnium
raræ, cõté prouerbium, quòd conténantur etiam res maximæ, niſi quã
nuntur. raræ fuerint, ſi vulgatæ ſint & quotidianæ, & eis omnes co-
Cur Chri pioſe fruantur. Semper enim ſolent homines rara & admira-
ſtus in Ca bilia curare, deſpicere autem communia & familiaria. Et id-
pernaũ ſi circo nullus propheta in patria ſua precioſus: ſed ſi aliunde
gna faci- veniat, admirabuntur illum. Sic & Heliam Iudæorum vidue
at in Na- non ſuſceperunt: Sarephthana autem ſuſcepit. Et Heliſæus
zareth ue alienigenam leproſum purificauit, fide in illum declarata.
ro non. Nam familiares eius, qui eiuſdem erant patriæ, ei non credi
derunt, & propterea non ſunt purificati. Similiter & ego vo-
E bis patriotis non videor admirabilis, ſed contẽptus: & idcir-
co neq; ſigna facio. His ſanè qui in Capernaum, videor ad-
mirabilis, & ſigna facio, & acceptus eſs ſum. Audiẽtes autẽ
hæc hi q in ſynagoga erãt, implebantur furore. Oportebat
admirari, & præcipitare conãtur. At ipſe per medium illorũ
iuit, non quidem paſſionem fugiens, ſed tempus expectans.
Venit enim vt pro nobis pateretur: ſed nunc in prædicatio-
nis exordio nõ debebat ſe morti exponere: ſed tunc mori cũ
ſufficientibus doctrinis nos docuiſſet. Et ita ex hoc manife-
ſtum eſt quòd neque quum cruci figeretur, inuitus ſit crucifi-
Synago- xus, ſed ſponte mortem obierit. Scias autem quòd propheta-
ga pro- rum patria, ſynagoga Iudæorum eſt, in qua prophetæ deſpi
phetarum cabiles ſunt, & non ſuſcipiuntur: nos autem alienigenæ ſuſci
patria. pimus illos. Vidua enim Eccleſia eſt, quæ ex gentibus colle
F cta, ſuſcepit Heliam, hoc eſt propheticum ſermonem, quum
1. Re. 2. eſſet fames facta in Iudæa, fames inquam audiendi ſermonẽ
dei. De hac ſanè vidua prophetia dicit quòd plures ſunt filii
Eſaiæ. 54 deſertę, quàm eius quæ habet virum: quia ſterilis peperit ſe-
ptem: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.

Et deſcendit in Capernaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat illos
ſabbatis. Et ſtupebant ſuper doctrina eius, quia cum poteſtate erat
ſermo ipſius. Et in ſynagoga erat homo habens ſpiritũ dæ
monis immundi, & exclamauit uoce magna dicens, Eia quid tibi no-
biſcum eſt Ieſu Nazarene? uenisti ad perdendum nos? Scio te qui ſis,
ſanctus ille dei. Et increpauit illum Ieſus dicens, Obmutesce, & exi
ab eo. Et cum proiecisſet illum dæmonium in medium, exiit ab illo, ni-
hilque illi nocuit. Et factus eſt pauor ſuper omnes, & colloquebatur
inter

inter ſeſe dicentes, Quis ſermo hic eſt, quia cum authoritate & pote A
ſtate imperat immundis ſpiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama
de illo in omnem locum undique finitimæ regionis. Poſtquã neq;
ratio neque doctrina ad fidẽ rapuit incredulos, dominus ad
miraculorum operationem ſe conuertit, ceu efficaciſſimum
pharmacum. Miracula igitur operatur in Capernaum. Val-
de enim increduli erant, & multis ad fidem indigebant. id-
circo poſtquam ſatis docuit, & id tanquam poteſtate prædi-
tus (non enim dicebat, Hæc dicit dominus ſed, Ego dico vo
bis: quia non vnus ex prophetis erat, ſed vere dei filius) ſub-
dit etiam miraculum, & ſanat dæmonio agitatum. At dæmõ
inimicitias primùm fatetur, quo teſtimoniũ eius fide digni"
ſit: dein ſubiicit teſtimonium, Scio te qui ſis, ſanctus ille dei.
Prius igitur increpat illũ, Cur veniſti hic perdere nos? Poſt- B
ea adulatur, exiſtimans dominum adulatione fractum fine-
re illum. tam ſtulta res eſt malitia. ſed dominus docens nos
ne vtamur dæmonum teſtimoniis & ſententiis, Obmuteſce
(inquit) & egredere ex illo. Permittit autẽ dæmoni vt proii
ciat hominem, vt diſcerent circunſtantes illum vere habuiſ-
ſe demonium, cuius erant verba, tametſi lingua hominis mi-
niſtraret. Propterea colloquebãtur inter ſeſe omnes admirã
tes de talibus factis. Quis ſermo hic, id eſt mandatum iſtud
quo imperat, Exi ab illo, & obmuteſce? Scias autem quòd &
nunc multi habent dæmonia, qui dæmonum perficiunt con
cupiſcentias, vt iracundus qui habet dæmonium iræ. At ſi ve
nerit Ieſus in ſynagogam, hoc eſt, quum mens fuerit coadu-
nata, & non diuagatur, tunc dicet dæmonio iræ, quæ coerce
ri nequibat, Obmuteſce: & ſtatim proiicit hominem in me- C
dium, & egreditur ex eo. Quid autem ſit in medium proiici,
diſce. Oportet hominem non omnino iracundũ eſſe & ama-
rum (crudelis enim hoc & truculentæ beſtiæ fuerit) neq; om
nino ira carentem (nam hoc inſenſati fuerit) ſed mediam in-
cedere viam, & furorem ſeruare contra malitiam. Quum igi
tur in medium quis à malo ſpiritu proiicitur, relinquitur ab
eo. *Quum ſurrexiſſet autem Ieſus de Synagoga, introiuit in domũ* Mat. 8.
Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur febri magna, & rogaue-
runt illum pro ea. Et ſtans ſupra illam, increpauit febrẽ, & febris
dimiſit illam: ſtatimq; ſurgens, miniſtrabat illis. Quum autem ſol oc-
cideret, omnes qui habebant infirmos morbis uariis, ducebãt illos ad
eum. At ille ſingulis manus imponens, ſanabat eos. Exibãt autem &

D *Dæmonia a multis, clamantia ac dicentia, Tu es Christus filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facto autem die egressus ibat in desertum locū, & turbæ quærebant eum, & uenerunt usque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet*

Christus ab eis: quibus ille ait, *Et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei. nā in hoc missus sum. Et prædicabat in synagogis Galilææ.*

apud Petrū hospitio excipitur.

Dominus omnium à discipulis excipiebatur & pascebatur quemadmodum nunc quoque & apud Petrum hospitio excipitur, & sanat eius socrum: vt & te instruat ne reiicias pauperum modestiam & studium. Non simpliciter autem curat illam à morbo, sed & bonam valetudinem & robur ad ministrandum ei suppeditat. Et nos quoque si illū exceperimus,

E corroborabit nos, ita vt ei ministrare, ualeamus, hoc est facere quæ ei placent. Vide autem obsecro & turbæ fidem, quomodo etiam iam occidente sole infirmos asserebat, neq; tempore impediebatur Non sinit autem dæmonia loqui, tum

Eccle. 15. non indigebat immundorum testimoniis (neque enim speciosa laus in ore peccatoris) tum quòd volebat accendi inuidiam Hebræorum, videntium eum ab omnibus celebrari. Turbæ item quærunt eum etiam in locum desertum abeuntem, & detinent. At ille non vno loco circūscribitur, sed etiā aliis, inquit, ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dei. Vnde opòrtet etiam nos non segnes, neque vno loco contentos esse, sed vbique circumire & prodesse quibusque.

F

CAPVT V.

Factum est autem quum turba immineret ei ut audiret

F *uerbum dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genezareth. Et uidit duas naues stantes ad stagnum: piscatores autem descenderant ex illis, & abluebant retia. Ingressus autem in unam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum ut a terra abduceret pusillum, & sedens docebat de nauicula. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi, Preceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, tamen tuo iussu laxabo rete. Et quum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui essent in*

essent in altera naui, ut uenirent & adiuuarent ipsos. Et uenerunt, at- A *que impleuerunt ambas naues, ita ut mergerentur. Quod quum uideret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens, Discede a me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo fuerant, super captu piscium quem ceperant: similiter autem Iacobum & Iohannem filios Zebedæi, qui erant socii Simoni. Et ait ad Simonem Iesus, Ne metuas, posthac homines capies. Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eū.* Fugit dominus gloriam, quę eum ob hoc magis sequebatur. Igitur vt gente turba in nauim ingreditur, ut vel à naue doceat in littore stantes, omnibus è regione cōparantibus, & nullo à terrā nauis non reliquit irremuneratum, sed bifariam ei benefecit, B quia & multitudinem piscium ei donauit, & discipulum suū fecit. Admirare igitur domini dispensationē, quomodo per propria & familiaria sua quēq; attrahit. sicut magos per stellam, ita & piscatores per pisces. Porro Christi mansuetudinē vide, quomodo obsecret Petrum vt à terra abducat. Rogauit enim, idem est quod obsecrauit, sed & quomodo Petrus morigerus fuerit, ita vt hominem quem non viderat, in nauim suam susceperit, & ei in omnibus obedierit. Nam vt dixit ei quod abduceret, in profundum, non abnuit, neque dixit, Per totam noctē laboraui, & nihil consecutus sum: nunc tibi parērem, & aliis fatigandus laboribus incumberem? Sed ait, In verbo tuo laxabo rete. Adeo feruebat fide etiam ante fidem: vnde & tantos pisces comprehendit, vt illos nō potuerit trahere, & annuerit sociis, hoc est participib⁹ in alia naui. Nu- C tu autem illos vocat, quia propter stuporem magnum loqui nequibat. Porro multa reuerentia Petrus rogat Iesum vt naui excedat, peccatorem seipsum dicens, & indignū illius conuersatione. Hæc etiam per anagogiam si vis intelligas, Nauis est Iudæorum synagoga, & Petrus gerit typum doctorum legis. Laborauerunt autem per totam noctem doctores qui ante Christum fuerunt. Tempus enim ante eius aduentum, nox erat, & nihil comprehenderunt: postquā autem venit Christus, dicisque factus est, Apostoli in locum legisdoctorū surrogati, in uerbo eius, hoc est in præcepto eius laxant rete euangelii, & multitudinem hominū venātur. Soli autem Apostoli nō possunt trahere rete pisciū, annuuntq; sociis suis, & cōmunicant, & cum eis trahunt. Hi autem sunt

Trahēt rete q sit lex soci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D pastores & doctores Ecclesiarum in singulis temporib⁹:qui
Laxare rete. interpretantur & docent Apostolica,trahuntque cum Apostolis,vt piscentur homines. Animaduerte item & dictionē, Laxate rete. Euangelium enim est rete,orationem habēs humilem & pedestrem,& auditorum infirmitatē se attemperātem:& idcirco dicit laxari. Si cui autem & sensuum profunditas significari videatur per laxationē retis,neque ipsum à
Hiere.16 vero abludit Impletur enim & hoc prophetæ qui dicit,Ecce ego mitto piscatores multos,dicit dominus, & postea mittā alios venatores,& venabuntur'illos.piscatores quidem sanctos apostolos vocans:venatores autem eos qui temporibus sequentibus habiti sunt doctores. *Et factum est, quum esset in*
Mat. 8. *quadam ciuitate,& ecce uir plenus lepra,quumque uidisset Iesum, prostratus in faciem rogauit eū dicens,Domine,si uis,potes me mun-*
E *dare.Et protensa manu tetigit eum,dicens,Volo:mundus esto.Et ex-*
festim lepra discessit ab illo.Et ipse præcepit illi ne cuiquam diceret: sed'uade(inquit)ostende teipsum sacerdoti,& offer pro emundatione
Leui.14. *ne tui quæ præcepit Moses in testimonium illis. Peruagabatur autē magis rumor de illo,& conueniebant turbæ multæ ut audirent, & sanarentur ab infirmitatibus suis.Ipse autem agebat in secessu in deserti,& orabat.* Admiratione dignus est leprosus ille, quia dignam deo de Christo opinionē habuit,& dixit,Si vis,potes me mundare. Hoc enim indicat ipsum sententē de Christo vt de deo. Non enim vt ad medicum accesserat (neq; enim
Lepra, morb⁹ im medicabilis. sto lepra à medicis curari potest)sed vt ad deum,cuius solius est sanare id genus morborum. At Iesus tangit illū,nec sine causa,sed quoniam immundus habebatur iuxta legē, qui leprō-
F sum tangebat.volens ostendere quòd nō teneatur ad seruanda tam exigua legis dicta,& quòd ipse sit dominus legis, & quòd mundus non coinquinetur ex eo quod videtur immundum,sed animorum lepra sit quę coinquinat,& ideo tangit interim & hoc indicans,quòd sancta eius caro diuinam habeat virtutē,& purificet ac vinificet, vtpote quæ sit caro verbi dei. Abi autem,inquit,& offer teipsum sacerdoti, & offer munus in testimonium illis. Lex cauebat à sacerdote probā
Vade,ostende te sacerdoti, quo intelli gendum. dos leprosos,qui iudicaret an purificati essent. Et si quidem intra dies septem purificabatur quis,manebat intra ciuitatē: sin minus,eiiciebatur. Et hoc est quod dicit dominus, Vade, ostende te sacerdoti,& offer munus. Quod autē erat munus? Duæ aues. Sed quid est,in testimoniū illis? Hoc est in repre-

henſionem & condēnationem illorum, vt quando condem- A
nant me ceu præuaricatorem legis,ex hoc arguantur me nō
præuaricari hoc, quòd mādarim vt illis offeratur donum ſi-
cut præcepit Moſes. Quomodo autē duæ aues illæ offereban Leuit.13.
tur domino,non intempeſtiuum fuerit dixiſſe. Occidebatur 14.
vna auis,& ſuſcipiebant ſanguinem eius in vaſe teſtaceo no
uo:deinde alterius auis vtræque alæ tingebantur in ſangui-
ne,& ſic demittebatur auis viua. Præfigurabant autem hæc,
res Chriſti. Duæ enim aues,duæ naturæ ſunt Chriſti, diui-
na & humana,quarum vna occiſa eſt,nempe humana,altera
vero dimiſſa.diuina enim impaſſibilis permanſit,iuncta ſan
guini paſſibilis naturæ,& in ſe paſſionem ſuſcipiens. Sāgui
nem autem dominꝰ vas ſuſcepit figulinum nouum, populus B
(inquam)nouus ex Gentibus,noui teſtamenti capax. Vide
autem quod vbi aliquis fuerit purificatus, tunc denique di-
gnus eſt offerre domino donū iſtud,hoc eſt immolare Chri-
ſtum,& ſacrificare. Nam qui leproſus eſt, & immundus ani-
ma,haud dignus fuerit offerre talia dona,hoc eſt offerre cor
pus & ſanguinem domini,quod diuinæ naturæ vnitum eſt.
Vide autem & hoc quomodo ineffabili excellentia Moyſen
præcellat dominus. Moyſes enim ſororem ſuam, quāuis mul Nu. 15.
tum oraret,non potuit ſanare: Dominus vero ſermone ſolo
mundauit leproſum. Obſerua item & humilitatem domini,
quomodo turba deſiderante vt illum tangeret, in ſolitudini
bus magis verſabatur placidus,ac orabat:vt nobis in omni-
bus exemplum præberet & ſeorſim orandi,& gloriam decli
nandi. *Et factum eſt quodam die,& ipſe docebat,erantque phari-* C
ſæi ſedentes,ac legis doctores,qui uenerant ex omni caſtello Gali- Mat.9.
lææ,& Iudææ,& Hieruſalem,& uirtus domini aderat ad ſanādum Mar.2.
eos.Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus,& quærebant eum inferre,& ponere ante illū.Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba,aſcēderunt ſupra teſtum,ac per tegulas demiſerunt eum cum lectulo in medium ante Ieſum. Quorum fidem ut uidit,dixit illi,Homo,remittuntur tibi peccata tua.Et cœperūt cogitare ſcribæ & phariſæi dicētes,Quis eſt is qui loquitur blaſphemias?Quis poteſt remittere peccata,niſi ſolus deus?Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum,reſpondens dixit ad illos,Quid cogitatis in cordibus veſtris?Vtrum eſt facilius dicere,remittuntur tibi peccata,an dicere,ſurge & ambula?Vt autem ſciatis quod filius hominis habeat poteſtatem in terra remittendi peccata,ait paralytico,Ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

D bi dico surge, tolle lectulum tuum, & uade in domum tuam. Isque cõfestim surgens coram illis, tollebat in quo iacuerat, abitque in domum suam, glorificans deum. Et stupor corripuit omnes, & glorificabant deum, & repleti sunt timore, dicentes, Vidimus incredibilia hodie. Oportebat dominum rarius quoddam coram inimicis facere miraculum. proinde sanat hominem difficillimi morbi, vt sanando tantum morbum, sanaret & mirabilem pharisæorum insaniam. Primum igitur animam sanat, dicens, Remittãtur tibi peccata: vt discamus multas infirmitates à peccatis nasci. deinde & corpus sanat, uisa afferentium fide. Sæpe enim alios propter aliorum seruat fidem. Porro pharisæi dicunt, Cur ille loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus deus? Hæc autem dicunt mortis reũ con
Leui. 24 demnantes. Lege enim statutũ, vt blasphemans in deũ mor-
1.Par. 8. te puniretur. Dominus igitur monstrans eis se verum deum, & nõ arrogantia illud à se dictũ, alio signo illis suadet. Sciebat enim quid illi cogitarent. Vnde omnino liquidum, eum esse deum. Dei enim est videre cor. propterea dixit, Quid vobis videtur? facilius ne remittere peccatũ, vel sanare corpus? Omnino iuxta vestram sententiam videtur facilius remittere peccata, vt obscurum, & non reprehensibile, quãuis difficilius sit: sanare autem corpus, difficili° (vt apparet) videtur. quamuis natura facilius: attamen ego & hoc & illud faciam: & idcirco sanabo corp°, quæ res vobis difficilior videtur, vt
Animæ sa credibilem vobis faciam & animæ sanationem, quæ reuera
natio diffi difficilior est, quamuis vobis (quia non videtur) facilis videa
cilior F tur. Vide autem quod super terrã remittantur peccata. Quã-
quàm cor diu enim super terram sumus, poterimus delere peccata no-
poris. stra: at postquam è terra migrauerimus, non vltra nobis ipsis poterimus p cõfessionẽ: clausa em est ianua. Diximus de hac clausula in aliis Euãgelistis vberi°. Et post hæc exiit ac uidit publicanum nomine Leui sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me, Atque is relictis omnibus surgens secutus est eum: & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorũ & aliorum qui cum illis accumbebant. Et murmurabãt scribæ & pharisæi aduersus discipulos eius, dicentes, Quare cum publicanis & peccatoribus & editis & bibitis? Et respondens Iesus dixit ad illos, Non egent qui sani sunt, medico, sed qui male habent. Non uenio uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Matthæus nomen
Cap.9. suum non tegit, sed clarè inuulgat. Vidit Matthæum publicanum

blicanũ Iesus sedentẽ in telonio. Lucas vero & Marcus honorantes Euãgelistam, aliud eius nomen Leui in mediũ propo- Cap.2.
nũt. Admirare autem dei misericordiã, quomodo vasa maligni diripiat. Telones enim vas erat maligni, & malum vas. Sciunt qui experti sunt, q̃ sint importuni exactores. Publica- Publicæ
ni enim sunt qui publica vectigalia emũt, quatenus inde dã- quis.
nosum suis animabus quid lucrẽtur. At nõ solum Matthæum tunc lucratus est, sed etiam alios publicanos cum quibus conuiuabatur, lucratus est dominus. Nam propterea & conuiua illorum fit, vt etiam illos attrahat. Vide autẽ quid dicat pharisæis ipsum reprehendentibus, Non veni (inquit) vocare iu- Rom.3.
stos, hoc est, vos, qui vosipsos iustificatis, sed peccatores veni vocare. Vel aliter, Non veni vocare iustos: nullos enim inuenio, quandoquidem omnes peccant. Quod si possibile esset inuenire iustos, nõ venissem. est autem publicanus omnis, qui mundi domino seruit, & tributa carni dat. Gulosus ventri tributa dat cibos, scortator fœdum congressum, & alius aliud. Quũ igitur illum viderit dñs, hoc est euãgelicus sermo, sedentẽ in telonio, hoc est nõ proficere, neq; procedere neq; moueri ad maiorem malitiã, sed quasi ociosum, tunc resuscitabit à malo, & sequetur ille Iesum, & excipiet in domo animæ dominum. Pharisæi autem arrogantes & dæmones abse- Pharisæ°
cti (pharisæus dicitur qui ab aliis sequestratur) murmurant quod cum peccatoribus comedit. At illi dixerũt ad eum, Quare discipuli Iohannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorũ tui uero edũt & bibunt? Quibus ipse ait, Num potestis facere ut filii thalami, dum cum illis est sponsus, ieiunent? ue- C
nient autem dies, & quum ablatus fuerit ab iis sponsus, ieiunabũt in iis die°. Dicebat aũt similitudinẽ ad illos. Nemo immissurã noui uestimẽti immittit in uestimentũ uetus: alioquin & nouũ rumpit, & ueteri non conuenit immissura ex nouo. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres, alioquin rumpet uinum nouum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. Sed uinum mustum in utres nouos mittendum est, & utraque conseruantur. Et nemo qui biberit uetus, statim uult nouũ. dicit enim, Vetus melius est. Diximus de his in Mat- Cap.9.
thæo, & nũc dicemus succinctius. Apostolos vocat filios thalami. Aduentus enim domini assimilatur nuptiis, eo quòd Ecclesiam in sponsam duxerit. Proinde Apostolos ieiunare non oportebat: discipuli autem Iohannis debebant ieiunare, animirum quia virtutem magister illorum labore parabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Venit enim(inquit)Iohannes neque comedens,neq; bibens,
Mat.11. Discipuli autem mei qui mecum agunt vti cũ verbo dei,non
Inferi° 7 indigent ieiunij vtilitate: quoniam ex mea cõuersatione gra
tiam cõsecuti sunt,& per me custodiuntur. Vbi autẽ ego as-
sumptus fuero, & ipsi ad prædicandum missi fuerint tunc &
ieiunabunt,& orabunt,vtpote ad magna certamina sese præ-
parantes. Vel etiam aliter. Nunc quum infirmi sunt, & à spi-
ritu sancto nondum innouati,veteribus comparãtur vtribus:
haud oportet illos grauiori viuẽdi ratione grauari & onera-
ri,sicut neque veteri vestimento noua addatur immissura. Po
tes sane(vt dixi)per vtres veteres intelligere apostolos, vtpo
te infirmos. Potes etiam pharisæos intelligere,qui vtribus as-
similantur: quasi diceret dominus,Mea quidem doctrina,vi-
E num est nouum: vos autem quum sitis vtres veteres, illud ca-
pere non potestis: sed dicitis, Vetus vinum,hoc est, vetus te-
stamentum,melius est.

CAPVT VI.

Mat.12. Mar.2. *Cecidit autem ut in sabbato secundoprimo transiret per*
sata,ac uellebant discipuli eius spicas,edebantque con-
A *fricantes manibus. Quidam autem pharisæorum dice-*
bant illis, Quid facitis quod non liceat facere in sabba-
tis? Et respondens Iesus ad eos dixit, Ne hoc quidem
1.Re.21. *legistis quod fecit Dauid quum esurisset ipse,& qui cũ illo erant?quo-*
modo intrauit in domum dei,& panes propositionis sumpsit, edit que,
F *ac dedit etiam his qui secum erant: quos non licet edere nisi tantum*
sacerdotibus? Et dicebat illis, Dominus est filius hominis etiam sabba-
ti. Iudæi omne festum sabbatum nominabãt. Sabbatũ enim
Sabbatum quies dicitur. Sæpe igitur occurrebat festum in parasceue, &
Iudæi ólim vocabant parasceuen sabbatum propter festum: deinde quod
festum no proprie est sabbatum, nominabant secundoprimum, eo quod
minabant sequatur festum & sabbatum quod præcesserat. Atque quòd
pharisæi discipulos carpebãt quòd in sabbato vellicarẽt quæ
comedebant euellentes, hoc est, aristas abstrahentes & cõfri-
cantes, hoc est terẽtes manibus, adducit dominus Dauid eũ
rientẽ & comedentẽ panes propositionis, quos proponebant
quotidie. Fugiens enim à Saul veniebat ad Abiathar pontifi-
Panes pro cem, & decepit eũ quasi à rege missus esset in opus quoddam
positionis. necessarium: & esuriens accepit à pontifice etiam panes pro-
positionis,

positionis, quorum duodecim quotidie super sacram mẽsam A
ponebant, sex à dextris, & sex à sinistris. Accepit autẽ & gla-
dium Goliath. Hanc historiam dixit illis dominus, & admo Leuit.28
net eos à facto Dauid. Nam si Dauidem(inquit) honoratis,
quomodo meos condemnatis discipulos? Vel aliter, Filius ho
minis, hoc est, ego, dominus sum sabbati, vt cõditor & factor
& legislator, potestatem habẽs soluẽdi sabbatum. Filius enim Filiꝰ hoīs
hominis non alius vocatus est quàm Christus, qui quum es-
set filius dei, mirabiliter dignatꝰ est filius hominis & fieri &
vocari. At quòd ego & tu dicimur filius hominis, nihil no-
ni. Illum autem dignum est vocari filium hominis, qui mi-
ro modo factus est homo. *Factum est autem in alio sabbato ut*
ingraret in synagogam, ac doceret. Et erat ibi homo, & manus eius
dextra erat arida. Obseruabant autem eum scribæ ac pharisæi an in B
sabbato sanaturus esset, ut inuenirent unde accusarent eum. Ipse ue-
ro sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum ari-
dam, Surge, & sta in medio. Et surgẽs stetit. Ait igitur ad illos Iesus:
Interrogabo uos, utrũ licet sabbatis benefacere, an malefacere? ani-
mam seruare, an perdere? Et circunspectis omnibus dixit homini, Ex-
tende manum tuam. Ille autem fecit, & restituta est manus eius sana
sicut altera. Ipsi autem repleti sunt amentia, & colloquebantur inter
sese quidnam facerent Iesu. Quæ diximus in Matthæo, mani-
festa sunt: nunc autem hoc dicimus, quod aridam manum ha Mat.12.
bet, qui nulla virtutum opera facit. Manus enim, operandi or
ganum est: cui aũt illa aresçit, is omnino ociosus est. Si quis
igitur manũ sanari vult, in sabbato illam sanctificet. Neque
enim potest quis opera virtutum facere, nisi prius à malitia C
cesset. Declina enim(inquit)primò à malo, & tunc fac bonũ. Psal.36.
Itaque quando sabbatum agis, hoc est, ociosus es ab operibus
malis, tunc extendas manum ad opera virtutum, & restitue-
tur ipsa. Et merito dixit, restituta est. Fuit enim quando hu-
mana natura habebat vim operandi bonum ac malum, hoc
est operandi efficaciam sanam: sed posteaquàm perdita fuit,
gratia Christi illam iterum recepit, & ad priorem sanitatem
restituta est. *Factum est autem in illis diebus, exiit in mõtem ad* Mat. 10.
orandum, eratque pernoctans in deprecatione dei. Et quum dies fa-
ctus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis,
quos & Apostolos nominauit: Simonem, quem & Petrum nominauit,
& Andream fratrem eius, & Iacobum, & Iohannem, Philippum, &
Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi filium, &
Simonem

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Simonem qui uocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariõ
tem, qui idem fuit proditor. Et descendens cum illis stetit in loco cam-
pestri, turbaque discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ex o-
mni Iudæa & Hierusalem, & a maritima Tyro & Sidone: qui uene-
rant ut audirẽt eum, & sanarentur a morbis suis: & qui uexaban-
tur a spiritibus immundis, sanabantur. Et omnis turba quærebat eum
Iohã.13. tangere, quia uirtus ab illo exibat, & sanabat omnes. Dominus
docet nos vt opa sua imitemur, & sicut ipse fecit, ita & nos fa
ciamus Ecce oraturus erat, & ascendit in montem. E tenim
Pernoctã- oportet etiam nos à negociis ociosos orare, & non in medio
dũ in ora- multorũ, sed pernoctantes, ne statim vt cœperimus cessemus.
tione. Post orationem autem elegit discipulos, vt doceat etiam nos
quando quempiam in spirituale ministerium sumus ordinatu
E ri, cum præcibus hoc faciamus, vt doctis à deo & ab illo pe-
tentibus reuelet quis idoneus sit. Assumpsit ergo duodecim,
descenditque cum illis de monte, vt eos qui ex vrbibus vene-
rant, sanet, & geminis beneficiis prosequatur, in anima scilli-
cet ac corpore. Audi enim quid dicat, Venerunt vt audirẽt
eum quod ad animæ curam pertinebat: & sanarentur à mor-
bis suis, hoc de corporibus dicit. Etenim virtus ab illo egre-
diebatur, & sanabat omnes. Nam prophetæ & alij sancti non
habebant virtutem à se egredientem. Non enim fuerunt fon
tes virtutum. At dominus habuit virtutem à se egredientem,
quandoquidem ipse fons virtutum. Et ita prophetæ ac sancti
virtutem suam superne acceperũt. Et ipse attollens oculos suos
Mat.5. in discipulos, dicebat: beati pauperes, quia uestrum est regnum dei.
F Beati qui esurítis nunc, quia saturabimini. Beati qui fletis nunc quia
ridebitis. Beati eritis quum uos oderint homines, & separauerint
uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tãquam malum,
propter filium hominis, Gaudete in illo die & exultate: ecce enim
merces uestra multa est in cælis. secundum hæc enim faciebant pro-
Amos. 6. phetis patres eorum. Veruntamen uæ uobis diuitibus, qui habetis con
Eccle. 31. solationem uestram. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uo
bis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ quum laudauerint
uos omnes homines. secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis
patres eorum. Postquàm ordinauit discipulos, per beatitu-
dines & doctrinas in ordinem magis spiritualem inducit ac
componit. Nam ad illos se vertens, sermonẽ facit. Et primum
beatos dicit pauperes, siue humiles itelligere volueris, siue à
pecuniæ cupiditate alienos. Et ões beatitudines simpliciter
frugalitatem

frugalitatem nos docent ac humilitatem, & contemptum ac A
opprobria ferenda: quemadmodum & væ dirigit in diuites
huius seculi, quos & consolationem habere dicit, hoc est, hic
in præsenti seculo lętitiam accipere, & ridere, & in deliciis ac
laudibus clatos viuere. Horreamus fratres, quia vę habẽt qui
ab hominibus laudantur. Decet quidem vt & ab hominibus
laudemur, sed prius à deo. Sed uobis dico qui auditis, Diligite
inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt. Benedicite maledi-
centibus uobis, & orate pro calumniantibus uos. Percutienti te in ma
xillam, præbe & alteram: & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam noli
tunicam prohibere. Omni autem exigenti abs te, tribue: & ab eo qui
aufert quæ tua sunt, ne reposcas: & prout uultis ut faciant uobis ho-
mines, uos quoque facite illis similiter. Et si diligitis eos qui uos dili-
gunt, quæ uobis est gratia? Nam & peccatores eos a quibus diligun- B
tur, diligunt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quæ uobis
est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dede-
ritis his a quibus speratis uos recepturos, quæ gratia est uobis?
Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, ut recipiant paria.
Quinimo diligite inimicos uestros, & benefacite, & mutuum da- Exod.22.
te, nihil inde sperantes: & erit merces uestra multa, & eritis filii
altissimi: quia ipse benignus est erga ingratos & malos. Estote ergo
misericordes, sicut & pater uester misericors est. Quoniam Apo
stoli ad prædicandum mittendi erant, & expectabantur mul
ti persequutores & insidiatores: si igitur apostoli in persecu-
tione sua dolentes, ad vindicandum eos qui se offenderant,
conuersi fuissent, siluissentq; & nõ docuissent, extinctus vti-
que fuisset sol euangelij: propterea dominus anticipans ad- C
monet discipulos ne vindictam de inimicis sumant, sed o- Nõ sumẽ-
mnia quæ eueniunt, fortiter ferant, quanuis quidam iniuria da uindi-
afficiant, quanuis irreligiose insidientur, sicut & ipse in cruce ctã.
faciebat dicẽs, Pater, dimitte eis. nesciunt enim quid faciunt. Infra.23.
Deinde ne apostoli dicere possint impossibile esse præceptũ
diligẽdi inimicos, dicit, Quod tibi vis fieri, hoc & aliis facito:
& esto talis aliis, quales alios tibi esse vis. Si qdẽ duros & in- Lex natu
cõpatiẽtes & iracudos nolueris esse tibi inimicos, esto & tu ta- ræ cordi-
lis. sin illos volueris esse bonos, & cõpatiẽtes, & iniuriarũ ime butinseri-
mores, ne impossibile credas esse qp & tu talis fias. Vides legẽ pta hoim.
naturalẽ i cordib⁹ nostris iscriptã? Sic & dñs dixit, In dieb⁹ Hiere. 31
illis dabo legex meas in mẽtẽ illorũ, & in cor illorũ inscribã.
Postea & alia necessitate nos vrget, Si diligitis eos qui vo-
bis benefa-

D bis benefaciunt, similes estis peccatoribus & gentilibus. Sin diligitis eos qui vobis malefaciunt, similes estis deo, qui est bonus ingratis & malis. Vtrum igitur deo vel peccatoribus similes fieri vultis? Vides diuinam doctrinam? Primum à naturali lege te docuit: Nam quod tu tibi vis fieri, hoc etiam alteri fac. Deinde & à fine ac mercede mercedem enim pollicetur vobis, quòd similes fiatis deo. *Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Nolite cõdemnare, & non condẽnabimini. Remittite, & remittetur uobis. Date, & dabitur uobis. Mensuram bonam & confertam & concussam atq; exũdantem dabunt in sinum uestrum. Eadem*
Matt. 7. *quippe mensura qua metimini, metientur alii uobis. Dicebat autem illis similitudinem, Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nõne ambo*
in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistrum suum. perfectus
E *autem omnis erit, si sit sicut magister ipsius.* Omnem morbũ difficilem ab animabus nostris amouet dominus: radicẽ dico in
Suspicio, malorum radix. spicionis. Nam qui seipsum non considerat, & solum attẽdit res proximi, illasque taxare vult, certum quòd suspicione capitur, & obliuiscitur sui. Omnino enim de se quòd non peccet sentit, & propterea alios peccantes reprehendit. Igitur si vis incondemnatus esse, ne condemnes alios. Die enim quæso, quare condemnas alium vt prævaricantem diuinas leges? An nõ & tu prevaricaris diuinam legem? Vt taceam de aliis peccatis, certe in illo ipso quòd alios iudicas, peccas. Etenim
Roma. 2. diuina lex præcipit tibi ne iudices fratrem. Et ita etiã tu prevaricaris legem. Et quum prevaricator es, non debes iudicare alium vt prævaricatorem. Iudicẽ enim superiorem esse o-
F portet natura peccãte. Remitte igitur, & remittetur tibi: da, & dabitur tibi. Mensuram enim bonam, confertam & concussam & exundantem dabunt in sinũ vestrũ. Non enim parce remetietur dominus, sed opulente. Sicut igitur mensurus fari nam accumulas, concutis, exundaréque facis, si quidem absque parsimonia metiri vis: ita & dominus mensuram magnã & exundãtem dabit tibi. Hic forte acutior quispiam quæsierit, quomodo postquã dixit, qua mensura metimini, metientur vobis & alij, iterum dicit quòd mensura exundet? quomodo mensura hæc eadem est? Dicimus itaque non esse dictum quòd tanta mensura metientur vobis & alij, sed eadẽ. si quidem dixisset tanta mensura, tunc non defuisset difficultas & contrarietas sermoni. Dicit igitur dominus quòd si benefeceris, benefiet etiam tibi: sicut & in condemnatione dixit.

Qui

Qui enim condemnat, & postea condemnatur, eandem men A
suram recipit: qui autẽ plus condemnatur quàm condemnauit, iuxta illud, exundantem habet mensuram. Hæc dixit dominus à condemnatione nos prohibens. Dicit autem & parabolã nobis, hoc est exemplũ. Die enim quæso, inquit, nonne alterum iudicans, & ipse eadem peccans, comparatus est cæco cæcum ducenti? Nam si alium condemnas, & ipse in eadẽ iocidis peccata, vterque cæci estis: & videris quidem illi dux esse ad bonum, eo quòd condemnas: nõ es autem dux. Quomodo enim ille à te ad bonum inducetur, quum & tu labaris? Non est enim discipulus super magistrum. Si igitur tu qui vi Ioan. 13.
deris esse dux, laberis: omnibus modis cadet etiam qui docetur ac ducitur. Elaboratus enim discipulus, hoc est perfectus erit, si sit sicut magister eius. Hæc dicit etiam vt ne condem- B
nẽtur hi qui sunt inferiores nobis, si videantur peccare. Subdit quoque & aliud eiusdem argumenti. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo proprio est, nõ animaduertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eiiciã festucã quæ in oculo tuo est: ipse in oculo tuo trabẽ non vides? Hypocrita, eiice primũ trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies ut eiicias festucam quæ est in oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quæ facit fructum malum: neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæq; enim arbor ex fructu suo agnoscitur. Neque enim è spinis colligunt ficus, neque è rubo uindemiant uuam. Bonus homo ex bono the* Matt. 12.
sauro cordis sui profert bonum, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia enim cordis loquitur os eius.
Quid autem vides, inquit, festucam, hoc est paruum peccatũ C
fratris tui, trabem autem magnum peccatum tuũ non aduertis? Hoc autem omnibus dici potest, & maxime doctoribus & principibus, qui subditorum peccata quanuis parua puniunt: sua autem etiam maxima impunita sinunt. Idcirco illos & hypocritas vocat dominus. Sunt alij quidem apparentes, dum aliorum peccata puniunt: in hoc enim iusti apparent. Alij autem sunt, ex eo ꝙ & ipsi grauius peccent. Postea etiã & exemplo confirmat sermonem suum. Sicut, inquit, non est arbor bona quę facit fructum putrem, neq; arbor putris quæ facit fructum bonum: ita & qui alios castigare & corrigere, & ad bonum transferre attentat, non fuerit malus: si autem malus fuerit, alios non faciet meliores. Vniuscuiusque enim cor thesaurus est: & si quidem bona habeat, etiam homo bonus est, &

D nus est, & bona loquitur: sin vero malis cor plenum fuerit, etiam homo malus est, & mala loquitur. Potes autem hæc & de pharisæis sic intelligere. Ad illos enim sermonẽ dirigens inquit, Eiice primùm trabem ex oculo tuo, & tunc festucam
Mat. 23. quę est in oculo fratris tui: sicut etiam alibi dicit, Camelum glutientes, & culicem excolantes. Quomodo igitur vos pharisęi qui estis arbores putres, poteritis fructus bonos afferre? Vester enim sermo semper putris est, sicut & vita. Nam dicit ex abundantia cordis. Quomodo igitur alios corrigetis, & aliorum peccata punietis, ipsi grauius peccantes? *Quid autẽ uocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico? Quisquis uenit*
E *ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis sit: Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi, & non potuit eã mouere. fundata enim erat super petrã. Qui autem audiuit, & non fecit, similis est homini qui ædificauit domum suam super petram absq; fundamento, in quam illisus est fluuius, & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna.*
Tit. 1. Et hoc necessariò nobis dicitur, qui ore quidem Christũ confitemur, opere autẽ negamus. Si enim dominus sum, inquit, omnino vestrum est facere ea quę sunt seruorum. Serui enim opus est rectè facere quod dominus imperat. Deinde dicit nobis quid lucretur se audiens, & non solum audiens, sed & faciens. Similis est enim homini ædificanti, qui ædificauit su
1. Cor. 10 per petrã. Petra igitur est Christus, sicut apostolus testatur. Fodit autem in profundum, qui nõ superficialiter sermones
F scripturæ accipit, sed scrutatur profunda illarum in spiritu. Talis igitur & supra petram fundat, & deinde facta tempestate, hoc est persequutione vel tentatione, illidit flumen domui illi, tentator, siue dęmon, siue homo, & non valet mouere illam. Flumini sanè tentans ille homo confertur, & valde merito. Sicut enim flumen inundare facit aqua quæ super ne decidit, ita & tentantem illum hominem satanas, qui è supernis cecidit, excęcare facit. Domus autem eorum qui nõ faciunt sermonem domini, cadit, & fit ruina domus illius magna. Magna enim ruina est eorũ qui audiunt & non faciunt. Nam qui non audit, & non facit, non tam grauiter cadit. qui autem audit, & non facit, grauius peccat.

CAPVT

CAPVT VII. A

Vum autem consummasset omnia uerba sua audiente populo, intrauit Capernaũ. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens agebat animam, qui illi erat charus. Qui audisset autẽ de Iesu, misit ad eũ seniores Iudæorũ, rogãs eũ ut ueniret & seruaret seruũ suũ. At illi quũ uenissent ad Iesum, rogabãt eũ studiosè, dicẽtes, Dignus est ut hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et quum iam non longe abesset à domo, misit ad eũ Centurio amicos, dicens ei, Domine, noli uexari: non enim sum dignus ut sub tectum meũ intres. quapropter nec dignum meipsum arbitratus sum ut uenirem ad te: sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate B *constitutus, habens sub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alteri, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Auditis enim his Iesus miratus est eũ, & conuersus sequenti se turbæ dixit, Dico uobis, ne in Israel quidem tãtam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant, in domum, inuenerunt seruum qui languerat, sanum.* Idem est hic cum illo quẽ Matthęus ponit, etiam si nõ dicat Matthæus ℘ Mat. 8.
miserit Iudæos rogantes & orantes illũ. Verisimile enim est ℘ primùm miserit Iudæos, deinde etiam ipse venerit. Quod igitur prætermisit Matthæus, hoc dicit Lucas. Fortassis & Iudæi inuidia tabescẽtes non permiserunt Centurionem ad pedes Iesu venire. fuisset enim hoc in gloriam Iesu. Deniq; ipse
C vrgente necessitate accessit ad Iesum. Sed forte iterũ quis interrogarit, Quomodo igitur Matthæus dicit ℘ ille propria voce obsecrarit vt veniret Iesus, Lucas vero hoc loco dicit ℘ amici obsecrarint eum ne veniat? Dicendum itaque quòd nihil nouum etiã alios mittere, & per se venire, & dicere ac deprecari ne veniat. Digna enim viri fides est quam admiremur, indignum se vocantis aduentu Iesu. Idcirco & dominus dicit quòd neq; in Israelitico populo tantã fidem inuenerit. Gentilis enim erat Centurio, forsitan ex Romanorũ cohortibus. Cęturio quoq; omnis mens est quę pręest multis in malitia, cui per vitam multa sunt negocia, & habet seruum ęgro tantem, partem animæ rationis expertem, iram dico & concupiscentiam. ordinata enim sunt hæc vt seruiant. & accersit mittitq; ad illum intercessores Iudæos, hoc est cogitationes confessionis & orationis. Iudas enim interpretatur cõfessio. Iudas.

Nonne

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Nonne enim confessionis & humilitatis verba sunt, Nó sum dignus vt ingrediaris sub tectum meum, &c. Itaq; quum hęc credidertt in Iesum, statim recipit seruum suũ sanũ, itã dico & concupiscentiam *Et factum est, deinceps ibat in ciuitatem quæ uocatur Nain: & ibant cum eo discipuli eius multi, turbaque copiosa. Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, defunctus efferebatur filius unicus matri suæ: & hæc uidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam quum uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere. Et accessit, tetigitque loculum. Porro qui portabant, substiterunt. Et ait, Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & glorificabant deum, dicentes: Propheta magnus surrexit inter nos, & deus uisitauit plebem suam.* Postquam Centurionis seruum etiam absens sanauit, aliud ratius facit E miraculum, vt ne quis dicat, Et quid noui in hoc seruo contigit. Fortassis alioqui non fuisset mortuus, propterea mortuũ illum qui efferebatur, suscitat. Non solum autem verbo facit miraculum, sed & loculum tangit: vt discamus quòd corpus

Caro christi uiuificea.

eius corpus viuificum sit. Quoniam enim caro eius facta est propria verbi omnia viuificantis, propterea viuifica est & ipsa, tollitq; mortem, & corruptionem. Porro resedit mortuus, & cœpit loqui, vt ne apparenter tantũ quibusdam suscitatus videatur. Nam veræ resurrectionis signũ fuit, residere & loqui. Inanimatum enim corpus neq; residere neque loqui potest. Viduam autem intelligas & animam, quæ virum suum,

Matt. 21.

verbum dei, qui bonum seminat semen, misit: filius vero eius, mens, mortua est, & effertur extra supernam ciuitatem Hie-
F rusalem. regio enim viuentium illa est. Proinde dominus misericordia motus tangit loculum loculus mentis est corpus. Sepulchrum enim & loculus corpus est. vnde & Græci cor-

σῶμα, corpus.

pus σῶμα vocãt, quasi σῆμα, hoc est sepulchrum. Tacto autẽ corpore dominus suscitat mentẽ iuuenẽ & fortẽ illam faciẽs, quæ residet, & vt suscitata fuerit à sepulchro peccati, incipit loqui, hoc est, docere alios. Quandiu enim in peccato detinetur, non audet docere & loqui. quis enim ei crederet? *Et exiit*

Matt. 11.

hic rumor in uniuersam Iudæam de eo, & omnem finitimam regionem. & nũciauerunt Iohanni discipuli ipsius de his omnibus. Et cõuocauit duos de discipulis suis Iohannes, misit ad Iesum, dicens, Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Quum autem uenissent ad eum uiri, dixerunt, Iohannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es ille qui uenturus

uenturus est, an alium expectamus? In eadem autem hora multos curauit à morbis ac plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit uisum. Et respondens dixit illi, Euntes renunciate Iohanni quæ uidistis & audistis, quòd cæci uideant, claudi ambulent, leprosi mundentur, surdi audiant, mortui resurgant, pauperibus annuncietur euangelium: & beatus est quicunq; non fuerit offensus per me. Et quum discessissent nuncii Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbas, Quid existis in desertum ut uideretis? arundinem quæ uento agitatur? Sed quid existis uisuri? hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui uestitu splendido uestiuntur, & in deliciis agunt, in aulis regũ sunt. Sed quid existis ad uidendum? prophetam? Vtiq; dico uobis, & plusquàm prophetã. Hic est de quo scriptũ est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Dico enim uobis, Maior inter natos mulierũ propheta Iohanne Baptista nemo est: attamen qui minor est in regno dei, maior est illo. Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt deũ, baptizati baptismo Iohannis. pharisæi autem & legisperiti consilium dei spreuerunt aduersus semetipsos, non baptizati ab eo. Increbuit per totã Iudæam miraculum quod in Nain factũ, auditum etiam est à discipulis Iohãnis, quos grauabãt laudes Christi, vtpote imperfectos. Itaq; Iohãnes volens eis demonstrare magnitudinem Christi, & quantum se præcelleret, rem hanc comminiscitur, & nihil quidem dicit discipulis de Christo definiens, sed simulãs se ignorantem, mittit illos, vt visis miraculis confirmentur in fide ex operibus ipsis dominũ esse Christum, & seruum Iohannem. Ne igitur credas quòd Iohannes vere ignorans misit ad Christum discipulos interrogãtes. Quomodo enim, C quum & ante natiuitatem in vtero matris exultarit agnoscẽs illum, & in Iordane testificatus sit eum esse filium dei? Mittit igitur discipulos interrogans, dicens eis vt interrogent Iesum, Tu es ille venturus? Vides quomodo discipulos inducat gratã, Tu vt credant quòd deus sit Iesus. Prophetæ enim missi dicuntur, & ipse Iohãnes, sicut testatur euangelista, fuit homo missus à deo: dominus vero venturus. In potestate enim venit, non mutus. Tu igitur, dicit, es qui expectabatur vt veniret in mundum? Quidam autem venturum in infernum intelligunt, vt quod dicitur, hunc sensum habeat, Tu es qui venturus es ad infernum: Quid igitur dominus? Sciens scopum & mentem Iohannis quare misisset illos, vt viderent quæ facerent, & ex illis cõfirmarentur, propterea ad se missis dicit, Re-

Iohannes cur misserit interrogatum.

Supra. 1. Iohan. 1.

et quætus.

D nunciate quę videris. Deinde enumerat miraculorum opera, quę & per prophetas annũciata fuerant. Nam quòd cæci vident, & claudi ambulant, & pauperibus annunciatur euangelium, in Esaia scriptum est. Deinde dicit, Et beatus qui nõ
Esai.35. offensus fuerit in me. quasi ita dicens eis, Et vos beati, si non fueritis offensi in me. Quoniam antè verisimile erat multos fuisse offensos in Iohanne, qui tantũ testimonium perhibuisset de christo, & nunc misisset illos ad rogandum num esset vẽturus ille, propterea dicit turbis Christus, Ne quid tale suspicemini de Iohanne. Neq; enim arundo est, quę nunc huc, nunc illuc moueatur, & nũc quidem testificetur de me, nunc autem ignoret me. Nam si fuisset talis, cuius gratia exiuistis in desertum vt videretis eum? Sed neque animum suũ deliciis corrupit. vestis enim eius declarat deliciis eum superio
E rem esse. Etenim si arrisissent ei deliciæ, in palatiis vixisset. Sed prophetã illum dicitis. Vtiq; dico vobis, maior est prophetis. Nam alij de Christo tantum prędixerunt, hic etiam & vidit, & mõstrauit dicens, Ecce agnus ille dei. Et alij quidem prophetę prophetizarunt postquã egressi ex veteris mãtrum: hic autem antequã exiret de vtero, agnouit dominum, & exultauit. Post hęc affert & prophetam testem. dicit enim,
Malae.3. Hic est de quo scriptum est, Ecce mittam angelum meum. Angelus enim Iohannes fuit, fortassis quòd angelicam vitam & non carnalem sed spiritualem egerit, fortassis etiam quòd aduentum saluatoris nunciarit. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne. Præfert aliis omnibus præcursorem. Deinde quasi quis dixisset, an & te
F maior ille est? subdit. Ego aũt qui minor illo sum, maior sum in regno cælorum. Habeor enim vt qui minor illo sim, propter ætatem, & propter genus, & propter gloriam, sed in regno cælorum maior illo sum, hoc est, in omnibus diuinis & spiritualibus. Proinde omnis populus qui audierat Iohannẽ, iustificauit deum, hoc est, honorauerunt deum, eò quòd pro-
Inter filios mulierum, quomodo à quibusdã fit intellectum. phetam illum ipsi suscepissent: pharisæi autem non honorauerunt deum, nõ suscepto Iohanne. Quidam autem, Inter filios mulierum, sic intellexerunt, quod bene dixerit mulierũ. ita enim excepit seipsum, quandoquidem de virgine fuerit natus, non de muliere virum experta. Et quod dicit, minor in regno cælorum, aliter intellexerunt. Minor in vita Christiana, maior est iusto iuxta legem, vt Iohannes iuxta iustitiam legis

tiam legis erat irreprehẽsibilis. Si quis autem inuenfatur baptizatus quidem, nondum autem malũ quoddam vel bonum A
operatus fuerit, hic minimus est in regno cælorum, hoc est in prædicatione Christi: attamen maior est non baptizato, quanuis ille in lege iustus fuerit. Vel aliter, Sis licet minime carnalis, & ferme Iohannes alter, attamen in carne (ait) adhuc es: & propterea minimus in resurrectione, quam regnũ cælorum esse dicit, maior te est. Tunc enim ab incorruptione omni liberi, non vltra iuxta carnem ambulabimus. Et qui tunc paruus, maior est eo qui nunc quidem est iustus, sed carnem adhuc gestat. *Ait autem dominus, Cui ergo similes dicã homines generationis huius? & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & accelamantibus inter se, ac dicentibus, Cantauimus uobis tibijs, & non saltastis: cecinimus uobis lugubria, & non plorastis. Venit enim Iohannes Baptista neque edens panem, neq; bibens uinum, & dicitis, Dæmonium habet. Venit filius hominis edens ac bibẽs, Et dicitis, Ecce homo edax, & uini potor, amicus publicanorũ ac peccatorũ. Et iustificata est sapientia à filiis suis oĩbus.* Erat quoddam ludi genus apud Iudæos. In partes enim duas pueri multi diuidebantur, & quasi vltam deridebant. alij ex vna parte lamentabantur: alij ex altera tibiis canebant, & neque lugentes curabant: hi qui ex altera parte, neq; tibicines eos qui lugebant, curabant. Taxat igitur dominus pharisæos, qui neq; lugebant cum Iohanne lugubrem vitam agente, & pœnitentiam introducente, neq; eum imitabantur: neque obtemperabant Iesu, vitam prę se ferenti ciuiliorem: sed ambos repellebant, nec lugentes cum Iohanne lugente. neque concinen C
tes cum Iesu tibiis canente, hoc est remissiore. Et iustificata est sapientia, hoc est honorata, non à pharisæis, sed à filiis suis, id est his qui susceperunt Iesum & Iohannem.

Rogabat autem illum quidam è pharisæis ut caperet cibum cum ipso. Et ingressus domum pharisæi accubuit: & ecce mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quòd Iesus accubuisset in domo pharisæi, attulit alabastrum unguenti stansq; ad pedes eius à tergo flens, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui extergebat, & deosculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem pharisæus qui uocauerat, ait intra se dicens, Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit ipsum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magister dic. Duo debitores erãt cuidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

D creditori. unus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta. quum autem illi non essent soluendo, condonauit utrisque. horũ igitur dic uter eum plus diliget? Respondens Simon dixit, Existimo quòd is cui plus condonauit. At ille dixit ei, Recte iudicasti Videtur hic pharisęus non rectam habuisse sentẽtiam, sed dolosus fuisse. Nam & hypocritæ sermo erat quum diceret, Si esset hic propheta, & ita non credidit, quia hæc loquebatur. Dominus ta
Ioh. 11. 12 men quanuis sciret eum non esse candidum, ingressus est ad
Matt 26 eum, & comedit cũ eo, docens per hoc nos omnino ꝙ nos sim
Mar. 16. plices exhibeamus erga eos qui dolose nobiscũ agunt. Quæ-
Tres sunt tunt autem multi quot fuerint mulieres quæ vnxerint domi-
Marlæum num unguento. Et alij quidem dicunt ꝙ duæ fuerũt, vna sci-
gentes do licet apud Iohannẽ, quę fuit soror Lazari, & alia apud Mat-
minũ. E theum & Marcum, & nũc apud Lucam. Ego autem credo his qui dicunt tres esse, vnam quidem apud Iohannem ante sex dies paschæ, quę & soror fuit Lazari: aliam autem apud Matheum & Marcũ, ante duos dies paschæ, & tertiam illam de qua nunc Lucas, quæ in media euãgelij prædicatione dominum vnxit Neq; mirũ est quòd illa ante passionem hoc fecerit, & inde illæ vel ad huius imitationem, siue alia de causa circiter passionem idem fecerint. Quanuis autem & his qui apud Matthęum cõmemoratur, & cuius nunc fit mentio, eodem Simonis nomine vocentur, haud mirum fuerit. Sæpe enim multi idem nomen sortiuntur. At ille fuit leprosus, sed hic non. Et ille quidem sanatus à lepra in gratiaru actionem vocauit dominum, hic autẽ neq; leprosus, neq; gratias refe-
F rens. Et ille quidem nihil dixit: hic autem obmurmurauit, & condemnauit in hoc tam Iesum quàm mulierem: hanc vt peccatricem, illum vt misericordem. O arrogantiam. Vere pharisæus homo. Sed dominus rogans illum in parabolis, in medium producit debitores duos, latenterque & illum debitorem esse insinuat. Et parum quidem debere videbatur, sed non parum debebat. Itaque neque tu potes dare etiam minus debitum; nõ enim habes confessionem superbia inflatus: neque mulier. Vtrisq; igitur remittet. Et vter plus diliget? Omnino cui multa dimissa sunt. Et quum hæc dixisset, obmutescere fecit arrogantem. *Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intrani in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui extersit. Osculũ mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrani, non*

non cessauit deosculari pedes meos. Oleo caput meũ non unxisti, hæc A *autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittantur peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus remittitur, is minus diligit. Dixit autem ad illam, Remittantur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intrà se, Quis est hic, qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua saluam te fecit, uade in pace.* Ostendit dominus Simonem & arrogantem & insipientẽ fuisse. Arrogantem quidem ac contumeliosum, quandoquidem etiam ipse homo existens, hominem propter peccata condemnabat. Insipientẽ verò, quandoquidem non cogitabat quanta fidei & charitatis signa illa præ se ferret. Oportebat illam suscipere, non repellere. Idcir co reprehendit eum dominus, vtpote condemnantem eã quę tanta fecit, quanta nec ipse: immo longè inferiora fecit Si- B mon: quasi diceret, Tu quidem neque aquam ad abluendum pulnerem pedum proposuisti, illa autem lachrymis riganit. Tu faciem meam non es deosculatus, illa & pedes meos deosculata est Tu item neque oleum, illa vero vnguentum effudit. Vnde quia dixisti quòd non sim propheta, ex eo quòd non cognouerim hanc esse peccatricem, ecce reprehendo ea quæ in corde tuo, vt cognoscas quòd sicut occulta tua scio, multo magis illa sciam, quæ & multi alij sciunt. Remittantur igitur peccata illi, quia dilexit multum, hoc est magnam præ se tulit fidem. Denique & qui simul accubuerant, etiam Dilectio ipsi obmurmurant, non cogitantes, quod iam ad Simonem *pro maxi-* dixerat, veti similiter dictum & ad ipsos. Dominus vero com *ma fide.* primens murmur illorum, & ostendere volens quòd sua quẽ- C que fides saluum faciat, non dixit, Vade mulier, ego te seruo, vt ne maiori inuidia capiantur: sed, fides tua. Hoc dixit, vt dicebam, tum quò inuidiam illorum minueret, tum vt & illos ad credendum induceret, discentes salutem ex fide esse. Cæterum quod inquit, Vade in pace, hoc est, in iustitiam. pax enim iustitia est, sicut peccatum inimicitiæ cum deo. Vide autem quòd postquam remisit ei peccata, non contentus est remisisse peccata, nisi adiecisset & operationem boni. Vade in pace, id est, fac ea quæ te deo conciliant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT VIII.

D *T factũ est deinceps, & ipse iter faciebat per singu-*
las ciuitates & castella prædicãs & annuncians re-
E *gnum dei, & duodecim cũ illo, simulq; mulieres ali-*
quæ quæ erant sanatæ à spiritibus malis, & infirmi-
tatibus: Maria quæ uocatur Magdalene, de qua se-
ptem dæmonia exierãt, & Iohanna uxor Chuzæ procuratoris Hero-
dis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus
suis. Qui cælitus descenderat vt figura & exemplar fieret no
bis in omnibus, docet nos ne pigri simus ad docendum, sed
circumeamus per omnia loca, & prædicemus. Quęcunque e-
nim fecit, in admonitionem nostri fecit. Transiit itaque per
singulas ciuitates & castella, duodecimque discipulos cohi-
E buit ne docerent vel prædicarent, vt discerent à se & postea
docerent tam ea quæ docuerat, quàm quę fecerat. Porrò prę-
dicauit dominus non bona terrena, sed regnum cælorum.
Et quem alium decuisset prædicare superna, quàm eum qui è
supernis descendit? Idcirco & nullus prophetarum regnum
cælorũ prædicauit. Quę enim nõ viderãt, quo pacto prędicat
sent? Propterea & præcursor dicebat, Qui de terra est de terra
Iohan. 3. loquitur: q̃ è supernis venit, quod vidit testatur. Sequutę autẽ
sunt eum mulieres, vt discas q̃ neq; fœminas sua infirmitas
à comitatu Christi prohibeat. Vide itẽ quomodo & quę diui
tes erant, oĩbus neglectis paupertatẽ cum Christo & q̃ Chri
sto delegerint. Nã q̃ diuites fuerint, audi, quia ministrarunt
dño de facultatibus suis, nõ de alienis opibus, & iniuste par-
F tis, vti multi solent. Iam per septem dæmonia quę de illa ele-
cta fuerunt, quidam intelligunt multa. In scripturis enim
pro multis septem accipi solet. Fortassis autem dixerit quis,
Septẽ pro multis. q̃ sicut sunt septẽ spiritus virtutis, ita sunt è diuerso septẽ spi
ritus malitiæ, vt sicut est spiritus timoris dei, ita & ediuer
so spiritus cõtẽptus dei & impietatis. Est spiritus intellectus,
est è diuerso spiritus hebetudinis intellectu carentis, & sic
de aliis. Itaque nisi eiiciantur septem spiritus malitiæ ab a-
nima, non potest quis sequi Christum. Oportet enim pri-
mum eiici dæmonem, & tunc inhabitare Christum. *Cum*
Matt. 4. *autem turba plurima conueniret, & è singulis ciuitatibus properа-*
rent ad eũ, dixit per similitudinẽ, Exiit qui seminat seminare, & se-
minando semen suum: & inter seminãdum, aliud cecidit circa uiã, &
cõculcatũ est, & uolucres cæli comederũt illud. Et aliud cecidit super
petrã, &

petrã, & enatum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud ceci- A
dit inter spinas, & simul enatæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud ce-
cidit in terrã bonam, & enatum facit fructum centuplũ. Hæc dicens
clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Interrogabant aũt
eum discipuli eius dicentes quæ tam esset ista parabola. At ille dixit,
Vobis datum est nosse mysteria regni dei, cæteris autem per parabo
las: ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Nunc *Psal. 77*
tãdẽ euenit quod olim Dauid in persona Christi dixit, Ape *Circ in pa*
riam enim, inquit, in parabolis os meum. Loquitur itaq; pa- *rabolis lo*
rabolas dominus, propter multa, nempe vt attẽtiores teddat *quitur de*
auditores, & excitet illorum mentem ad inquirendum de his *minus.*
quæ dicta. Solẽt enim homines curiosius inuestigare de his
quæ dicta sunt obscurius, manifesta autẽ negligere. & vt in-
digni non intelligant quæ abstrusius sunt dicta, atque pro- B
pter multa alia in parabolis loquitur. Exiit igitur seminans,
hoc est, filius dei exiuit de patris sui sinu abscondito, & con
spicuus factus est. Quis autem exiuit? Is qui semper seminat. *Filius d-i*
Filius enim dei non cessat semper seminare in animabus no- *semper se*
strris. Non enim solum quando videtur docere, sed & per mũ *minat.*
dum istum, & per ea quæ quotidie facit erga nos, seminat in
nostris animabus bona semina. Exiuit autem, non vt agrico
las occidat, vel agrũ exurat, sed vt seminet. Sæpe enim egre-
ditur agricola & propter alia, non solũ vt seminet. Sed exiit
vt seminet semen suum. Proprius enim eius est sermo do-
ctrinæ, & non alienus. Prophetæ enim quæcunque dixerũt,
è spiritu dixerunt, & non vt propria: vnde & dixerunt, Hæc
dicit dominus. Christus vero proprium habet semen. idcir- C
co non dicebat docẽs, Hæc dicit dominus: sed, Ego dico vo-
bis. Seminante autem illo, hoc est docente, aliud quidem ce
cidit circa viam non dixit quòd proiecerit seminans, sed q̃
illud ceciderit. Nam qui seminat, seminat & docet, sermo
autem cadit in audientes. Hi autem inueniuntur esse vel
via, vel petra, vel spinæ, vel terra bona. Cæterum discipulis
interrogãtibus parabolam, dicit dominus: Vobis datum est *Mat. 7.*
scire mysteria regni dei, hoc est, vobis quærentibus vt di-
scatis. Omnis enim qui petit, accipit. Reliquis vero qui
sacramentis indigni sunt, obscure dicuntur, & existimant
quidem se videre, sed non vident: & audiunt quidem, sed
non intelligunt, atque hoc in illorum bonum. ne enim ma-
gis cõdemnentur quòd cognita mysteria spreuerint, ideo ab il

D lis ea Christus abscondit. Qui enim cognoscit & contẽnit, grauiora meretur supplicia. *Est autem hæc parabola: Semẽ est* *sermo dei. Qui autem iuxta uiam, hi sunt qui audiunt: deinde uenit* *diabolus, & tollit sermonẽ de corde eorum, ne credentes seruentur.* *Nam qui super petram, hi sunt qui quum audierint, cum gaudio susci* *piunt sermonem, & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, &* *in tempore tentationis recedẽt. Quod aũt in spinas cecidit, hi sunt qui* *audierunt, & a solicitudinibus & diuitiis ac uoluptatibus uitæ eũtes* *suffocantur, nec referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi* *sunt qui in corde honesto ac bono audientes sermonem retinẽt, & fru* *ctum afferunt per patientiam.* Tres hic ordines eorũ sunt qui non seruantur. nam hi qui secus viam, neutiquam suscipiunt sermonem. Sicut enim via conculcata & lutulenta semen nõ E suscipit, eo quòd dura sit: ita & obdurati corde sermonẽ non suscipiunt etiam audientes. non attendunt enim. At qui per petram intelliguntur, suscipiunt quidem. sed præ infirmitate humana marcescunt. Tertii sunt qui quum audiuerunt & susceperunt, præ curis vitę huius suffocantur. Igitur tres qui dem partes eorum sunt qui pereunt, vna autẽ eorum qui saluantur. Ita pauci quidem sunt qui seruantur, plures autẽ qui pereunt. Vide item quum de his qui suffocantur loquitur, quomodo non dicit quòd præ diuitiis suffocẽtur, sed præ eu ris diuitiarum & solicitudinibus. Non enim diuitiæ nocent, sed solicitudines earum. Multi enim magna commoda ex di uitiis percipiunt, illas in pauperum ventres proiicientes. Cõ sidera quoque & diligentiam Euangelistæ, quomodo dixe rit de his qui saluantur, q̃ auditum sermonem retineãt. Hoc F enim dixit propter eos qui per viam intelliguntur, sed diabo lus tollit ab eis sermonem. & quod fructum non afferant, di xit propter eos qui suffocantur, & qui nõ perdurãt vsque ad finẽ. Illi enim fructũ non afferunt, qui non perseuerant vsq; ad finem. Porro quod dicit, in patiẽtia, dixit propter eos qui super petram, qui suscipiunt quidem sermonem, non sustinẽt autem tentationis insidias, & comprobantur reprobi. Vides quomodo dixerit de his qui saluantur, quòd retineãt, & fru ctum faciant, atque id in patiẽtia: & per tria distinxerit eos: ab his qui non retinent, & hi sunt qui iuxta viam: ab his qui non perdurant, & hi sunt qui inter spinas: ab his qui nõ susti nent tentationis insidias, & hi sunt qui super petram.

Diuitiæ nõ nocẽt, sed earũ solicitudines.

Nemo uero quum lucernam accenderit, operit eam uase, aut subter lectum

lectum ponit, sed super candelabrum ponit, ut intrantes uideãt lumẽ. A
Non est enim occultum, quod non manifestum sit futurum: nec abscon Mat. 5.
ditum, quod non sit cognoscendum, & in propatulum uenturum. uide *te ergo quomodo audiatis. Quisquis enim habet, dabitur illi: & quicũ* *que non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab eo.* Hoc loco alterius doctrinæ initium est. Ad discipulos enim ser monem dirigens, hæc dicit inducens eos ad sanctæ vitæ dili gentem custodiã, & instruens vt semper in agone sint ac cer tamine, vtpote ab omnibus despiciendi. Qui enim docet ac prædicat, ab omnibus contẽnitur, ab omnibus diiudicatur, num honestus sit: & nihil quod facit, occultatur. Vos igitur ò discipuli bene vobis attendite, & studiosi estote. dabitur enim vobis maior gratia à deo. Qui vero nõ adhibuerit stu dium & attentionem, etiam siquam gratiam habet à deo, a- B mittit & extinguit. *Venerunt autem ad illum mater & fratres* *eius, & non poterant adire eum præ turba, & nunciatum est illi, di* *cẽtumque, Mater tua & fratres tui stant foris, uolẽtes te uidere. Qui* Matt. 12. *respondens dixit ad illos, Mater mea & fratres mei hi sunt, qui ser-* Mar. 2. *monem dei audiunt, ac faciunt illum.* Hoc loco ostẽditur quòd non fuerit eum carnalibus cognatis Christus, allis enim reli ctis. spirituali vacabat doctrinæ. vnde illi ad eum accedunt. Sic etiam oportet vt omnes quibus concreditum est ministe rium dei, nihil illo antiquius habeant vel præferant. Sũt itẽ & parentes repellendi, siquidem absque vtilitate & frustra in opere dei nos impediturí sunt, quemadmodum & nũc do minus facit. Quia enim dixerant illi quidã de cognatis ei⁹, ipse fraternitatem non in paruo numero claudit, neque filiis C Ioseph hunc honorem dat, vt soli sint fratres: sed quia venit totum mundũ seruare, & omnes fratres facere, dicit, Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonẽ dei audiunt. Deinde quia nõ saluat solũ audire verbũ, si nõ & seruetur in animo, sed magis conseruẽtur: dicit, Et faciũt illum. Oportet igitur au dire, & facere. Porro sermonẽ dei, suã doctrinã vocat. Quę cũq; enim ipse dicebat, patris sui erant, cui non fuit aduersa rius, vt dicat quæ dei non sunt. At pleriq; locũ hũc sic intel gunt, q̃ quidã irriserint Christũ docentem, & ob doctrinam suã factum admirabilẽ, vt per inuidiã dixerint, Ecce mater tua & fratres tui sunt foris, cupientes te videre. Quia mater sua videbatur vilis esse, & fratres eius obscuri, vtpote fabri fi lii, & ideirco quasi ignobilis: matrẽ eius & fratres irridẽdo obiicie-

D obiiciebãt. Proinde sciens cogitationes eorũ, Quũ nihil, inquit, mihi noceat ignobilis cognatio, quanto magis si quis
Mat. 8. Mar. 4. ignobilis fuerit, & me audierit, ipsum meũ cognatum faciõ?
Factum est autem quodam die, & ipse ascendit in nauim, & discipuli eius, & ait ad illos, Trauciamus in ulteriorem ripam stagni. ac soluerunt. Cæterum nauiganibus illis, obdormiuit. Et ingruit procella uenti in stagnum, & complebantur ac periclitabantur. Accedẽtes autem suscitauerunt eum dicentes, Præceptor præceptor, perimus. At ille excitatus increpauit uentũ ac tempestatem aquæ, & cessauerunt, factaq; est tranquillitas. Dixit aũt illis, Vbi est fides uestra? Timentes autem mirati sunt inter se dicentes, Quisputas hic est, quia uentis quoq; & aquæ imperat, & obediunt ei? Exercẽs discipulos dominus, eorumq; fidem examinans num in tentationibus suis imperterriti sint, singulari quadã dispensatione dor
E mit, arguitq; illorum infirmitatẽ. Non enim perfectam fidẽ, sed infidelitate mixtam præ se ferebãt. Credunt enim quòd saluare possit, verum vt pusilla nimes dicunt, Salua, perimur. Si enim perfectam habuissent fidẽ, satis certi fuissent impossibile esse perire illos præsente eo qui omnia valet. Excitat aũt increpauit ventũ. Permisit vero eos turbari, vt clarior fieret sua virtus. Solẽt enim hoĩes tũc meminisse eius qui saluat, quãdo à maguis periculis eripiuntur. Propterea nõ in principio, sed in articulo periculi excitat, illos seruauit. Vide aũt & anagogiã, quia figura est eius quod postea discipulis euenit. Stagnũ enim est Iudæa, in qua tẽpestas orta, ꝓpter insaniã Iudæorũ qui crucifixerũt dominũ. Turbati vero sunt & discipuli: nã illo relicto fugerũt: sed excitatus est dominus à
Iohã. 20. somno, hoc est surrexit: vnde reddita discipulis trãquillitas.
F Venit eñ ad eos, ac dixit, Pax vobis. Et hæc quidẽ ꝑ anagogiã. Quod aũt dicunt, Quisnã hic est? non vt dubitãtes dicunt, sed admirãtes: quasi dicerẽt. Quis hic est, hoc est quãtus & qualis, & in quanta potestate hæc facit? *Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorũ, quæ est contra Galilæã. Et qui de naui egressus esset ad terrã, occurrit illi uir quidã e ciuitate quã habebat dæmoniũ iam tẽporibus multis, & uestimẽto nõ induebatur, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is ut uidit Iesum, & exclamasset, procidit ante illum, ac uoce magna dixit, Quid mihi rei tecum est Iesu fili dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Frequẽter enim corripuerat illum, & uinciebatur catenis, & compedibus custodiebatur, & ruptis uinculis*

uinculis agebatur a dæmonio in deserta. Interrogauit autem illũ Iesus dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio. quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogauerãt illum ne imperaret ipsis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorũ multorum pascentium in monte, & rogabant eum ut permitteret ipsis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerũt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.
A Vide dæmonẽ duabus malis affectionibus teneri, audacia, & timore. Nã quod dicit, Quid mihi & tibi? audacis & impudẽtis serui. qd vero dicit, Obsecro te, timẽtis est. Habitat aũt in monumẽtis, vt malã suspicionẽ ingeneret hoĩbus q̃ animæ morientiũ dæmones fiãt. Porro petunt dæmones ne
B in abyssum ingrediãtur, sed in terra permittantur vltra versari: & dñs permittit illos esse in terra, vt certamẽ habeãt cũ hoĩbus, & ꝓbatiores illos reddãt. Nã si nõ essent aduersarii, neq; coronæ essent. Disce & quiddã sublimioris anagogiæ. Quisq; habet intra se dæmones, hoc est opa dæmoniaca, veste nõ induit. caret eñ stola quã in baptismate accepit. & in domo nõ manet, hoc est in ecclesia (indigñ eñ est q̃ ingrediat in ecclesiã) sed in monumẽtis, hoc est in mortuorũ receptaculis, vt in ꝓscribulis & teloniis, & aliis scelerũ officinis & monumẽtis. *Porro ut uiderunt quod acciderat, hi qui pascebãt, fugerũt, & rumorẽ nunciauerũt in ciuitatẽ ac uillas. Exierunt aũt ut uiderẽt quod factũ erat. Et uenerũt ad Iesum, & inuenerũt hominẽ sedentẽ a quo dæmonia exierant, uestitũ, ac sana mente, ad pedes Iesu, & timuerunt. Nunciauerũt aũt illis etiã qui uiderãt, quo sanus factus esset is qui agitabatur a dæmonio. Et rogauerunt illum omnis multitudo Gadarenorũ, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebãtur. Ipse autẽ cõscensa naui reuersus est. Rogauerat enim illum uir a quo dæmonia exierãt, ut cũ eo esset, sed ablegauit eum Iesus dicẽs, Redi in domũ tuã, & narra quæcunq; tibi fecerit deus. Et abiit ꝑ totã ciuitatẽ prædicãs quæcũq; sibi fecisset Iesus.* Fuga pastorũ Gadarenis occasio salutis erat, sed illi nõ intellexerũt. Opor
C tebat enim mirari virtutẽ saluatoris, & credere ei: at illi rogauerũt, ingt, Iesum, hoc est obsecrauerũt vt ab ipsis recederet. Timuerũt eñ ne quo pacto etiã aliud dãnũ paterẽt, qñ qdẽ porci periissent. At sanat⁹ ille indicibile quoddã sanitatis ĩ diciũ ostẽdebat. Ita eñ corde sanat⁹ est, vt Iesum agnosceret orãs vt sibi cũ illo esse liceret. Et enim, vt apparet, timebat ne forte elõgat⁹ a Iesu, à dæmonib⁹ iterũ inuaderet, sed dñs indicat ei

Si nõ essẽt aduersarii nec coronæ essent.

D cat ei quòd licet non sit secum, gratia tamem eius protectus, dæmoniacis insultibus superior fiat. Redi, inquit, in domum tuam, & narra quæcunque tibi fecerit deus. Non dixit, quæcunque ego tibi fecerim, figuram nobis humilitatis tradens, vt omnia bona opera nostra deo tribuamus. Erat autem illo gratus, ita vt narraret quæcũq; fecisset ei Iesus. Nã dñs quidẽ præceperat ei vt narraret quęcũq; fecerat ei deus: at is narrat quęcũq; ei fecerat Iesus. Oportet igit & nos qñ cuipiã beneficimus, nolle hoc prædicari: at illũ qui beneficio affectus est,
Mat. 9. etiam nolentibus nobis prędicare decet. *Factum est aũt quum*
Marc. 5. *rediret Iesus, excepit illum turba. nam omnes expectabant eum. Et*
ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, ac-
E *ciditque ad pedes Iesu, rogãs eum vt intraret in domum suam, quo-*
niam unica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebã-
tur. Verum inter eundum turbæ coarctabant eum. Et mulier quæ e-
rat obnoxia profluuio sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos
impenderat omnem substantiam, nec ab ullo poterat curari, accessit re-
tro, & tetigit fimbriam uestimẽti eius, & confestim sistebatur fluxus
sanguinis eius. Rediit quidem Iesus à regione Gadarenorũ: expectabat autem illum turba, tum propter doctrinam, tum propter miracula. Accessit item & princeps quidam synagogæ, non vulgaris neque abiectus, sed ex primis. Apponit autem & nomen illius Euãgelista, vt notius fiat miraculum, quòd vere factum sit. Accedit autem ad pedes Iesu, vrgente necessitate. quãuis enim sine illa oporteat procidere, & agno
F scere deum esse Iesum, attamen & afflictio cogit homines vt
Psal. 31. meliora sectentur. vnde & Dauid dicebat, In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Porro mulier in transitu accedit, ampliorem afferens fidem. Accedens enim tangebat fimbriam vestimenti eius, bona spe, & certa fide, quòd si tantum contigeret, saluarẽt. Et statim stetit fluxus sanguinis eius. Sicut si quis afferret oculum ad lumen lucens, vel stipulam ad ignem, statim operationem illorum experiretur: ita & illa afferens fidem ad eum qui sanare poterat, statim sanitatem adepta est. neque enim cogitabat vel diuturnitatem morbi, vel desperationem medicorum, vel aliud quiddam, sed credidit tantum, & saluata est: &, vt videtur, prius tetigit Christum mente, & dein corpore. *Et ait Ie-*
sus, Quis est qui me tetigit? Negãtibus autem omnibus, dixit Petrus,
& qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te constringunt & affligunt,
& dicis,

& dicis, quis me tetigit? Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis: nam ego A
noui uirtutem à me exisse. Videns autem mulier quòd non latuisset,
tremens uenit ac procidit ante pedes eius, & ob quam causam teti-
gisset eum, indicauit ei coram toto populo, & quemadmodum cõfestim
sanata fuisset. At ipse dixit ei, Confide filia: fides tua te seruauit, uade
cum pace. Dominus volens etiam mulieris fidem omnibus manifestam fieri, vt imitatores eius fierent, & Iairum maiorem spem de salute filiolæ suæ capere, quod elã factum erat, manifestat. Et quæritquidem quis ipsum tetigerit, at Petrus audacter ob interrogationem hanc eum reprehendens dicit, Tot te comprimunt, & dicis, Quis me tetigit? Non intelligebat autem quare Iesus interrogaret. Iesus enim interrogat, quis me tetigit, cum fide, & non ita simpliciter, Nã sicut quis habet aures audiendi, alius vero aures habet, & non audit: ita B
alius quidẽ tangit cum fide, alius autem appropinquat quidem pedibus, corde autẽ procul est. Rogat igitur dominus, non ignorans factum mulieris, sed id quod dicebam, vt & fidem eius aliis mõstraret, & ptincipi synagogæ spem bonam faceret. Rogat, & spectabilem facit mulierem. Noui enim, inquit, virtutem exiisse à me. Merito. Prophetæ enim non habebant virtutem de se egredientem, sed gratia dei operabantur miracula. Iesus vero quum fons esset omnis boni, & omnis virtutis, habet & virtutem à se egredientem. Nam dupliciter sanat mulierem dominus, primum quidem morbum eius sanando, deinde timorem animæ eius tollens per hoc quod dixit, Confide filia. *Adhuc illo loquente uenit quidam a*
domo principis synagogæ, dicens ei, Mortua est filia tua: noli uexare C
magistrum. Iesus autem audito hoc uerbo respondit patri puellæ, No-
li timere, crede tantum, & salua erit. Et quum uenisset in domum, non
permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Iohã-
nem, & patrem ac matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plange-
bant illam. at ille dixit, Nolite flere, non est mortua, sed dormit. Et
deridebant eum, scientes quòd mortua esset. Ipse autem eiectis foras
omnibus, apprehensa manu eius clamauit dicens, Puella surge. Et re-
uersus est spiritus eius, & surrexit continuo, ac iussit illi dari cibum. Et
stupuerunt parentes eius. At ille præcepit eis ne cui dicerent quod fa-
ctum erat. Iesus vt audiuit quod dixit quidam ad archisynagogum, Ne vexes magistrum, hoc est ne facias negocium, ne adduc illum: non expectauit vt princeps synagogæ sibi loqueretur, sed præuenit eũ, ne forte diceret archisynagogus,

Non

D Non opus habeo te, iam enim malum factum est, mortua est quam sperabamus à te sanandam. Igitur ne quid tale diceret (incredulus enim erat & indæus) præueniens illum Christus dicit, Ne timeas, tantum crede: respice ad mulierem hãc, quæ sanguinis profluuio laborauit: illam si imitatus fueris, non aberrabis. Cæterùm ex discipulis tantum intrare secum permisit Iohannem & Iacobum & Petrum, vt discipulorum præcipuos, & taciturnos. nolebat enim hoc miraculum ante tempus reuelari multis, ne inuidia succensi, iudicij fierent rei. Hunc in modum etiam nos quoque facere oportet quando quis nobis inuidet, ne aperiamus ei nostra bona opera, sed curemus vt ignoret. Quum autem dominus diceret, non est mortua, sed dormit, & vocaret mortem somnum, eo quòd mortuam quasi ex somno suscitaturus esset: deriserunt eum audientes, vt iterum aliquid accederet miraculo. Vt enim postea dicere non possent quòd non sit mortua, sed dormierit, propter hoc permisit vt prius derideretur à dicentibus, Non est mortua, sed dormit: vt obturarentur ora volentium calomniari. Vtque adeo enim certa erat mors, vt deriderent dicentem, Non est mortua. Eiecit autem foras omnes, fortasse docens nos carere inanis gloriæ studio, & nihil ad ostentationem facere: fortasse autem & docens, quòd factutus miracula, non in medio multorum illa facere, sed solus, & non impeditus esse debeat. Rediit igitur spiritus puellæ, non autem aliam animam induxit, sed eam quæ à corpore auolarat, iterum in ipsum redire fecit. Præcepit autem vt ei cibum darent, quo confirmaretur fides ac veritas quòd illa resurrexisset. Posset etiam & sic intelligi: Sanguinem profluens est omnis anima scaturiens cruẽtum peccatum & sanguinarium. Omne enim peccatum homicida est, & occisor animæ. At si anima contigerit vestem hoc est incarnationem Iesu, & crediderit quòd incarnatus sit filius dei, sanctificabitur. Et si quis fuerit princeps synagogæ, hoc est mens quæ præest multis per cupiditatem & habendi studium congregatis, & ægrotauerit filia eius, cogitatio scilicet: tantum inuocet Iesum, & credat, ac saluabitur.

Ab iudis bona nostra occultanda.

CAPVT

CAPVT IX. A

Q Vum autẽ conuocasset duodecim, dedit illis potestatem & authoritatem super omnia dæmonia, & ut morbos sanarent. Et misit illos ut prædicarent regnum dei, & sanarẽt infirmos: & ait ad illos: Ne quid tuleritis in uiam, neque uirgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque binas tunicas habeatis. Et in quancunque domum intraueritis, illic manete, atque illinc exeatis. Et quicunque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem e pedibus uestris excutite, in testimonium aduersus illos. Egressi autem circumibant per castella, euangelizantes & curantes ubique. Ex hoc loco ostenditur excellentia deitatis Iesu. non enim ipse tantum miracula facit, sed & discipulis hoc concedit. Vtique hoc non hominis, sed dei fuerit tanta ac talia dona præstare suis amicis. Dãs autem eis potestatem contra malos spiritus, non illo contentus fuit, sed iussit etiam euangelium prædicare. Docet enim vt is cui concredita est doctrina, & prædicare, & miracula agere debeat. Tunc enim prædicatio per miracula confirmatur, miracula autem per prædicationẽ. multi enim multa miracula per dæmones fecerunt, quorum prædicatio sana non fuit, & miracula eorum ex deo non fuerunt. Ita autem ab omni re superflua nudat, vt neque panem eos ferre velit, neque aliud quid, quæ plerique secum tollunt. Porro præcipit eis & hoc, ne à loco in locum transiliant, sed in quancunque domum intrauerint, in illa maneant, vt ne videantur inconstantes & mobiles. Puluerem verò excutiendum dicit, si non receperint vos, in testimonium illis, hoc est in reprehensionem ipsorum ac condemnationem, ostendẽtes eis quòd multum itineris propter eos cõfecerint, nullumque inde lucrum habuerint. Quidam autem sic intelligunt apostolos non gestare vel virgam vel perã, & nec tunicas duas habere: Ne thesaurizetis, cuius symbolum pera, quæ multa congreget: neque virgam gestetis: hoc est, ne sitis iportuni, & ad verberãdũ proni: neq; duas tunicas habeatis, hoc est, ne sitis duplices, ac varij moribus.

Mat. 10. Mar. 3. 6

Audiuit aũt Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo, & hæsitabat, eo quòd diceretur a quibusdam quòd Iohãnes surrexisset a mortuis: a quibusdã uero quod Helias apparuisset: ab aliis autem quod prophetæ quispiã ex antiquis surrexisset. Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui: quis autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum.

Hic

Miracula quædã p dæmones

B

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Hic Herodes paruus fuit filius magni qui pueros occiderat. Nam ille quidem rex fuit, hic autem tetrarcha. Dubitabat de Christo quis esset. Iohannem quidem, inquit, ego decollaui: & si quidem Iohannes excitatus est ex mortuis, omnino visum illum agnoscam. Quærebat enim videre eum. Vide autem quòd Hebræi errantes opinabantur resurrectionem mortuorum in carnali vita futuram, atque in cibo & potu. Resurrectio enim non in cibo vel potu vel carnali vita erit: sed qui resurgunt, sicut angeli dei versantur. *Et reuersi apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerant. Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum ciuitatis quæ uocatur Bethsaida. Quod quum cognouissent turbæ, secutæ sunt illã, & excepit eos & loquebatur illis de regno dei, & eos qui curatione indigebant, sanabat. Dies autẽ cœpe-*
Iohan. 6.
E *rat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi, Dimitte turbas, ut euntes in castella uillasque uicinas diuertant, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos, Vos date illis quod dant. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces, nisi nos eamus & emamus in omnem hunc populum escas. Erant autem fere quinquies mille. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere in singulo discubitu quinquagenos: atque ita fecerunt, & fecerunt omnes discumbere. Acceptis itaque quinque panibus, & duobus piscibus, sublatis in cælum oculis, benedixit illis, & fregit, distribuitque discipulis ut apponerent turbæ. Et comederunt omnes, & saturi sunt. Et sublatum quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.* In desertum locum abiit Iesus, quoniã
F miraculum panum ibi facturus erat, vt ne quis dicere possit, quoniam prope fuerit ciuitas vnde panes allati. Docuit autem & sanauit: vt tu discas quòd philosophia nostra verbo & opere cõstet, & neq; dicenda sint quę facere nõ licet, neq; facienda quę dictu absurda. Inclinãte aũt die discipuli incipẽtes fieri humaniores & officiosiores, miserentur turbis, & dicunt dimitte eas, hoc est, sana citius infirmitates illorum, imple petitiones illorum, dominus autem ad discipulos dicit, date illis vos quod edant. Non ignorans discipulorum inopiã hoc dicit, sed incitare volens vt dicant quot panes sibi sint, vt sic commonstretur miraculum maius, indicantibus illis numerum panum. Quod autem dicit, Facite illos discũbere in singulo discubitu quinquaginta, ostendit quòd oporteat etiam nos quando aliquam hospicio excipimus, & facere ipsum recumbere & in eũ officiosos esse. Porro suspiciendo in cælum.

Philosophia nostra uerbo & opere cõstat.

monstrat

monstrat quòd manducaturi deo gratias agere debeant. Dat autem discipulis, & inde turbis, vt ne obliuiscantur miraculi, sed memores eius sint, cogitantes quot panes in manus sumpserint. Superfuerunt autem cophini duodecim, vt discamus quaut ũ possit hospitalitas, & quòd nostra multiplicẽtur quũ suppeditamus indigentibus. Dictũ est aũt de his latius in his quæ dicta sunt apud Matthæum. *Et factum est quum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, interrogauitq; illos dicens, quem me dicunt esse turbæ? At illi respondentes dixerunt, Iohannem Baptistam, alii autem Heliam, alii uero quod unus prophetarum de antiquis surrexerit. Dixit autem illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respõdens Simon Petrus dixit, Christum illum dei. At ille comminatus illis præcepit ne cui dicerent hoc, dicens, Quia oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari a senioribus & principibus sacerdotum & scribis,* B *& occidi, & tertia die resurgere.* Interrogans discipulos dominus, non statim interrogat eos quid ipsi dicant, sed prius vulgi & deinde etiam ab eis illorum sententiam. Hoc autem facit vt ostendat reprobam multorum de se opinionem, & discipulos in veram transferat: id quòd & factũ est. Quum enim dixissent discipuli, quòd alij quidem Iohannem, alij vero Heliam dicerent, ipse interrogat, Vos autem, hoc est qui præcellitis alios, qui electi, quique præcipui. Ante alios autem Petrus profiliit, & factus omnium os, fatetur illum esse Christum dei, qui olim prædicatus fuerat. Non enim dixit tantum Christum dei, sed Christum illum dei, cum articulo, vt declaret quòd ipse sit propriè Christus dei. Multi enim vncti fuerunt, sed ille Christus dei vnus & solus est. Di C
cebat autem ad omnes, Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam: qui uero perdiderit animam suam propter me, is saluam faciet illam. Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mundum, se autem ipsum perdat, aut iacturam sui ipsius faciat? Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet quum uenerit in maiestate sua & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem uobis uere, quod sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem donec uideant regn dei. Quoniam de seipso dixerat quòd oporteat filium hominis multa pati, infert commune quoddã ac generale, quòd nõ solus ego mortem sustinebo, sed & omnes qui me volunt sequi, debent seipsos abnegare, nullam communionem cum carne habẽtes,

Mat. 14.
Mat. 16.
Marci. 8.
Matt. 10.
16.
Infr. 14.
Iohã. 12.

D sed despiciẽtes seipsos. Crucem autem dicit hoc loco mortem contemptissimam. nulla enim mors tam cõtempta fuit, sicut crucis. Ostendit itaque quòd si quis voluerit eius discipulus esse, mori debet non gloriosa morte, sed contemptibili, & sicut condemnatus occidi. Quoniam autem multi ignominiosa morte occiduntur, & sicut latrones ac malefactores: propterea adiicit hoc, & sequatur me, hoc est, omnem virtutem exerceat. Qui enim voluerit animam suam seruare, perdet illam. hoc est, qui voluerit viuere iuxta mũdũ, hic occidit animam.

Quos christi sti & sermonũ eius pudeat.

Erubescit Christum qui dicit, Quomodo credam in crucifixum & illusum Deum? Et sermones illius erubescit, qui Euangelij simplicitatem irridet. talẽ autem erubescet & dominus

E bet: Sicut si quis pater familias habet seruum malum, erubescit nominari illum seruum proprium: ita & ego (inquit) erubescam nominare seruum meum eum qui abnegauerit me. Et quia supra dixit, Qui perdit animam suam, saluabit animam illam: volens monstrare quænam bona tales mereantur, dicit, Sunt quidam ex his qui hic sunt, qui non morientur donec viderint regnum dei, hoc est, gloriam in qua futuri sunt iusti. Hoc autem dixit de transfiguratione sua. Transfiguratio enim figura fuit futuræ gloriæ: & sicut in hac Iesus mirabiliter fulgurauit, ita pari forma tunc & iusti fulgebunt. Sũt igitur (inquit) quidam, Iohannes, Iacobus, & Petrus, hi non præoccupabuntur morte, donec viderint in qua gloria futu-

F ri sunt qui me confitentur. Viderunt autem hoc in transfigu-

Mat. 17. Marc. 19

ratione. *Factum est autem post hæc uerba fere diebus octo, & assumpsit Petrum & Iohannem & Iacobum, & ascendit in montem ut oraret. Et facta est, dum oraret, species uultus eius alia, & uestitus eius albus, & refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo, qui erant Mos s & Helias, qui uisi in maiestate dicebant excessum eius quem completurus erat Hierosolymis. Petrus uero, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Expergefacti autem uiderunt maiestatem eius, & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unum Mosi, & unum Heliæ. nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente facta est nubes, & obumbrauit eos. Timuerunt autem intrantibus illis in nubem: & uox facta est de nube dicens, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret uox, inuentus est Iesus solus, & ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt*

dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ uiderant. Matthæus A dicit sex dies transisse post sermones hos, & tunc Iesum ascẽdisse in montem. Lucas autem dicit octo transisse. Nam ille solas dies intermedias dicit: Lucas autem non intermedias solas, sed & diem qua dicti sunt sermones illi, & diem qua facta est transfiguratio. Assumpsit autem tres solos: Petrum, vtpote se diligẽtem: Iohannem autem, vt eum quem diligebat: Iacobum, qui & ipse feruebat zelo pro Christo: velut magis taciturnos, & silere valentes. Porro in montem ascendit vt oraret. oportet enim nos solitarios esse & ascendere, & nullis terrenis rebus intendere orando. Facta est autem species vultus eius alia, non permutata vestimentorum substantia, sed il lustratiore. Moses autem & Helias astiterũt cum eo orantes, B vt monstretur quòd non sit aduersarius legi & prophetis. Nam si talis fuisset, non legis dator Moses, & feruentissimus prophetarum se illi associassent, vel cum ipso stetissent. Dicebat autem excessum eius quomodo illum completurus erat Hierosolymis, hoc est mortem. Petrus autem somno grauabatur, oratione vacante Christo. Infirmus enim erat, & humano more somno seruiebat. Quum autem euigilasset, spectabat gloriam, & duos viros. Postquàm autem vitam illam Petr⁹ cur in mõte il lo manendum puta bat.

considerauisset, tum propter splendorem, tum propter prophetas, dixit, Bonum est nos hic esse, Putabat enim tunc consummationem fuisse, & regnũ Iesu, ignorãs quid loqueretur. Nondũ finis neq; regni dies instabat, neqi gaudiorũ fruitiones sanctis communicandæ erant. Insuper & crucifigi timẽs Christum, hæc dicebat. quoniam audierat q̃ oporteat eũ occidi, & tertia die resurgere: dicit quasi in hunc modũ, Ne descendamus de mõte, maneamus hic, vt crucem & passionẽ effugiamus. Habemus Heliam adiutorem, si inuaserint nos Iu 4. Re. 1. dæi, ignẽ deducet, & sicut quinquagenarios comburet. Habemus Mosen, qui tot & tãtas gẽtes perdidit. Ipse enim putabat malum quiddam & difficillimum esse crucẽ, & propter hoc illam cupiens vitari, hæc dicebat. Christ⁹ autem sitiebat crucifigi, quoniam non aliter salus hominum cõstabat. Petro autem dicente, faciamus tabernacula tria: dominus repẽte tabernaculum nõ manufactũ facit, & in illud ingreditur cum prophetis, vt ostẽdatur q̃ in nullo minor sit patre. Sicut in veteri lege nubes dicebatur habere dominum, & Moses ingrediebatur in eam, atque sic legem suscepit: ita & nunc nubes

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Christum suscipit, nubesq; non caliginosa (transiit enim vmbra veteris legis, & tenebrosa obscuritas) sed nubes lucida. Venit enim veritas, & illuxit gratia domini, nihilque nūc tenebrosum est. Facta est & vox de nube, sicut olim vox dei audiebatur de nube. Inuētus est autem Iesus solus: vt ne quis putet, quòd Hic est filius me⁹, de Mose vel Helia dictum sit. Fortassis etiam hoc significat, quòd vsque ad tempus quoddam apparebant lex & prophetæ, sicut & hoc loco Moses & Helias: deinde solus præteritis illis apparuit. nunc enim Euā
Euāgeliū seruatur. gelium seruatur, legalibus abolitis. Siluerunt autem apostoli, & nulli annunciauerunt quicquàm de his quæ viderant. Nam ante crucem non oportebat diuinum quiddam dici de Iesu Nam qui audierant hæc, si deinde eum crucifigi vidissent, qualem putas de eo habuissent opinionem? Nonne impostorem & præstigiatorem extstimassent, & ideirco ante
E crucē nullum opus admirabile vel deo dignum prædicant apostoli. De hoc autem loco multa & iucunda diximus apud
Mat. 17. Matthæum. *Factum est autem sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicens, Magister obsecro te, respice ad filium meum, quia vnicus est mihi, & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat ac discerpit eū cum spuma, & vix discedit ab eo dilanians eum: & rogaui discipulos tuos vt eicerent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus dixit. O natio infidelis & peruersa, usquequo ero apud vos, ac patiar vos? adduc huc filium tuum. Quum autem accederet, laniauit illum & commotum, & dissipauit. Increpauit autem Iesus spiritum immundum,*
F *& sanauit puerum, & reddidit illum patri suo.* Valde incredulus
Infidelitas vnius plurū cui cit fidem. erat vir ille. propterea enim hoc dæmonium nō egressum est à puero eius quia vincebant infidelitas eius apostolorū virtutem. Insuper & hinc ostenditur eius incredulitas & peruicacia, quòd coram omnibus accedit & accusat discipulos: & propterea dominus ostendēs incredulitatē eius in causa fuisse quia non fuerit sanatus filius eius, coram omnibus exprobrat ei & aliis omnibus incredulitatem Dicendo enim, O natio incredula, omnes complectitur Iudæos. Nam quia peruersam dicit, declarat quòd nō à principio, neq; à natura sit malitia. Natura enim recti fuerant. semen enim sanctū erant Abraham & Isaac. peruersi autē facti sunt præ malitia. Vsquequo ero apud vos? hoc est, vsquequò patiar vos? quia in vobis habebat mortem, & cupiebat statim ab illis liberari. Vsquo enim

enim, inquit, feram incredulitatem vestram? Ostendens ita- A
que quòd virtutem habeat quæ vincat incredulitatem Iudei. dicit: Adduc filium tuum huc. & quum sanasset illum, reddidit ipsum patri suo. Prius enim qui à dæmonio possidebatur, non erat patris sui, sed malus spiritus qui detinebat eum: tunc autem dominus reddidit eum ei qui illum perdiderat & inuenerat patri. *Stupebant autē omnes super magnificentia dei. Sed omnibus mirātibus super omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos Ponite vos in auribus vestris sermones istos. Futurum est vt filius hominis tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, & erat absconditum ab illis, vt non intelligerent illud. Et timebant eū interrogare de hoc verbo.* Alij quidem omnes admirabantur in ōnibus quę faciebat Iesus, non in vno hoc miraculo. Verū ipse relictis aliis cū discipulis loquit, & dicit, Ponite vos hæc B
omnia, & miracula, & miraculorum sermones, in aures vestras. Quare? quia tradendus sum & crucifigendus: vt quando crucifixum videritis, ne existimetis quòd præ infirmitate talia passus sim. Nam qui talia miracula facit, potest & non crucifigi. Illi autem ignorabant verbum hoc, & erat absconditum ab eis. Et quare hoc fuit? vt ne ante tempus tristitia afficerentur, & timore exterrerētur. Itaque deus condescendēs infirmitati illorum, & quasi pueros moderabatur illos, neque concedit eis vt intelligant hoc quod de cruce dicebatur. Vi- *Timor au get reuerentiam.*
de autem & illorum reuerentiam, quomodo præ reuerentia interrogare non audebant, immo præ timore. nam timor augmentum est pietatis & reuerentiæ: sicut & reuerētia uel pietas contractus timor est. *Intrauit autem cogitatio inter eos quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitationem cordis illorum, ap-* C
prehendit puerū, & statuit illū iuxta se, & ait illis, Quicunq; receperit puerum hunc in nomine meo, me recipit: & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes vos, hic erit magnus. Respondens autem Iohannes dixit, Præceptor vidimus quendam sub nomine tuo eicientem dæmonia & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum Iesus, Nolite prohibere. Qui enim nō est aduersum nos, pro nobis est. Morbus inanis gloriæ Apostolos inuasit. Mihi videtur ortum id inter illos eo quòd dæmoniacum non sanarint. Verisimile enim quòd super hoc contenderint, dicentibus singulis quòd non propter suam, sed alterius cuiusdam infirmitatem puer ille sanatus nō fuerit: & inde accēsa lis est quis eorum maior esset. At domi- *Mat. 18 Marc. 9.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dnus visis singulorum cordibus, præuenit: & priusquàm mor-
Initiũ morbi facile curatur. bus increuisceret, curauit radicitus eiici. Morbi enim ab initio facilè vincuntur: quũ verò increuerint, curatu difficiles sunt. Itaque quomodo malũ hoc emendat? Apprehensum puerum ostendit discipulis, manifestans eis per hoc, quòd talem mentem oportet nos in nobis parare, qualis est in pueris. Illi enim malitię expertes sunt & simplicissimi, neque inanis gloriæ neque ambitionis cogitationibus diuexantur. Qui igitur (inquit) susceperit talem puerũ in nomine meo, me suscipit. Quod enim dicit, hunc sensum habet, Vos quidem opinamini, si pompatici & glorioſi fueritis, multis placeatis, pluresq; vos suscepturi sint. Ego autẽ dico vobis, quòd tantopere gaudeo simplicitate, & quòd ea discipulos meos ita discernit, vt
E quisquis simplicissimũ virũ & innocentẽ susceperit vt meũ discipulũ (hoc eũ est quod dicit, in nomine meo) me suscipit. Qui autem arrogantem suscipit, neque meum discipulum suscipit, neque me. Respondens autem Iohãnes dixit, Domine, vidimus quendam in nomine tuo eiicientẽ demonia, & prohibuimus eũ. Quænam sermonis illius cõsequẽtia quẽ dixit Iohannes, ad ea quę dixit dominus? Vtiq; magna. Quia enim dixerat dominus quòd minor in vobis hic erit magnus, timere cœpit Iohannes ne forte malum quid feciſſet homine per arrogãtiam & superbiã prohibito. Nã prohibere aliquem ab aliquo, nõ minorem arguit eũ qui prohibet, sed maius quiddam de se sentiẽtem, quàm de eo quẽ prohibet ab illo. Proinde Iohannes timebat ne forte superbius egisset prohibito ho-
F mine. Cuius igitur gratia prohibuerũt hominẽ? Nõ inuidentes, sed indignum illum iudicantes qui miraculũ operaretur. non enim aderat quum illis gratia agendorum miraculorum daretur, neque ad hoc à domino emissus erat sicut alij, neque Christum vsquàm sequebatur. Quid igitur dominus? Sinite (inquit) eum hoc facere. Conterit enim & ipse satanæ caput: & quia non obstat nobis ad prædicationem, non cooperatur diabolo: proinde pro nobis est. Qui enim non est contra deum, pro deo est: quemadmodum qui non congregat cum deo, ille cum diabolo est, Admirare autem obsecro virtutem
Virtꝰ nõr christi etiã p indignos operatur. nominis Christi, quomodo & per indignos, & eos qui non erant discipuli, gratia operetur, & solum nominatus. ita & per sacerdotes, etiam si indigni fuerint, operatur gratia, & sanctificantur omnes, etiamsi indignus fuerit sacerdos.

Factum

Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ip- A
se faciẽ suã obfirmauerat, ut iret Hierosolymã, & misit nũcios ante
conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorũ,
ut pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis
Hierosolymam. Quum uidissent autẽ discipuli eius Iacobus & Iohan-
nes, dixerunt, Domine, uis dicamus ut ignis de cælo descendat, & cõ-
sumat illos, quemadmodũ & Helias fecit? Conuersus autem Iesus in- 4. Reg. 1
crepauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis uos. Filius enim ho-
minis non uenit ad perdendum animas hominum, sed ad seruandum.
Et abierunt in aliud castellum. Quid est quod dicit, dum complerentur dies assumptionis eius? hoc est, instabat tempus quo postquam sustinuisset salutarem passionem pro nobis, oportebat assumi in cælum, & considere deo & patri. Tunc igitur quum appropinquabat tempus passionis eius, & assum B
ptionis ex hoc mundo, decreuit non vltrà hinc & inde ob ambulare, sed ascendere in Hierosolymam. Itaque obfirmauit faciẽ suam, hoc declarat, quòd stabilierit & firmarit sententiam quòd velit ascendere Hierosolymam. Porrò nũcios ante faciem suam emittit, vt parent ipsi diuersorium, & scilicẽt quòd à Samaritanis non essent suscipiendi, nihilominus tamen illos emittit, vt omnem Samaritanorum auferat excusationem, ne dicere possent, suscepissemus illum si quosdam præ se misisset. Interim & discipulis eius vtile hoc erat, vt videntes postea in cruce illi opprobrari, minus scandalizarentur: sed ex hoc facto magis discerent quòd sicut nunc cõtemptus à Samaritanis patienter tulit, atque discipulos increpauit exasperantes eum contra contumeliosos, ita & tunc cum C
crucifigeretur, nõ vt impotens, sed vt longanimis ferat. Prodest etiam in hoc discipulis, quòd illos suo exemplo docet patientes esse. Illi quidem ad Heliã respicientes, qui bis quinquaginta viros cum quinquagenariis exusserat, exasperabant dominum contra eos qui se iniuria affecerant, erant enim adhuc imperfecti. Cæterum Christus docens legẽ suam
Lex Chri sublimiorem quàm vitam Heliæ, increpat eos, atq; à tali sen
sti sublimi tentia abducit, quum docuisset mansuetè ferendos illos qui
or quàm iniuria afficiebant. Quid autem est quod dicit, non susce-
Heliæ ui- perunt, quia facies eius erat euntis Hierosolymã? Nunquid
dit. dicit quòd non susceperint eũ, eò quòd definierat abire Hierosolymam? & quum hoc sic intellexerimus, quòd eum propterea nõ susceperint, eo q; definierat abire Hierosolymam,

 inuenian-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D inueniantur illi excusati non suscipientes? Est igitur dicendum q; Euangelista hoc dicit quòd non susceperunt eũ, neq; intrauit Samariã, deinde quasi interrogasset quispiam, numquid impotens erat? an nõ valebat etiam illis nolentibus ingredi? dicit, Non. Non ideo impotens fuit, sed quia noluit illuc ire, sed Hierosolymam: quoniam nisi hoc fuisset, etiã inuitis illis in castellum ingressus fuisset. *Factum est autem, ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunq; ieris. Dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi primũ abire, & sepelire patrem meum. Dixit autem ei Iesus, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu uero uade & annuncia regnum dei.* Et ait

E *alius, Sequar te domine, sed permitte mihi prius ut dicam uale iis qui sunt domi meæ. Ait ad illũ Iesus, Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit à tergo, aptus est regno dei.* Hic qui accessit ad Iesum, & petiit vt sequeretur illum, mala mente accessit. Quia enim vidit magnam turbam sequi dominum, suspicatus est quòd pecuniam ab illa colligeret dominus, & sperauit etiam ipse sequendo pecunias se congregaturum: idcirco repellit eum dominus, quasi talia dicens ei: Tu quidem putas quòd pecuniam ab his qui me sequantur, corradam, & quòd vita mea talis sit quam dòceo, sed non est. Enimuero vsqueadeo paupertatem doceo & induco, vt quum alia quidem animalia foueas habeant, ego ne domum quidem, & sic illum repulit.

F Alium autem qui non rogauerat, permittit sequi, & quum peteret vt abire ei liceret, & sepelire patrem suum, ei non concedit, dicens, Sine mortuos sepelire mortuos suos. quo insinuat incredulum fuisse patrem illius, & propterea indignũ cuius curam ageret filius qui crediderat. Sine enim mortuos cognatos, hoc est incredulos, increduli patris curam gerere, & illũ pascere vsque ad sepulturam. Sepelire enim hoc loco significat curam gerere vsq; ad sepulturam: quia & communis sermo ita habet, quum dicimus, ille filius sepelìit patrem suum: non intelligimus quòd tantum sepelierit eum, & nihil boni aliud illi fecerit, sed quòd diligẽtem eius curã habuerit vsq; ad mortem & sepulturam. Igitur illi quidem mortui, hoc est increduli, sepeliãt mortuum suum, dico patrem tuum. Tu autem quia credidisti, annuncia velut meus discipulus euangelium dei. Hoc autem dixit dominus, non prohibens nos ab alendis

Mẽtẽuer sa uolentẽ seq, Christus nõ recipit.

Christi paupertas

Sepelire.

alendis parentibus, sed docens pietatem præferendam incredulis parentibus, eò quòd nullum ad virtutẽ obstaculum esse debeat: & cõtemnendam etiam naturam propriam. ideo petenti sequi illum, prius autem renunciare his quæ domi suæ, non concessit, ire scilicet in domũ suam, & renunciare domesticis: & vt magis proprie dicam, dicere vale. Insinuabat autem homo ille q; familiaritatem quandã adhuc habeat cum mundo, & nõ affectus sit vt apostoli, qui mox vt audierunt, Christũ sequuti sunt, nihil aliud curiosius perquirentes, & ne vale quidem necessariis dicentes. Sæpe enim contingit quòd quando quis vale dicit amicis suis, vt inueniantur aliqui qui illũ à vita sancta abducant & prohibeant. ideo bonum est vt quum quis rem bonã facere vult nõ moretur, sed statim perficiat. Nullus enim qui mittit manum suam ad aratrum spirituale, & respicit iterum ad mundum, idoneus est ad regnum B cælorum. Intellige autem per vulpes, etiam malignos dæmones, qui & volatilia cæli dicuntur, hoc est aeris. Iuxta principem enim, inquit, potestatis aeris. Dicit igitur dominus ad hominem, Quia dæmones in te foueas habẽt, propterea ego filius hominis non habeo in te vbi caput reclinem, hoc est fidem. Non video locum in corde tuo, quod impletũ est dæmonibus. Caput enim Christi, fides in illũ. Quando enim quis credit deum esse Christũ, tunc caput Christi tenet. Mortuus autem peccator est, qui & sepelit suos mortuos, hoc est, malas cogitationes, quas non confitetur. Proinde dominus prohibet sequuturum se, & ne sepeliat malas cogitationes & occultet. vult enim eas per confessionem manifestari.

A *Pietas præferenda infidis parentibus.*

Caput Christi.

Mortuus qui malas cogitationes nõ confitetur C

CAPVT X.

P *Post hæc autem designauit dominus & alios septuaginta, misitq; illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse uenturus. dicebat ergo illis, Messis quidem multa, sed operarii pauci. Rogate ergo dominum messis ut extrudat operarios in messem suam. Ite, Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos.*

Scriptum est in Exodo quòd filij Israel venerint in Elim, & duodecim fontes aquarum fuerint illic, & septuaginta palmæ. Quod igitur tunc per historiam & in figura factũ, nunc vere euenit. Elim ascensus interpretatur: quod nihil aliud vult,

Exod. 15.

Elim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D vult, quàm ne sitis cũ Iudæis in litera legis permanentes, sed
ascendentes in Christianissimum ad perfectiorem intelligen-
tiam, & incrementũ spirituale. Inuenimus duodecim fontes,
inuenimus & duodecim præcipuos apostolos, qui omnis do-
ctrinę dulcissimi fontes sunt. Palmę vero hi sunt, qui ab apo
stolis educandi & docẽdi erant. Nam quanuis Christus illos
elegerit, fuerunt tamen inferiores illis duodecim, & discipu-
li illorum postea ac comites. Palmæ igitur illæ à fontibus, a-
postolos dico, educatæ fuerunt. Nobis autem fructum dulcẽ
quodammodo & austerum suppeditarunt. Talis enim san-
ctorum doctrina est non omnino dulcis & adulans, neque
omnino austera & verberans, sed vtriusque particeps, & reue
ra condita sale, gratiámque habens: vnde & Paulus dicit, Ser
E mo vester in gratia sale sit conditus. Ostendit autem domi-
Coloss. 4. nus per septuaginta discipulos, multitudinem discipulorum
Op⁹ opa- quibus est opus. Sicut enim agri frugiferi multos quærunt
rius multis messores, sic quum multi & innumerabiles essent crediturí,
multis indigebant magistris. Portò binos mittit, ceu imper-
fectiores, & vt alius alium adiuuaret. Ibant & ante faciem
Matt. 11. eius, eò quòd docebant, sicut Iohannes, Parate viam domi-
Iohan. 1. ni. Considera autem quomodo dixerit, Rogate dominum
messis vt extrudat operarios: deinde ipse propria authorita-
te illos emittit. Ipse enim est vere dominus messis, hoc est, ve
rus credentium deus. Prædicit autem eis & persequutiones,
quòd sicut agni in medio luporum futuri essent, vt ne si re-
pente in aduersa talia incidérent, magis turbarentur.

Ꝑ *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: &*
neminem per viam salutaueritis. In quamcunque domum intraueri-
tis, primum dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, re-
quiescet super illum pax uestra: sin minus, ad uos reuertetur. In ea-
dem autem domo manete edentes & bibentes quæ dantur ab illis.
Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in
domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint uos,
edite quæ apponuntur uobis: & sanate infirmos qui in illa sunt: &
dicite illis, Appropinquauit in uos regnum dei. Quia missurus
erat prædicatores euangelij dicit, Ne portetis sacculum, ne-
que hoc vel illud: sufficit enim vobis q̃ curã habeatis verbi.
Nam si sacculum portaueritis, manifestum, q̃ illius vobis
cura est, & verbum contemnitis, Vel aliter. Quoniam alen-
di estis ab his quos docetis, quid vobis sæculis opus, vel pe-
ra, vel

ra, vel calceamentis? Omnem enim illorum vsum suppedita- A
bunt hi qui à vobis docebũtur. Porrò quòd nullum per viam
salutent, hac de causa eis iniungit, vt ne occuparentur in ho- *Quare di-*
minum salutationibus & curiositatibus, quibus à prædica *scipulis à*
tione impedirentur. Verisimile enim est vt quum quis saluta *Christo in-*
uerit quempiam, ab eodem resalutetur, & de maiori familia- *iunctũ ne*
ritate interpelletur: vt fieri solet in his qui simul vadunt. Si- *quem salu*
mul enim vt amici facti, etiam amplius & curiosius quid- *tarent per*
dam scrutantur: & sic paulatim in humana negocia aposto- *uiam.*
li inciderent, verbúmque negligerent. In itinere igitur salu-
tare quempiam ea de causa prohibet. In domum autem in-
gressi, dicit, dicite, Pax huic domui. hoc est, salutate eos qui
in domo sunt. Et deinde ostendens quòd hoc non solum sit
salutare, sed & benedicere, dicit, Si quidem dignus fuerit B
paterfamilias, benedicetur: si autem contumeliosus, & non
capax pacis, pugnans & aduersarius sermoni vestro & do-
ctrinæ: benedictio non veniet super illum, sed ad vos reuer-
tetur. Præcipit quoque non transeundum de domo in domũ,
vt ne videantur gulosi, & scandalo sint multis, & contristent
eos à quibus primùm susceptí sunt. Insuper dicit, Comedite
ea quæ apud illos sunt: hoc est quæ proponunt vobis, etiam
si vilia & parua sint, nihil amplius inquirentes. Pro merce-
de autem habete cibum. Et ne quæratis & pasci, & mercedem
insuper accipere, sed cibum pro mercede habetote. Vide igi
tur quomodo discipulos ad inopiam instruat, & securos fa-
ciat. Sanare autem & infirmos qui in ciuitatibus, præcipit,
vt miraculorum operatione attrahant homines ad verbum C
quod prædicant. Et vide quid dicat: Et dicite eis, Appropin- *Quando*
quauit in vos regnum dei. Nam si primum sanaueritis, ac de- *prædicat*
inde docueritis, feliciter curret sermo vester, & credent ho- *ũ sermo*
mines quòd regnum dei peruenerit in vos. Non enim sanati *feliciter*
fuissent nisi diuina quædam virtus fuisset hæc operans. Sed *currat.*
& quando in anima quis sanatus fuerit, tunc venit in eum re
gnum dei. Ab ægrotante enim longe istud est, quandoquí-
dem peccatũ in illo regnat ac dominatur. *In quamcunq; autẽ*
ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, exeũtes in plateas eius
dicite, etiã puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus
in uos: tamen hoc scitote quòd appropinquauit in uos regnum dei. Di-
co uobis quòd Sodomis in die illo remissius erit q̃ illi ciuitati. Quã-
do, inquit, non susceperint vos egressi testemini eis q̃ nihil
comunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

D commune nobis vobiscum, neque habemus aliquid de ciuitate vestra: sed etiam puluerē qui adhęsit nobis, extergimus, hoc est excutimus, spongia emundamus, abiicimus in vos. Verūtamē scitote quòd appropinquauit in vos regnum dei.

Quo fusci pientibus & nō susceptēribus apostolos appropinquet regnū cælorum.

Hoc loco quæsiuerit quispiam, Quomodo dicit dominus appropinquasse regnum dei & his qui susceperunt & qui non susceperunt apostolos? Appropinquare dicit regnum cœlorum his qui apostolos susceperē, ppter beneficia quæ in eos collocantur: his autem qui non susceperunt, propter condēnationem. Finge in spectaculo quodam multos condemnatos, & alios non condemnatos, senatorios inquam milites & optimates: deinde dicere præconem ad omnes tam condemnatos quàm venerabiles, Appropinquauit rex vester: nónne

E his quidē ad suppliciū, aliis vero ad gloriam & beneficentiā appropinquare dicit regem? Sic igitur & hoc loco intelliget: Tolerabilius erit Sodomis, inquit, q̄ ciuitati quæ vos nō susceperit. Quare? Eo quòd in Sodoma apostoli non fuerūt missi. Igitur qui apostolos non susceperunt, deteriores sunt So-

Mat. 7. domitis. Obserua ciuitatem non susciepientem apostolos, plateas habere. Lata enim via est quæ ducit ad interitum: quam quisquis ingreditur, ille apostolicum & diuinum verbū non suscipit. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœnituissent. Verūtamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quàm vobis. Et tu Capernaum, quæ usque ad cœlū elata es, usq; ad infernum deprimeris, Qui vos audit, me audit: & q̄ vos spernit, me spernit. Qui autē me spernit, spernit eum qui me mi-*

F *sit.* Tyrus & Sidon ciuitates fuerunt Gentilium, Bethsaida autem & Corozain Iudaicæ. Dicit igitur quòd in iudicio tolerabilius erit Gētilibus, q̄ vobis, qui vidistis miracula, & nō credidistis. Illi enim si vidissent, credidissent vtique. Sed & tu Capernaum quæ exaltata quidem fuisti vsque ad cœlum, & glorificata multis quæ in te facta sunt miraculis, detraheris vsque ad infernum, condēnenda propter isthuc ipsum, q̄p & post tanta miracula incredula manes. Deinde vt ne dicat qui mittuntur ad prædicationem, quo mittis nos, si ciuitates quædam non sunt te susceptūræ? dicit, Ne sitis animo tristi: qui spernit vos, me spernit, & patrem meū: & ita iniuria non vestra est, sed in deum transit. Consolatio igitur sit vobis, q̄p hæc dei sit iniuria. Sicut cōtra, ne gloriemini, vel sapite sublime,

lime, quod quidam vos audiāt. Non enim vestrum est opus, A sed meum, & gratiæ. *Reuersi autem sunt septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine etiam demonia subiiciuntur nobis per nomen tuum. Ait autem illis, Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce do uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere quod spiritus uobis subiiciuntur, sed gaudete quod nomina uestra scripta sunt in cœlis.* Prius dixit q̄p miserit septuaginta, nunc autem dicit quod reuersi sint gaudentes quòd non solum alios morbos fugarint, sed, quod maius malum erat, effugarint etiam dæmones. Vide autem quomodo non superbiunt. Dicunt enim quod in nomine tuo subiiciuntur nobis demonia, tua gratia, non nostra virtute. Dicit autem illis dominus, Ne miremini si dæmones vobis subii- B ciantur. Princeps enim ipsorū olim de cœlo decidit, & nullam fortitudinem habet. Nam licet hoc homines non viderint, ego tamen inuisibilium spectator vidi. Decidit autem sicut fulgur, quia lux erat, & archangelus & lucifer, ac in tenebras decidit. Si igitur de cœlo ille decidit, serui eius, dæmonia dico, quid non patientur? Quidam autem sic intelligunt, de cœlo, hoc est de gloria. Nam quia dixerāt ei septuaginta, quod dæmonia sibi subiiciantur, dicit: hoc & ego scie bam. Videbam enim satanam de cœlo, id est de gloria sua, & de honore quem habebat, cadentem. Ante Christum enim vt deus colebatur, nūc autem de cœlo decidit, hoc est de gloria sua, ne colatur vt deus, neq; habeatur perinde ac si in cœlo habitet. Ecce igitur do vobis potestatem conculcandi virtutem illorum. Serpentes & scorpii, dæmonum sunt cæteruę, C quæ de sursum trahuntur. Et qui manifeste percutiunt, serpē *Dæmonū*
tes qui vero occultius, scorpii, vt dæmō libidinis & inuidiæ *cæteruæ,*
est serpens. in manifestaria enim mala compellit. at qui pro- *serpētes*
pter morbos persuadet hominem lanacris vnguentis & aliis *& scorpii*
effœminantibus vti, scorpius vocatur, non manifestum habens aculeum, sed clam carnem offendens, vt in magnum casum iniiciat. Gratia autem domino, qui dedit potestatē calcandi super illos. Cæterum docens eos ne superbiant, dicit, Verūtamen in hoc non gaudete quod dæmonia vobis subiiciuntur (alii enim sunt qui ex hoc beneficia capiunt, nempe qui sanitatem consequuntur) sed magis quod nomina vestra scripta sunt in cælis: non attramēto, sed memoria dei & gratia. Et

D tia. Et diabol⁹ decidit è celo, homines autem qui infra sunt, scribuntur supra. Verum itaque gaudium, nomina vestra in cœlis, est cœlis scribi, & esse in memoria dei. *In eadem hora exultauit in dei spiritu Iesus, & dixit, Confitebor tibi pater domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis: etiam pater, quoniam sic complacitum est coram te.* Sicut pater bonus quum viderit filios recta quædam opera gessisse, ita saluator exultat, quia talia bona assecuti erant apostoli. Itaque patri gratias agit quod occultauerit quidem talia mysteria à sapientibus, pharisæis scilicet & scribis, qui legé interpretantur, & intelligétibus, hoc est discipulis horũ scribarum. Sapiens enim est qui docet, intelligens autem qui docetur & intelligit quæ dicũtur: vt exempli gratia sapiẽs Gamaliel, intelligẽs Paulus. ille enim docebat, hic intelligebat quæ ab illo docebantur. Paruulos autem nominabat dominꝰ suos discipulos, vtpote eos qui in lege docti nõ erant, sed plerique ex turba & piscatoribus congregati. Verũtamen & parnuli dicti sunt ob puerilem simplicitatem. Illi autem sapientes dicti, quia videbantur sapientes, quum sapientes non essent. Abscondit igitur mysteria ab his qui videbantur sapiẽtes & intelligentes, quum vtique nõ essent. Nam si fuissent, reuelata fuissent eis. Etiam pater, gratias ago tibi, quia sic beneplacitum fuit ante te, hoc est, fuit talis approbatio & voluntio ante te, & placuit tibi. *Et conuersus ad discipulos dixit, Omnia mihi tradita sunt a patre, & nemo scit filiũ, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius aperire. Et conuersus ad discipulos seorsum, dixit, Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.* Omnia traduntur filio a patre, sicut subiicienda fuerunt filio omnia. Duo enim modi sunt quibus regnat in nobis deus: vnus quo regnat in his qui nolunt: vt exempli gratia quid dicam, Deus dominus meus est etiam si nolim, quia conditor meus est. Est autem iterum dominus meus, quando seruando mandata eius, voluntatem eius impleo, gratus seruus factus. Primum humana natura seruit & subdita est deo etiamsi nolit, etiamsi satanæ ministret. Postquam autem Christus pro nobis suscepit bellum, & nos à diaboli tyrãnide extractos, ministros suos, & mandatorum suorum operarios fecit, tunc facti sumus serui grati & natura & volũtate. Prior enim seruitus naturæ tantum erat, secunda vero etiam voluntatis. Hoc igitur est quod nunc dicit dominus, quia omnia mihi tradita sunt a patre meo, hoc est omnia mihi subiicienda sunt, & sub potestatem meam redigenda. Simile autẽ est hoc ei quod alicubi dictum. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Qui enim pacificauit omnia tam quæ in cœlo quàm quæ in terra, talia dicit. Et aliter, Omnia traduntur filio a patre, omnia opera quæ incarnatus pro nobis fecit. Quia enim neque pater neque spiritus pro nobis vel incarnatus est, vel passus, vel resurrexit, sed filius hæc omnia tulit, & dux salutis nostræ factus est: idcirco dixit tradita illi esse, veluti si dixisset, Pater meus mihi cõcredidit omnia, incarnari, pati, resurgere, saluare naturam repulsam. Et nullus scit filium nisi pater: & quis sit pater, nisi filius. Postquam autẽ dixit, Omnia mihi concredita sunt, quasi dubium quoddam nunc solluit. Ne enim quis dubitet, & cuius gratia tibi tradita sunt omnia, & non alteri, fortassis angelo vel archangelo? dicit q; propterea mihi tradidit, eo quod eiusdem naturæ & substantiæ sum cum eo. Et sicut illum nullus scit, ita neque me, nisi pater solus: & ita merito mihi tradidit omnia, vt eiusdem naturæ secum. omnemque cognitionem transcẽdenti, sicut etiã ipse supra omnem cognitionis vim est. Etenim pater dicit q; a solo filio cognoscatur, & cui filius voluerit reuelare. Vide autem quòd filius quidem non per reuelationem cognoscat, patrem, creaturæ autem per reuelationem. gratia enim accipiunt scientiam. non igitur creatus est filius. Conuersus vero ad discipulos, beatos illos dicit, & omnes quoq; qui cum fide ipsum in carne ambulantem vident, & miracula operantem. Etenim prophete prisci & reges desiderauerunt quidem in carne videre dominum, & audire eum, sed non cõtingit eis. Et aliter, quia supra dixit, Cui filius reuelauerit, ille scit patrem: beatos nunc dicit discipulos, quòd sua reuelatione ista eis contingant. Reuelauit enim eis patrem per se. Ipsum enim videns, videt patrem: quod bonum nullus ex sanctis qui ante incarnationem eius fuerunt, obtinuit, quia non viderunt dominum in carne, per quem pater cognosceretur. vnde neque patrem si e viderunt vt apostoli.

Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit, Diliges

Scribi in cœlis, est memoria. Mat. 11.

Sapiens quid.

Intelligẽs quid.

Qui parnuli dicti & quare

Duo modi regnãtis in nobis dei.

A

B

Cur Christo potiꝰ q̃ ãgelo seu archãgelo cuncta tradita sunt omnia.

C

Mat. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Diliges dominum deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,*
Deut. 6. *& ex totis uiribus tuis, & ex tota mente tua: & proximum tuum si-*
Roma. 13 *cut teipsum. Dixitque illi, Recte respondisti, hoc fac, & uiues.* Arrogans quidã legisperitus fuit, immo superbus, vt ex his quę sequuntur, manifestum est: insuper & dolosus. Accedit itaq; tentans dominum. Opinabatur enim quod ex responsis supplantare dominum posset. Sed dominus illum ad legem dum cit, in qua mirè gloriabatur. Vide autẽ quanto studio iubeat lex deum amare. Homo animalium omnium perfectissimũ est, & particeps naturæ omnium, & præterea quiddam sublimius habens. vt exempli gratia quid dicam, Particeps est naturæ lapidis. habet enim capillos & vngues, quæ insensata E sunt, quemadmodum lapis. Particeps est & naturę plantarũ, secundum quod crescit & nutritur, & simile generat, sicut & plantæ. Particeps est & naturæ brutorum, secũdum quod habet sensus, & irascitur, & concupiscit. Particeps est autem & dei iuxta rationalem animam, supra omnia alia animantia. Itaque lex ostendere volens quod homo debeat sese totũ tradere deo, & omnes animales virtutes insumere in dilectionẽ dei, eo quod dicit, ex toto corde, crassiorem & plantis propriam declarauit virtutem. Dicendo autem, ex tota anima, medium ostendit, & sensatis congruentem. Per hoc autem quod dicit, ex tota mente, homini maximè propriam vim significauit, animam rationalẽ. Porro quod dicit, ex tota for- F titudine, ad omnia hæc trahendum. Oportet enim nos & naturalem ac vegetatiuam virtutem subiicere dilectioni Christi. Sed quomodo? Fortiter, & non dissolute. Et sensitiuã, atque illam fortiter. Denique & rationalem, atque illam ex tota virtute. Atque ita debemus nos totos dare deo, subiicereque & nutritiuam, & sensitiuam, & rationalem nostram virtutem dilectioni dei. Et proximum tuum sicut teipsum. Lex nõdum valens perfecta docere ob auditorum puerilitatem, proximum diligere hortatur vt seipsum. Christus autem & plus quàm seipsum diligere proximum docuit. Maiorem eñ
Ioh. 15. hac dilectionem, inquit, nemo exhibere potest, quàm vt animam suam ponat quis pro amico suo. Dicit igitur ad legisperitum, Recte respondisti. Quia enim (dicere vult) legi adhuc subiectus es, rectè respondisti. iuxta legem enim sapis.

Ille aũt volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Respõdens autem Iesus dixit, Homo quidam descendebat ab Hie-

ab Hierosolymis in Hiericho, & incidit in latrones: qui etiam despo A
liauerunt eum uestibus, ac uulneribus inflictis abierũt semimortuo re
licto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem uia, uisoque illo præteriit. Similiter & leuita quum iret iuxta locũ, quum accessisset ac uidisset eum, præteriit. Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit ad eũ: & uiso eo, misericordia motus est, & accedens obligauit uulnera eius, infundens oleum ac uinum: & imponẽs illum in suum iumentum, duxit in diuersorium, & curam eius egit. Et postero die egrediens, depromptos duos denarios dedit hospiti, & ait ei, Curam illius habe: & quodcunque præterea insumpseris, ego cũ rediero reddam tibi. Quis ergo horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui exercuit misericordiam in illum. Ait igitur illi Iesus, Vade, & tu fac similiter. Laudatus à saluatore legisperitus, prodidit insolentiã animi. dixit eñ, B Et quis est meus proximus? Existimabat enim se iustum esse, nullumque habere sibi similem & proximum virtute: putãs solum iustum iusto proximum esse. Proinde volens iustificare seipsum, & extolli super omnes homines, insolescens ingt, Et quis est proximus meus? Saluator autem quoniam condi- *Proximus*
tor ipse erat, sciens nos omnes vnam creaturam, non operi- *noster qui*
bus neque dignitatibus, sed natura definit proximũ. Ne igi- *sit.*
tur putes, inquit, quia iustus es, quòd nullus tibi similis sit. *Cur Sama*
Omnes enim qui eiusdem naturæ sunt, proximi tui sunt. Sis *ritanus in*
igitur vicissim & tu illis proximus: non loco, sed affectione *exemplũ*
& studio erga illos. Idcirco & Samaritanum introduxit in *proximi*
exemplũ, vt tibi mõstret quòd licet hic vita excelluerat, pro *inductus.*
ximus tamen ei erat qui miseratione dignus. Sic & tu cõpas- C
sione proximum te illi exhibe, & spõte ac non vocatus in illius subsidiũ curre. Docemur igitur & hoc loco per parabolam vt parati simus ad misericordiam, & conemur esse proximi his qui indigent nostro subsidio. Docet autem & quanta dei bonitas erga homines, Descendebat enim humana natura a Hierusalem, hoc est a tranquilla & pacifica uita. Hierusalem enim interpretatur visio pacis. Quo autẽ descendit? *Hierusalẽ*
In Hiericho humilem, & æstu suffocantem, hoc est, vitam affectionibus plenam. Vide autem quod nõ dixerit descendit, sed descendebat. Semper enim humana natura ad inferiora procliuis est, nõ semel, sed semper vitæ affectionibus deditę *Dæmones*
vacans. Incidit autẽ in latrones, hoc est dæmones. Nisi quis *latrones.*
a cogitationibus sublimib⁹ deciderit, non incidit in dæmo-

D nes,qui exuto homini,& spoliato vestibus virtutum, plagas inferunt peccati. Primũ enim denudant nos omni bona cogitatione,& visitatione dei : deinde plagas peccati inferunt. Porro naturam humanam semimortuam reliquerunt: vel ꝙ anima immortalis,corpus autem mortale,& ita dimidiũ hominis morti subditũ est: vel quòd non omnino desperata est humana natura . In Christo enim salutẽ se habere sperauit: & ita neq; moriatur omnino,sed propter ruinam Adę, mors in mundum intrauit:propter Christi autem iustificationem
Roma. 5. mors abolenda est. Per sacerdotem vero & leuitam, legem intellige & prophetas. Illi enim volebant iustificare humaHebr. 10 nam naturam,sed non potuerunt. Impossibile enim,inquit Paulus,sanguinem taurorum & hircorum tollere peccatum.
E Miserti itaque sunt hominis,& de eius sanitate cogitarunt. Deinde plagarum magnitudine victi , ad posteriora iterum
ἀντεπα- regressi sunt. Hoc enim significat ἀντεπαφῆκε. Venit enim
γαγεῖν. (inquit)lex,& astitit iacenti: deinde non valés sanare,reuersa est. Attende item quòd verbũ accidit, sensum quendã habet. Nam reuera legem non data opera inuenerunt, sed propter humanam infirmitatem,quæ non potuit ab initio sacramentum Christi suscipere, data est. Propterea dicit, accidit quòd sacerdos, hoc est lex (ita enim dicere solemus de his quæ fortuito obueniũt,& citra operam nostram)venit vt saGalat. 2. naret hominem:sed dominus & deus noster, qui ꝓpter nos
Ioh. 8. factus est maledictum,& vocatus Samaritanus, iter faciens, hoc est hanc potissimũ sui itineris causam esse volens,& hũc scopum obseruans,vt nos sanaret : non præteriens & obiter
F nos visitans venit ad nos,sed conuersatus nobiscum,& locutus non apparenter,sed vere. Proinde statim obligat vulnera,neq; permittit malitiam amplius laxari,sed obligat eam. Infundit oleum ac vinum:oleum,hoc est sermonem doctrinæ,qui per suauia nos adhortatur,vinum vero, sermonẽ qui
Mat.11. per austeriora inducit ad virtutem. Exempli gratia,quando
Mat.25. audis dominum dicentem,Venite ad me,& ego refocillabo vos:hoc oleum hilaritatem & quietem ostendit. & iterũ,Venite,hæreditate præparatum vobis regnum. Quando autem dicit,Ite in tenebras:vinum est,hoc est austerior doctrina. Intelligere potes & aliter. Oleum humanam significat conuersationem,vinum diuinam,vt tale quid dicam, Dominus alia humano more operabatur,alia autem diuino. Humanũ erat

erat comedere & bibere,& vitã laxiorẽ sectari,& non austeA ritatem præ se ferre,vt Iohannes:atque hoc fuerit oleum. Ieiunium vero mirabile,& ambulatio in mari , & aliæ diuinæ virtutes, vinum sunt. Vino enim assimilata est deitas , quam meracam sustinere ac ferre nullus posset,nisi & oleum adesset.hoc est,humanior conuersatio,Et proinde quia per vtraque nos seruauit,diuinitatem inquam & humanitatem: propterea dicit vinum & oleum infudisse , Et quotidie qui baptizantur,liberantur à vulneribus animæ, oleo quidem vnguenti vncti: statim autem communicantes,& diuini sanguinis participes fiunt. Porro domin⁹ imposuit sauciam nostrã naturam super proprium iumentũ,hoc est super corpus suũ. Membra enim sua nos fecit,& participes sui corporis: nosq; infimo loco fitos posuit in dignitatem illam , vt & eiusdem B corporis videamur esse. Diuersorium autem ecclesia est,quæ omnes suscipit. Iex enim nõ ões suscipiebat. Moabita enim, Deut.23. dicit,& Ammonita non intrabunt in ecclesiam dei. Nunc Actu.10. autem in omni gente qui timet deum,acceptus est ei , modo velit credere,& pars fieri ecclesiæ,quæ omnes peccatores & publicanos suscipit. Vide item & diligentiam, quomodo ducens,inquit,in diuersorium,curam eius egerit. Nam prius quàm in hoc duceret,solum obligauit vulnera. Quid igitur est quod dico? Quia quum constituta est ecclesia,& factũ est diuersorium,hoc est ex omnibus ferme gentibus aucta,tunc fuerunt & spiritus sancti dona , & dilatata est gratia dei : id quod ex actis Apostolorum discces. Tenet autem figuram hospitis,omnis apostolus & doctor, & pastor:quibus dedit dominus duos denarios,duo testamenta, vetus & nouum. C Vnius enim regis imaginem vtraque tenent,nempe quòd eloquia dei sint. Itaque denarios illos dominus in cœlum ascendens reliquit apostolis,& episcopis aliis,atque doctoribus. Dixit autem, Quicquid ex tuo insumpseris , egõ dabo tibi. Reuera enim de suo apostoli multa insumpserunt,multum laborantes, & omnem doctrinam seminantes. Sed & doctores qui explanant veterem & nouam. multa è suo insumunt,pro quibus mercedem accipient domino reddituro in secundo aduentu. Tunc enim singuli dicent ei,Domine,duos denarios dedisti mihi,ecce alios duos præterea impendi. Mat.25. Cui dicet & ipse,Euge serue bone & fidelis &c.

D *Factum est autem dum irent, ut ipse intraret in quoddam oppidum, ac mulier quędam Martha nomine excepit illum in domum suã: & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam assidẽs ad pedes audiebat sermonem illius. Martha autem distrahebatur circa frequens ministeriũ: quæ assistens ait, Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me ut sola ministrem? Die ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi Iesus. Martha Martha, solicita es, & tumultuaris circa multa: atqui unum est necessarium. Maria bonam partem delegit, quæ non auferetur ab ea.* Magna quidem hospitalitatis virtꝰ est, id quod Martha ostendit, & non reiicienda: maior autẽ attendere verbis magis spiritualibus. Per illam enim corpus pascitur, per hoc anima viuificatur. Non enim propter hoc assumus, inquit, vt mẽtem impleamus variis cibis, sed vt animabus vtiles simus. Vide item & domini sententiam. Nihil
E prius dixit Marthæ, quàm ab illa perstringendi sumeret occasionem. Postquam enim illa auellere tentauit sororem ab auditu, tum denique dominus arrepta occasione illam verbe tat. Eatenus enim hospitalitas veneratione digna est, quatenus non abstrahit & abducit nos a magis necessariis. Et quo niam cœpit prohibere nos à curiosis, tunc illi præferẽdus di uinorum auditus: immo si accuratius dicendum, non hospitalitatem prohibet dominus, sed varietatem ac turbam, hoc est distractionem & turbationem. Laudat enim frugale hospitium. Quare enim, inquit, Martha solicita es, & turbaris circa multa, hoc est distraheris, turbaris? Vno nobis opꝰ est, nempe vt comedamus qualitercũque, non variis. Quidam autem exponunt, vno est opus, non de esu, sed attẽtione doctri næ. Porro dictis illis docet dominus apostolos, vt quum ve-
F nerint in domum cuiusdam, non varia inquirant, sed contenti sint frugali hospitalitate, nihil plus quærẽtes quàm vt attendant doctrinæ. Intellige quoque per Martham virtutem practicam, per Mariam cõtemplationem. Practice enim distractiones & turbationes fert: contemplatio vero domina fit affectionum. Maria enim domina interpretatur, ac in sola diuinorum eloquiorum & iudiciorum cõtemplatione occupata est. Animaduerte autem & hoc, quod assidet iuxta pedes Iesu, & audit sermones eius. Etenim per pedes intelligunt virtutem practicam. motum enim & incessum ostẽdunt. Porro sessio, firmitatis symbolum est. Quisquis igitur sederit iuxta pedes Iesu, & confirmatus fuerit in practica, ac imitatur vitam

Infr. 19.

Hospitalitas quatenus veneranda.

Martha virtutem practicã, Maria cõtẽplatiuã significat.

vitam & conuersationem Iesu, ille postea venit ad auditum A diuinorum sermonum, videlicet contemplationem: quia & Maria primũ sedet, deinde audit sermones. Tu igitur si quidem potes, in ordinem Mariæ ascende, & fias domina affectionum, & ad contemplationem venies. At si hoc tibi non fuerit possibile, Martha esto, practicæ parti addictus, & per hoc Christum suscipiens. Vide autem hoc, Quæ non auferetur ab ea. Practicus enim habet quod a se auferatur, hoc est, distractionem & occupationem. proficiendo enim venit ad contemplationẽ, liberaturqi a turbatione & distractione, & ita aufertur aliquid ab eo. Contemplator vero non priuatur hac bona parte, contemplatione scilicet. In quod enim maius aliud proficeret, vbi in hoc venerit fastigium, diuinã deeo visionem, id quod est deificari? Qui enim dei visionem as B sequitur, deus fit. Simile enim simili comprehenditur.

CAPVT XI.

ET factum est quum oraret quodã in loco, ut cessauit, dixit quidam ex discipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, sicut Iohannes docuit discipulos suos.
E *Et ait iis, Quum oratis, dicite, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: ueniat regnum tuũ:* Mat. 6.
fiat uoluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & remitte nobis peccata nostra, siquidem & nos remittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Imitatur discipulus Christi C discipulos Iohãnis: idcirco & quærit vt doceatur modũ orationis. Saluator autem non repulsa discipuli prece, docet: Pater noster, inquit, qui es in cœlis. Vide orationis vim. statim Orationis dominicæ expositio. surſum te ducit: tibiqi persuadet, quoniã nominas deum patrem, ne omnino similitudine eius careas, sed enitaris fieri similis patri. Nõ dixit autem, pater mens: sed, pater noster, ad fraternitatis amorem nos cohortãs, & compellens omnes diligere tãquam communes fratres. Porro quũ dixisset, in cœlis, non deum illic circunscribit, sed auditorem in cœlos subuehit, & a terrenis abducit. Sanctificetur vero nomen tuum, pro eo quod est glorificetur, hoc est, fac vitã nostram in tuã esse gloriã. Nam sicut nomen dei propter malos blasphematur, ita propter eos qui bonã agunt vitã, glorificatur. Veniæ

D regnum tuum. Malus deprecatur regnum dei, nolés illud venire propter iudicia quæ tunc erunt: iustus vero orat vt cito veniat, quo à tẽtationibus quę hic sunt, liberetur & quiescat. Fiat autem volũtas tua, quemadmodum in cœlo ab angelis, ita & a nobis hominibus super terram. Angeli enim omnino iuxta voluntatem dei operantur. Docet quoq; quotidianum panem solum quærendum, hoc est, eum qui substantiæ nostræ & vite conseruandæ conducit, non superfluũ sed necessarium. Porro non intrare in tentationes, significat nõ temere prosiliendum in tentationes. Neque enim orare debemus deum vt immittat in nos tentationem: sed deprecandæ sunt: & si nobis acciderint, ferendæ fortiter. Dicere autem

Duo genera tẽtationum.

E possumus quòd duo sint genera tẽtationum. Aliæ enim sunt voluntariæ, vt ebrietas, homicidium, adulterium, aliæq; affectiones. Hisce enim tentationibus sponte nos submittimus. Inuoluntarię vero sunt, quibus tyrãni & validiores nos subiiciunt. Igitur à voluntariis tentationibus, hoc est affectionibus, fugere nos oportet, & eas deprecari, & dicere, ne inducas nos, hoc est ne permittas nos incidere in tentationẽ, hoc est voluntariam tentationem. Sed libera nos à malo. Hic em̃ est qui & voluntarias & inuolũtarias infert tẽtationes. Ideo qui tentaris ab homine & vim pateris, ne putes hominẽ esse tibi authorem tentationis, sed malignum. Ille enim est qui fratri persuadet vt in te sæuiat & insaniat. *Et ait illis, Quis ue*

F *strum habebit amicum, & ibit ad illum mẽdia nocte, & dicet illi, Amice, da mihi mutuo tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod apponam illi. & ille intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi. Dico uobis, etiam si nõ daturus sit illi surgens eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, ac dabit illi quotquot habet opus.* Parabolam hanc & exemplum dicit dominus erudiens nos ne segniter oremus. Quid igitur vult parabola? Mediam noctem quidẽ inquit esse extremum vitæ, ad quod quum homines peruenerint, sensum boni accipiũt, & ad deum festinant: qui amicus

1. Tim. 2. est, omnes diligens, & omnes volens saluos fieri. Igitur multi accedunt in media nocte, hoc est in extrema vita, ad deum, vt ad amicum: & dicunt ei, Da mihi tres panes, hoc est fidem in trinitatem. Amicus enim meus aduenit, hoc est, angelus qui animam assumit. Amicus autẽ est omnis angelus,

gelus, sicut & dominus dixit quòd gaudium factum est in cę A lo de salute hominis. Pueri aũt qui in lecto quiescunt, sunt hi *Infr. 15.* qui conuersi sunt & facti sunt pueri, & digni habiti sunt qui *Pueri in* quiescerẽt cũ dño. Impudentiam autem & improbitatẽ dicit *lecto quie* orationem attentam cũ sustinẽtia, Intellige & aliter, per me- *scentes.* diam noctem, ingentem tentationem. Nox enim omnis tẽtatio: media autem nox, omnis tentationis feruor. Igitur cum quis in medias tentationes peruenerit, accedit ad deum nos diligentem, & dicit, Commoda mihi tres panes, salutem cor poris scilicet, & animę, & spiritus. Timetur enim ne tria hæc periclitentur. Quis autem amicus est qui venit de via? Vel omnino dominus, qui probat nos, & auidus est edendi de sa- *Amicꝰ de* lute nostra. Non habet autẽ quod apponat amico, qui in ten- *ula uenięs* tationes inciderat, & infirmus per se vt obsistat illis, & curet B ea quæ sunt dei. Claudi ianuã, signat quòd oporteat ante tentationes nos esse præparatos. Quum autem inciderimus, clausa est præparationis ianua. Et qui inueniuntur impræparati, nisi deus adiuuerit, periclitabuntur. Pueri autem (sicut prius dictum) hi sunt, qui per virtutẽ facti sunt filij dei, & recumbunt ac quiescunt cum deo. *Et ego dico uobis, Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autẽ ex uobis pater, a quo si filius petierit panẽ, num lapidẽ dabit illi? aut si piscem, num pro pisce serpẽtem dabit illi? aut etiam si petierit ouum, nũ porriget illi scorpiũ? Si ergo uos quũ sitis mali, nostis bona dona dare filiis uestris: quãto magis pater uester qui in cælis est, dabit spiritum sanctum poscentibus se?* Videte verborũ diligen- C tiam. Non dixit, petetis, & dabitur: sed, petite, hoc est, conti- *Matt. 7.* nuò quærite. Omnis enim qui petit, accipit. Nunquid ergo 15. & qui petit quæ non expediunt, accipit? Non. Primò igitur *Marc. 11.* rerum noxiarum petitio, nõ vocatur petitio apud deum. nam *Iohã. 10.* qui deum orat, debet petere quæ ille dat. Quando autem quis 14. noxia petit, non ad deum petitionem facit. ipse enim noxia non dat. Insuper audi etiam ipsum dominum quomodo doceat nos petere quæ oportet. Panem, inquit, & piscem & ouum filius petit. Sicut igitur hæc hominis sunt cibus, ita *Panis, pi-* & petitiones nostræ vtiles nobis esse debent. Intellige hic *scis, & o-* quòd panem petat omnis qui fidem in trinitatem & rectitu- *uũ, à deo* dinem dogmatum reuelari sibi petit. Hæc enim cor sicut pa- *roganda.* nis confirmant, At piscem petit, qui in mari vitæ huius est, *Psal. 103.*

z iiij & quærit

Universidad de Deusto
Biblioteca

D & quærit à deo adiutorium, vt in mediis tentationibus non submergatur, sed viuat, & sicut piscis custodiatur. Omnium autem petit, qui sibi virtuosarum animarum fructus dari petit. Quæ sane animæ auibus conferuntur, quæ alas sumpserunt, & spiritu alleuiatæ super terrena sese extulerunt. *Et erat eiiciens dæmonium, & istud erat mutum: quumque eiecisset dæmonium,*

Matt. 4. 12. *locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt, Per Beelzebul principem dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem quum sciret cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum aduersus seipsum diuisum, desolatur, & domus super domum cadit. Quòd si satanas quoque aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius, quia dicitis me per Beelzebul eiicere dæmonia? Quod si ego Beelzebul præsidio*

E *dæmonia eiicio, filii uestri cui præsidio eiiciũt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porro si digito dei eiicio dæmonia, profectò peruenit ad uos re-*

ν. qui quit eiicitur. *gum dei* νωφὸς mutus frequenter dicitur, qui neque audit, neque loquitur. dicitur autem & qui nõ audit: propriè verò qui neque audit, neque loquitur. Et sanè qui à natiuitate non audiunt, iidem etiam necessariò nõ loquuntur. Illa enim loquimur, quæ per auditum loqui didicimus. Quando autem quis non audit, non mirum si neque loquatur. Verum secus est si casu cuiuspiam auditus offendatur. Nam cum qui talis est loqui nihil prohibet. Vnde qui ad dominũ adductus est, & lingua & auribus impeditus erat. Figura autem hic est humanæ naturæ, quę à dæmonibus detenta, nõ audire potest sermonẽ dei, multòq; minus eloqui valet. At dominus postquàm vene

F rit, dæmonesque effugarit, dæmoniacas affectiones & opera inquam, fecit nos audire & eloqui veritatẽ. Non solum enim sermones dei audire oportet, sed etiam aliis loqui. Audiamus igitur qui habemus in nobis diabolica opera, & putamus nos docere alios, & cupimus ab hominibus salutari rabbi. Egresso enim dæmonio, verus sermo & doctrina fit. Quandiu autẽ intra nos fuerit dæmonis operatio, etiamsi videamur loqui, non loquimur. Pharisæi sanè miraculum arguunt: & dominũ vt magum contumelia afficiunt. Dicunt habere eũ amicum principem dæmoniorum, atq; illius cooperatione eiicere dæmonia. Ad quos dominus, Quomodo (inquit) potest dæmon eiicere alium dæmonẽ? Hoc enim esset destructio regni eius. Siquidem regnum illi putãt & quietem, habitare in hominibus: & si eiicit eos princeps ipsorũ, manifestum quòd seipsum destruit.

destruit. Etenim omne regnum diuisum & seditiosum destrui A
tur, & domus diuisa. Domum autem siue ædificium intellexeris, bene. Nam ædificium quandiu cohibet se, & seruat continuitatem, consistit: postquàm autem etiam muri dispescunt, cadit. Siue eos qui domũ inhabitant intellexeris. nã hi quandiu pacifici sunt, conseruantur: quum autem inter se dissidẽt, cadũt. Esto autem quòd ego eiiciam dæmonia in Beelzebul, filii vestri, hoc est Apostoli, in quo eiiciunt? nonne manifestum quòd in meo nomine? Quomodo igitur dicitis quod ego eiiciam in Beelzebul, quasi opus habeã illorum virtute, quũ filij vestri, sancti scilicet Apostoli, in meo noie dæmonia eiiciant? Igitur ipsi cõdemnabũt vos. Manifestum enim quòd si illi in meo nomine eiiciunt dæmonia, mihi non opus sit virtute alterius. In digito ergo dei, hoc est in spiritu sancto eii- B
cio, & non in malo spiritu. Digitum autem spiritum dicit, vt Digit⁹ dei
scias quòd sicut digitus eiusdem substantiæ est cum alio cor- quis.
pore, ita & spiritus eiusdem substantiæ est cum patre & filio. Esaiæ. 11.
Fortassis autem & ideo, quia filius dicitur manus dei, & requieuerunt super eum septem efficaciæ spiritus, nõ quòd per spiritum agatur, sed quia substantialis est spiritui. Vnum aũt ex donis & efficaciis spiritus sancti est sanare: propterea dicitur in spiritu dei, hoc est, in spirituali dono eiicere dæmonia. Nam sicut digitus pars est manus, ita spirit⁹ donationũ pars fuit spirituum quos habuit Christus. hoc est operationũ spiritus. Propterea si eiiciũ (inquit) dæmonia efficacia diuinæ virtutis, peruenit vtiq; in vos regnum dei. Quod talẽ habet sensum, Destructum nũc est regnum diaboli, regnatq; deus qui C
dæmones effugat. Audi enim quid deinceps dicat. *Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Vbi uero fortior eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Quum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arentia, quærens requiem: & non inuenient, dicit, Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam atque ornatam. tunc uadit, & assumit septem alios spiritus nequiores ipso, & ingressi habitant ibi, & fiunt extrema hominis illius peiora primis.*
Fuit quidem, inquit, ante aduentum meum fortis satanas, & custodiebat atrium suum, hoc est prænalebat & imperabat humanæ naturæ fortiter & secure. Postquam autem ego veni illo

D illo fortior, & vici mundum, omniaque arma eius in qui-
Arma diaboli. bus fidebat; omnia scilicet peccatorum genera, illa enim arma sunt diaboli in quibus fidebat & prævalebat. Arma igitur (inquã) illa eius diripui ego qui sine peccato inuentus, vnde infirmata sunt: & spolia eius, hoc est, homines quos habebat, quasi spolia ab eo rapui, & trado ea, aliud alij angelo fido custodi, vt pro dæmone, cuius tyrannidem tulerat, habeat angelũ. Vel aliter, Egóne cõmunionem cũ Beelzebul habeo? Meũ op⁹ est cõgregare filios dei dispersos, illius vero cõgregatos dispergere. Quomodo igitur de me cogitatis quòd communionem habeam cum satana? Et profectò hęc cogitatio hinc oritur, quòd dæmones magis nunc vos q̃ olim præmant. Etenim habuistis etiam olim immundũ spiritũ, qui ha-
E bitabat in vobis quãdo idola colebatis, & prophetas occidebatis, & visus est postea exire à vobis: at nunc rediit in domũ suam, hoc est, animas vestras, cũ septẽ spiritibus, hoc est multis (scriptura enim septem pro multis vsurpat) fecitque vobis
Septẽ, pro multis. extrema peiora primis. Quum enim idola coleretis, prophetasque occideretis, nondum iniura afficiebatis filium dei, qui nunc propter vos in carne apparuit. Nunc autem quæ spes salutis, quando & incarnato filio dei, qui & propter vos miracula operatus est, in tantam ingratitudinem & contumeliam prorupistis? Porro loca inaquosa, animę sunt eorum qui nihil aquosum & dissolutum habent, sed aridæ & solicitæ sunt, in quibus nullam quietem inuenit spiritus immunditię. Et quoniam in talibus animabus malignum nullũ domicilij locum
F inuenit, ad Iudæos reuertitur, & fiũt ipsis posteriora deteriora primis: neq; adhuc habent prophetas (occiderũt enim verbum) neque vnctionem. Christum enim crucifixerũt, Hæc enim in illis olim apparebant, quãuis idola colerent: nunc autem quia in filium dei peccarunt, omnibus illis priuati sunt.

Factum est autem, quum hæc diceret, extollẽs vocem quædam mulier
Matt. 12. *de turba, dixit illi, Beatus uenter qui te portauit: & ubera quæ fuxisti. At ille dixit, Quinimmo, beati qui audiunt sermonem dei, & custodiunt illum. Turbis autem condensantibus se cœpit dicere, Natio hæc mala est: signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Nam sicut Ionas signum fuit Niniuitis, ita etiam filius homi*
Ionæ. 2. *nis erit nationi isti. Regina austri surget in iudicio cum uiris nationis*
3. Re. 10 *huius, & condemnabit illos: quia uenit a finibus terræ ut audiret*
2. Par. 9. *sapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hoc in loco. Viri*
Niniuitæ

Niniuitæ surgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt illam, A
quia ad pœnitẽtiã adducti sunt prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Iona hoc in loco. Pharisæis & scribis miracula taxantibus, mulier simplex doloq; carens illa celebrat. Vbi aũt sunt qui dicunt dñm apparẽter tantũ apparuisse? Hæc igitur testis sit q̃ & vbera lactẽt. Ipse vero beatos dicit illos qui custodiunt sermonem dei, non destitutẽs beatitudine matrẽ suã, absit: sed ostendit q̃ etiam illi nulla vtilitas futura sit ex eo q̃ peperit & lactauerit ipsum, nisi virtutes alias õnes habeat. Insuper & hæc tẽpestiue dicit. Quia enim inuidi & inobediẽtes arguebant alios qui sermones eius audiebãt, ideo Christus contrà beatos eos dicit. Fortassis autẽ & propter sanatum surdũ hæc dicit: vt & ipse quum audierit, faciat sermonẽ, & nõ fiat ei in condemnationẽ recepta audiendi virtus. Congregãtibus au- B
tem se turbis, cœpit Iesus reprehẽdere ingratos. Nã quoniam erant quidã apud eos qui quærebãt signũ de cęlo fieri à Iesu: dicebãt enim, Signa quę fecit, de terra sunt, & facit ea in Beelzebul mũdi principe, qui potestatẽ habet terræ: de cælo aũt non poterit, eó quòd nõ sit filius patris cælestis: quia inquam fuerunt quidam hęc dicẽtes, eius gratia arguit eos dñs, & dicit, Dabitur vobis signum, id quod ostẽdet vobis me verũ filium cælestis patris. Quale hoc? Ionæ signũ, hoc est resurre- *Signũ Ionæ quod fuerit.*
surrectionis. Sicut enim ille tribus diebus fuit in ventre ceti, ita & ego tres dies faciã in vẽtre magni ceti, hoc est inferni, & resurgam. At Ionæ quidẽ, postquam reuixit ex ventre ceti, crediderunt Niniuitæ: mihi autem etiam quum resurrexero, non credet generatio ista: vnde condẽnabitur, quòd neq; Ni C
niuitas sint imitati, q̃is maior nunc hic assit q̃ Ionas. Nã & ob meã dignitatẽ, & prædicationis genus, maior monstratur excellẽtia. Et dñs, ille seruus: ego regnũ cælorũ prædico, ille salutẽ, ne periret: ego cũ miraculis, ille absq; miraculis. Simi- *Regina*
liter & regina austri iudicabit nationem hãc, quia ex finibus *austrique*
terræ venit vt audiret sapientiã Salomonis. Intelligas quoq; *intelligatur.*
obsecro per reginã austri, omnem animã quæ in bono valida est, & perseuerat. Et vt tale quid dicã, aquilo in scriptura infamatur tãquàm aduersarij regio. Gelida eñ est & rigida, ac mortua facit. Auster verò laudatur vt vẽtus calidus, & viuificãs, & stupida mẽbra cõfouẽs. Ideo & ĩ Cãticis spõsus aquilo nẽ fugans dicit, Surge aqlo, & veni auster. Et iterũ Propheta *Cant. 4.*
dicit, Et eũ q ab aqlone est, exterminabit dñs, satanã scilicet. *Iobel. 2.*

Igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Igitur anima quæ regnat in austro, in bona parte spiritualis
Sapientia vitę, & imperiū habet in operibus, venit vt audiat sapientiā,
Solomonis hoc est, ad contemplationem ascendit. Sapientia enim Solo-
quæ fue- monis, pacifici regis domini & dei nostri sapientia est: ad
rit. quam non veniet quis aliter, nisi regnauerit in bona vita, &
Matt. 6. per actiuam imperauerit. *Nemo lucernam accendit, & in abscon dito ponit, neque subter modium, sed super candelabrum, ut qui ingre diuntur, lumen videant. Lucerna corporis est oculus. Quum igitur ocu lus tuus fuerit simplex: totum quoque corpus tuum lucidum erit. quod si malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lu men quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuū totū lucidū fuerit, non habens aliquam partem tenebrosam: sic erit lucidum totum, ut quum lucerna fulgore illuminat te.* Quoniam inuidi Iudæi mi-
E racula videntes, ea calumniabantur ob mētis malitiam, eius gratia dominus hæc dicit, Quasi lucernam, hoc est noscendi deum beneficium, quo videmus veluti si nobis datum esset lu men, homines abscondunt mentis iudicium, & præ inuidia obtenebrati, miracula & beneficia nō vident, quanuis in hoc acceperimus mētem, vt super candelabrum ponamus, vt etiā alij lumen videant. Videtur autem mihi hoc dicere, O pha riiæ, habes scientiam, hoc est lucernam: oportet te scientia illa vti, vt per eam agnoscas miracula, & aliis quoque osten dere & monstrare possis quòd sint opera filij dei, & non Be elzebul: vt hi qui ingrediuntur, hoc est nouitij, & qui instru untur, lumen videāt. Nam qui sapiens est, iam ingressus est: qui autem discit, adhuc ingreditur. At pharisæi vos hoc face
F re non vultis, sed oculum mentis vestræ, qui simplex erat, se cisti: obliquum & obscurum. Et enim sicut oculus corporis si quid habet, hoc & corpus habere facit: si quidem lucem ha bet, ac lucidus fuerit, erit & corpus in luce: sin tenebrosus fuerit, erit & illud in tenebris: simili modo eundem affectū habet anima, quem habet mens. Et si inuenerit oculum quē accepit à deo, & lucem obtenebrari vel ab inuidia, vel ab aua ritia, vel vt in summa dicā, carnalitate: obtenebratur & ipsa.

Et quum loqueretur, rogauit illum quidam pharisæus ut prandere t apud se. Iesus autem ingressus accubuit. Pharisæus autem quum uidis
Matt. 23. *set, admiratus est quòd non prius lauasset ante prandium: & ait domi nus ad illum, Nunc uos pharisæi exteriora poculi catinique mundatis, & quod intus est uestri, plenū est rapina & malitia: stulti: nonne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est, fecit? Veruntamen quod superest*

superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Scie- A
bat quidem pharisæorum linorem dominus, & nihilominus *Cur cum*
comedit cum eis propter istucipsum, quòd mali erant, & cor *pharisæis*
rectione opus habebant. Nam propter hoc comedit cum eis, *& malis*
vt occasionem apprehendat, & eorum mores emēdet. Proin- *manducat*
de & nunc stultam eorum consuetudinē taxat, nempe lotio- *dominus.*
nem antequam comedant: docens quòd oporteat animā per bona opera purificare. nam lauari aqua nō animam, sed cor pus purificat. At stulti illi putabant quòd cum corpore quan do baptizabatur & lauabatur, simul & anima purgaretur. Do minus igitur pulchro calicis exemplo vsus est. Quia enim tē pus erat mensæ, calicis & catini meminit, ab his quę ob ocu los sita erant, testimonium afferens, & persuadens pharisæis quòd sicut nulla quidem vtilitas est extrinsecus mundum es- B se poculum, intrinsecus autem impletū esse sordibus: sic neq; si corpus baptizetur, anima autem omni plena sit immundi tia, vtpote rapina & malitia. Insinuauit autem duas affectio nes quibus laborabant Iudæi, auaritiam per rapinam, inui diam autem, & quæ ex inuidia proueniunt, per malitiā. Nul la igitur vtilitas est quādo sic habet anima stulti. Nonne qui fecit corpus, quod multa cura dignaris, etiam animam fecit? Debes igitur & illam purgare. Deinde docet eos quomodo purgandum sit: nempe quod interius, per eleemosynam in quit. Vide autem quomodo duas illorum affectiones sanet, inuidiam dico & rapinam, per hoc quod subiicit eleemosy nam. Nam qui verè miseretur, non inuidet ei qui misericor diam assequitur. Et quia duos morbos eis exprobrauit, vno C
remedio eleemosynæ vtrunque sanat, quę prima est filia dei- *Eleemosy*
ficantis charitatis. Si enim affuerit dilectio, vbi manebit aua *na filia*
ritia & inuidia? Ea igitur quæ insunt, hoc est, facultates ve- *prīa deifi*
stras. Benedixit ea quæ insunt, & non dixit, ea quæ sunt, eò *cantis cha*
quòd diuitię insunt in corde auari, & sedēt in eo. Ideo & Da *ritatis.*
uid dicit non apponendum cor diuitiis, hoc est ne agglutine *Psal. 61.*
tur nec colligetur eis cor. *Sed uæ uobis pharisæis, quia decima tis mentam & rutā, & quoduis olus, & præteritis iudicium & charitatem dei: immo hæc oportuit facere, & illa non omittere. Væ uobis pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutatio nes in foro. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia estis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes super, nesciunt. Respondens autem quidam ex legisperitis ait illi, Magister, hæc di-*
cens etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

D *cent etiam nos afficis contumelia. At ille ait, Et uobis legisperitis uæ, quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi uno digito uestro non attingitis farcinas. Væ uobis, quia ædificatis monumenta prophetarum: patres autem uestri occiderunt illos. profectò testamini quòd comprobatis facta patrum uestrorũ, quoniam illi quidem eos occiderunt, uos autem ædificatis eorum sepulcra. Propterea & sapientia dei dixit, Mittam ad illos prophetas, & apostolos, & ex iis occident & persequentur: ut requiratur sanguis omnium prophetarum qui effunditur à constitutione mundi à natione ista, à sanguine Abel usq; ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. profecto dico uobis, requiretur ab hac natione.* Phariſęi ne trãſgre
Gen. 4. derentur in vllo legem, decimas etiam de minimis dabãt: &
2. Pa. 24 E ſi quis illos reprehendebat tam paruarũ rerum rationem ha bentes, legem proferebant, quæ de omnibus decimas offerri ſacerdotibus præcipiebat. Itaq; dominus dicit, Sicut illa non negligitis, ita oportet vos & iudiciũ & dilectionem dei facere. Quoniã iniuſti erant, viduaſq; & orphanos peſſundabãt, dicit ꝙ oporteat eos habere iudicium, hoc eſt iuſtũ iudiciũ. Et quia contemptores dei erant, temere ſacerdotalibus operibus ſe credentes: ideireo prȩcipit eis vt charitatem dei ha-
Duæ dilectionis ſpecies. beãt. Nam qui diligit deũ, nõ contemptim facit opera eius. Fortaſſis autem, vt mihi videtur, quoniam duę ſunt dilectionis ſpecies, vna erga deum, altera erga proximum, duas illas inſinuat. Dicendo enim iudicium, indicat dilectionem erga proximum. Iuſte enim iudicare proximum, & non conculcare eum, ex dilectione fit. Dicendo vero dilectionem dei, om-
F nino ſignificat generalem affectionem erga deum. Et quando quis diligit proximum, nõ propter viduam quandam, vel turpem affectionem, ſed iuxta deum: itaq; & illa dilectio dei dicta fuerit, quòd eam mandauerit deus. Volebant autẽ pharisæi ab omnibus hominibus honorari & ſalutari vt doctores in foro. Hoc enim vult ſalutatio & appellatio. Similes igitur eſtis (inquit) monumentis, quæ plena quidem ſunt omni putredine, extrinſecus autem marmore fulgere videt homines, neſcientes quid calcent, alioquin abominarentur abominationem quæ intra eſt. Legiſperitus vero ſtultè ad reprehen-
Phariſæi. dendum procedit. Sanè alij erant legiſperiti, & alij phariſæi.
Legiſperiti. Nam phariſęi videbantur vt monachi, & qui ab aliis ſe ſegregabant. Legiſperiti verò ſcribæ erant & doctores, qui ſoluebant quæſtiones legis. Onerabant itaque homines grauibus & into

& intolerabilibus, mãdantes ea quæ in lege obſeruatu difficilia, & ipſi neq; digito attingebãt: hoc eſt, ipſi nihil ex his quę A
alijs imperabant, faciebant. Nam quando docẽs facit quę docet, alleuiat onera, exemplóq; ſuo conſolationem affert diſcipulis. Quando autem nihil horũ facit quę docet tũc q̃ docet, Doctor, ſit
grauiora onera videntur diſcipulis, ita vt à doctore nullam & factor.
rectè faciendi vim accipiant. Declarat quoque dominus Iu- Cain.
dæos nepotes eſſe ac hæredes malitiæ Cain, eò quòd dicit Lamech.
quòd omnis ſanguis effuſus ab Abel vſque ad Zachariam, à Gene. 4.
natione illa expetetur. Et enim vos prophetas qui erãt fratres Zacha-
veſtri, occidiſtis, ſicut ille Abel. Vnde quidam non abſurde rias inter
numerauerũt Cain inter eos qui prophetas occiderunt, à quo tẽplũ &
vindictæ exquiſitæ ſunt ſeptem, ſupplicio ſcilicet leuiore: La altare oc-
mech autem inter eos qui occiderunt Chriſtum. Et ideo ſe- B ciſus.
ptuagies ſeptem vltiones dederunt, diſperſi in captiuitatem, 2. Pa. 24
à qua nõ redibunt. Quis autem fuit Zacharias quem occiderunt inter templum & altare? Alij quidem dicunt fuiſſe Zachariam filium Ioiadæ, quẽ lapidarunt, vt diſcimus ex libro Regum. Alij verò patrem prȩcurſoris, eò ꝙ ille ordinauerat dei genitricem cum virginibus etiam poſtq̃ peperiſſet Chriſtum, & conſtituerat eam in loco quo illę ſtant. hic enim locus eſt inter templum & altare, quod eſt extra ȩreum, & propterea occiderũt eum. Nã quia expectabant Chriſtum quendam regem ſuum futurum, nolebant autem regem ferre, ideo occiderunt ſanctum, qui aſſeruerat virginem peperiſſe, & Chriſtum natum eſſe regnaturum ſuper eos, quod auertebantur. abſque enim rege volebant eſſe. *Væ uobis legiſperitis, quia* C
tuliſtis clauem ſcientiæ. ipſi nõ introiſtis: & eos qui introibant, uetuiſtis. Quum autem hæc ad illos diceret, cœperunt legiſperiti & phariſæi grauiter inſiſtere, & captioſe ek interrogare de multis, inſidiãtes ei, & quærentes aliquid uenari ex ore eius, quo accuſarent eũ. Cla Clauis ſcientiæ.
uem ſciẽtię nominauit dominus doctrinã, & legis manuductionẽ, quę valebat adducere ad Chriſtũ. Lex enim omnino Lex.
nos ad Chriſtũ manuducit. Legiſperiti igitur, qui ſibi rectè legẽ interpretari videbantur, ſcientiæ clauem maligne tenebant, & non aperiebant ianuas legis, per quas intrarẽt & ipſi & populus ad Chriſtũ, quandoquidem lex ianua eſt ad Chriſtum. Veruntamen ianua iſta clauſa eſt, niſi quis obſcuritatẽ legis manifeſtet & aperiat, faciatq; manifeſtam. Et enim do- Iohan. 5.
minus dixit, Si credidiſſetis Moſi, credidiſſetis vtiq; & mihi.

Et iterum

Universidad de Deusto Biblioteca

D Et iterum, Scrutamini scripturas, quoniam istæ sunt quę testi
monium perhibent de me. Et vos non vultis venire ad me. Et
Exod. 12. vt exempli gratia vnum ostēdam, Agnus immolabatur à Iu-
dæis, & vngebantur superliminaria, & carnes comedebant,
& erat eis victoria contra exterminatores. Significabat hoc
planè mysterium Christi, quo vt agno immaculato & puro
occiso perfusi sunt nostri postes, ira & concupiscentia, & ho-
rum superliminare rationalis vis: carnemq; filij hominis co-
medimus, & vicimus quidem animales virtutes nostras per-
dentem. Et pleraque in lege Christum significabant. Clausa
enim erat lex obscuritate literæ, quasi ianua quadam. Si autē
cuipiam doctrina concredita fuerit, hic habet clauem scien-
tiæ: si voluerit aperire, & ipse intrabit, & aliis dux erit: id
quod legisperiti non fecerunt, sed tulerunt clauem scientiæ,
E hoc est absconderunt, obscurarūt, & iam quasi claui è medio
sublata, hoc est legis interpretatione, mansit clausa eius ia-
nua. Intelligas item & fidem clauem esse scientiæ. Per fidem
Esai. 6. datur vera scientia: vnde prophēta Esaias dicit, Nisi credide
ritis, non intelligetis. Igitur legisperiti clauem hanc, hoc est
fidem, è medio abstulerunt, & absconderunt. Nō enim fine-
bant quosdam credere in Christum omnium saluatorem. Ille
miracula faciebat, & populus per miracula credens agnitu-
Matt. 12. rus erat deum: at hi in Beelzebul dicebant eiicere dæmonia.
Vides quomodo abstulerunt clauem scientiæ, non sinentes
credere id per quod scientiam illi acquisituri erant. Docebat
enim in synagogis voluntatem dei: illi autem dicebant, Dæ-
Supra eo. monium habet, & insanit: quid illum auditis? Tulerunt igi-
F tur verè clauem scientię, & ipsi ingressi nō sunt, & alios pro-
hibuerunt maximè ingredientes, hoc est, studiosos cognitio
nis diuinæ. Illo autem adhuc loquente hæc, illi quasi attesta
rentur dicta eius, ostentarunt se illo aliquatenus sapientio-
ἀνασυρί- res, atq; occludere illi os (quod Græci dicunt ἀνασυρίζειν)
ζειν. incipiebant, hoc est, frequenter interrogare, & perplexum fa
cere: id quod fieri solet quando plures interrogant vnum de
aliis atque aliis argumentis. tunc enim qui respondere nō va
let, omnibus specimen ac indicium stulti exhibet, eo quòd
perplexus sit redditus. Hoc igitur struebant etiam maledicti
illi contra Christum. Multi enim interrogantes vnum, vide-
bantur illi os occludere, & perplexum reddere: ita vt nō pos
set eis respondere, id quod verisimiliter accidit. Quomodo
enim

enim vnus posset multis respondere alia atq; alia interrogan A
tibus? Potest aūt & os occludere & ἀνασυρίζειν sic intelligi,
hoc est illaqueare, & ob testimoniū oris quem apprehendere.
Quando enim apprehēditur ac capitur ex his quę ipse dicit,
videtur ab ore capi, & ab ore suo rapi, atq; condemnari. Por-
ro & sequentia hoc declarant, quęrētes (enim inquit) venari
quippiam ex ore illius. quod enim paulò antè dixerat os eius
occludere, hoc nunc dicit venari quippiā ex ore eius. Interro
gabant autē ipsum de lege, vt eum blasphemū arguant, qui
Mosen taxasset. hoc enim suspicabantur. Aliquando interro-
gant de his quę ad Cæsarē attinebant, vt eum denuncient se-
ditiosum, & tyrānidis studiosum, & omnino talia, qualia ani
mæ pessimæ & maligniſſimæ ac omni iniquitate plenæ ex-
cogitarent.
B

CAPVT XII.

Q Vum autem conuenissent innumeræ turbæ multitudo, Matt. 10
adeo vt se inuicē cōculcarent, cœpit dicere ad discipu- 16.
los suos, Primū cauete uobisipsis à fermēto pharisæo- Marc. 4.
rum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertū est, quod 8.
non reuelabitur: neq; absconditum, quod non scietur:
quoniā quæ in tenebris dixistis, in lumine audientur: & quod in aurē
locuti estis in conclauibus, prædicabitur in tectis. Pharisęi quidem
ipsum venari tentabant in sermone. vt turbas ab illo abarce-
rent. At res in contrariū euenit, magisq; adietunt turbę, & in C
turbas innumeras colligebantur, & ita singuli cupiebant ap-
propiare ei, vt & se inuicem cōculcarent. Sic igitur fortis est
veritas, & dolus infirmus. Iesus itaq; visa fraude pharisęorū,
& q; figuram quidem interrogantium gererent, re autem ve
ra illaqueare conarentur: dixit discipulis suis de simulatione
pharisæorum, argues omnino illos, & denudans corda illo- Fermentū
rum simulatione plena. Fermentum autem vocat hypocrisin pharisæo
& simulationem, quòd acerba sit, & plena veteris malitiæ, & rum.
transformet corrumpátque secum hominum mentes quibus
admixta fuerit. Nihil enim sic mores alterat, vti hypocrisis.
Qui igitur Christum discunt, hypocrisin fugiunt. Christus
enim quum sit veritas, mēdacio aduersatur. Porro omnis hy-
pocrisis mendacio plena est, & aliud quidem est, & aliud fin Hypocri-
git. Pharisæi itaque (inquit) latere se putant per hypocrisin, sis.

A bonos

Universidad de Deusto
Biblioteca

D bonos mores sibi effingentes. Atqui nihil occultū est, quod non reuelabitur. Omnia enim & verba & cogitationes nudæ ante iudicium in supremo illo die apparebūt: quin & in præsenti vita multa eorum quę occultantur, manifestari solent. Quæcunq; igitur in tenebris dixistis, & in promptuariis & occultē locuti estis, prædicabuntur in lumine & in tectis. Et hæc quidem videtur ad discipulos dicere, sed ad pharisæos dirigit, insidias illorum insinuans: & quasi hoc eis manifestat, quāuis ad discipulos videatur loqui. Quoniā ò pharisęi, quęcunq; in domo, hoc est in tenebrosis vestris cordibus cogitatis, tentantes me illaqueare, in luce audiantur & cognoscentur. Ego enim sum lux, & nō potestis à me occultari, sed in meo lumine omnia tenebratū vestrarum consilia internoscūtur. Et quod inter vos in aures cōsultatis, ita celebrabitur,
E vt super tecta summa prędicetur. Poteris autem illa etiam sic intelligere, quòd lux sit Euangeliū, & domus sublimis, Apostolorum summæ animæ. Quęcunq; autem pharisęi cōsultarunt, prędicata sunt postea & audita in lumine Euāgelij, stante super apostolicas animas magno prędicatore spiritu. *Dico autē uobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc nō habent quod amplius faciant. Ostendā autem uobis quem timeatis. Timete eū qui postq̄ occiderit, habet potestatem coniiciendi in gehennā. Certè dico uobis, hūc timete. Nonne quinq; passerculi uenūt minutis assibus duobus? & unus ex illis non est in oblitione coram deo. quin & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis.* Postq̄ dūs hypocrisin pharisæorum accusauit, & discipulos suos ab illa deterruit, & interF rim pharisęos iterū perstrinxit per hoc quod dixit, Quod dixistis in tenebris, audietur in lumine: nūc ad amicos suos perfectiora loquitur. Vbi enim spinas execuit, iam & bonū semē seminat. Dico aūt vobis amicis meis. Ea enī q̄ pri⁹ dixerat, nō ad ipsos, sed ad pharisęos dicta fuerāt. Vobis igitur dico amicis meis. Nō enim oīb⁹ sermo ille cōgruit, sed his qui ex toto
Roma. 8. corde diligunt, & dicere possunt: Quis nos separabit à dilectione Christi? Talibus enim admonitio illa cōuenit. Ne timeatis, inquit, ab his qui occidūt corpus. nihil enim amplius nocere poterunt: tametsi paruum damnū ab illis eueniat, qui corpori nocent, quod alioqui passutū esset etiā illis non lædentibus. Ille autem dignus qui timeatur, qui non solum corpus punit, sed & animam immortalē possessionem immortalibus subiicit

subiicit pœnis, iisq; ardentibus. Itaq; in spirituale certamen A
vngit & præparat amicos suos Christus, testēsq; suos facit, ac humano metu exuit. Homines enim (inquit) iram suam vltra corruptibile hoc corpus extendere nequeunt: finisq; insidiarum illorum cōtra nos, carnis mors est. Deo autem puniēte, non carnis solum damnū est, sed & misera anima cum supplicii vadit. Scito autem hoc loco, quòd peccatoribus mors ad supplicium infertur, & in hac vita puniuntur quum occidun tur, & in alia dum in gehennā coniciuntur. Persecutans autē verbū, etiam aliud quiddam simul intelliges. Vides enim q̄ non dixit, Metuatis eum, qui postquā occiderit, mittit in gehennā: sed habentem potestatē mittendi. Nōn enim semper qui moriūtur peccatores, mittuntur in gehēnam, sed sunt in potestate dei, vt etiam dimitti possint. Hoc autem dico pro- B
pter oblationes & distributiones quę fiūt pro defunctis, quæ *Defuncto*
non parum conducunt etiā his qui in grauibus peccatis mor *rū auxilia*
tui sunt. Non omnino igitur postquam occidit, mittit in ge- *Purgato-*
hennam, sed potestatem habet mittendi. Ne igitur cessemus *riaassertio*
per eleemosynas & intercessiones propitiū reddere eum qui potestatem habet mittendi, non semper autem potestate hac vtentem, sed & valentem remittere quiddam: quoniam multi putant moriētes pro veritate à deo derelictos. Ne hoc existimetis vos, inquit: non enim moriuntur quasi à me derelicti. Si enim nullus ex passerculis qui venduntur, in oblitione est: multo maioris igitur vestra mors erit, qui amici mei estis. Quasi ego non prouideam vobis? Equidem tantam vestri curā gero, vt & omnia vestra subtiliter perspecta sint, & C
numerati capilli vestri. Quauis igitur vos in tentationem cadere permittam, suppeditabo tamen vbertim sufferendi vires. Sæpe autem si quem infirmiorem videro, non permitto illum in tentationes incidere. Nam qui sum curator, & omnia bene scio, & numerata habeo etiā minutissima: distribuo vnicuique quod suę mensuræ congruit. Portò si obser- *Exodi.* 38
uaueris, in scriptura inuenies numerantem omnia quæ ad *Num.* 26
mensuram virilis ætatis perueniunt, dignāque diuina enu- 32.
meratione. Per caput autem vniuscuiusque Christi fidelium, intelligenda vita Christo grata: per capillos vero eius, particularia opera, & quibus corpus mortificatur, quæ numerantur apud deum & supputantur. Talia enim nostra opera diuinam visitationem merentur. Iam quidam intelligūt per

D quinq; passerculos, quinque sensus, qui duobus minutis assibus venundantur, hoc est, nouo & veteri testamento, & non sunt in obliuione apud deū. Quorum enim sensus recte cōponuntur, & sobrij sunt, & rationi subduntur, ita vt nō sint inutiles, sed valde vtiles in spiritualē cibum: hi non sunt in obliuione apud dominum. *Dico autem vobis, omnis quicunq; confessus fuerit in me coram hominibus, & filius hominis confitebitur in illo corā angelis dei. Qui autem negauerit me corā hominibus, negabitur coram angelis dei. Et quisquis loquitur dictū in filium hominis, remittetur illi: ei uerò qui in spiritum sanctum conuitium dixerit, non remittetur. Quum autem adduxerint uos ad synagogas, & ad magistratus ac potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respōdeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in eadē hora quid*

E *oporteat uos dicere.* Nunc autem præmium martyrij adiicit: Postquam enim dixit, ne timeatis ab his qui occidūt corpus: & adiecit quòd capilli vestri numerati sint: vis? etiam mercedem audi: Quisquis cōfitebitur in me, confitebitur corā deo. In me (dicit) confitebitur, hoc est, meo adiutorio admotus, & mea virtute. confitebor igitur & ego in illo, hoc est, sub ipso cooperans. Opus enim habemus & nos deo duce, sine quo nihil possumus: & deus quoque opus habet nobis. Si enim non inuenerit in nobis opera digna, neque nos assumet: alioqui personarum acceptor esset. Cōfiteamur igitur & nos in illo, hoc est, in eius cooperatione: & ipse in nobis, hoc est, intra nos cooperans. Si enim non dederimus ei occasionē, non cō-

F fitebitur pro nobis. Qui autem negauerit, non in virtute dei negat: ideo nō apponit, in me. Quid autem si etiam hoc vult, quod omnis sanctus manet in Christo, & Christus manet in eo? Iuxta quod dictum est, Quisquis confitebitur in me, hoc est, in me manens, confitebor vtique & ego in illo manens. Et omnis qui dixerit sermonem in filium hominis, remittetur ei: hoc est, qui blasphemauerit in me, qui videor purus filius hominis, & comedo, & bibo, & cum publicanis versor: veniam cōsequi poterit, siue pœnituerit, siue non. Non enim imputatur ei peccatum si non credat. Quid enim vidit vt credat? Quid autem amplius vidit, quod indignum videtur conuitio? Vidit hominem versantem cum scortis, & ideo blasphemat eum: non igitur imputatur ei peccatum: Verisimile enim visum est: & quomodo filius dei, qui cum scortis versatur? Blasphemat igitur, & impostorem vocat eum, qui sic cōuersatur,

Deus opus habet nobis.

impropria locutio.

ad gloriam q

Caute.

uersatur, & facientem se filium dei. Quando autem quis con A
uitium dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei. Quod *Quãdo ge*
vero dicit, hunc sensum habet: Quando videns diuina mira- *precet in*
cula, & opera magna & præcellentia discredit, & calumnia- *spiritum*
tur spiritus sancti operationes, illas Beelzebul attribuens, is *sanctum.*
blasphemat & conuitium dicit in spiritum sanctum. Et in spiritu maligno & non diuino miracula fieri dicens, veniam non consequetur, & non erit innocens, si non pœnituerit. *Caute.*
Ei enim qui filium hominis blasphemat, peccatum non imputatur: ideo etsi non agat pœnitentiam, veniam consequetur. Videnti autem diuini spiritus opera, & blasphemanti, absque pœnitentia peccatum non remittetur. peccatum enim maximum habetur. Quum autem adduxerint vos ad sacerdotes, magistratus, & alios. Quia infirmitas nostra du- B
plex est, & vel propter timorem pœnarum fugimus martyrium, vel propter simplicitatem, eo quòd non possumus red- *Hoīm in-*
dere rationem nostræ fidei: sanauit quidem metum qui ex *firmitas*
pœnis, quia dixit, Ne timeatis eos à quibus occiditur corpus. Sanat quoque nunc morbum qui ex simplicitate. nam quoniam non multi sapientes secundum carnem crediderūt, sed plures laici: Ne timeas (inquit) qui simplex es, & agrestis ac idiota, neque solicitus fis quomodo vel quid respondeas tyranno quum interrogatus fueris, vel quid dicas. alius concionandi modus erit. Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora quæ loqui oporteat: atque ita quid fuerit opus solicitudine, si quidem in illa hora à spiritu sancto docendus eris? Sic igitur vtroque modo nos ad martyrium in- C
struit: sanat metum qui est ex corporali infirmitate, & qui ex simplicitate. *Ait autem ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos? Dixitque ad illos, Videte & cauete ab auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius ex iis quæ possidet.* Docens nos dominus quomodo oporteat contemnere temporalia, & quòd non opus sit multum occupari in terrenis, dimittit à se eum qui vocauerat se vt partiretur hæreditatem paternam: ideo & dicit, Quis me constituit iudicem vel diuisorem super vos? Quoniam enim ille omiserat petere vtilia, & animæ saluti conferentia: in terrenis & temporalibus negociis quærebat ipsum facere diuisorem: cuius gratia quasi vulgarem & nihil ex vtilibus di-

D scere valentem dimittit, idque manſuetè & non auſterè faciens. Docet autem omnino per hoc omnes & qui tunc & qui nunc audiunt, omnia quidem terrena negligenda, & ob temporalia negocia non contendendum cum fratribus, cedendum autem magis illis, etiamſi velint auari eſſe. Ab eo enim qui aufert tua, ne repetas. Quærenda igitur quæcunque vtilia & neceſſaria ſunt ad ſalutem animę. ideo & ſubdidit dicens, Videte & cuſtodite vos ab auaritia. vt à diabolica quadam fouea admonet nos vt fugiamus. Ad quos autem dixit, Videte & cuſtodite vos ab auaritia? Ad duos illos fratres, quoniam de hæreditate illi contendebant. Veriſimile autem erat vnum ex illis duobus alterum iniuria affeciſſe, & propterea de auaritia cum illis loquitur. Magnum enim hoc malum: idcirco & Paulus idololatriam ipſam vocat: forte quòd ad ſolos pertineat qui deum ignorant: vel, id quod etiam verius, quia idola gentium, argentum & aurum. igitur qui colit argentum & aurum, ſimilis eſt idolorum cultoribus. Eandem enim materiam adorant & amplexantur vterque. Superuacua itaq; fugienda. Quare? Quia non in abundanti quodã vita illis eſt: non continetur vitæ menſura abundãtia. neq; enim qui multa poſſidet, diutius vivit: neque comitatur diuitiarum multitudinem vitæ longæuitas. Hoc autem dicit dominus confutans cogitationes amantium diuitias. Quoniam autem diuitiarum amatores exiſtimant quòd multo tẽpore diuitias poſſeſſuri ſint, & quaſi diu victuri vndequaque opes colligunt, dicit, Miſer & ærumnoſe, nunquid ex multorum poſſeſſione vita tua productior erit: Cur igitur affligeris? manifeſtè pro incerta quiete. Incertum enim num ad ſenectutem pertingas, cuius gratia theſaurizas. Manifeſtum autem quod nunc inſumis in opes conquirendas.

Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens, Hominis cuiuſdã diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicẽs, Quid faciam, quòd non habeã quò cõgregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciã, Deſtruam horrea mea, & maiora extruam, & congregabo illuc omnia bona mea, quæ mihi nata ſunt: & dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona repoſita in annos multos: requieſce, comede, bibe, gaude. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animã tuam repetent abs te quæ uero paraſti, Cui cedent? Sic qui recondit ſibi, nec eſt erga deum diues. Poſtquã dixit vitam hominis non produci cum diuitiarum abundantia, ad confirmationem eius affert etiam parabolam: &

Nõcontẽdendum ek fratribus protempo ralibus.

Coloſſ. 3.

Diuitias nõ comitatur uitæ longæuitas.

Luc. 12.

parabolã: & vide quomodo deſcribit nobis inſatiabiles ſulti diuitis cogitationes. Deus enim ſua faciebat, & ſolitã oſtẽdebat miſericordiam, vt non vnus tantũ agellus, ſed tota regio vberes illi fructus afferret: verum hic tam inmiſericors erat, vt antequam reciperet ea, clauderet. Vide item & diuitum voluptates. Quid faciam? Neutiquam pauper ita loqueretur, quid faciam? ſed, non habeo quomodo induar, quomodo alar. Vide autem & diuitis voces, Quid faciam, quia non habeo vbi congregem fructus meos? Bona quidem eſt quies. Siquidem & pauper dicit, quid faciam. quia nõ habeo? & diues dicit, quid faciam, quia habeo? Quid igitur lucramur ex eo quòd plura congregamus? Quietem enim non lucramur, & manifeſtum id, quòd à curis: tantum autem peccatorum multitudinem nobis accumulamus. Deſtruam horrea mea, & maiora extruam: quòd ſi regio plures in poſterum fructꝰ attulerit, iterum illa deſtruemus, & alia ædificabimus. Et quæ vtilitas deſtruendi & extruendi? Habes horrea. pauperum ventres, quæ multa capere poſſunt, quæque incorruptibilia ſunt: cæleſtia enim ſunt & diuina: quandoquidem qui paſcit pauperem, deum paſcit. Vide item & aliam inſipientiam. Prouentus meos, hoc eſt, quæ mihi nata ſunt, & bona mea. Non enim putabat hæc ſe habere ex deo, alioquin vt diſpẽſator dei aliter hæc diſpoſuiſſet: ſed ſuis laboribus parta putabat. idcirco & ſibi hæc tribuens, bona ſua & ſibi nata dicebat. quaſi diceret, Nullum habeo ſocium, nullum diuitiorem facio: non dei ſunt, ſed mea, ſolus igitur fruar, & ad fruitionem illorum deum non aſſumam. Quid autem iſta ſtulta, videamus & reliqua. Anima, habes multa bona repoſita in multos annos. Longam ſibi præſtituit vitam, quaſi & illam terram colendo excoluiſſes. non enim & illa tibi inde nata eſt, neq; hoc tuum bonum. Comede, bibe, lætare. Euge quales animæ tuæ affectiones. nam comedere & bibere, irrationalis animæ bonum eſt: igitur quum etiam ipſe talem animã ſortitꝰ ſis, merito illi hæc tribuis. Rationalis vero animæ bonum eſt, intelligere, ratiocinari, lætari in lege dei, & bonis cogitationibus. Nõ ſufficit aũt tibi & comedere & bibere ô ſtulte, ſed & abominabilem voluptatẽ & turpiſſimã quę hãc cõſequitur, animæ imperas? Clare eũ dñs per hoc quod dicit, lętare, affectiones declarauit libidinoſas, & intẽperatas, quæ ſatietatem ciborum & potuum comitantur. Dixit autẽ

A illi ei deus,

Horrea diuitiarũ non ſtrarẽ fiat pauperũ uentres.

Rationalis ſit animæ bona.

D ei deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetēt. Non hoc dicitur quasi deus familiare colloquiū habeat cum diuite, Dixit autem ei deus: sed sensum hunc habet quod dicit, Quum hæc illæ in mente haberet, dixit deus (fingitur enim hæc parabola (Stulte Insipiēs enim est & vanus omnis qui talis est,
Psal. 38. sicut & Dauid dicit, Vane omnis homo. ea causa thesaurizat, & nescit cui congreget eos. Nam quo pacto non est insipiens, qui ignorat quæ vitæ mensura apud solum deum? nec sibi quisquam suam vitam definire possit. Obserua itē & verbum, & repetent. Angeli enim sicut crudeles tributorum exactores & terribiles, tuam repetent animam, te etiam inuito,
E vtpote propter vitæ præsentis immodicum amorē obluctante. Nam a iusto non repetitur anima, sed ille gaudēs & exultans commendat eam deo patri spirituum, neque mortem ægre fert. Corpore enim circūamictus est vt onere, quod leuiter deponit. Peccator vero qui animam carni subdidit, corpori nimium affectus, etiam illam fecit carnem, indiuulsam eam habere vult: idcirco dicitur ab eo repetita, sicut ab inobediente quodam debitore, qui traditur crudelibus exactoribus. Vide quoque quòd nō dixit, Repeto animam tuam: sed
Sap. 3. repetent. Iustorum enim animæ in manu dei. Et profecto in nocte ab huiusmodi repetitur anima. Non enim habet lumē diuinæ scientiæ sibi fulgens, sed quum est in nocte cupiditatis diuitiarum, & ab illa obtenebratur, morte comprehenditur. Sic vtique stultus est qui thesaurizat, & insipiēs dicitur, & non transit cogitationem suā, sed in ipso cogitationis momento ex tota vita abscinditur. At si pauperibus & deo con-
F gregasset, nō sic se habuisset. Audiamus igitur, vt diuites fiamus in deum, hoc est vt in illo fiduciam habeamus, & vt ille habeat nostras diuitias, & diuitiarum cellam, nec dicam bona nostra, sed bona dei. si autem dei sunt bona, ne priuemus deum bonis suis. Hoc est ditari in deo, credere quod si omnia dedero, & euacuauero me totum, nō me aliquid defectu rum est. Prōptuarium enim meum deus est: aperiam & tollā
Mat. 5. necessaria, & ea quibus mihi opus fuerit. *Dixitque ad discipulos suos, Ideo dico vobis, Nolite solliciti esse animæ uestræ quid edatis, neque corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quā indumentum. Considerate coruos, quia non seminãt, neq; metunt, quibus non est penarium, neque horreum, & deus pascit illos. Quanto magis uos præstatis uolucribus? Quis autem uestrum solicitudine*

licitudine sua potest adiicere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo ne id quidem quod minimum est, potestis, quid de cæteris solliciti estis? Paulatim in sublimiora subducit doctrinam dominus. Vide enim ordinem. Docuit cauere ab auaritia, & apposuit parabolam illam de diuite, per illam monstrans quòd insipiēs sit qui plura desiderat. Deinde proficiens sermone, neque de necessariis solicitos nos esse sinit. Quemadmodū igitur diabolus a paruis incipit, vt nos in grauiora mala faciat incidere, quamobrem & myrmicoleon a Iob nōminatur: ita ediuerso dominus resoluit eius opera. Primum enim magna peccata fugat, deinde etiam principia eorum ostendit, indicās nobis vt ab auaritia caueamus: & venit ad ipsam radicē, vt & ipsam amputet, solicitudinem inquam, & dicit: Propter hoc dico vobis, quoniam insipiens, qui plura quàm vitæ necessitas exigat, inquirit, & plus in hac vita appetit, qualis erat dines. idcirco dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid comedatis: non quòd mentales animæ comedant, sed quia apparet animam non aliunde corpori colligari, nisi nos alamus, propterea sic dicit. Et aliter. Corpus quidē mortuum induitur, non pascitur autem. Proinde quia animatorū est pasci, merito addidit animæ pasci. An non & nutritiua vis animæ dicitur? Igitur ne soliciti sitis vegetatiuæ parti animæ non rationalis, quid comedatis, neq; corpori quo induamini. Deinde affert rationem: nam qui maius dedit animæ, nō daret & cibum? Qui dedit corpus, nonne & indumē tum dabit? Post ea etiam ab exemplo coruorum probat quòd nos obseruet, volatilia in mediū afferens. Potuerat enim sanctos prophetas in medium afferre, vtpote Heliā vel Mosen, sed ad maiorem certitudinem volatilia affert. Deinde & aliam rationem adducit. Dic quæso, quid solicitudine proficis? Adiiciēs ne etiam staturæ tuæ vel minimum quid? Non, immo aufers potius quippiam è carnalibus. Solicitudo enim arrosio est. Si igitur adiicere non potes id quod minimum, quid de reliquis solicitus es? Perspicuū enim, quod sicut de incrementum dat, ita & alia dabit. *Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem uobis, nec Solomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis. Si autem gramen quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit: quanto magis uos uestiet, o parum fidentes? Et uos nolite quærere quid esuri sitis, aut quid bibituri: & nolite in sublime tolli. Hæc enim omnia*

Diabolus apud Iob 4. c. myrmicoleon uocupatur secundā septuaginta interpter. nos aūt habemus Virgil pertinit &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *omnia gentes mundi quærunt. Pater autem uester scit quod istis indi*
geatis. Quin potius quærite regnum dei, & hæc omnia adicientur uo
bis. Et hoc liliorum exemplum posuit, vt nos magis in hoc
taretur. Si enim hæc sic vestit deus vt neque Solomon in om
nibus deliciis suis possit sic vestiri quomodo vnum ex istis,
idque quum nulla sit necessitas pulchrtudinis liliorú: quan
to magis vos, qui tam digna creatura estis, vestiet: præsertim
quum necessitas corporis indumẽtum postulet? Quid igitur,
dicet quispiam, iubes vt non colamus agros? Non dixit, ne
Solicitu- colatis agros: sed, ne soliciti sitis. Etenim non prohibeo ne
do prohi- labores, sed ne solicitus sis, interdico: hoc est, ne spem in illis
betur non habeas. Sic qui laborat, & spem habet in deo, is citra solicitu
Labor. dinem uiuit. Solicitudinem enim vt a deo abducentem rese
E cat deus. Proinde dicit, Ne quæratis quid comedatis, vel qd
In sublimi tollí quid sit. bibatis, & nolite in sublime tolli. In sublime tolli prorsus ni
hil aliud dicit quàm distractionem, & mentis instabilẽ ver
sionem, nunc hoc nunc illud cogitantis, & ab hoc in illud sa
lientis, & semper sublimius quiddam imaginãtis secum. An
non hoc fuerit in sublime tolli? Hanc igitur solicitudinem,
hoc est ita in sublime tolli, quia a deo abducit, prohibet do
minus. dicens hæc omnia gentes inquirere. Solicitudo enim
non solis necessariis cõtenta est: sed, vt dixi, semper amplius
Solicitudo & maius quid requirit, & propterea dicitur μεριμνᾶν, ela
cur μετεω tio in sublime. Et vt aliquid, exempli gratia dicam, Non ha
ρισμὸς di bemus panem, soliciti sumus vnde habeamus, & non in hoc
cta. F subsistimus, sed & vt adipem frumenti, deinde & vinum, id
que fragrantissimum, & ad hæc assas carnes, & ad has Attagines & Phasianos. Vides solicitudiné, & in sublime ac amplius extollentiam, quam dicit μετέωρισμὸν. Eapropter domi nus amputat hæc omnia. Gentiles enim hæc quærunt. Insuper & aliam affert rationem: quia pater vester scit quia his opus habetis. immo non vnam rationẽ, sed multas. Pater est, inquit, & si pater, quomodo non daret? sed & scit, quomodo enim ignoraret? sed & quibus opus habetis. Nõ enim superflua sunt, sed nobis necessaria. Igitur quum & ipse sit pater, & vos opus habeatis, & sciat ille, quomodo nõ daturus esset? Quærite igitur regnum dei ante omnia, & temporalium solicitudinem abiicite, quæ ab illo abducunt, adiicienturq; vobis tunc omnia. Vides quòd si parua quæsieris à deo, nihil illi gratum facias, munificentiam enim eius dehonestas. Sin quæ-

quæsieris magna, & illa accipies, & cum illis accipies etiam A
parua. Nam quum te viderit occupatum in regno dei, necessario & de omnibus prouidebit. An nõ & nos in rebus propriis sic facimus, & magis curam illorum agimus, qui se totos nobis manciparunt, deque illis soliciti sumus, tametsi seipsos ipsi negligant? quãto magis id agit dominus? Propterea dominus omnium temporalium curam reiicit, vt quæramus regnum eius, id quod de temporalibus soliciti non faciunt. *Noli timere pusille grex, quia complacitum est patri uestro*
dare uobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.
Parate uobis saeculos qui nõ ueterascunt, thesaurum non deficientem
in cœlis, quo fur nõ accedit, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesau
rus uester est, ibi & cor uestrum erit. Dominus nominat discipulos & doctrinam suam suscipientes, pusillum gregem: vel B
quòd pauci sunt in mũdo qui sponte paupertatem illã obeãt, *Pusillus*
vel quod si ad angelos conferantur, numero incomparabili- *grex quis*
ter inferiores sint, quia multo plures sunt angeli. Et manife- *& quare*
stum est ex parabola quam dixit dominus, quòd gaudeat pa *Inferius*
stor plus super vna oue inuenta quæ perierat, quàm super no *cap. 15.*
nagintanouem quæ non errauerunt. Quo loco monstratur
quòd sicut unum se habet ad nonagintanouem, ita humana
natura ad angelicam. Ne timeas igitur, dicit, ô pusille grex, *gal ser des La*
hoc est, ne sis incredulus. gerit enim tui curam ac prouiden *Trenche*
tiam deus, etiam si tu solicitus non sis. Quare? quia bonum
visum est, & placet patri vt det nobis regnum. Qui igitur no
bis regnum dat, multo magis terrena concederet. Ne igitur sis C
incredulus, quod si diuitiarum solicitudinem abiecceris, non
sis habiturus aliquem qui tibi prouideat, sed vẽde ea quæ ha
bes, & da eleemosynam, & fac tibi thesaurum indeficiẽtem.
At hæc persuadet nobis rationibus quibus contradicere non
possumus. In hac enim vita, inquit, tinea corrumpit, in cœlis autem non sic. Non ergo insipiẽtis esset colligere thesauros in loco in quo corrumpuntur? Postea quia aurum à tinea
non corrumpitur, dixit, & quo fur non accedit. Tinea quidem non corrumpit aurum, sed fur diripit. Denique quia
non omnia furto pereunt, adiicit rationem maiorem, & contradictione superiorem. Vbi enim est thesaurus vester, inquit, illic & cor vestrum erit. Esto enim, inquit, quòd neque
tinea corrũpat, neque fur accedat: istuc ipsum tamen habere
cor addictum thesauro corruptibili, & animam, quæ diuina

possessio

D possessio est, iniicere terræ, per se quanto supplicio fuerit dignum? immo quomodo in summo? si quis animaduertat. Vbi enim thesaurus tuus, illic & cor tuum: si in terra ille, & in terra hoc: sin autem in cælo ille, sursum est & hoc. Quis igitur non sursum esse, & non sub terra, mallet? Quis non diligeret potius esse angelus, quàm talpa semper in subterraneis latebris agens? *Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ accensæ, & uos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis: ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos quum uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & in tertia uigilia uenerit, atque ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc*
E *autem scitote, quòd si sciisset paterfamilias qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utique, nec passus fuisset perfodi domum suam. Et uos igitur estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis uenit.* Dominus postquàm discipulum suum absq; superfluis fecit, & nudauit ab omni sollicitudine & cupiditate temporalium, & ita planè leuem reddidit, nunc & ministrum suum facit. Eum enim qui minister esse voluerit, leuem & expeditum esse oportet. ideo dicit, Sint lumbi vestri præcincti, hoc est omnibus modis parati estote ad opera domini vestri. Et lucernæ ardentes in manibus vestris, hoc est, ne in tenebris & absque iudicio versemini, sed sit vobis lumen verbi, quod monstrabit vobis quæ facienda. & quæ non facienda. Est igitur hic mundus, nox. Porrò succincti lumbi sunt, qui actiuam vi
F tam agũt. eiusmodi enim habitibus vtuntur operarij, quibus & ardentibus cãdelis opus est. Opus enim habet vita actiua etiam iudicij dono, vt is qui actiuam vitam agit, non solum sciat quid oporteat facere, sed & quomodo. Multi enim bonum quidem fecerunt, sed non bene. & tales quidem succincti fuerunt lumbis, & opera quidem fecerunt, sed non bene: nec habuerunt ardentes lucernas, in manibus, hoc est, nõ habuerunt rectum iudicium, sed vel in fastum inciderunt, vel in aliud arrogantiæ præcipitium. Consideres autem & hoc, quòd primum lumbi vestri succincti sint, deinde lucernæ ardeant. Primum enim operatio, & deinde contemplatio, quæ mẽtis est illustratio. Lucerna enim est mens nostra, quæ quũ habet lumen dei in lege fulgens, tum dicitur ardere. Demus igitur operam, vt virtute simus prediti, duas habentes lucer-

Primum operatio, deinde cõtẽplatio.

nas ar-

nas ardentes, & sermonem internum in affectibus, & quem A
pronunciamus: & internum quidem, vt per omnia animam
illustret: eum autem quem proferimus, vt in lingua refulgeat
lucidus. Et internus nos illuminet: doctorum autem sermo,
& qui pronunciatur, alios. Et nos similes simus hominibus
expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs.
Quis autem hic dominus alius quàm Christus Iesus? qui humanam quidem assumpsit naturam, & sicut sponsam copulauit sibi, & nuptias fecit, in carnem vnam ei se adiungendo: immo non vnas fecit nuptias, sed multas. Quotidie enim nuptiæ fiunt in cælo sanctarum animarum, quas ei commendat Paulus vel si quis similis Paulo virginem castam. Redit au- 2.Cor.11
tem ex cælestibus nuptijs, fortasis in vniuersali consumma-
tione mundi, quando de cælis veniet in gloriam patris. For- B
tasis autem & in vniuscuiusque propria morte inexpectatus
aduenit. Beatus igitur ille quem inuenerit succinctis lumbis,
hoc est verum christianum philosophum agentem, & ad mi
nisterium dei præparatum, & habentem lucernam rationis
& iudicij: & non solum facientem quod bonum, sed bene etiã:
accipientemque & contemplationis lucernam. Bene enim &
recte operando acquirimus etiam contemplationis lucernã:
immo duas lucernas, & vnam quæ est in corde, & alterã quę
in sermone. Eiusmodi ministri etiam dominus minister erit.
Præcingetur enim, inquit, & recumbere illos faciet, & præteriens ministrabit illis. Præcingitur secundum quod non o-
mnium bonorum effusionem nobis suppeditat, sed sibi reser- C
uat illam. Quis enim potest capere quantus sit deus? & mani Esa.5.
festum est ex Seraphim, qui se obtegunt propter excellẽtiam
diuini luminis. Porrò recumbere facit bonos seruos. totos e-
nim per omnia quiescere facit. Nam sicut qui recumbit, toto
corpore quiescit: ita in secundo aduentu omnes sancti per o-
mnia quiescent. Etenim in hac vita quietem corporis nõ in-
ueniunt. Alibi autem cum animabus spiritualia & diuina eo-
rum corpora incorruptionem hæreditabunt, & omni quiete
fruentur, & erit deus omnia in omnibus illis. Ministrat vero 1Co.15.
dignis, par eis retribuens: & sicut ipsi ei ministrauerunt, ita
etiam ipse eis vicissim ministrat, & dapsilẽ eis mensam præ- *Secũda & tertia uigilia q̃ intelligatur*
stat, exhibens spiritualium donorum lauticias. At per secun-
dam & tertiam vigiliam intelligas varia vitæ nostræ tem-
pora: vt exempli gratia aliquid dicam, Quemadmodum qui

in se-

D in secundam aut tertiam vigiliam vigilat, vigilátissimus esse videtur(istis enim horis homines maximo & primo somno tenentur)sic obsecro etiam intelligas in diuersis vitæ nostræ statibus esse horas quæ beatos nos faciant si vigilantes inuenti fuerimus. Rapuit quis diuitias tuas, mortui sunt tibi filii, calumniam passus es: si in illiusmodi temporibus non fueris lapsus, sed vigilans inuentus à deo & domino, & nihil aliud præter mandata domini feceris: vtique vigilantem te in secunda & tertia vigilia inuenerit, hoc est in periculoso & graui tempore, quod mortiferum somnum & casum dissolutis a-
2.Petri.3 nimabus præbet. Opus itaque fuerit vigilantia. Patrifamilias enim assimilamur, qui si vigilauerit, nihil ex rebus eius auferre poterunt fures. sin autem somniculosus fuerit, ablaE tis omnibus fur euadit. Per furem quidam hoc loco intelligunt diabolum, sicut & per domum animam: & patremfamilias hominem. sed non apparet expositio satis accommoda, textui. Furi enim hoc loco dominicus aduentus comparatur, eò quòd repente & inopinatò veniet: sicut & apostolorũ quidam dicit, dies enim domini quasi fur in nocte. Et hoc loco vide quomodo interpretatur dominus quis sit fur. Nam dicit, Et vos igitur vigilate, quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet. Dicunt quidam quòd per primam vigiliam intelligantur hi qui aliis sunt diligentiores: per secundam vero, qui aliquantum profecerũt: per tertiam autem, qui etiam illis sunt inferiores. At alii diuersas ætates exposuerunt, & primam, qua adolescentes sumus: secũdam, qua viri: tertiam,
F qua senes. Beatus igitur quisquis quacunque ætate inuentus fuerit vigilans, nec in operando bonum negligenter se gerens. *Dixit autem ei Petrus, Domine, ad nos dicit istam parabolam, an etiam ad omnes? Ait autem dominus, Quisnam est fidelis dispensator ac prudẽs quem constituet dominus super familiam suum, ut det illis in tempore dimensum cibum? Beatus ille seruus, quem quum uenerit dominus, inuenerit ita facientem. Vere dico uobis, quòd omnibus quæ possidet, præficiet illum.* Interrogauit Petrus ceu curam omnium habens & pro auditoribus solicitus, tãquam fratrum amator, & cui iam concredita ecclesia, nisi ad omnes parabolam dicat. Dominus verò non manifeste ad interrogationem respõdet, sed occulto quodam modo indicat quòd dicta parabola communis sit, & ad omnes quidem pertineat fideles, & ad vos apostolos, & in primis eos qui vel doctrina vel

na vel dignitate præsunt. Verum audi quisnam sit fidelis ac A
prudens dispensator. Parabola enim prædicta multis, inquit, congruit. Nunc autem de his qui præfecti sunt aliis, dubito quis inueniatur duo hæc habens, fidem dico & prudentiam. Rarus enim hic, & inuentu difficilis. Nam sicut in dispensationibus diuitiarum si quis fidelis fuerit domino suo, non autem prudens, & disperdit res domini, nesciens illas dispensare sicut conuẽit, & dat quando non oportet, damnum facit domino maius: iterum si prudens quis fuerit, & expendat, infidelisque sit, & fur, is tanto magis intollerabilis, quanto *In diuinis*
prudẽtior: ita & in diuinis opus est fide ac prudentia. Scio e- *quoq; fide*
nim multos qui videntur virtute ac pietate ac fide præditi, *ac prudẽ*
damnosos esse ecclesiæ: & nõ solum facultates. sed etiam ani- *tia opꝰ est*
mas perdere: vt exempli gratia, Peccauit quispiam peccato B
quod animam offendit: nisi prudens sit qui præsidet, & tantum habeat fidem, hoc est virtutem absque iudicio: vel ex immodica increpatione, vel ex intempestiua illius mansuetudine corrumpitur is qui lapsus est, & non sanatur, sed contemnitur. Quisquis igitur fidelis & prudens inuentus fuerit, constituetur in ministerio domini hoc est super omnes seruos, vt vnicuique det mensuram frumenti in tempore suo, siue hoc sit sermo doctrinæ quo aluntur animæ, siue operum exemplum, & mandatum quomodo viuere oporteat. Beatus qui talis fuerit inuentus, & super omnia sua constituet illum dominus. Non solum inter seruos, sed & sublimiori gradu proueh̃s, super omnia cõstituet, vt oi & terrena subsint & cælestia. Talis erat Iesus Naue, talis Helias. ille enim cælo, hic autem C
nubibus cæli imperabat. Et omnes simpliciter sancti, vt ami- *Iosue.10.*
ci dei, his quæ dei sunt vtuntur. Communia enim sunt o- *3.Re.17*
mnia amicorum. Et omnis qui in solitaria vita actuam vi- *Actuũ.4.*
tam agit, & seruiles affectiones iram & concupiscentiam gubernat, & suam cuique mensuram tritici in tempore distribuit, iram quidem ita, vt odio habeo odio habentes dominum, & suas inimicitias aboleat: concupiscentiam vero ita, vt necessariam caruis gerat curam, & omnem in deum dirigat: omnis inquam talis beatus est, & assequitur pietatem, & super omnia quæ domini sui sunt constituetur, merebiturque contemplatiuo oculo perspicere & eas quæ non propriè dicũtur facultates, & eas quæ propriè, æternas dico. *Quòd si seruus ille in corde suo dixerit, Differt dominꝰ meus reditũ: cœperitq; percutere*

D *percutere seruos & ancillas, & edere bibereque, & inebriari: veniet dominus serui illius in die quo non sperat, & hora qua nescit, & dissecabit eum, partemque eius cum infidis ponet.* Væ talibus seruis, qui donum spiritualis præsidentiæ acceperunt, & dispensationem sibi commissam infideliter gerunt, & bibunt ac inebriantur: siue ebrietatem sensibiliter intelligere volueris (significat enim & hoc malos ecclesiarũ præsides, qui delicioſe viuunt de bonis pauperum) siue etiam per ebrietatem intelligere placet peruersionem status mentis per falsas doctrinas, vel amorem diuitiarum. Verberant enim tales præsides seruos ancillas, hoc est offendiculo sunt infirmioribus ecclesiæ, quorum percutiunt conscientiam. Etenim infirmus & pusillanimis quum viderit me episcopum vitam male transigere,

E percutitur conscientia offensus, & plagam accipit in corde, fitque infirmior. Hæc autem omnia contingunt infideli seruo ex eo quod dicit, Differt dominus meus reditũ. præ ignauia enim hoc facit, nõ cogitans horam mortis. Nam si cogitaremus vẽturum dominum, & in foribus finem & consummationem vitę nostræ: minus vtique peccaremus. Verùm vide & supplicium. Dissecabit, inquit, illum, hoc est priuabit illum docendi gratia: ne quis putet donum non sibi ad maiorem pœnam cessurum. Quomodo, inquit, in bonum cedet ei donum, quum illo nudandus sit? Enimuero ille tunc miserabilis inuenitur, quum sit caro, & non spiritus: quia tũc sumus

Quãdo sim⁹ in spũ. in spiritu, quando spiritus dei habitat in nobis. Qui autẽ non

F ambulat spiritu, sed in carne est, & expers inuentus fuerit vitæ spiritualis: cũ incredulis ordinatur, vtpote qui cum incredulo mũdo condemnatur: quoniã nihil vtilitatis à fide quam possidet, percipit. Vera enim fides in ipso non fuit. nam si in eo fuisset vera fides, dispensator fidelis fuisset. verùm nunc quia bibens & se inebrians fuit, & res domini corrumpẽs, fidem veram non habuit, quæ exigitur à dispensatoribus. bene ergo cum infidis ponitur portio eius. Priuatus enim domino, nudatus & inutilis inuenitur, & non integer. *Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, nec se præparauit, neque secundum voluntatem eius fecit, plagis vapulabit multis. qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Porro cuicunque multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.* Hoc loco amplius quiddam ac terribilius nobis demõstrat dominus. Non solum enim, inquit, gratia

gratia nudabitur qui talis est, & nihil sibi proderit hoc vt li- A
beretur à pœnis, sed & maioris condemnationis causa erit ignitatis magnitudo. Quo plus enim scit qui peccat, tãto grauiorem pœnam sibi accersit. Et in sequentibus hoc manifestius fit. Cui enim datum est multum, ab eo requiretur etiam multum: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Per hoc enim signatur, pœnam quam merentur doctores, futuram maiorem. Datur igitur & commendatur doctoribus, datur quidem, vt gratia sanandi morbos, & faciendi miracula. commendatur autem eis verbi & doctrinæ donum. Et quum dixit datur, non subiungit, amplius exigent: sed quum dixit, commendatur. Et profecto donum verbi opus habet labore, & amplius exigitur à doctoribus. Oportet enim eum non esse desidem ac ignauum, sed multiplicare talentum ver B bi. Igitur cui commendauerunt intelligere debes, cui multum datum ad vsuram. Vsura enim commendatum & depo- *Vsura.*
situm hic signat. At sunt qui quærant: Esto, bene, puniatur is qui scit voluntatem domini, & non facit: qui autem nescit, quare punitur? Eó quòd potuisset etiam ipse discere, & noluit, sed pĩger fuit, ipse in causa fuit quo min⁹ didicerit: quapropter puniendus est, quòd non sponte didicit. Timeamus fratres. Nam si is qui nihil scit, omnino dignus est plagis, quæ excusatio liberabit eos qui scienter delinquunt, maximè si doctores fuerint, Grauior enim est hæc condemnatio. *Ignem veni missurus in terram, & quid volo, si iam accensus est? Sed baptismo habeo baptizari, & quomodo constringor donec perficiatur?* Per ignem quidem & prædicatio intelligitur. Sermo enim C
ignis est, qui consumit omnem materialem & imperfectam cogitationem, & simulacra abolet cuiuscunque fuerint materiæ. Intelligitur etiam & zelus pro virtute in vnoquoque nostrum accensus. fortassis autem & is est qui propter verbum dei fit, non dissimilis autem est à priore. hoc enim igni vult deus accendi corda nostra. Debemus ignitum pro virtute zelum habere. Vnde quid volo, id est, quantum volo, si iam accensus est? Vrget enim vt accendatur ignis ille: sicut & *Rom. 12.* Paulus dicit Spiritu feruentes. Aemulor enim vos ęmulatio- *2. Cor. 11.*
ne dei. Baptisma autem mortem suam dicit. Quoniam enim ignis ille non aliter accendendus erat, quàm post mortem eius (nam ex eo tempore prædicatio & zelus creuerunt) propterea subdit etiam de morte, baptismum illam vocãs. Hanc

D autem valde desiderans inquit, Et quomodo constringor, hoc est, quàm solicitus & anxius sum ac premor, donec perficiatur? Sitio enim mortem pro omnium salute: Ignem veni missurus non solum in omnem terram in quam prædicatio & fides explanata sunt, sed vniuscuiusq; animam, quę terra quidem spinosa est & sterilis, à verbo autem dei quasi igne succensa, & diuinorum seminum capax, & spiritualium frugum ferax facta. Vbi enim alicuius animæ inuisibiliter diuina gratia cõtigerit, videtur desiderio dei supra quàm dici queat
Luc. 24. flagrare, quemadmodum & Cleopas flagrabat diuino igne quum diceret, Nonne cor nostrum accensum erat in nobis? Quisquis igitur hanc affectionem expertus est, scit quid dicamus. Experiuntur autem multi etiam quando leguntur di-
E uinæ scripturæ, vel vitę sanctorum patrum, vel si admoneantur vel doceantur, quomodo accendantur animæ ad faciendum bonum. Et alij quidem vsque ad finem flagrant, alij vero statim frigescunt. *Putatis quod pacem uenerim missurus in*
Matt. 10. *terram? Non, dico uobis, immo separationem. Erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi, tres aduersus duos & duo contra tres. diuidetur pater aduersus filiũ, & filius aduersus patrẽ: mater aduersus filiã, & filia aduersus matrẽ: socrus aduersus nurũ suã, & nurus aduersus socrum suam.* Christus quidẽ est pax nostra, sed non venit missurus pacem: vnde ænigmatice hoc dictum est. Dicimus igitur quòd non omnis pax vituperio caret, & bona est, sed
Nõ omnis pax bona. est sæpe pax periculosa, & procul à diuina charitate reiF ciens, vt pote quando pacem habemus & conspiramus in destructionem veritatis. Hanc enim pacem non venit Christus vt daret, sed contrarium vult: nempe vt dissideamus propter bonum, quod & in persecutione factum est. In vna enim domo pater gentilis à filio fideli differebat, & mater à filia, & contra. Quomodo autem dicendo, quinque in domo vna diuisi erunt, in enumeratione sex personas posuit? Dicimus igitur quod vna persona bis assumpta est. Filia & nurus eadem est persona. Filia enim dicitur si ad matrem referatur, nurus verò si ad socrum. Tres igitur erunt diuisi, pater & mater & socrus, aduersus duos, filium & filiam. Filia enim quum vna persona sit, duas relationes suscipit, & secundum hoc videtur duplex persona matri & socrui collata. Intellige autem simpliciter per patrem & matrem & socrum, vetera omnia: per filium autem & filiam, omnia no-

ua. Itaque dominus vult vt sua noua & diuina præcepta & A dogmata pugnent cum antiquis nostris sceleratis moribus & dogmatis. Intellige autem etiam sic, Pater quidem mens, filius verò ratio. diuisio horum fit in vnaquaque domo, hominis inquam. vt manifestius dicam, Illustrata fuit mens Dionysij Areopagitæ, & prædicationem suscepit. repugnauit autem eius menti quæ tam alacriter fidem susceperit, gentilis ratio, tentans ostendere dialecticis tendiculis, vt illas sequeretur. Vides diuisionem patris & filij inter se repugnantes propter Christum & prædicationem? Matrem quoque & socrum vocabis mentem, filium verò & nurum sensum: & inter has est pugna propter Christum, insurgente mente cõtra sensum: quandoquidẽ mens suadet præferenda nõ fluxa fluxis, inuisibiliaque visibilibus, habetque ad hoc demonstrationes multas adiutrices. Committitur autem & bellum sensus contra mentem. Sensus enim per miracula & signa quæ videntur perducta ad fidem, non credit mentis cogitationibus. neque enim gentilium demonstrationes vult sequi, quæ compellunt illis attendentes non credere quòd deus factus sit homo, vel quòd virgo peperierit. Huiusmodi sunt gentilium deliramenta, naturæ seruientia. At sensus per miracula quæ videntur, præstantior omni demonstratione est, ad dei cognitionem manuducens. Non omnis igitur pax & concordia bona est, sed est quando & pugna & dissidium diuina quædam possessio videtur. Nullius igitur amet malos, quamuis & pater & mater sint, & si aduersentur legi Christi, repugnandum est eis perinde ac hostibus veritatis. C
Dicebat autem ad turbas, Quum uideritis nubem orientem ab occa- Mat. 16.
su, statim dicitis, imber uenit, & ita fit: & quum austrum flantem, dicitis quòd æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciẽ cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus qui fit ut non probetis? Cur autem ex uobis ipsis nõ iudicatis quod iustum est? Quum enim uadis cũ aduersario tuo
ad magistratũ, in uia da operam, ut libereris ab illo, ne forte pertra- Mat. 5.
hat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor coniiciat te in carcerem. Dico tibi, non exibis inde, donec ultimum eti am minutum reddas. Postquam de prædicatione disseruit, ignemque & gladiũ nominauit: quia verisimile erat audientes turbari, nõ intelligẽtes id quod dicebatur, inquit, Quẽadmodũ aëris qualitates à quibusdã signis cognoscitis, sic oportebat & meũ aduẽtũ cognoscere ex his q̃ dicutur, & ex his quæ à me fiunt.

D Et enim sermones mei demonstrant me contrarium vobis.
Suplur. 9 similiter & opera. nam vos quidem publicani & raptores,
ego autem non habeo vbi caput reclinem. Oportebat igitur
vos, veluti à nubibus imbrem, & ab austro æstum coniectatis, sic etiam tempus huius mei aduentus probare, & coniectare quòd non venerim mittere pacem, sed imbrem & turbationem. Nubes enim & ipse sum, & ab occidente humanæ naturæ venio, quæ prius fuit humilis, & magnam ex peccato caliginem habuit. Sed etiam veni ignem mittere, & æstum
Bethlehé facere. Auster enim sum, spiritus feruidus, & frigiditati a-
ad Austrũ quilonis contrarius: quandoquidem & in Bethlehem appa-
sita. ruit, quæ ad austrum sita est. Et vbi hæc dixit, docet eos etiam de laudabili pace. Quia enim ostenderat laudatum dis-
E sidium, ostendit & irreprehẽsibilem pacem, & inquit. Quum aduersarius rapuerit te ad tribunal, in via da operam, festina & labora, hoc est, omnes modos cogita, quomodo ab eo libereris. Vel aliter, Da operam, hoc est etiam si nihil habeas vt lucreris quippiam, da operam, hoc est vsuram, vt libereris ab illo, nequãdo trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor proiiciat te in carcerẽ, donec vltimũ minutũ reddas. Hæc aũt dicit dominus exterrẽs per hęc crassiores, & ad pacem faciẽdam cogens, sciens quòd eos qui magis terrestres sunt, metus damni & suppliciorum plus emẽdet, & propterea dicit hæc. Intelliguntur autem hæc etiam de diabolo, qui noster aduersarius est. Quum igitur in via huius vitæ sumus, demus operam, virtutibus vacãdo, vt ab eo liberemur,
F & nihil commune cum eo habeamus, nequando in futuro iudicio tradat nos iudici. Opera enim eius quæ in hac vita facimus, illa tradunt nos iudici, & iudex tradit nos exactori, dæmoni cuidam nos torquenti & affligenti, & postea punit nos donec etiam minutorum peccatorum pœnam luamus, & mensuram pœnæ impleamus. Nunquàm autem impleta est pœnæ mensura, semper ergo puniemur. Si enim in carcere manebimus donec extremũ minutum reddamus, & nunquàm reddituri sumus, manifestum quòd æternum sit futurum supplicium.

CAPVT

CAPVT XIII.

A Acts. 5.

Derant autem quidã eodem in tempore, nunciantes illi
A *de Galilæis quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum*
sacrificiis ipsorum. Et respondens Iesus dixit illis, Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores Ezec. 18.
fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: immo nisi Eccle. 17
resipueritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decẽ & octo supra quos
cecidit turris in Syloe, & occidit eos, putatis quod debitores fuerint
vltra cunctos homines habitantes Hierosolymis? Non, dico vobis, immo
nisi resipueritis, omnes similiter peribitis. Iudas Galilæus, cuius Actu. 5.
& in actis ipse Euangelista noster meminit, quum & ipse aliquantum doctus esset in lege, docuit etiam alios Galilæos B
suo dogmati adherere. Docebat autem non ferendum vllum omnino hominem dominum dici neque honoris vel modestiæ gratia, & ne regem quidem ipsum. Vnde & multi ipsorum grauiter feriebantur, qui & docebant sacrificia à Mose constituta non offerenda, eo quòd pro Cæsare & Romanorum gente fierent sacrificia. Verisimile igitur Pilatum ob hæc indignantem, iussisse occidi Galileos illos super sacrificia quæ ab eis prohibebantur fieri pro Romanorum gente, & ita sanguinem eorum commiscere sanguini sacrificiorum. Annunciauerunt igitur quidam hæc saluatori vt aliqua ex parte pie facta, volẽtes per hoc discere quid in eo sibi placeret. Putabant enim quidam illos iustissime passos, vtpote peccatores & seditiosos, & irritantes Pilatum in odium Iudæorum, eo quòd vrgebant Cæsarem non appellandum: id quod C
in totius Iudæorum gentis incommodum cedebat. Igitur saluator non negans eos esse peccatores, dicit non ipsos passos esse quasi essent maiores peccatores iis qui nihil passi. Nisi enim & vos resipueritis, & à seditionibus intestina bella succendentes cessaueritis, & deum operibus placare festinaueritis, grauiora patiemini. Non oportet enim præ- *Præterita*
textu pietatis suam gloriam quærere, & intestinas seditio- *pietatis*
nes excitare. Porro turris quæ ceciderat in Siloe, præsagium *nõ oportet*
erat eorum quæ postea populo euentura erant. Turris enim, *seditiones*
totius ciuitatis figura est: erat decem & octo illi, totius populi. *excitare.*
Quum enim sub Tito ciuitas rueret, omnis populus in incredulitate permanẽs simul periit. Sit & hoc nobis in his quę quotidie eueniunt, admonitio. quidam in tentationes inci-

 dunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dunt, nobis extra tentationem positis, ne nos solicitudinem
& metum vt iusti abiiciamus, quasi tanquàm iusti non simus
obnoxij: sed ediuerso magis doceamur quod in hoc puniantur illi, vt nos meliores efficiamur. quod si nos negligentes
fuerimus, patiemur grauissima. *Dicebat & hãc similitudinem, Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua, & uenit quærens fructũ in illa, & non inuenit. Dixit aũt ad cultorem uineæ, Ecce anni tres sunt ex quo uenio quærẽs fructũ in ficu hac, & nõ inuenio: succide: ut quid uel terrã occupat? At ille respõdens dixit illi, Domine, sine illam & hoc anno donec fodero circum illam, & misero stercus, & si quidem fecerit fructum: sin minus, in posterum succides illam.* Bona consequentia parabolam hanc iungit. Postquàm
dixit, nisi resipueritis, peribitis, meritò & istam parabolam
adiicit. Est igitur ficus Iudæorum generatio folia tantum amara faciens, & nullum fructum proferens. In vinea autem
dei stetit Iudaica vita. Paterfamilias autem Christus venit
& quæsiuit fructum fidei bonorumque operum in ea, ac non
inuenit. Tribus autem annis venit, per Mosen, per prophetas, & per seipsum: & quia non pœnituerunt, à dilectione dei
eos abiecit. non vltra enim gens domini & populus sanctus
vocatur. In locum autem eius introductæ sunt gentes, quæ
fructum facere valent. Intelligitur & per ficum totum humanum genus: per patremfamilias pater & deus: per cultorem
vineæ, filius dei, qui nobiscum peregrinatus est vt coleret &
purgaret vineam. Christus autem ficum illam vt sterilẽ execari non sinit, dicens, Sine illam & hoc anno. Licet enim per
legem & prophetas non fuerint facti meliores, neque pœnitentiæ fructũ fecerint: attamẽ me irrigante meis doctrinis &
passionibus fortassis facient fructum obedientiæ. Sin minus,
in posterum execabis illam, exectis illis à iustorum regione.
Ex anno autem tertio quæsitum in se fructum natura nostra
non dedit. Primum enim in paradiso mandatum preuaricati
sumus: deinde quum daretur lex, vitulo facto mutata est gloria dei in similitudinẽ vituli comedentis fœnum. tertio domi
nus & saluator abnegatus est à dicentibus, Non habemus regem nisi Cæsarem, Et vnusquisq; nostrum siens est in vinea
domini, in Ecclesia scilicet, vel simpliciter dicendo in mundo hoc plantata. Venit igitur deus quærens fructum: & si inuenerit te absq; fructu, iubet vt vel ex hac vita execeris: at cultor vineæ supplicat vt tibi parcatur. Quis autem ille cultor vineæ

Gen. 3.
Exod. 32.
Psal. 105.
Iohan. 19

vineę? Vel suus cuiusq; custos angelus, vel etiam homo ipse. A
suę enim vineę quisq; cultor est. Sæpe igitur quum in lethales morbos vel alia pericula incidimus, Sine ó domine, dicimus, etiam hoc anno: & pœnitentiam agemus. Hoc enim significat fodere & mittere circa illã stercus. Foditur quippe
anima, quando decutitur temporalitũ curarum puluis, & alleuiatur ipsa. Stercus vero circumponi signat feruorẽ & seueritatem in via viliori, pœnitentiæ scilicet, quę ab omnibus contemnitur. Quãdo enim quis à gloria in vitã in gloriã se demittit propter salutẽ animę, stercus circa animã mittere dicitur ad hoc vt fructũ faciat. Si quidẽ fecerimus fructũ: sin minus, nõ vltrã relinquit nos in vinea illa, sed execat à mundo,
vt ne frustra occupemus locũ. Peccatorẽ enim quis videns diu
differentem, offenditur, & peior fit: & sic inuenitur peccator B
neq; ipse fructũ faciẽs, & aliũ quoq; impediens ne fructũ faciat. Quod si execetur ex hac vita, fortassis ij qui exectũ vide
rint, hoc animo secũ perpendentes, mutabũtur, & fructum fa
cient. Tribus autẽ annis dicitur paterfamilias venire ad ficũ,
fortassis ꝓpter tres leges quas nobis dedit dominus, quę sunt
naturalis, legalis, & spiritualis. Oportebat sanè nos naturali
lege cõmonitos fructũ facere: nã natura docet quid facere oporteat: at quia i nobis naturalẽ inuenit inutilẽ, dedit & Mosaicam legẽ naturæ aditricẽ: q̃ quũ & ipsa inuenta est infru
gifera propter nostrã defidiam, addidit & spiritualẽ. Vbi igi
tur tres ille non meliorẽ reddiderint cuiuspiam animã, neq;
longanimitate & misericordia dei fit emendatior: tũc: postea
monere non vltrã sinitur. nõ enim deo sæpe procrastinatio- C
nibus illuditur, Quid autem si per tres annos, etatum status
intelligas? Pueritiam, hoc est, adolescentiam octo & decem annorum: virilem: & tertiam eorum qui iam incipiunt
fieri veruli. Quando igitur in tertio anno, hoc est senecta,
non damus fructus, & adhuc permittimur viuere vt adiiciamus stercus, vilem pœnitentiæ vitam propter Christum
accipientes, & deinde etiam tunc mentimur, non vltrã nobis parcet dominus, vt ne frustra occupemus terram, & alios offendamus. Et hæc expositio proposito textui consona
mihi videtur. *Docebat autem in una synagogarum sabbatis: & ecce mulier quæ habebat spiritũ infirmitatis annis decẽ & octo, erat quæ contracta, nec omnino poterat erigere caput: quã quũ uideret Iesus, uocauit eã ad se, & ait illi, Mulier liberata es ab infirmitate tua.*

D *Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum. Respondens autem princeps synagogæ indignans quòd sabbato sanasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari: in iis ergo venite ut sanemini, & non in die sabbati. Respondens autē ad illā dominus dixit, Hypocrita, unusquisq; uestrū sabbato nonne soluit bouē suū aut asinum à præsepi, & ducit aquatū? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati? Et quum hæc diceret, erubescebāt omnes aduersarii eius, & omnis populus gaudebat super uniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.* Morbus ille mulieri diabolo affligente acciderat: sicut & dominus dicit, quam alligauit satanas decem & octo annis. Nam fortassis propter peccata de-

E relictam à deo puniuit satanas. Omnia enim mala humanis

Mala oia nobis à dæmone ipse runtur ēt illi permittitur.

corporibus satan infert, quādo ei à domino pmittitur: quandoquidem nobis & ab initio author fuit vt ab incorruptione in qua conditi fuimus, excideremus, & infirmo passionumq; capaci corpori alligati essemus. Hoc enim per pelliceas tunicas intelligimus. At dominus voce deo dignissima potestatéque plena, mulieris istius morbum fugat. Imponit autem ei & manus, vt discamus quòd dei sermonē virtutémq; & operationē sancta caro habuerit. Sua enim propria erat, & nō alterius cuiuspiā sibi assistentis, & proprietate personę sepa-

Nestorii ipiaopinio

rati, sicut impio Nestorio videtur. Igitur tanta quidē domini benignitas, vt proprio figmento misericors esset. Satanas verò qui prius mulierem alligauerat, morbi solutionem do-

F lens, & eam amplius affligere cupiens, alligat principē synagogæ inuidia, & per os eius miraculum calumniatur. more enim suo bonis vbiq; imponit. Indignatur ergo quòd in sabbato sanatur: quem dominus pulcherrimis exemplis brutorū animaliū arguit. Vnde non ipse tantum talibus sermonibus, sed & omnes alij qui aduersabantur Iesu, confundebantur. Magnæ enim stultitię erat prohibere hominem sanari in sabbato propter ocium quod aliqua ex parte in sabbato lex præceperat. Igitur qui aduersabantur Iesu, confundebātur. Turbæ autem gaudebant in operibus, sicut illi operibus nō gaudebant, sed insaniebant Christo faciente miracula. At turbę ex miraculis vtilitatem percipientes gaudebant, maxime quòd sanationibus fruerentur. Intelligas autem (oro) miraculum istud etiā de interno homine. Incuruatur anima quando ad terrenas tantū curas vergit, & nihil cœleste vel diuinū

secum

secum concipit. Idcirco decē & octo annis ægrotare dicitur. A Quando enim quis in obseruatione mandatorū diuinę legis, quę sunt decem, & in spe octaui seculi infirmus fuerit, decem & octo annis dicitur obstipus esse. Nonne qui terrenis addictus peccat semper, mandata reprobat, & futurum seculum nō expectat? Sed dominus in sabbato & synagoga sanat talem animam. Quando enim quis in seipso colligit confessio

Iudæ.

nis cogitationes (Iudas enim confessio dicitur) & sabbatum tenet, hoc est feriatur à malis: tunc eum sanat Iesus, non sermone tantum dicens ei, Liberatus esto ab infirmitate tua: sed & manus imponens. Opus enim est nobis vt ad operandum opera virtutis suscipiamus & diuinarū manuū cooperationē, & nō per solū verbum & instructiones eruditi contenti, putemus nos sanitatem cōsequutos. *Dicebat ergo, Cui simile est re-* B *gnum dei? & cui simile faciam illud? Simile est grano sinapis quod ac-* *Matt. 13* *ceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & euasit in arborē magnam, & uolucres cæli nidulabantur in ramis eius. Et iterū dixit, Cui simile faciam regnū dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata trìa, donec fermentetur totum. Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens Hierosolymam.* Grano *Regnum dei.* sinapis cōparat regnū dei. Regnum autē dei prædicatio est, & verbum dei. Per prædicationem enim regnauit in animabus hominū. Enimuero sicut sinapi videtur quidē paruum esse, multam autē habet virtutem: ita & sermo euangelij cōtemnitur quidem à multis, & apparet esse stultitia: quum vero illum homo susceperit, & miserit in hortum suæ animæ, arborem magnā facit, ita vt & ramos dilatet, ac volatilia cęli, hoc C est homines qui in sublime volare nitūtur, nidos habeant in ramis. Qui enim supergressi sunt terrestria, in ramis prædicationis, hoc est in dilatatis sentēriis quiescunt: vt exempli gratia quid dicam, Granum sumpsit Paulus, paruam Ananię in- *Actu. 9.* structionem, sed plantatum hoc granū in horto eius pingui, ramos fecit, multas inquam & bonas doctrinas ac epistolas, in quibus nidulabantur hi soli qui tunc sublimes mente & sapiētia, vti Corinthij, Dionysius, Hierotheus, & alij plurimi. Possunt etiā singulis temporibus quidam per granum sinapis intelligi, & dominus ipse. vilis enim videbatur, nā fabri *Iohan. 12* filius, & pauperrimus. At vbi cecidit in cor terræ, quum mortuus esset, & sepultus in horto, ramos pulchros apostolos fecit, in quibus quiescunt omnes qui prius agitabantur & vexabantur

D xabantur à spiritu erroris, nempe gentiles: qui comparabantur volatilibus, propter mentem facilè mobilem, & illusioni obnoxiam, magnæque leuitatis. Tales enim sunt omnes qui errant volatilibus cæli, hoc est aeris, assimilati. Iterum assimilatur fermento diuinus sermo, quod sumptum mulier, hoc est humana natura, occultauit in farinæ sata tria, hoc est in corpus, spiritum, & animam, ita vt illa sanctificentur, sicut
1. Tim. 4. dicit beatus Paulus: fiatque vna contemperatio communione cum spiritu sancto. Intellige autem per mulierem, animam: sata vero tria, tres partes eius, rationalem, concupiscibilem, & irascibilem. Si quis igitur in tribus illis partibus sermonem dei occultarit, faciet illam totam spiritualem, ita vt rationalis non labatur in doctrinis, neque irascibilis & cō
E cupiscibilis absque ratione ferantur, sed fermententur & assimilentur sermoni dei. Perambulabat verò Iesus per pagos & ciuitates docens. Neque ita in parua venit oppida & pagos, vt magnas ciuitates negligeret: id quod faciunt qui volunt simpliciores decipere. neque ita venit in ciuitates, vt ostentator & gloriosus paruas negligens sed vt communis dominus, immò vt pater qui omnium curam agit, vbique circuit. Nūquid autem ita transit per externas ciuitates, in quibus non tot erant legisperiti: à Hierusalem autem fugit, vtpote formidans reprehendi à legisperitis, vel suspicans ne ab eis occidatur? Non est hoc dicendum, sed & iter, inquit, faciens in Hierosolymam. Vbi enim plures ægrotant, eò ma-
Matth. 7 gis festinat medicus. *Ait autem illi quidam, Domine, an pauci*
F *sunt qui salutem consequuntur? Ille uero dixit ad illos, Contendite intrare per angustam portam, quia multi (dico uobis) quærent intrare, & non poterunt. Quum autem expergefactus fuerit paterfamilias, & clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine domine, aperi nobis: & respondens dicet uobis, Nescio uos unde sitis: tunc incipietis dicere, Edimus corā te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet, Dico uobis, nescio uos unde sitis. Discedite à me omnes qui patratis iniquitatē. ibi erit fletus, & stridor dentium, quum uideritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes prophe-*
Psalm. 6. *tas in regno dei. uos autem expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente, & aquilone & austro, & accumbent in regno dei. Et ecce sunt postremi, qui erunt primi: & sunt primi, qui erunt postremi.*
Pauci sunt qui saluantur, eò quod angusta via multos non recipiat. Est autem dominus paterfamilias, qui conuocat omnes ho-

nes homines ad prandium & fruitionem æternorum bonorum. Omnes itaq; virtute prediti vsq; ad Christū studuerunt A
intrare: omnes autem degeneres & ignaui, qui post tempus prandij venerunt, excluduntur. Hora autem prandij, præsens vita est. Hoc enim tempus vtiq; prandium est, quo præparamur vt spirituali conuiuio excipiamur. Quum autem expergefactus fuerit paterfamilias, hoc est, ad iudiciū surrexerit, ac clauserit ianuam, virtutis dico viam, quā ingredi nō possumus postq̄ hinc emigrauerimus (quandiu enim in vita sumus, iri potest via virtutis) incipiunt quidem tunc hi qui negligentius in hac vita vixerint, pulsare ianuam, & per inutilem pœnitentiam virtutis viam requirunt, nudis verbis quasi pulsationibus & strepitibus quibusdā reuocantes illā, operibus tamen carētes. Pater verò familias quum eos iustē exclu- B
serit, dissimulat scire vnde sint: & merito: sunt enim ex diabolo. Dominus autem cognoscit suos. Hoc autē quod dicit, Comedimus & bibimus coram te, & in plateis nostris docuisti: simpliciter quidem ad Israelitas dicitur. Etenim dominus ex ipsis natus est secundū carnem, & cū eis comedit ac bibit. Et 2. Tim. 2.
potest etiam sublimius intelligi, Coram te comedimus & bibimus. Legalem enim perficientes cultum, & offerentes deo cruenta sacrificia, comederunt & lætati sunt: audierunt autem diuinos libros in synagogis. Omnino enim & per prophetas dominus docuit. Neque enim prophetæ sua ipsorum *Prophetæ*
dicta proferebant, sed diuina prædicabant: quapropter & *dicebant*, dicebat, Hæc dicit dominus. Non igitur sufficiebat Iudæis C
ad iustificationem cultus ille per sanguinis effusionem non *Hæc dicit*
accedente fide, qoē iustificat impiū. Et meis quoq; Christia- *dominus*
nis quidē, vitę autē dissolutæ, hęc cōgruūt. An nō & nos mā- *Christ" ad*
ducamus corpus diuinū, & bibimus sanguinem dei corā eo, *tē, Ego di*
quotidie ad mysticam mensam accedētes, & docet in plateis *co uobis.*
nostris dominus? Atqui nulla inde vtilitas, si auditores diui- Rom. 2.
næ quidē legis fiamus, & nō factores. immò cōtrà ad maiorē Iacobi. 1.
tormentorū occasionem audiuisse cedet, sicut & diuinarū sanctificationum sumptio ad iudiciū. Obserua q̄ reiecti sunt illi, quos in plateis docet dominus: verū si ipsum habuerimus docentem, nō in plateis, sed in angustis & tritis & cōpunctis cordibus, non erimus reiecti. Iam hoc quod inquit, Illic erit ploratus, quando videbitis Abraham & Isaac & Iacob: congruit quidē & Israelitis quibus dicitur, & his qui hodie sunt incredu-

D incredulis, Iudæi sanè tanto magis torquebuntur audiendo alios ex gentibus requiescere, & quietem habituros cũ Abraham & patribus, se autem expellendos. Pertinet item & ad nos, qui nõ bene operamur cum fide: & nos quidem in lege Christi gloriamur, quam mox postea transgredimur & reprobamus. Primi quidé esse videmur, vtpote à cunabulis instructi, & nomen Christi ferentes: postremi autem erimus, prælatis Gentilibus quibusdam, qui in fine vitæ suæ credũt, & deo placentes paruum vitæ tempus agunt. *Eodem die accesserunt quidam pharisæorum dicentes illi, Exi, & uade hinc: quia Herodes uult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite uulpi huic, Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die cõsummor. Verũtamen oportet me hodie & cras, & proximo die proficisci, quia fieri non potest ut propheta pereat extra Hierusalem.*

E Inuidia tabescebant maledicti Iudæi, & dominum terrere nituntur, & minantem ei faciunt. Herodem. nolebant enim eum videre facientem miracula, ne multitudine miraculorũ turbas sibi conciliaret, & virtute verbi ad se alliceret. Prætexunt igitur Herodem, & fingunt sibi saluatoris curam esse. Ipse autem corda illorum sciens, mansuetè & adumbratè & pro more suo eis respõdet. Dicite vulpi huic. Et videtur quidem Herodem appellare vulpem, sed pharisæos notat, si quis diligenter consideret. Nõ enim dixit, vulpi illi, sed huic, media quadam voce vsus, idque scite. Singulari numero dicendo vulpem, Herodem illos suspicari fecit: dicendo aũt, huic, quod est pronomen demonstratiuum, insinuauit istos ipsos esse dolosos illos, Et profecto pharisæi præ se ferebant malignos versipellesque vulpium mores. Vide autẽ (oro) quomodo malitiæ eorum respondeat. Quia enim illi propter sanitates inuidebant, incutiebãt ei metum ex Herode. ideirco ipse id quod credebat illis potissimum dolere, dicit: Ecce enim ego, inquit, sanitates perficio, & dæmonia eiicio. Nam (sicut predictum est) propterea insectabantur eum, vt ne miraculis ostensis multos ad credendum sibi alliceret. Hodie vero & cras, plures dies significat: quemadmodum & nos familiari sermone consueuimus dicere, Hodie & cras fiet hoc: nõ omnino intra tam breue temporis interuallum rem circũscribentes, sed statim fieri significantes. ita etiam Christus dicens, Sanitates perficio hodie & cras, & tertio die consummor: non omnino significare voluit q̃ tertio die necessario fit

Vulpis nomine Pharisæi subtaxati.

Pharisæorũ malitiæ mores.

Hodie & cras ut in tertigatur

fit consummãdus, sed breui mortem suam futuram declarat. A Veruntamen oportet me hodie & cras manere hoc loco, & operari miracula, & sequenti in Hierusalem proficisci. illic enim elegi mortem: quia & illi dicebant ei, Egredere, quia Herodes te occisurus est. In Galilæa autem hæc dicebat, cui præerat Herodes: monstrabatque eis, etiamsi plurimum vellet, non posse ab illo se interimi. nõ enim in galilæa, sed Hierusalem præfinitum esse Christum esse passurum. Et vt tibi Euãgelii dictum manifestius exponam, quum legeris, hodie & cras, punctum facito, & tunc dic, proximo die proficiscis: quomodo numerantes sæpe dicere consueuimus, Ego dominico secundo, & tertio die egredior: non quòd egressur⁹ sim dominico & secundo, sed solum duos illos dies enumeram⁹, vt manifestemus diem tertium. Ita sanè & dominus hoc lo- B co prius numerans inquit, Oportet me hodie & cras, deinde tertio die proficisci in Hierusalem. illic enim finis meus. Sicut autem supra diximus, non quòd tribus diebus vitã suam circunscribat, sed pluribus quidem diebus: veruntamen non valde longo tempore se mansurum significat: quasi hæc dicat ad eos qui sibi inuidebant: Quid meam meditamini mortem? Ecce paulò pòst ipsa instabit. Quum vero audis quod fieri non possit extra Hierusalem perire prophetã, ne putes Iudæos vi quadam ac necessitate ad hoc faciendum compelli, sed scias sponte sua homicidium istud patrare: vt siquis videns crudelissimum maximeq; sanguinarium latronem vias obsidere, diceret, Fieri non potest, viã hanc in qua latro pretereuntibus insidiatur, à sanguine puram esse. Omnino enim C hoc loco quod consectaneum est ad opera latronum, dicit. Sic igitur & in Hierosolyma, quam occuparunt latrones & scribæ, fieri non potest in alio loco quàm in illo in quo sunt latrones, perire prophetarum dominum. Assueti enim effundere seruorum sanguinem, etiam dominum ipsum occident.

Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub pennas, & noluisti? Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis quod non uidebitis me, donec uenerit tempus quum dicetis, Benedictus qui uenit in nomine domini. Mat. 23.

Duplicatione nominis ostendit amorem quẽ erga illos habet dominus. Quemadmodum enim amator quis ab amica contemptus, ita reuocat adulteram synagogam. Ostendit itẽ suam

D suam misericordiam, quòd sæpenumero voluerit congregare illos: & illorum significat arrogantiam, dicendo, quia no
Iuistis, relinquo vos postea. In tantum enim odio habui malitiam vestram, vt neque templum domum meam esse dicã, sed domum vestram. Nam quãdiu vitam vestram bene gere
batis, & templũ meũ erat: quia autem illud contaminastis, & negociationis domũ, & speluncã latronũ feciſtis, variisque
Negociatio, latrocinium dicitur. negociationibus & auaris vestris studiis vicissim seruitis (negociatio enim latrocinium est, supplantans fratres, & rapiés quæ illorum, id quod & latrones faciunt: inuadunt enim via
tores, vt illorum bona rapiant) & quoniam speluncam latronum templum feciſtis per negociationũ species quas in ipso orationis loco faciebatis: non vltra mea erit domus, sed ve-
E stra. Non solum autem templum intelligas domũ, sed & om
Dom⁹ qd significet. Psal. 34. nem generationem Iudæorum. Solet enim scriptura & gen⁹ domum appellare, vt, Domus Leui benedicet dominum. Et
hoc loco potest intelligi, Domus vestra relinquitur, hoc est genus vestrum relinquitur à me: sicut & per prophetam alibi dicit, Dereliqui domum meam, hæreditatem meã. Domũ enim illic dicit Israëlitas. Ostendit autem quòd & ante hoc ipse eos conseruarit, & ab inimicis liberarit. Denique dicẽs, Non me videbitis donec dicatis, Benedictus qui venit: secũdum significat aduentum. Inuoluntarii enim confitebuntur & saluatorem, & dominum: quandoquidem ipsis nulla inde vtilitas eueniet. Quid igitur? Non viderunt illum à quo tempore hæc dixit? Vtique. Dicens enim, Nõ me videbitis ex illo tempore: non horam quæ tunc erat significat, sed tempus
F quod post crucem, sicut si dixisset, A tempore quo me crucifixeritis, non vltra me videbitis donec redeam.

CAPVT XIIII.

Et factum est quum introiret in domum cuiusdã principis pharisæorum sabbato ad caplendum cibum, &
E *ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & pharisæos, dicẽs, Num licet sabbato sanare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respõdens ad illos dixit, Cuius uestrum asinus aut bos in puteũ cadet, & non continuo extrahet illum in die sabbati? Et non poterant ad hæc*

ad hæc respondere illi. Dominus satis sciens pharisæorũ mo- A
rositatem, ingreditur in eorum domos. Curæ enim ei erat animarũ vtilitas, & propterea ingressus est. Potuissent enim vel ex doctrina & sermone, vel ex ostensione miraculorum vtilitatem percepisse, siquidem voluissent. Porro quũ in medium venisset hydropicus: non hoc considerauit dominus quomodo non offenderet multos, sed quomodo sanaret eos qui cura sua indigebant. Oportet enim nos vbi magna prospectat vtilitas, non curare insipientes qui scandalizantur. *Scãdalum* Arguit autem insipientiam eorum qui reprehensuri erant, *insipiẽtiã* ideoque interrogat, Licét ne sabbato sanare? Nónne manife *utilitati* ste irridet eos vt insipientes? Siquidem quum deus sabbatum *proximi* benedixerit, ipsi benefacere prohibent in eo, & p hoc faciũt *posthabẽ* omnino maledictum. Non enim benedictũ est dies in quo *dum.* nihil boni fieri soleat. At quum hi scientes quo tenderet in- B
terrogatio, silerent. Iesus quod suum erat facit, & cõtactu sanat hominem: deinde etiam phariseos admonet, quasi talia diceret eis, Si prohibuisset lex misereri in sabbato, nõ curæ tibi fuisset si filius tuus perielitatus fuisset in sabbato? Et quid dico filius? neque bouem reliquisses absq; adiutorio, si perielitantem vidisses. Quomodo igitur nõ stultum fuerit quòd obseruatis sanationẽ hydropici in sabbato? Hydropicus est omnis qui per dissolutam vitam & lubricam anima sua grauiter ægrotat, qui & Christo indiget: & sanabitur plane, si ante Christum fuerit. Nam qui ante Christũ fuerit, cogitãs semper quomodo ab ipso videatur, minime peccabit. *Dicebat autem & ad inuitatos parabolã, intendens quomodo primos accu* C
bitus eligerent, dicens ad illos: Quũ inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco, ne forte honoratior te ab illo sit inuitatus, & ueniẽs is qui te & illum uocauit, dicat tibi, Da huic locũ: & tũc incipias cũ rubore extremũ locum tenere: quin potius quum uocatus fueris, uade accũbe in nouissimo loco: & quum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discũbentibus: Quia omnis qui se extollit humiliabitur: & qui se humiliat, extolletur. Vides cœnas Christi quales sint, nẽpe in vtilitatẽ animæ, & nõ in satietatẽ vẽtris vertũtur. Ecce eñ sanauit hydropicũ: docuit pharisæos p bonũ sit in sabbato benefacere. Et postea vidẽs eos de primo accubitu tumultuari, sanat & hãc affectionẽ, quæ nõ à parua, sed magna & vix effugabili causa incipit, inani inquã gloria. Et ne qs existimet

hoc di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D hoc dicere, minus & indignum esse magnificentia verbi dei, immo maximè: quia medicus qui pollicetur sanare podagrã, omnesque morbos memoratu dignos, neque digitorum attri tiones, vel dentis dolorem sanare detrectat. Deinde quomodo paruus inanis gloriæ morbus, quo omnino turbantur qui primos accubitus quærunt? Oportebat igitur humilitatis doctorem & principem & consummatorem Christum omnes ramos inanis gloriæ amputare. Et hoc quoq; expende, si nõ fuisset tempus mensæ, & de hoc disseruisset dominus relicto de aliis rebus sermone, esset forte reprehensioni locus: nunc autẽ quia hora cœnæ & ambitionis morbus ante oculos saluatoris versabatur, tempus erat admonitionis. Vide enim & E aliter quomodo à culpa hominẽ liberet, & quomodo ipsum ciuilem faciat. Quanta enim confusione plenus, quum requisieris locum te indignum, & deinde quum superuenerit dignior, is qui te vocauit, dicat, Da huic locum, idque sæpe: descendes enim tu, illi autem primũ locum occupabunt. Contra, quanta laude dignus, quando prima sella dignus, principio sedet in humili loco, & postea præ aliis sedere comperitur. Num igitur parua tibi videtur illa admonitio domini, quæ maximam virtutum humilitatem docet, & in auditorũ animabus collocat, & ad honestam vitæ obseruationem ducit? id quod Christi dilectus discipulus Paulus postea dixit,

1. Cor. 13. Omnia honeste & secundum ordinem, inquit, fiant. Quo pa F cto igitur hoc fiet? Nullus quærat quod suum est, sed vnusquisque quod alterius. Vides discipulum eadem loqui, quæ magister eius. Omnis qui seipsum exaltat, humiliabitur, quo

Humiliari quid sit. pacto intelligam? Etenim multi in vita hac se exaltantes, honore fruuntur. Igitur hoc quidem humiliari est, quãdo quis fruitur magno honore in mundo, miserque & humilis sit apud deum. Insuper nõ vsque ad finem, neque apud omnes in tali honore est, sed quantum a quibusdam obseruatur, tãtum ab aliis irridetur, & nonnũquam ab his à quibus honoratur. Vera igitur est sententia. Et omnis indignus hanc sibi sublimitatem vendicans, humiliabitur, & apud deum quidẽ, quãdo vltimum iudicium, in vita vero hac maxime. Natura enim omnis homo indignus sublimitate. Nullus igitur extollatur, vt ne extreme humilietur. *Dicebat autem & ei qui se inuitauerat, Quum facis prãdium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque uicinos diuites, ne quando*

quando & ipsi te uicissim inuitent, ac repẽdatur tibi beneficium. Im- A *mo quum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris: quia non possunt rependere tibi: rependetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc quum audisset quidam de simul accumbentibus, dixit illi, Beatus qui comedit panẽ in regno dei.* Ex duobus generibus cõstabat conuiuium, ex vocatis, & his qui vocabant. Vocatorum genus salubri admonitione ad humilitatem induxerat, & conuiuium minimè sumptuosum illis proposuerat. Nunc & in eum qui vocauerat, vicissim liberalitatem suam exercet: & admonitione redinuitat, abducens eum ne conuiuia instituat hũani fauoris vel remunerationis mox recipiẽdæ gratia. Qui pusillo sunt animo, amicos vel cognatos ob præsentis vitæ beneficium vocant: quod si minus consequantur, grauatim ferũt. Qui autem magni sunt animi, fu- B turum præmium expectantes, a verè diuite remunerationes accipiunt. Hæc autem dicens dominus, nõ nos ab amicis arcet, sed non contemnendam humilitatem docet. Itaq; postq̃ hæc quidam audisset, & sentiret quòd deus corporalibus mẽsis remuneraret & redinuitaret iustos, dixit, Beat⁹ qui comedit panem in regno dei. Non enim spiritualis erat, vt intelligeret ea quæ supra sensum: sed animalis adhuc erat, hoc est, *A animalis hõ.* humanas cogitationes sectabatur. Animalis enim est, qui ni *Tres ho-* hil super naturam credit, sed omnia secũdum naturam intel- *minum or-* ligit. Tres enim sunt ordines, carnalium, animalium, & spi- *dines.* ritualium. Carnalis quidem est, qui vult lætari & gaudere quum aliis malefecerit, vt est omne genus auarorũ. Animalis, qui neque furari neq; nocere vult. hoc est enim iuxta na- C turam viuere, quando quidem hoc nobis natura iudicit. Spiritualis vero, qui & affligi & damnum ferre vult propter virtutem. Est igitur primus circa naturam, secundus iuxta naturam, tertius supra naturam. Omnis igitur qui humana sapit, *2. Cor. 5.* & non valet intelligere ea quæ supra naturam, animalis dicitur, vti qui anima & spiritu gubernetur. Quando autẽ quis spiritu agitur, & non iam viuit ipse, viuit autem in eo Christus, hic est spiritualis, naturã supergressus. Animalis igitur erat & hic, qui putabat fore sensibiles sanctorũ retributiões, quoniã nihil super naturam poterat intelligere. *At ipse dixit* *Mat. 22.* *ei. Homo quidã apparauerat cœnã magnã, & uocauit multos, misitq; seruũ illum suũ hora cœnæ ut diceret inuitatis, Venite, quia iam parata sunt omnia.* Et cœperunt simul oẽs excusare. Primus dixit ei, Vil

C Ium emi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Iaŭ emi, & neceſſe eſt mihi exire, & uidere illam: rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit, Iuga boum emi quinque, & eo ad probandā illa: rogo te, habe me excuſatū. Et dixit alius. Vxorē duxi, & ideo non poſſum uenire.* Quū dixiſſet is q ſimul accubuerat, beatū eū q comedit prandiū in regno dei, dñs docet eū latius quo oporteat nos intelligere conuiuiū dei, & parabolā hāc dicit:

Dei uindicantis & miſerētis in ſcriptura appellationes.

hominē q dē nominās miſericordē ſuū patrē. Quādo eū vindicatiuam dei virtutē ſcriptura ſignificat, pātherā, & vrſum, & pardum eum vocat: quando autem miſericordiā vult inſinuare, hominem inducit: ſicut & nunc miſericordiſſimā eius diſpēſationem intelligens, quam operatur in nobis, qua nos facit participes carnis filii ſui, hominem eum nominat. Cœ-

E nam enim magnam vocauit diſpenſationem hanc. Cœnam quidem, eo quod in nouiſſimis temporibus, etenim ad veſperam ſeculi venit dominus. Magna autem cœna hæc, quoniā ex confeſſo magnum eſt ſalutis noſtræ myſterium. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ. Quis eſt ſeruus ille? Is qui forma

Philip. 2.

ſerui aſſumpta, filius dei homo factus, & vt homo miſſus eſſe dicitur. Attende quomodo non dixerit ſeruum, ſed cum articulo ſeruum illum ſuum. Illum proprie dixit, qui iuxta formam humanam ei placuit, & ſeruiuit. Non enim vt filius & deus tantum beneplacitus eſt patri, ſed & ſicut homo ipſe ſa

F lus ſine peccato, omnibus paternis cōſiliis & mādatis miniſtrauit & paruit: & implēs omnē iuſtitiā, ſeruire dicitur deo & patri: ideo & ipſe ſol⁹ ꝓprie ſeruus dei dicit̄. Hora aūt cœnæ miſſus eſt, hoc eſt definito & opportuno tēpore. Non eñ aliud tēp⁹ cōmodius fuit ſaluti noſtræ, q̄ quo regnabat Cæſar Auguſtus, quū in ſummo eſſet malitia, quam deſtrui oportebat. Sicut eñ medici ſinūt in ſæui morbi vlcerib⁹ humorē colligi, & deide remedia apponūt: ita & pēt̄n oportebat oēs ſpēs ſuas indicare, & deinde magnū medicū imponere pharmaca. Et ꝓpterea expectauit Chriſtus donec diabolus malitiæ mēſurā impleret, & tūc demū incarnatus eſt, & omne genus malitiæ per ſanctā vitā ſuā ſanauit. Miſſus eſt igit̄ in tē

Cōparatio pulchra.

pore, hoc eſt opportuno & accommodo tempore, ſicut & Da

Pſal. 44.

uid dicit, Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potenter tempeſtiuitate tua. Omnino enim gladius, verbū dei: per fœmur autem natiuitas in carne ſignificatur. Tempeſtiuitas autem fuit, hoc eſt opportunum tempus. Miſſus vero eſt vt diceret inuitatis. Qui ſunt hi qui vocati ſunt? Fortaſſis omnes homines

homines. Omnes enim vocauit deus ad ſui agnitionem, par- A
tim per ordinatam inuiſibilium conſtitutionem, partim per naturalem legem. fortaſſis enim magis ꝓprie Iſraëlitas, qui per legem & prophetas vocati fuerūt. Ad illos igitur miſſus eſt primum dominus, vti ad oues domus Iſrael. Ipſe enim dicebat, Venite, quia parata iam ſunt omnia. Prope enim eſſe *Mat. 22.* regnum dei, omnibus euangelizabat dominus, & intra nos. At illi cœperunt ſimul omnes excuſare. Omnes enim principes Iudæorum detrectabant Ieſum habere regem, & cœnam non meruerunt: & alius quidem propter diuitiarum cupiditatem, alius autem propter voluptatem. Nam ille quidē villam emerat, & alius iuga boum, qui ſignant diuitiarum cupidos. At alius qui vxorē duxerat, voluptarius erat. Inſuper & is villam comparat, qui propter mundanam ſapientiā nō B accipit myſterium. Villa enim eſt & mundus hic, & natura *Naturam* ſimpliciter. Qui autem naturam obſeruat, non recipit hoc *qui obſer* quod ſuper naturam. Igitur phariſæus qui villam forte com *uat, nō re* parauerat, hoc eſt, qui reſpexerat ad naturæ leges, non reci- *cipit quæ* pit virginem parere deum, quod ſuper naturā eſt: ſed & om- *ſunt ſuper* nes qui in externa ſapientia gloriantur, propter villam hāc, *naturam.* hoc eſt naturam, ignorauerunt eum qui condiderat & innouarat naturę ordinem, Ieſum. Porro qui iuga boum quinque emit vt probaret, ſignat carnalem hominem, qui quinq; ſenſus animę corporalibus coniunxit, & animam carnem fecit: & propter hoc, vtpote circa terrena occupatus, non vult ſpiritualis cœnæ particeps eſſe. Dicit enim Sapiens, Quid calū- *Prou. 14.* niatur qui alteri prȩualet? At qui propter vxorem excidit, vo C luptarius vtiq; fuerit, qui carni vt coniugi animæ alligatus eſt, & quom eſt in illa, quaſi ei adhærens, deo placere nō poteſt. Intelligas autem hæc omnia & iuxta literā. Etenim excidimus à deo & propter villas, & propter iuga boum, & ꝓpter nuptias. Adhærētes enim illis, & totam vitam in ea impendentes, & vſque ad ſanguinem vexati & excoriati, nullū diuinum vel ſenſum vel verbum cogitamus vel attentamus.

Et ueniēs ſeruus ille renūciauit hæc domino ſuo. Tūc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo, Exi cito in plateas & uicos, & ciuitates, & pauper ac debiles claudoſq; & cæcos introduc huc. Et ait ſerv⁹, Domine, factū eſt ut impaſti, & adhuc loc⁹ eſt. Et ait dominus ſeruo, Exi in uias & ſæpes, & cōpelle intrare, ut ipleatur dom⁹ mea. Dico aūt uobis, quod nemo uirorum illorum q vocati ſūt, guſtabit cœnā meā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Nam abiecti sunt principes Iudæorũ,& nullus ex illis cre
Iohã. 7. didit Christo:& ipsi gloriabantur in malitia,ut dicit, Num
Hiere. 8. quis principũ credidit in eum?Proinde docti in lege, ac scri
bæ(vt propheta dicit)infatuati,gratiã amiserunt,idiotæ au
tem & Iudæi qui cæcis & claudis & debilibus comparantur,
& stulti sunt huius mundi,& mirè contẽpti, hi vocati sunt.
Turbæ enim admirabantur super gratia quæ de ore Iesu p-
cedebat,& gaudebant in doctrina.Postquam autem intrauе
runt Israëlitæ,electi inquam,quos in gloriam suam prædе
stinarat deus,quales fuerunt Petrus & filii Zebedæi, & mul
Sup.14. ta alia millia eorum qui crediderunt, benignitas dei etiã in
gentes diffusa est.Per hos enim qui in via & apud sepes,gen
tes intelligendæ sunt.Israëlitæ enim fuerũt intra ciuitatem,
E vt hi qui legem susceperant,& ciuiliorem vitam sortiti.Gen
tiles vero a testamentis & à lege dei alieni erãt, & non facti
Eph.2. 4 ciues sanctorum,nec in vna,sed in multis iniquitatibus & ru
Coloſ.1. sticitate magna versabantur:& apud sepes,peccata dico.Pec
Peccatã catum enim magna sepes est, & interstitium diuidens nos à
quid. deo.Per vias itaque,pecuinam gẽtilium vitam, & in multas
dissectam opiniones,per sepes vero intelligit vitam illorum
in peccatis.Non simpliciter autem iubet illos vocare: sed cõ
Cur dominus dixerit,cõpelle. pelle,inquit:quãuis voluntarium sit omnibus credere. Cete-
rum vt sciamus magnæ virtutis dei esse, credidisse gentes in
tanta versantes ignorantia,ideo dixit,compelle.Nisi eũ ma
gna prædicaretur virtus,& magna esset verbi veritas,quomo
do persuasi essent homines in idolorum cultu insanientes,&
vocatur nece F fœda operantes,vt repente agnoscerent verum deum,& spi-
ritaj moraliſ ritualem diligerent vitam?Igitur admirabilem translationẽ
significare volens,necessitatem nominauit,quasi diceret qs,
Gentiles etiam idola & delicias relinquere nolentes, a prædi
catione tamẽ veritatis et ea relinquere coacti sunt. Vel ali
ter,Virtus signorum magnam afferebat necessitatem vt trã
ferrentur ad fidem Christi. Et quotidie cœna illa præparat,
& vocamur omnes ad regnum quod deus præparauit ante
mundi originem hominibus:sed alii quidem propter sapien
tiæ curiositatem,alii vero propter rerum terrenarum cupidi
tatem,alii autem propter carnalitatem, nõ meremur illud.
At dei misericordia aliis peccatoribus hoc largitur,qui cæci
mentalibus oculis sunt,& non intelligunt quæ sit voluntas
dei,vel intelligunt quidem,sed claudi sunt, & ad operãdum
tardi

tardi ac immobiles,& omnino debiles ac pauperes, eo quòd A
superna gloria exciderint,neque immaculata vita conspicui
fuerint.Illis igitur peccatoribus in latis ac spaciosis peccato
rum viis errantibus,mittit pater filium suum ad cœnam in-
uitantem,qui secundum carnem seruus fuit,qui non venit vt Mat.9.
vocet iustos,sed peccatores,inuitatque eos liberaliter prę do
ctis illis & diuitibus,& carni indulgentibus. Multos autem
morbos & pericula immittẽdo, facit eos etiam inuolũtarios
renunciare huic vitæ:quibus iudiciis solet inducere illos ad
cœnam suam,necessitatem eis faciens periclitationem.& hu
ius exempla multa sunt.Docet antem nos parabola hæc sim
plicius,pauperibus & debilibus potius dandum quàm diuiti
bus,id quod & paulo antea admonuerat.propterea istud vi- B
detur parabola dicere, per hoc credibilius faciens pauperes
vocandos.Discimus & aliud,debere nos esse alacres & libe-
rales ad pauperum susceptionem,atque etiam ita nolẽtes co
gamus eos vt participes fiant nostrorum bonorum. Hoc &
magistri admoneantur,quòd operæpreciũ sit discipulos etiã
nolentes docere. *Ibant autem turbæ multæ cum eo,& conuersus*
dixit ad illos,Si quis uenit ad me, nec odit patrem suum ac matrem,
& uxorem ac filios,& fratres & sorores,præterea autem & animã
suam,non potest meus esse discipulus. Quoniam multi ibant cũ *Christi di*
Iesu,qui non cum omni alacritate & obedientia sequebãtur, *scipulus*
sed frigidiores erant:docet eos qualem oporteat esse discipu *qualis eẽ*
lum suum, de quo affirmat qualem illum depingat,asserens *debeat.*
oportere eum odio habere non solum eos qui externa fami- C
liaritate iuncti sunt,sed & suam ipsius animam. Vide autem
ne litera abripiaris.Non enim inhumanitatem & crudelita-
tem docet misericors,neq; sibiipsi docet manum inferre, sed
proprium suum discipulum nullt tunc odio habere cognatos
suos,quando ad pietatem ei obstaculo sunt,& propter neces
situdinem a bonis operibus prohibetur:quoniã nisi obsiste-
rent,magis honorandos doceret vsque ad extremum spiritũ.
Et quomodo docet?Per maiorem doctrinam inquam, nem-
pe per ea quę operatus est.ipse enim & Ioseph , quanuis non Luc. 2.
esset proprius parens,sed existimatus,obediens fuit: & ma- Iohã. 19.
tris suæ tantam semper egit curam,vt neque cum crucifige-
retur,eam negligeret,sed commendauit discipulo quem di-
ligebat. Quomodo igitur is qui hæc per opera docuit , alia
sermonibus asseuerauit? At(sicut dixi)præcipit odio habe-

D re parentes, quando in cultu dei periculũ est. tunc enim non parentes censentur, neq; familiares, si in hoc nobis obsistãt. Et hinc manifestum quod dicimus. Nam quum nostram animam odio habere præcipit, omnino non præcipit vt nobismetipsis mortem conscisc̃amus, sed vt renunciemus concupiscẽtiis animæ, quæ nos separant a deo. etiam si perferendũ martyrium, non curanda anima, quoniam perpetuum lucrũ proponitur. Hoc enim est quod nos docet, & non simpliciter vt quis seipsum occidat. Ostenditque illud iterum ipse per hoc quod diabolus conatus fuit eum de summitate templi deiice
Mat. 4. re, quãdo tentationem repulit: & non se Iudeis tradidit, sed
Lu. 4. secessit, atque per medium eorum transiens, ab illis se occultauit. Igitur cuicunque domestici & amici obstant in pietate, & is illorum familiaritatẽ deo cui placere debet, præfert:
E vel etiam propter amorem vitæ imminẽte martyrio deficit & negat, ille non potest esse discipulus Christi.

Quis enim ex uobis, qui uelit turrim ædificare, quin prius sedẽs cõputet sumptus an habeat quibus opus est ad perficiendum, ne postquam posuerit fundamentum, nec potuerit perficere, omnes qui uiderint, incipiant illudere ei, dicentes, Hic homo cœpit ædificare, nec potuit consummare? Per parabolam turris docet nos dominus vt hi qui semel delegerint se sequi, ne solum iaciant fundamentum, hoc est, ne incipiant tantum sequi, & postea finem non imponant, vt hi qui non habent sufficientem alacritatis præparationem. Tales fuerunt hi de quibus Euangelista Iohannes dicit, Multi igitur ex discipulis eius abierunt retrorsum. Et omnis homo qui virtutem quidem operari vult, & non eo peruenit, vt & diuinam cognitionem accipiat, eo
F quòd imperfecte & absque ratione virtutem orditur, imperfectè ædificat, non volens absoluere turrim summæ cognitionis. Vnde & illuditur illi ab his a quibus videtur & ho-
Iohã. 6. minibus & diabolis. Vel aliter, Per fundamentum quidem intelligas sermonem doctoris. Nam qui suscipit sermonem doctrinæ, vtpote de continentia, cõparatur ei qui iecit fundamentum in anima discipuli. Opus est autẽ sermoni huic, hoc est, fundamento, superædificatione, opere dico: vt turris nostra fortis à facie inimici absoluta sit virtus illa quam pro
1. Cor. 3. mittamus. Quòd autem fundamentum quidem sit sermo, extructio autem opus, sufficienter dicit apostolus, Fundamentum posui Iesum Christum, alius autem superextruit. & statim

statim enumerat varia ædificia, hoc est operationes vel bo- A
norum vel malorum operum. Timeamus igitur ne forte illudant nobis dæmones, de quibus propheta dicit. Illusores dominabuntur eis, his scilicet qui à deo repulsi sunt. *Aut quis rex proficiscens ut committat prælium aduersus alterum regem: nonne sedens prius cogitat an possit cum decem millibus occurrere ei qui cum uiginti millibus uenit contra se? alioquin adhuc illo longe agente, legatione missa petit ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. si uero sal infatuatum fuerit, per quod condietur? Neque in terram, neque in sterquilinium utile est. foras proiciunt illud. Qui habet aures ad audiẽdũ, audiat.* Et hęc parabola docet nos Esa. 6. Esa. 5. Mat. 5. ne simus duplici anima, neque carni & deo adhæreamus: sed si volumus bellum contra malignos dæmones suscipere, vt B feramur in eos tanquàm hostes, & illis vere obluctemur. Rex igitur est & peccatum regnãs in mortali nostro corpore, si illud admittimus. Rex etiam & animus noster conditus est. Ne igitur quum resistendum est peccato, pusillanimiter illud impugnet. Grauis enim & terribilis est eius exercitus, & maior & numerosior videtur quàm nos sumus. Quippe dæmones sunt milites, qui censentur viginti millia contra nostra decem millia. Nam incorporei sunt, & pugnant contra nos qui in corpore sumus: vnde & maiorem virtutem habere videntur. Quamuis autem videãtur fortiores nos tamen Psal. 59. resistere poterimus. In deo enim, inquit, faciam virtutẽ &c. Psal. 26. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Si cõstiterint aduersum me castra, non timebit cor meum. Dedit C autem nobis deus, qui propter nos incarnatus est, virtutẽ omnem calcandi hostem. Idcirco & quoniam in carne existentes, non carnalia arma habemus, etiamsi decem millia videamur habere, eò quòd in corpore sumus, & illi viginti millia, eo quòd incorporeæ naturæ sunt: attamen dicere debemus, Domine deus meus, virtus mea: nullamque vnquàm cum peccato habere pacem (id quod est seruire affectionibus) sed magis resistamus eis, & ostendamus nullas esse inducias odiorum erga illa: neque habere velimus concupiscibilia mundi, sed renunciemus omnibus. Non potest enim discipulus Christi esse, qui non renunciat omnibus, & pacem habet cum his *Christi discipulus* quæ in hoc mundo animas damno afficiunt. Christi sanè *sit.* discipulus sal esse debet, non solum ipse bonus existens, sed *sal sit.*

D & malitiæ non particeps, aliisque communicans bonitatem. Ita enim se habet sal. Ipsum enim quum maneat, nescium erit corruptionis, & alia seruare valet ne corrumpãtur, quibus suam qualitatem communicat. At si naturam suam sal abiecerit, omnino inutile est, neque terræ neque stercori accommodum. Quod autem dicit, ita se habet, Ego quidẽ omnem christianum vtilem & condire valẽtem esse volo, non solum eum cui concreditum docendi donum, quales sunt doctores & pastores, sed etiam exigo vt laici ipsi bonæ frugis & vtiles sint proximis. Iam si profuturus aliis reprobus fiat, & à christianorum ordine eiiciatur, neque prodesse neque vtilitatem capere poterit. Neque in terram, inquit, neque in sterquilinium vtile est. Insinuatur autem per terram quòd vtilitatem capiat, per sterquilinium autem quòd prosit. Ideo reiicitur & reiiciendus est, tanquam qui nec prosit, nec vtilitatem percipiat. Et quoniam obscurus parabolicusque sermo ille fuit, excitans auditores dominus vt non simpliciter susciplant dictum de sale, dicit, Qui habet aures ad audiendum, audiat: hoc est, qui habet intellectum, intelligat. Aures enim hoc loco sensitiuam virtutem animæ, & ad intelligendum aptitudinem significant, Omnes itaque fideles sal sunt, ex diuinis sermonibus & superna gratia qualitatem susciplentes. Et quod gratia sal sit, audi Paulum dicentem, sermo vester sit in gratia sale conditus. Et ita si fuerit sermo ἀχαρις, hoc est sine gratia, insulsus dicitur, Igitur si diuinorum eloquiorum qualitatem cõtempserimus, & non susceperimus eam in nos, stulti & intellectu carẽtes efficimur. Et profectò infatuatum est sal vestrum: si non habuerit supernæ gratiæ qualitatem.

Aures.

Colos. 4.

CAPVT XV.

A *Ccedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores ut audirent illum, & murmurabant pharisæi ac scribæ dicentes, Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis. Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens, Quis ex vobis est homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne relinquit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et quum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, uenientsque domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Gaudete mecum, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Dico uobis, quòd ita gaudium erit in cælo super uno peccatore resipiscente magis quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ*

Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam A *unam, nonne accendit lucernam, & uerrit domum, queritque diligenter donec inueniat? & quum inuenerit, conuocat amicas ac vicinas, dicens, Gaudete mecum, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore resipiscente.* Dominus quidem illud faciebat, cuius gratia incarnatus est, accedens puplicanos & peccatores, tanquàm medicus infirmos. Qui autem reuera peccatores erant, obmurmurationem tantæ humanitati rependebant. Abominabiles enim censebant publicanos, ipsi autem domos viduarum & orphanorum comedebant. Quid igitur dominus? Sicut misericors erat erga publicanos, ita & erga illos, qui suam calumniabantur misericordiam. Non enim auersatur eos tanquàm insipientes & obmurmurantes, sed mansuete sanat, parabo- B lam hanc de ouibus dicens, & de manifestis & certis eis persuadet, & confutat ita, ne ægre ferãt tantam bonitatis effusionem. Nam si in oue vna irrationali, & quæ ad imaginem dei non est facta, si quum errauerit, fuerit inuenta, gaudiũ fit tantum: quantum verisimile est fieri in homine rationali ad imaginem de cõdito? Manifeste igitur parabola hac iustos dicit per oues nonagintanouem, & peccatorem vnum. Dicunt aũt nonnulli centum oues omnẽ creaturã rationalem: vnã autem ouem, rationalis naturæ hominem, quem errantem requisiuit pastor bonus, reliẽtis nonagintanouem solitudine, hoc est, in superno loco cælesti. Solitudo enim est cælum, & à mundano tumultu sequestratum, plenumq; omni trãquillitate ac pace. Dominus vero vt inuenit illã quæ errauerat, imposuit C in humeros. Infirmitates enim nostras & peccata nostra ipse portauit, & omnia onera nostra non grauatim ipse suscepit, dispersolutis omnibus quæ debebamus: & nos sponte ac libẽter portauit vsq; in domum nostrã, hoc est in cælum, & cõuocat amicos & vicinos, fortassis angelos, quos & oues dixim⁹ esse iuxta aliam & aliã relationẽ. Nã secũdum quod omnis creatura cõdita ad deũ cõfertur, pecuina est & bruta, & secũdum hoc dicũtur etiã supernę virtutes oues. at si ad alias creaturas conferũtur rationales, dicũtur amici & vicini, angelicarũ virtutum chori. Et per mulierem intelligas sapiẽtiã & virtutem dei & patris, Iesum ipsum, qui perdidit vnã drachmã, ex rationalibus & ad imaginem dei conditis creaturam, hominem inquam, & accendit lucernam suam carnem. Sicut enim lucerna quanuis

Solitudo cælum di-
citur.

D na quáuis sit ex terra, illuminat tenebrosa per lucẽ quam recipit: ita & caro domini licet terrena esset, similisq; nobis, lumine deitatis suæ quam in se recepit, apparuit quum incarnatus esset: & domus, hoc est omnis mundus, repurgata est à peccato. Christus enim abstulit peccatum mũdi. Et plane inuenta drachma, gaudiũ fuit & Christo, & supernis virtutibus, quæ amicæ eius & vicinæ sunt. Amicæ quidẽ, quia volũtatem eius faciunt: vicinæ vero, quia incorporeæ. Quid autem si amicæ sint omnes supernę virtutes: vicinæ autem, quæ propiores ei, vt throni & cherubim? Dicẽdo eñ amicas & vicinas, duo genera manifestauit. quãuis hoc curiosius videatur. *Ait autem, Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior illorum patri, Pater, da mihi portionẽ substãtiæ quæ ad me redit. Et diuisit illis sub-*
E *stantiam. Ac post dies non multos quã omnia contraxisset adolescẽtior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam uiuẽdo luxuriose: & postquàm omnia consumpsisset, facta est fames ualida in regiõe illa, & ipse cœpit egere. Et abiit, & adhæsit uni ciuium regionis illius: atq; is misit illum in villam suam ut pasceret porcos: & cupiebat implere uentrem suum de siliquis quibus porci uescebantur, nec quisquam illi dabat.* Et hæc parabola superiori similis est. Inducit enim & illa hominem quidem, deum videlicet vere misericordem: filios autem, duos ordines hominum, iustorum dico & peccatorum. Dixit autem iunior, Da mihi partem substãtiæ quę ad me pertinet. Olim humanæ naturę possessio erat iustitia: ideo & filius senior nõ insolescit. Peccatũ postea natũ est, vnde & iunior insolescit, qui
F cum peccato quod postea introductum est, creuit. Vel aliter, Iunior dicitur peccator, quia nouator rerum insolẽs, & desiciens à paterna volũtate. Pater, da mihi partẽ substantiæ quæ
Liberũ ar- ad me pertinet. Rationalis, ad quam subsequitur liberũ arbi-
bitrium. trium, substantia est hominis. Omne autẽ rationale, liberi arbitrij est. Dat igitur nobis dãs rationẽ, vt ea libere vtamur tã quã nostra substãtia. Dat autẽ omnibus ex æquo. Omnes eñ ex æquo rationales sunt, & æque liberum habent arbitriũ. At alij vtimur hac libertate secundum rationẽ, alii aũt dilapidamus donũ diuinũ. Et simpliciter omnia quę dedit nobis: dãs, substãtia nostra cẽseri possunt: vt exẽpli gratia cælũ & terra, & in summa creaturæ ónes, lex, prophetæ. Atqui filius natu minor vidit cælum, & cælũ fecit deũ: vidit terrã, & coluit eã. In lege dei noluit ambulare, in prophetis scortatus est. At senior

nior filius omnibus his in gloriam dei vsus est. Itaq; ille qui A
dedit omnia hæc ex æquo, permisit libere ingredi. Nullum enim cogit non volentem vt sibi seruiat. Nam si voluisset nos *Cogere*
cogi, nõ fecisset nos rationales, & liberi arbitrij. Porro filius iunior omnia hæc simul decoxit. Et quę causa? Profectus est, *nos deus*
in terram longinquam. Nam quando egreditur homo à deo, *non uult,*
& se à timore dei elongat, omnia diuina dona expendit. Propinqui enim deo existentes, nihil tale quod meritu dignũ facimus, iuxta id quod dicitur: Prouidebam dominum in con- *Psal. 15.*
spectu meo semper, quia à dextris meis est, ne commouear. Illo autem longe à nobis absente, efficimur apostatæ, facientes & ferentes pessima quæq; iuxta illud dictũ, Ecce qui elõ- *Psal. 22.*
gant se à te, peribunt. Dissipauit igitur substantiam suam. Me B
rito, Virtus enim terminũ vnum habet, & vnum quoddã est: at malitia multifariam diuisa est, eorumq; multorum causa. vt exempli gratia fortitudinis vnus est limes, vt quãdo oportet, & quomodo oportet, & erga quos oportet irascibili vti. Vitij autẽ eius duæ sunt species, timor & audacia. Videsne spargi rationem, & vnitatẽ virtutis disperire? Consumpta autem substantia illa, homine secũdum rationẽ naturalem dico eũte, & non iuxta legem scriptam incedente, neque prophetas audiente, fames magna est facta: non famem panis, sed fa- *Amos. 8.*
mes audiendi verbum domini. Initiũ fit penuriæ, quandoquidem non timet dominum, sed longe discedit ab eo. nã *iis* qui timent dominum, nulla est penuria. Quomodo autẽ nulla est inopia timentium dominum? Quia qui timet dominum, in C
mandatis eius volet nimis: & propterea gloria & diuitiæ in *Psal. 111.*
domo eius: & dispersit, immo ipse etiam dedit pauperibus: tantum abest ne egeat. At qui lõge profectus est à dño, & nõ habet ante oculos terribilem eius faciẽ, nil mirum si inopia laboret, sermone diuino nihil in illo operante. Et profectus est, hoc est, processit & profecit in malitia. Adhæsit vni ciuiũ regionis illius. Nã qui adhęret domino, vnus spiritus fit cum *1. Cor. 6.*
illo: qui vero adhæret scorto, vnum corpus fit cum natura dæmonum, atque fit totus caro, neque spiritus est capax, sicut hi qui tempore diluuij fuerant. Ciues regionis illius qui à deo defecerant, dæmones omnino sunt. At qui proficit, & in peccatis fit potens, pascit porcos, hoc est & alios docet malitiam, & lutosam operationem. Porci enim sunt omnes *Porci qui sint.*
qui in luto vilium & materialium affectionum volutantur.

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porcorum grunnitus ut compescatur.

D nam porcorũ oculi nunquã possunt sursum spectare aliã sortiti formationem. Vnde & porcorum pastores quum nõ possunt compescere porcum clamantem, resupinantes illum efficiunt vt minus clamet. Etenim quasi in spectaculum veniant spectantes quę nunquam videre, & aspicientes sursum, stupescunt & silent. Tales sunt oculi eorum qui male educati sunt: nunquam vident ea quę sursum. Tales pascit is qui multis in malitia præest, vt est scortorum hospes, vel publicanorũ princeps, vel latronum princeps. de omnibus enim his dicendum quod porcos pascant. Cupit autẽ miserabilis ille saturari pecato, & nemo ei dat saturari. Assueto enim malis nemo dat satietatẽ. Non enim manet voluptas, sed famescit & perit, sitq; iterum vacuus ille miserabilis. Assimilatur enim siliquis pec
E catum dulcedinem habens & asperitatem. Delectat enim ad tempus, cruciat vero perpetuo. Propterea nullus dat satietatem malorũ ei qui illis est assuetus. Quis enim satiat, & quiescere facit? Deus, sed nõ adest: nam qui talibus vescitur, longe abest à deo. An dæmones? At hi multo magis soliciti sunt ne vnquam quiescamus, & malitia saturi simus. *In se autem reuersus dixit, Quãm multi mercenarii patris mei abundant panibus? ego uero fame pereo. surgam, & ibo ad patrem meum: & dicam ei, Pater peccaui in cælum, & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens uenit ad patrem suum. Quum autem adhuc longè abesset, uidit illũ pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens ruit in collum eius, & osculatus est eũ.* Intẽperatus tandẽ ad seipsum rediit. Quãdiu male
F agebat, extra seipsum erat. Cõsumpserat enim (vt dicit) substãtiam, & meritò propter hoc extra seipsum erat. Nã qui nõ gubernatur ratione, sed præter rationẽ viuit, & absurda alia exorditur, extra seipsum est, & non manet in sua subsistentia, hoc est ratione. Quando autem quis cogitat in quantam venerit miseriam, tunc redit ad seipsum, considerans, & in pœnitentiam veniens à sua exteriori diuagatione. Porrò mercenarios dicit catechumenos, quia nondum eò peruenerunt vt dicerentur filij, quia nõdum rectè illustrati. Omnino autem catechumeni abundantiam rationalium panum habẽt, quotidie lectiones audientes. Et vt discas differentiam mercenarij & filij, audi, tres sunt ordines eorum qui saluantur. Alij enim vt serui faciunt bonum, timentes iudiciũ quod & Dauid insinuat dicens, Cõfige timore tuo carnem meam: à iudiciis enim

enim tuis timui. Mercenarij verò esse videntur, qui desiderio A
bonorum bene placere deo cupiunt, sicut & ipse Dauid dicit, *Psal. 115.*
Inclina cor meum deus ad faciendum iustificationes tuas in
æternum, propter retributionem. At filij sunt qui propter a- *Ibidem.*
morem in deum, mandata perficiunt: sicut iterum Dauid testatur: Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die medi- *Psa. 108.*
tatio mea est. & iterum, Leuaui manus meas ad mãdata tua, *Ibidem.*
quæ dilexi. non quę timui. Et iterum, Mirabilia testimonia
tua: ideo scrutata ea est anima mea. Quum igitur quis fuerit filius, & deinde propter peccatum abdicetur, videtque alios frui diuinis donis, & communicantes diuinis mysteriis,
& diuino pane (non enim de solis mercenariis intelligi oportet quod mercenario dicitur, sed & de ecclesiasticis in gene-
re, qui non sunt ex primo ordine) tunc sanè illa miserabilia B
oportet ei enumerare: Quot mercenarij patris mei abundant
pane? ego autem fame pereo. Sed surgẽs de ruina peccati, ibo
ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cęlum. Derelinquendo enim cælestia, peccaui in ea, præferens ipsis voluptatem contemptibilem, & præeligens cælesti patriæ meę regionem famis. Ita in cælum peccat, qui illi terrena præponit.
Abest autem omnino à via quæ fert in cælum. Sciat itẽ quòd
quando peccauit, quasi nõ coram deo operans peccauit. Quando autem confitetur coram deo, quod peccauit, sentit. Porrò
surgens vadit ad patrem suum. Non solum enim consultandum est de his quæ placent deo, sed & opus est facto. Nunc
quemadmodum vidisti seruidam pœnitentiam, ita & celerẽ
patris misericordiam vide. Neque enim expectauit donec fi- C
lius veniret ad se, sed præuenit & amplexatur. Etenim natura & benignitate deus pater est, & totus totum amplectitur,
vt vndequaq; ipsum ad se constringat, sicut dictũ est, Et gloria dei illum circunfundit. Olim quidem quãdo elõgabat se
filius, tempus erat & patri vt ab amplexu se elongaret: nunc
vero quum redit & appropinquat per conuersionem, tempus
est amplexandi. Ruit igitur in collum eius, ostendens eũ qui
olim desciuerat, nunc obedientem esse factum. Et osculatur
eum, reconciliationem indicans, & quasi vestibulum quoddam os polluti sanctificans, ac per hoc ad interna sanctificationem immittens. *Dixitq; ei filius, Pater, peccaui in cælum, & coram te: ineq; posthac sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos, Proferte stolam primam, & induite illum: & date*

annulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *annulum in manum eius, & calceamenta in pedes: & adducite uitulũ illum saginatum, atq; mactate, sumptisq; epulis lætemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt lætari.* Per seruos intellige vel angelos ministratorios

Hebræ. 1 spiritus, qui mittuntur in ministerium propter eos qui salute digni sunt. Illi enim vestiunt à peccato reuertentem stola prima, quã prius quàm peccaremus gestabamus: indumento scilicet incorruptionis: vel dignitate qua præstat aliis omnibus,

Baptism' præstat primũ honestatis uestitum. vt baptismi dignitate. Prima enim nos illa vestit, & ab ea summus honestatis vestitũ. Vel per seruos intellige angelos, qui ministrant omnibus quę propter nos fiunt & quibus mediantibus sanctificamor. Vel etiã sacerdotes, quia conuersos per baptismum vel verbũ doctrinæ, induunt, & induunt eos

Galat. 3. Christum stolam primã. Quicunq; enim baptizati sumus in

E Christum, induti sumus Christũ. Et annulũ dat in manum, signaculum christianismi, quod per opera habemus. Nã manus, symbolum operationis est, annulus vero signaculi. Igitur baptizatus, & omnis qui à peccato conuertitur, debet habere in manu, hoc est, operatiua virtute, signaculum christiani: vt demõstrare queat q̃ recreatus sit ad imaginem eius qui se condidit. Vel aliter, Per annulum intelliges arrabonẽ spiritus: vt exempli gratia quid dicam, deus perfectissima bona tunc dat, quando eorum tempus fuerit: & nunc vt credibilia sint illa nobis charismata, vt arrabonem futurorum: & aliis donum operandi miracula, aliis donum docendi, aliis vero aliud quiddam: & quum illa suscipimus, firmiter & perfe-

F ctiora expectamus. Et calceos ad pedes, vt custodiantur à scorpiis, peccatis scilicet quæ videntur parua & occulta, sicut dicebat Dauid: attamen mortiferis & ipsis: atque etiam

Psal. 18. à serpentibus, id est, peccatis quæ manifestè nocere censentur. Vel aliter, Calceamenta dantur ei qui primã stolã assecutus est, faciente deo cum aptũ ad annũciandum Euangelium pacis. Christiani enim est ꝓdesse ꝓximo. Vitulus saginatus non ignoratur quis sit, qui immolatur & comeditur.

Officium boũ Christiani. Nam est verus filius dei, & ita homo qui carnem assumpsit, naturam ratione carentem, & brutam, illãmque diuino honore implenit: & secũdum hoc vitulus dicitur. non enim expertus est iugum peccati. saginatus vero, secundum quòd ad hoc mysterium ordinatus est ante cõstitutionem mundi. Et fortassis curiosius videbitur si dicatur, dicetur tamen. Quia panis

panis quem frangimus, secundum id quod apparet, ex tritico confectus est, saginatus, & (vt Græci dicunt) σιτευτὸς, fru- A
mento pastus dicendus est. Secundum hoc autem quòd per illum intelligitur quòd caro est, vitulus dictus est. Et ipse est vitulus, & saginatus. Omnis igitur qui baptizatur, & filius dei efficitur, immò restituitur, & in summa omnis qui à peccato purgatur, particeps fit saginati illius vituli, & lætitiæ author fit patri, & seruis eius, angelis & sacerdotibus, tanquam ex morte resurrexisset, & post perditionem fuisset inuentus. Nam quantum ad malitiæ abundantiam mortuus erat, & desperatus: quantum verò ad humanam naturam, quę vertibilis est, & valet à malitia ad virtutem ingredi, perditus dicitur Perditus enim mitius dicetur, quàm mortuus.

Erat autem filius eius senior in agro, & quum ueniret, & appro- B
pinquasset domui, audiuit concentum & choros, & uocauit unum de seruis suis, & interrogauit quid essent illa. At is dixit illi, Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum illum saginatum, quòd incolumen illum receperit. Indignatus est autem, nec uolebat introire. Pater ergo illius egressus rogabat illum. At ille respondens dixit patri, Ecce tot annis seruio tibi, nec unquam præceptum tuum transgressus sum, nec unq̃ dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis lætarer: sed postq̃ filius tuus hic, qui deuorauit substantiã suam cũ meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum illã saginatum. At ille dixit ei, Fili, tu semper mecũ es, & omnia mea tua sunt: lætari autẽ & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, ac reuixit: & perierat, & inuẽtus est. Hoc loco celebris mouetur quęstio, Quomodo appareat filius inuidus, qui alioqui vixit & seruiuit patri bene placẽs? C
Quæ soluitur, si quidem parabolam quis expẽderit quare dicta fuerit. Omnino enim quia obmurmurabant domino pharisæi, mundos & iustos se putantes, eo quòd susciperet meretrices & publicanos, ac propterea parabola ista cũ his quæ ante eam dictæ sunt, eadem est: quandoquidem pharisæi, qui erant iustiores publicanis, vt videbantur, obmurmurabant: Considera quòd gerant personam filij qui videbatur obmurmurare: contra omnes qui scandalizantur in repentina felicitate & salute peccatorum. hoc autem non est inuidiæ, sed magnæ benignitatis, quam nos ignoramus, & propterea parit murmurationem. An non & Dauid inducit personam *Psal 70.* quæ offenditur in pace peccatorum, & similiter Hieremias? *Hiere. 12* Quid quòd via impiorum prosperatur? dicens: & Esaias, *Esaiæ. 37*

Planta

D Plantasti eos, & radices egerunt. Hæc enim omnia sunt infirmarum & pauperum cogitationum hominum, qui accenduntur, & loquuntur in prosperitate malorum indigna. Dicit igitur per præsentem parabolam dominus phariſæis quasi in hũc modum: Esto, vos iusti sitis sicut filius ille beneplacens patri: obsecro vos iustos & mũdos, ne obmurmuretis in salute filiorum: est enim & ille filius. Itaque non apparet invidia, sed dominus phariſęorum mentem instruit per parabolam illam, vt etiamsi iusti ipsi essent, & omnia mandata dei perfeciſſent, grauatim ferre nõ deberent suscipi peccatores. Nec mirum est si ægre feramus super his quæ indigne videntur fieri. Tanta enim dei est benignitas, & tam liberaliter sua bona nobis communicat, vt & indignatio & obmurmuratio inde nasci posset: id quod & in familiari colloquio dicimus.

E Sæpe cum beneficiis quempiam affecimus, & deinde gratias egerit, dicimus, reprehendunt me omnes quòd tanta in te beneficia contulerim. quamuis forte nemo nos reprehenderit: attamen magnitudinem beneficientiæ ostendere volentes, ita fingimus. Videamus autem & particulatim & breuiter parabolam. In agro erat filius senior, hoc est in mundo hoc, & operabatur suam terram, carnẽ dico, vt impleretur pãnibus, & serebat in lachrymis, vt meteret in exultatione. Porrò vbi didicit quę facta erant, noluit ad cõmune gaudium ingredi: sed misericors pater egreditur, & obsecrat, & docet eum, lætitiæ causam esse mortui reuiuificationem, eò quòd ignorans scãdalizatus esset homo, & arguerat eũ quod sibi neq; hœdũ dediſſet, intemperato autem saginatum occidiſſet vitulum.

F Quid autem est quod per hœdum significatur? Hoc loco dicit: Omnis peccator ordinatur ad sinistram partẽ. Dicit igitur bonæ frugis filius, Trãsegi vitam in omnibus laboribus, persequutionem passus & afflictus, & à peccatoribus passus, & nunquam mihi occidisti hœdum, hoc est humiliasti peccatorem, vt inuenirem vel paruam quietem: qualis hœdus erat Heliæ Achab. Persequebatur enim prophetam, & non dedit dominus hœdum statim ad occidendum, vt parumper refocillaretur & quiesceret cũ amicis prophetis suis. Proinde dicit ad deum: Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterũt. Hœdus Dauidi erat Saul, & omnes qui calũniabantur eum, quibus permittebat dominus tentare eum, & non occidit vt lætaretur Dauid: ideo & dicebat, Vsquequo peccatores

Matt. 25.
3. Re. 17
3. Re. 19
1. Re. 22. 23.
Psal. 93.

peccatores domine, vsquequo peccatores gloriabuntur? Hæc A dicit in euangelio & filius quum in multis esset laboribus, & nullam fuisset assequutus consolationem. Neque aliquem ex persequutoribus meis morti tradidit, nunc autem ita faciè saluat prodigum. Hic igitur totus scopus parabolæ est propter phariſæos obmurmurantes quòd peccatores susciperet: qua docet, etiamsi iusti simus, nõ repellendos peccatores, neque obmurmurandũ, expectante illos deo. Filius igitur iunior, sunt meretrices & publicani: senior verò, phariſæi & scribæ, secundum materiam parabolæ iusti intelliguntur: quasi dicẽte deo, Esto, vos sitis vere iusti, nullúmq; transgressi mãdatũ: non oporttet igitur assumi eos qui à peccatis conuertũtur? Tales itaque sunt qui obmurmurant in parabola. Non ignoro autẽ quòd quidam per seniorem filium angelos expo B nunt, per iuniorem autem humanã naturam, quę tumultuata est, & dato mandato vacauit deliciis. Alij verò Israelitas & Gentiles. Verum autem hoc tenendũ est quod diximus, quia filius senior personam gerit iustorum, iunior autem peccatorum, & se conuertentium. Totus autem parabolæ contextus propter phariſęos est positus, vt doceat eos dominus ne ęgrè ferant susceptionem peccatorũ, etiamsi ipsi iusti essent. Nullus ergo iudicia dei grauatim ferat, sed gratum sit ei si peccatores feliciter agant & saluentur. Qui enim scis si is quem tu peccatorem censes, pœnitentiam agens gratior siat? Quid item si occultas habet virtutes, & propterea à deo benigne respicitur?

CAPVT XVI. C

D *Icebat autem & ad discipulos suos, Homo quidã erat diues, qui habebat dispensatorem, & hic delatus est apud illum ut qui dissiparet bona ipsius: & vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? Redde rationem dispensationis tuæ: non enim poteris posthac dispensare. Ait autem dispensator intrà se, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me dispensationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco: scio quid faciã, vt quum amotus fuero à dispensatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum batos olei. dixitq; illi, Accipe cautionem tuam, & sedo citò, & scribe quinquaginta.*

D

D quaginta. Deinde alteri dixit, Tu uero quantum debes? qui ait, Centum choros tritici. ait illi, Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta. Et laudauit dominus dispensatorē iniquum, quòd prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in natione sua. Et ego uobis dico, Facite uobis amicos ex mammona iniusto, ut quū defeceritis, recipiāt uos in æterna tabernacula. Omnis parabola obliquè & figurato modo retū quarundam naturam manifestat, nō per omnia rebus illis assimilata propter quas assumpta est. Idcir co non oportet omnes parabolarum partes curiosius inquire re, sed quatenus apparent proposito vtiles. reliquæ enim si nendæ sunt quasi parabolam contexentes, & nihil ad propo situm cōducentes, quomodo & in proposita parabola facien E dum. Nam si per tenues particulas omnes exponere tentaue ro quis dispensator, quis dispensatoris dominus. & à quo de latus sit, & qui debitores, & propter quam causam ille quidō oleum, alius autem triticum, & qua de causa centum debere dicantur, & si alia omnia perquisiuerimus, obscurum & mo lestum sermonem faciemus, & fortassis, si valde hæsitauerimus, etiam ridiculi erimus. Igitur tantū vtilitatis ex presenti parabola capere oportet, quantum possibile est. Et vt aliquid dicam, dominus hoc loco vult nos docere vt bene dispenien tur creditæ nobis diuitiæ. Et primum hoc discimus, quòd nō sumus domini diuitiarum. Nihil enim habemus proprium, sed dispensatores alienarum rerum sumus, quæ à domino no bis concreditæ sunt vt illas bene dispensemus sicut ipse impe F rat. At si concreditas diuitias non expenderimus iuxta men tem domini, & abusi fuerimus illis in nostrum luxum, accu sabimur. Etenim voluntas domini est, datis vti in vsus con seruorum, non in proprias delicias. Porrò qui accusantur, & destituuntur à dispensatiōne diuitiarum, hi sunt qui ex hac vita emigrant, quando scilicet & rationem dabimus de dispensatione, quum destituti fuerimus. Si itaque prudentes essemus, vel tarde sentiremus quid facto opus, & faceremus nobis amicos ex diuitiis iniustitiæ. Dicuntur autem diuitiæ iniustitiæ, quas nobis dominus in vsus fratrum & conseruo rum insumendas dedit. nos autem nobis depositas tenemus. Verum vel tarde sentiamus quò feramur, & quòd quum dies illa venerit, neque laborare poterimus. Non enim tunc erit operandi tempus, neque tunc honestum erit mendicare. Stul tæ enim virgines dicuntur quæ mendicant. Quid igitur re-

Parabola & eius partes quate nus inquirendæ.

Diuitiæ iniustitiæ quæ dicantur.

Matt. 25.

liquum,

liquum, quàm vt harum diuitiarum fratres participes faciamus, vt quando hinc defecerimus, hoc est ex hac vita excesserimus, accipiant nos pauperes in æterna tabernacula? Æterna enim tabernacula constituta sunt, in quæ possint recipere eos qui hic ipsis amice de bonis quæ sunt dominica, largiuntur. Pauperibus enim primum debemus dare: nam illi debito Psal. 16. res sunt, secundum hoc quod dictum est, Tota die misere- Prou. 19. tur & commodat iustus. & iterum Qui miseretur pauperi, fœneratur deo. Oportet igitur primum dare bonis illis debitoribus, qui centupla reddunt. Verùm quia dispensatores iniustitiæ inuenimur, iniuste retinentes quæ aliis sepposita sunt: non semper manendum erit in hac infidelitate, sed communicandum pauperibus, vt ab ipsis suscipiamur in æterna tabernacula. Sic igitur nobis exponentibus parabolam, nihil B vel superfluum, vel curiosum, vel somniculosum enarrando occurret. Videtur autem & alienum quiddam significare, dicens, Filij huius seculi prudentiores sunt &c. Non autem male cohæret, neque alienum est. Filios enim huius seculi dicit eos qui laudant omnia quæ in terra lucrosa sunt: filios vero lucis, eos qui debent pie spirituales diuitias communicare. Hoc igitur dicit, quia homines humanis dispēsationibus præfecti, omnibus modis curam habēt & prouident vt quum destituti fuerint à dispensationis munere, consolationem habeant. Filij autem lucis ordinantur, hoc est, quibus concredita est spiritualis rerum dispensatio, non cogitant quomodo post hanc vitam cōmodum percipiant. Filij itaque seculi hu- C ius, quibus humanæ dispensationes concreditę sunt, & in generatione sua, hoc est in vita hac prudenter res suas dispensant. Filij vero lucis, qui pecunias receperunt vt illas in pios vsus dispēsent. Inueniamur itaq; in humanis dispēsationibus res nostras prudenter dispensare, vt etiam si administratione excidermus, habeamus quoddam refugiū vitę: in his autem rebus quę debent secundum deū dispensari, nullam videmur gerere curam quomodo rationem dispensationis reddamus ex hac vita educti, ne inueniamur ab omni consolatione destituti. Ideo & insipiētes vocamur, nō sapientes ea quę nobis posthac sint profutura, & quomodo faciamus nobis pauperes amicos communicatis diuitiis iniustitiæ, hoc est his quæ datę sunt nobis à deo vt sint arma iustitiæ, sed à nobis detinentur, & propterea ad iniustitiam pertinent. Si autē diuitię

D quæ iustis modis partę sunt, quando non bene dispẽsantur & dantur pauperibus, iniustitia & mammona reputatur: quę ex iniustitia, multo magis. Ex ipsis igitur faciamus nobis amicos, vt quãdo defecerimus, & ex hac vita emigrauerimus, vel etiam aliter, quando pusillo animo sumus, & illic condemnatur, accipiant nos in æterna tabernacula. *Qui fidelis est in*

Matth. 6 *minimo, & in multo fidelis est: & qui in minimo iniquus est, it & in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuistis, quod uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. aut enim hunc odio habebit, & alterum illum diliget: aut huic adhærebit, & alterum illum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ.* Adhuc docet quomodo secundum deum dispen-

E sandæ sint diuitiæ. Qui enim fidelis est in minimo, hoc est qui bene dispensauerit concreditas sibi diuitias in hoc mundo, etiam in multo fidelis est, hoc est in futuro seculo reuera

Diuitias terrenas Christus minimum vocat. diuitiis dignus est. Minimum igitur vocat terrenas diuitias, vt reuera paruas, immò quę nihili sunt, quandoquidem rãfitotiæ sunt: multum verò cælestes, vtpote semper duraturas, & quib⁹ semper accedit. Qui verò in his terrenis diuitiis iniustus apparuerit, & sibi vendicat quæ in communem vsum fratrum iunt concessa, neque illo multo dignus inuenietur, sed sicut iniustus repudiabitur, interpretans autem quod dictum est, addit, Si in iniusto mãmona fideles nõ fuistis, quod verũ est, quis vobis credet? Iniustum mammona nominat diuitias quę apud nos sunt. Nam si non essent iniustæ, neque a-

F pud nos essent: nunc autem quia apud nos sunt, manifestum est vendicare sibi res alienas, atque eas quæ pauperum sunt: id quod iniustitiæ est. Itaque ei qui diuitias illas male dispensat & infideliter, non bene dispensat aliena, hoc est bona & pecunias quæ ad pauperes pertinent, quomodo veræ creduntur diuitiæ? Vel aliter: quũ nihil attulerimus in hunc mundum, nudique in hunc mundum nati simus, nostrum quis aliquid dabit? Nostrę autem sunt diuitiæ cælestes & diuinæ, illic noster municipatus est, eò quòd homo ad imaginem dei est conditus. Pecuniæ autem & possessiones aliena sunt nihil enim simile illi ex his. Diuinorum autem bonorũ fruitio, & participatio dei, nostra sunt. Igitur hucusque docuit nos dominus quomodo fideliter dispensandæ sunt diuitiæ.

tiæ: alienæ enim sunt: & non nostræ. nos enim dispensatores A sumus in nomine domini. Quoniam autem dispensatio diuitiarum iuxta deum non aliter fit recte, nisi absint erga illas etiam affectiones, quod hac doctrina dixit, Nõ potestis deo seruire & mammonæ: hoc est, impossibile est simul addictum esse mammonæ, & tali affectione detentum seruire deo. Atq; ita si vis fideliter dispensare diuitias, non seruias eis, hoc est, non teneatis affectione erga illas, & profectò seruias deo. Vbiqi enim amor pecunię taxatur: hoc est affectio erga illas & studium. *Audiebant autẽ hæc omnia & pharisæi, qui erant auari, & deridebãt illã. Et ait illis, Vos estis qui iustificatis uosipsos coram hominibus: Deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus excelsum est, abominandũ est coram deo.* Pharisęi quidã deride- B bant dominum, eò q̃ sermonibus illis notarentur. Grauatim enim ferunt auari siquando de paupertate audiunt: quoniam & dictũ est, Abominatio est peccatorum pietas, & reprehensiones impio sunt flagella. Dominus autem retegens occultã eorũ malitiam, & ostendens eos simulare iustitiã, & abhominabiles esse apud deũ propter opinionem quã de se habebãt, dicit, Vos estis qui iustificatis vosipsos, opinantes solis vobis datũ nosce re quę oportet docere, & ideo deridetis meos sermones, cupiẽtes haberi à multitudine doctores veritatis. Sed non sic. Deus enim nosceit corda vestra, & abominabiles vos exiſtimat, propter superbiã, & humanæ glorię cupiditatem. Quod enim sublime in hoĩbus, abominatio apud deũ est Im- 1.Cor.1. mundus enim apud dominũ omnis superbus corde. Oportebat igitur vos, ò pharisæi, nõ ad humanã viuere opinionem: C (deus enim dispersit ossa eorũ qui hominibus placent) sed iu- Psalm. 52 stificare vos corã deo. *Lex & prophetæ usq; ad Iohannẽ, ab eo tempore regnũ dei annunciatur, & quisq; in illud uim facit. Facilius est autem cælũ & terrã preterire, q̃ legis unũ apicem cadere. Quisquis dimittit uxorẽ suã, & alterã ducit, adulteriũ cõmittit: & qui dimissam à uiro ducit, adulteriũ cõmittit.* Matt.5. Matt.19. Vidẽtur hęc sæparatim dicta, & cũ superioribus nõ cohærere: sed attẽdenti videbũtur non male cõsectanea. Nam quia ipse paupertatẽ in superioribus docuerat, vocando diuitias iniustũ mãmona, lex vero benedictiones & in diuitiis dabat, & ꝓphetę bona terrę promittebant: vt ne quis dicat ei irridens sicut pharisæi, quid tu dicis? cõtrarius es legi? illa & in diuitiis benedicit, & tu paupertatem doces? propterea dicit, Lex & prophetę vsq; ad Io-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dhannem habuerunt tempus. Et bene quidem docebat, nempe ita auditorum infirmitate postulante. A quo autem tempore Iohannes propter paupertatem materia ferè carebat, & sine possessionibus versabatur, regnúmq; cælorú prædicabat: non vltrà bona terrena huic tempori debentur, sed regnum cælorum prædicatur. Proinde & paupertatem in terra debent seruare hi qui cælos desiderant. Quoniã prophetæ & lex nõ memores fuerunt regni cælorum, merito bona terræ promittuntur imperfectioribus, & nihil virile vel magnũ intelligere valentibus. Atque ita ô pharisæi merito paupertatem doceo, eò quòd imperfecta legis præcepta iam non habent tempus. Insuper ne dicant reiecta omnia quæ in lege sunt dicta, quasi vana sint & inutilia: nõ hoc dicit, sed magis implentur & perficiuntur. Quæcunq; enim illa adumbrauit, ea dixit de
E Christo figuraliter. Et quantum ad leges attinet, etiam ipsæ
Nihil à le nunc implentur, & nihil in his vsq; ad extremum apicem in-
ge excidit terdicit. Et quę de Christo illic per vmbrã subindicata sunt,
quin fiat. nunc perficientur clarius. Et mãdata legis quę tunc data, pro imperfectorum sensu congruenter data, nũc sublimiorem & perfectiorem sensum habitura sunt. Lex enim imperfectè im
Matt. 19. perfectis locuta est: quod hinc manifestum est. Nam de solu
Deut. 24 tione nuptiarum iuxta duritiem cordis iudęorũ respõdit, vt quum vir odio habuerit vxorem, potestatem habeat dimittẽdi eam, ne deterius quid fiat. Homicidę enim erant & sanguinarij, & neq; propriis parcebant, quandoquidem & filios &
Psal. 105 filias dæmonibus immolabant. sed humilitas & imperfectio legis talis erat. Tẽpus enim eiusmodi legislationis tunc erat,
F nunc autem alia perfectiore doctrina opus est. Ideireo etiam dico, Omnis qui dimittit vxorem excepta causa fornicationis. & ducit aliam, adulterium cõmittit. Vnde haud mirum si cũ nihil tale de paupertate lex manifeste docuerit, ego de paupertate differã. Ecce quum de solutione matrimonij lex humiliter præceperit propter cædem Iudæorum, ego ad perfectiora exercens auditores, repudium absq; rationabili causa prohibeo, nõ illi contraria docens, sed magis voluntatem eius perficiens. Mens enim legis erat ne homicidia fierẽt inter virum & vxorem. hoc & ego intendo, eo quòd docea coniuges mutuam inter se curam gerere, & parcere alterũ alteri vt membris propriis: id quod & lex volebat. At quoniam imperfecti erãt auditores, decreuit illa coniugij solutionem, vt vel sic

vel sic sibi mutuum parcerẽt, & non in se inuicem insanirent A
vir & mulier. Statuit igitur Christus omnia quæ ad legẽ pertinent, & ita bene dixit quòd impossibile sit vnum apicem Mat. 5.
de lege cadere. Quomodo enim decideret, quum magis à Christo corrigeretur? *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceroſus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis. Sed & canes veniebant, ac lingebant vlcera eius. Accidit autem vt moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, ac ſepultus eſt.* Bene sequuntur hæc ad superiora. Quia enim prius docuerat vt nos rectè circa diuitias gere remus: meritò coniungit & hanc parabolam in eandem ferentem sentiam per exemplũ diuitis. Parabola enim est hæc, B
& non (vt quidam opinari sunt) historia. Nondum enim seruata erant iustis bona, & peccatoribus contraria: sed figurauit sermonẽ dominus, vt immisericordes doceat qualia eis euentura sint, & iterum doceat eos qui affliguntur, quàm bene habituri sint pro his quę hic sustinent. Diuitem igitur hoc loco absque nomine in parabola assumpsit, vtpote qui neque dignus sit qui à deo nominetur: sicut & per prophetam dicit, Non memor ero nominum illorum per labia mea. Nomẽ au- Psal. 6.
tem pauperis memorat Iustorũ enim nominatim in libro vitæ scripta sunt. Fert enim Hebræorum traditio, Lazarũ quendam per illud tempus extrema inopia & infirmitate laborasse, cuius memor fuerit dominus in parabola hac, vtpote noti & manifesti. Dives igitur omnino dissolutus erat. nã purpu- C
ra & byſſo induebatur, & præterea omnibus aliis deliciis vacabat. Epulabatur enim dicit, & non nunc tantum, & postea non, sed quotidie: & non mediocriter, sed splendide, hoc est, sumptuosè & prodigaliter. Lazarus uerò pauper erat, & infirmus grauiter. Vlceroſus enim, inquit, erat. Aegrotant alii, sed vlceribus carent: hic autem grauiore malo affligebatur, & ad vestibulum diuitis iacebat. Ecce alius dolor, videre alios in deliciis, se vero fame premi. Desiderabat eũ, inquit, satiari, non sumptuosis ferculis, sed de micis eius, & illis quibus satiabantur canes. Insuper destitutus erat omni cura, & canes lingebant vlcera eius, quũ nemo esset qui ab illo istos abigeret. Num igitur Lazarus in tantis malis blasphemabat?

D num conuitiabatur? num inceſſebat luxum diuitis? num inhu
manitatem condẽnabat? num prouidentiam dei reprehende
bat. Nihil horum, ſed fortis erat, & magnæ philoſophię. Vn
de manifeſtum ex his quòd angeli ipſum mortuum ſuſcepe-
rint. Nam ſi obmurmurator fuiſſet & blaſphemus, neutiquã
tantum honorem fuiſſet conſecutus, & angelorum comitatu
ſtipatus. Mortuus eſt autem & diues, ac ſepultus eſt. Nã pro
fecto etiam quũ viueret, ſepulta erat eius anima, carné quaſi
ſepulchrũ circũferens. Et ideo quum moreretur, non ab an-
gelis aſſumptus eſt, ſed in infernum deductus. Nam qui ni-
hil ſublime, nihilque cæleſte cognouit vnquam, infimo loco
dignus. Dicendo enim quòd ſepultus ſit: inſinuat obiter do-
minus quòd & anima eius locum infimũ & caliginoſum ſor
E tita fuerit *Atque in tartaro ſublatis oculis, quum eſſet in tormen-
tis, uidit Abraham eminus, & Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamans
dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intinget
extremum digiti ſui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia cru
cior in flamma hac. Dixit autem Abraham, Fili, recordare quod rece
peris bona tua in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nũc autem hic
ſolatio fruitur, tu uero cruciaris. Et ſuper hæc omnia inter nos & uos
hiatus ingens firmatus eſt: ut hi qui uolunt hinc tranſire ad uos, non
poſſint, neque inde trãſcendere ad nos.* Quemadmodum domi
Gene. 3. nus iectum Adam e regione paradiſi collocauit, vt cõtinuo
aſpectans, clarius ſentiret a quantis bonis excidiſſet: ſic & il
lum condemnauit in conſpectu Lazari, vt videns illũ in qua
libus eſſet, ſentiret vnde per inhumanitatẽ excidiſſet. Et pro
pterea non apud alium quendam iudicum, ſed in ſinu Abra
F hæ vidit Lazarum, quoniam hoſpitalis fuerat Abraham. Vt
igitur reprehenderetur illius inhoſpitalitas, propterea illum
apud Abraham videt. Ille etiam eos qui præteribant, in do-
mum ſuam trahebat, hic autem etiam intra domum iacentes
Cur diues Abraham in auxilio inuocet, ac non po tius Laza rum. deſpiciebat. At cur non vertit ſermonem ad Lazarum, ſed ad
Abraham? Confundebatur fortaſſis, exiſtimans forſitan La
zarum vindictæ auidum, & ex ſuis cauſis iudicabat illum. Si
enim ego tanta felicitate fruens contempſi illum tantis ma-
lis coanguſtatum, & neque micas ei cõmunicaui: multo ma-
gis ipſe contẽptus vindicabit, & non annuet vt mihi benefi-
cium concedatur. propterea ad Abraham facit ſermonem.
Putabat enim ignorare patriarcham quæ contigiſſent. Quid
igitur ille? non dixit, Inhumane & cru delis, non erubeſcis?

immiſericordiæ non recordaris? ſed quomodo? Fili. Vide cõ A
patientem & ſanctum. Dicit enim & ſapiẽs quidam, Animã *Eccle. 4.*
humiliatam ne turbaueris. Et propterea etiam ipſe dicit, fili:
inſinuans per hoc eatenus ſibi licere, quatenus tam benignè
alloquitur, ſed vlterius nihil licere ei. Quod poſſum, hoc ti-
bi communico, compatientem ſcilicet vocẽm. At illinc träſi-
re non eſt noſtrum. cõcluſa enim ſunt omnia. Et tu quidem
recepiſti bona tua, ille autem mala. Et quare non dixit acce
piſti, ſed, recepiſti? Recipere enim de his dicere ſolemus qui *Recipere*
ſuſcipiunt quod eis debebatur. Diſcimus igitur quòd licet
quidam facimoroſi ſint, & in extremam peruenerint malitiã
nonnunquam tamen vnum quoddam vel duo bona opera fa
ciunt, vnde & ipſi habentes bona quædam, quæ in præſentis
vitæ proſperitate capiunt, recipere dicũtur. Similiter autem
& Lazarus mala. Forſaſſis autem & ille vnum vel duo mala B
commiſerat, & propterea dolorem illum ſuſtinens, dignã fa
ctis mercedem accepit. Vnde cõſolationem habet ille, tu ve-
ro cruciaris. Porro hiatus ſignificat diſtãtiam & differenti- *Hiat⁹ qd.*
am iuſtorum & peccatorum. Nam ſicut voluntates eorum di
uerſæ fuerunt, ita & præmia multũ inter ſe diſtant, vnoquo-
que recipiente ea quę vitæ & voluntati ſuæ congruunt. Ob-
ſerua autem hoc loco cõtra Origeniſtas dicentes quòd tem- *Cõtra Ori*
pus erit quo finiẽtur impiorum ſupplicia, & peccatores cum *geniſtas.*
iuſtis coniungentur, & ſic omnia in omnibus erit deus. Ecce
enim audimus Abraham dicentem quod hi qui volunt hinc
ad vos, vel illinc ad nos tranſire, non poſſint. Sicut igitur im
poſſibile eſt ex conſortio iuſtorum quempiam tranſire in lo C
cum peccatorum: ita impoſſibile eſt, vt nos docet Abraham,
tranſire a loco pœnæ in locum iuſtorũ. Abraham ſane fide
dignior eſt, quàm Origenes. Quid autem eſt infernus? Qui- *Infernus*
dam dicunt eſſe locum ſubterraneum tenebroſum. Alii au- *quid.*
tem tranſitum animæ à lucido in obſcurum: & immũdum di
cunt infernum. Quãdiu enim in corpore eſt anima, apparet
propter operationes ſuas: poſtquam autem à corpore emigra
uerit, inuiſibilis fit. Hoc igitur dixerũt eſſe infernum. Sinus *Sin⁹ Abra*
autem Abrahæ vocant continentiam bonorum quæ repoſi- *hæ.*
ta ſunt iuſtis, qui à tempeſtate huius maris ingrediuntur in *Sinus ma-*
portus cœleſtes: quoniam & in mari ſinus appellamus loca *ris.*
portubus & quieti apta. Attende hic quòd in die illo qui a-
lium iniuria affecit, videbit iniuria affectum in quali gloria
fit, &

D sit,& hic iterum illum in quanta condẽnatione: sicut in hoc loco diues Lazarum,& Lazarus diuitem.

Ait autem, Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domũ patris mei, habeo enim quinque fratres: ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham, Habent Mosen ac prophetas, audiant illos. At ille dixit, Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent. Ait autem illi, Si Mosen & prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credẽt. De rebus suis desperans propheta, pro aliis supplicat. Vide autem quomodo in suppliciis sensum alienæ infelicitatis capit. Et pri' Lazarum despiciebat ante pedes iacẽtem, nunc aliorum absentium curam gerit,& obsecrat vt Lazarus ex mortuis in domum patris sui mittatur. Et non simpliciter ex mortuis quis-
E piam, sed Lazarus: vt videant eum coronatũ & gloria & incolumitate, qui viderant ante infimum & contemptũ: fiátq; testes tanti miraculi, ac tantæ gloriæ spectatores. Nam perspicuum, quòd si dignum fide præconem habuerint, & ipsos in gloria olim fulsuros. Quid igitur Abraham? Habent Mosen. Non sicut tu, inquit, curam geris fratrum, ita & deus qui illos fecit. innumeros enim illis præfecit doctores. At diues inquit, Pater. Nam quemadmodum ipse scripturas audiẽs nõ crediderat,& fabulas esse putarat ea quæ dicuntur: similiter etiam fratres suos se habere suspicatus est, & ex se iudicans dicebat quòd non auditori sint scripturas, sicut neque ipse, sed si quis ex mortuis resurrecturus esset, crediturí sint. Tales etiam nunc sunt qui dicũt, Quis vidit ea quæ in inferno?
F Quis venit illinc,& annunciauit nobis? Sed audiant Abraham. Quoniam si scripturas non audimus, neque his qui ex
Iohã. 12. inferno veniunt, credemus. Et hoc manifestarunt Iudæi, qui quia scripturas non audierunt, neq; cum resurrexissent mortui, crediderunt: sed & Lazarum occidere tentauerunt,& cũ mortui multi resurrexissent crucifixo Iesu, magis tamen sæuiẽtes Iudæi inuaserunt Apostolos: quia si quidem illud *Diligens scripturæ scrutatio curanda: nũ defunctorũ spectra.* fuisset nobis ad fidem, etiam hoc sæpe fecisset dominus. Nunc nihil tam vtile est vt scripturarum diligens scrutatio. Mortuorum suscitationem falsè & apparẽter facere potest etiam diabolus, vt seducat imprudentes, seminans doctrinas de inferno dignas sua malitia: at eis qui scripturas probè scrutantur, nihil potest illudere. Illæ enim sunt lucerna & lumen, quo lucente fur deprehenditur & manifestatur. Illis igitur credendum,

credendum,& de mortuorum suscitatione non curandum. A
Posset autem parabola hæc per allegoriam exponi,& ita dici, quòd per diuitem populus Iudæorum significetur. Diues enim ille fuit olim. locupletatus omni cognitione & sapientia & sermonibus dei, qui super aurum & lapidẽ preciosum. Sed & purpura & byssо indutus erat, regnum habens & sacerdotium,& regale erat sacerdotium deo. Significat autem purpura quidam regnum, byssus vero sacerdotium. Nam Leuitæ byssinis sacerdotalibus vestimentis induebantur. Epulabatur autem quotidie & viuebat splendide. Quotidie enim offerebant sacrificium matutinum & vespertinum, quæ & ἀενάα καὶ μόνη, hoc est iuge sacrificium nominabant. Lazarus vero populus gentilium fuit, pauper diuina gratia & sapien B
tia,& ante fores iacens. non enim licebat gentilibus intrare in domum. pollutio enim videbatur, sicut in Actis Apostolorum clamant in Paulum quòd Gentiles introduxerat in tem Actu. 21.
plum,& communem fecisset sanctum illum locum. Insuper & vlceribus peccatorem fœtẽtium plenus erat ille populus, & impudentes canes diabolos pascebat suis vlceribus. Voluptati enim illis sunt nostra vlcera. Desiderabat item & micas decidentes a mensa diuitis. Omnino enim carebat pane, qui confirmat cor hominis,& minimo tenuique cibo egebat Psal. 103.
sicut & Chananæa mulier quum ethnica esset, de micis satu Mat. 15.
rari cupiebat. Quid multis? Mortuus est Hebraicus populus deo,& mortua sunt illorum ossa, quæ ad bonum faciendum non mouentur. Mortuus est autem & Lazarus peccato, Gẽtilis inquam populus. Et Iudæi quidem qui in peccatis suis C
mortui sunt, in flamma inuidiæ exuruntur zelantes, vt dicit Apostolus quòd gentiles assumpti sint ad fidem: qui autem prius pauper & ignobilis populus Gentilis, in finibus Abrahæ patris gentium versetur. Merito. Etenim & Abraham quum gẽtilis esset, credidit deo, & ex idolorum cultu ad dei agnitionem transiit. Proinde qui participes sunt translationis eius & fidei, iure & in finibus eius quiescunt, eundem finẽ,& habitationes & susceptionẽ bonorũ sortiti. Et cupit Iudeorum populus vnam guttam de aspersionibus & purgationibus priscis legalibus, vt refrigeretur eius lingua, & possit confidenter loqui nobis quòd lex sit efficax & operetur, sed Mat. 11.
non est. Lex enim vsque ad Iohánem. & sacrificium (inquit) Psal. 39.
& oblationem noluisti, ac cætera. & Daniel, Exterminabitur Danie. 9.

vnctio.

D vnctio. Et signari prophetas, hoc est cessaturos esse & concludendos prædixit. Tu autem & moraliter parabolam expone, & ne quum sis dives, in malo mentem tuam famelicâ prætereas, neque despicias in humum proiectam, & quum facta sit vt sursum tendat, ante fores iacentem, sed introduc eam intro, & non stet foris, nec vagetur, nec iaceat, sed operetur. Et sic ea quæ mentis, operari, & non solum in carne deliciari poteris. Facile fuerit etiam alia quæ in hac parabola sunt, ad morum vtilitatem exponere.

CAPVT XVII.

E *Dixit autem ad discipulos, Fieri non potest quin veniant*
D *offendicula: væ tamen illi per quem veniunt. Expedit*
illi, si mola asinaria ponatur circa collum eius, & proiectus fuerit in mare, potius quam vt offendiculo sit vni
Mat. 18. Marc. 9. *de pusillis istis. Cauete vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnituerit, remitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: remitte illi.* Quoniam pharisæi auari obmurmurabant contra dominum de paupertate loquentem, quibus & parabolam dixit de diuite & Lazaro, ostendens eis per illâ quanta propter amorem diuitiarũ supplicia passuri sint: dicit nũc ad discipulos de iisdem pharisæis, manifestans eos esse scandalorum authores, & impedientes à via dei, & propterea væ eis infligendum. Videamus igitur quid dicat. Fieri non po-
F test vt non eueniant scandala, hoc est, impedimenta bonæ
Scãdalorũ authores pharisæi. deoque placitæ vitæ. Necesse enim propter malitiam hominum multa impedimenta prædicationis & veritatis inueniri. Væ autem illi per quem veniunt, id est, illi qui ea facit, quales sunt pharisæi, qui offendunt & prohibent prædicationem. Quare igitur condemnas domine, & miseros dicis eos qui scandala faciunt, si ex necessitate illa eueniãt? Omne autem quod necessariũ, hoc & venia dignum.
Necessitas scãdali nõ absoluta, sed ex nõ itate mala. Sed audi quòd necessitas illa ex voluntate habet initium: & ita dicere vult dominus videns malitiam hominum qui tunc erant (proni enim erant in omne malum, nihilque bonum eligebant) quòd quantum ad consequentiam eorum quę videntur, necesse sit venire scandala. Malitia igitur cui studet homines, ex voluntate est. Operatio autem offendiculorum necessariò

cessariò malitiam comitatur: & ita propter hoc & puniendi A
sunt scãdalorum authores. Et age dicamus exempla. Videns quempiam malam diætam seruare, & insatiabilem esse, dicit, Necessarium est illum & ægrotare. Num igitur morbus necessarius? Etiam, quatenus obscurat malam diætam. Propterea væ his qui prædicationem impediunt, eò quòd in tantam peruenerunt malitiam, vt etiam necessariò eueniant scandala. Et expediret magis homini scandala & offendicula faciẽti, molam asinariam in collo eius appendi, & proiici eum in mare, quàm vnum ex pusillis fidelibus scãdalizari & subuerti. Ideo munit discipulos suos, & dicit, Cauete vobis. Ecce (inquit) prædico vobis quòd venient mala. Inexcusabiles estis. Necessarium enim vt eueniant illa, non necesse autem vos perire, si quidem munieritis & armaueritis vos. Necessa B
rium enim est venire lupum, sed si vigilauerit pastor, non necessarium est perire oues, sed lupus frustra hians abibit. Di- Simile.
xit igitur hæc de his qui offendunt, hoc est, impediunt & no
cent. Quoniam autem multæ horum differentiæ: nam alij quidem sunt incurabiles, quales pharisæi: alij vero sanabiles, quales fratres domini erga dominum ipsum, nam neque ipsi credebant in eum: quia igitur multæ impedientium differen- Iohã. 7.
tiæ, verisimile etiam quosdam qui idem credant, tales esse: & propterea dicit, Si peccauerit in te frater tuus, argue eum tu solus, & seorsum: & si quidem audierit te, lucratus es illum: sin minus, accipe tecum vnum vel duos & cætera. quæ latè exponit Matthæus: Lucas autem vt dicta à Matthæo silentio Cap. 8.
præterit. Itaq; qui audierit increpationem, venia dignus est. C
Qui autem nõ audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus, hoc est, ab omnibus contemptus, & indignus qui vocetur frater. Postea quasi interroget quispiã, Esto dñe hæc quidem bene dixeris: si aũt sæpe veniã cõsecutus fuerit, & iterũ noceat, quid faciendũ ei? dicit, Si resipiscit, iterũ remitte ei. Et iterũ. Si septies peccauerit, & conuersus fuerit, remitte ei. Septies autem hoc loco pro sepius positum est: sicut & quum dicitur, Sterilis peperit septem. Quoties igitur pœnitentiam agit, toties remittere oportet. Non enim cogites quòd dominus ponat numerum remissionis: sed per septies intellige sæpius, &
sine numero: quẽadmodũ & in familiari colloquio dicimus Septies
exercitum decem millium, non quòd decem millia & non pro sæpe
plures viros habeat, nam fortassis plures habet: sed idem di- ponitur,

cere

D cere volumus, ac si diceremus, multorum vitorum. Et quòd hoc dicat, manifestum est ex Matthæo. Illic enim quum dixisset Petrus: Nunquid domine septies remittã ei? Dominus dixit, Non, sed septuagies septies, & per hoc innumerabilia designat. Et *dixerunt Apostoli domino, Adauge nobis fidem. Dixit*
Mat. 18. *autem dominus, Si haberetis fidem sicut granũ sinapis, dixissetis huic arbori sycamino, eradicare, & transplantare in mare: & obediret vo bis. Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascẽtem, qui re grossus ab agro dicat, Statim transi & accumbe: ac non potius dicet illi, Para quod cœnam, & præcinge te, ac ministra mihi donec edero & bi bero, & post hæc edito & bibito tu? Num gratiã habet seruo illi, quia fecit quæ imperata fuerant? Non puto. Sic & vos quum feceritis o mnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod de*
E *buimus facere, fecimus.* Apostoli credebant quidem domino: veruntamen quum venissent in conscientiã infirmitatis suæ, & audiuissent dominum de magnis quibusdam sibi dicẽtem, & de periculo ab offendiculis, precantur vt augeatur in eis fi dei vir', per quã poterint hæc quæ dicit, perfici. Nihil enim adeò ad paupertatem de qua loquitur, perficiendam conducit, atque credere & cõfidere domino: quemadmodum nihil ita facit thesauros reponere, vt non credere quòd magnus sit thesaurarius, & inexhaustum prõptuarium bonitas eius. Insuper vt & offendiculis per fidem obsistere possint, ideo accedentes dicunt, Auge nobis fidem. Fac nos perfectiores & firmiores in fide. Dominus autem ostendens eis quòd bene petant, & quòd hanc mentem firmiter habere debeãt de fide vt
F multum efficacem, dicit, Si haberetis fidem, istã sycaminum transplãtassetis. Duo autem in hoc magna sunt, nẽpe in aliũ locum moneri radicatam in terram, & plantari in mari. In aqua enim quidnam plantatur? Manifestum autem quòd dum hæc dicit, fidei monstrat virtutem. Fortassis autẽ per allegoriam quis sycaminum dixerit esse diabolum, quòd nobis author & alumnus sit vermis seculi, propter cogitationes quas ille generat. Folia enim sycamini vermes pascunt, vnde fiunt serica. Hãc igitur sycaminum fides eradicare valet ex corde humano, & in mare proiicere, hoc est, in abyssum perditionis. Et quia hæc dixit de fide, subdit doctrinam aliam magis necessariam. Qualis hæc? Non superbiendum esse in bonis operibus. Quoniam enim fides multa corrigit, & facit implere mandata cum qui illam habet, cum eo quòd adornat mira culorum

culorum operibus, quia verisimile est hominem ex his in su- A
perbiam incidere, munit Apostolos ita vt non extollantur in bonis operibus, puleherrimo exemplo. Quis enim vestrum, inquit, seruum habens & cætera. Monstratur enim per hanc parabolam quòd non oportet extolli in bono quopiam opere, immo neque in omnium mandatorum impletione. Seruo enim necessitas incumbit vt faciat mandata domini, neque vt bonum opus sibi asscribere debet. Quippe si non operabitur, dignior est multis plagis. quum autem operatus fuerit, contentus sit quòd plagas effugerit. Proinde non oportet de hoc precium vel bonorem quærere. Liberalitatis enim domini fuerit dare, immo largiri ei. Igitur & qui seruit deo, etiam si mandata perficiat, non debet extolli. Nihil enim magnum fecit, sed væ erit ei nisi fecerit: sicut apostolus dicit, Væ mi- B
hi nisi euangelizauero. Proinde si dona fuerit assecutus, non debet in illis superbire, & de eis se iactare. Beneficia enim sunt per misericordiam dei illi concessa, non quòd debeat ei aliquid dominus: immo seruus debet domino suo vt faciat omnia eius mandata. Si autem & quum omnia mandata fecerimus, neque tunc debemus magnum quiddam sentire: quan- 1. Cor. 9.
tum peccamus quum maximam partem mãdatorum dei non perficimus, & nihilominus extollimur? A duerte autem quòd in dicta parabola primùm posuit arantem. & subdidit postea pascentem. Primum enim oportet esse aratorẽ, deinde & pastoralem curam assumere. Nam qui carnem suam bene arauerit quasi terrã quãdã, dignus erit etiã aliorũ pastor fieri. Qui 1. Tim. 3.
enim suæ domui nescit, præesse vt oportet, quomodo Eccle- Hiere. 4.
siæ curã geret? Ara igitur prius teipsum, tunc pasces & alios: C
sicut & Hieremias dicit, Nouate vobis noualia. deinde subdens, Illuminate vos lumine scientiæ: id quod pastorum præcipuum munus fuerit. Et *factũ est dum iret Hierosolymã, & ipse transibat per mediam Samariam & Galilæã. Et quum ingrederetur quendã uicũ, occurrerũt ei decẽ uiri leprosi, qui steterũt procul, intentaque uoce dixerunt, Iesu præceptor, miserere nostri Quos ut uidit, dixit illis, ite ostendite uos sacerdotibus Et factum est ut inter eũdum mundati sint. Vnus autem ex illis ut uidit quòd mundatus esset, regressus est cum uoce magna glorificans deum, & procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit, Nonne decem mundati sunt? nouem autem illi ubi? Nõ sunt reperti qui redierint ut darẽt gloriã deo, nisi hic alienigena.*

Et ait

D Et ait illi, Surge, uade, fides tua te seruauit. Et hinc discere quis potest quòd nihil cuiquam abest ad hoc vt deo placeat, etiàsi maledicti generis sit, modo bonam voluntatem habeat. Ecce enim decem leprosi occurrerunt Iesu in ciuitatem quándam ingressuro: occurrerunt autem extra ciuitatem Non enim li
Num. 5. cebat eis qui habebãtur maledicti, in ciuitatibus versari. Pro cul igitur stabant, vt pote propter immunditiam quæ in eis apparebat, erubescentes: & neque audebant appropiare, putantes quòd abominabiles ei essent, sicut & aliis. Extollunt igitur vocẽ suã & orãt. Et loco quidã procul stãt, oratiõe aũt
Psa. 144 appropiãt, Prope enim est dñs õnibus inuocãtibus se in veritate, Et non simpliciter orant vt hominem, sed vt eum qui supra hominem. Præceptorem enim eum nominant, hoc est do
E minum, curatorem: id quod est putare illum prope deum. At ille præcipit eis vt ostendant se sacerdotibus. Nam sa-
Leuit. 13. cerdotes probabant tales, & ab illis sententiam accipiebant
Cur lepro si se facer dotibus o stendere præcipiãtur. an mundi essent vel nõ. Habebant enim sacerdotes signa per quæ insanabilem lepram inuestigabant. Sed & quando lepra quis infectus, postea sanitatem assequutus erat, eum sacerdotes probabãt, & donum offerebatur in lege præceptum. Hoc autem loco quum ex confesso essent leprosi, quid opus erat se ostendere sacerdotibus, nisi omnino fuissent mundandi? Nam quod præcipiebat eis vt ad sacerdotes abirent, nihil aliud indicabat, quàm quòd mundi futuri essent: idcirco & dicit quòd inter eundum mundati fuerunt. At vide hoc, vt in principio diximus, quòd quum decem essent, nouẽ quidem,
F quanuis Israëlitæ, ingrati apparuerũt: at Samaritanus quum esset generis alterius, reuersus est, & vocem gratitudinis emisit. Assirij enim erant Samaritani: vt nullus gentilis desperet,
Samaritani Assyrii & nullus de sanctis parentibus glorietur. Insinuat hoc miraculum etiam communem totius humani generis salutem fieri. Decem enim leprosi, omne genus hominum signant lepra
Vere leprosi quos designant malitiæ infectum, ac turpitudinẽ peccati circunferens, & extra regni cælorum ciuitatem propter immunditiam constitutum, proculque à deo stans. Et istucipsum procul stare, supplicandi speciem habet. Misericordi enim & volẽti omnibus benefacere, magna occasio est ad miserendum, videre in nullo participem suæ bonitatis. propter hoc enim reuelauit se, vt sanaret eos qui tam male habebant. Quanuis etiam omnem naturam sanauerit lepra infectam, pro omnibus & incarnatus &

tus & moruus: attamen Iudæi, quanuis à domino mũdati fu- A
issent ab immunditiis leprosi peccati, ingrati fuerunt: & non reuersi sunt à via vanitatis suę, ita vt darẽt gloriam ei qui sanuos eos fecerat: hoc est, vt crederent ei, quòd quum Deus esset, extremã passionem tulerit. Hęc enim est gloria dei, caro Caro & crux.
& crux. Hi igitur incarnatum & crucifixum dominũ gloriæ crux glonon sunt confessi. Alienus autem, populus gẽtilium, agnouit ria dei.
eum qui mundauerat, & glorificauit eum credẽdo quòd tam misericors & tam potens sit dominus, vt & propter nos vilissima tulerit, id quod est misericordię: & quum pertulerit, nihil inde incommodi acceperit, id quod potentię est. *Interrogatus autem à pharisæis quando uenturũ esset regnum dei, respondit eis & dixit, Non ueniet regnum dei cũ obseruatione: neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos est. Et ait ad di* B
scipulos: Venient dies quando desiderabitis uidere unum dierum filii hominis, nec uidebitis: & dicent uobis, Ecce hic, ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. Nã sicut fulgur coruscãs è regiõe quæ sub cælo est, in alterã quæ sub cælo est fulget: ita erit filius hõis in die suo. Sed prius oportet illũ multa pati, & reprobari a natione hac. In multis quidẽ doctrinæ suæ locis dñs regnũ dei nominat. Pharisæi aũt hoc audientes, irridebant eum: & propterea de hoc interrogaturi accedunt ad eum, rogantes quando venturum sit, irridentes eum vt insanum de insolita & admirabili re prædicantem. Nullus ex doctoribus & prophetis qui superioribus seculis fuerunt, eius mentionẽ fecit. Vel fortassis in mente habentes quòd nondum occisuri essent eum, accedũt per irrisionem rogantes, & quasi per ironiam dicẽtes, Tu quidem de regno fa C
cis sermones, quando autem erit regnum istud tuũ? Tu enim cras à nobis occidendus es, & feres crucem, & ignominiosa quæque. Quid igitur Christus? Non iuxta stultam sententiã & insipientiam respondit insipientibus: sed relictis ipsis vt errent in nomine regni, & non manifestãta eis re: neq; enim accepissent si eis de regno disseruisset, quòd non sit mundanum regnum illud, sed plus q̃ mũdanum. Illis igitur relictis ceu his qui indigni essent vt audirent, eò q̃ volebant eum de tempore regni loqui, quum ignotũ illud sit, & inobseruabile. Non enim habet prędnitũ tempus, sed semper volenti adest regnum. Omnino enim regnum quidem dei est, angelorum more vinere. Tunc enim vere dicitur regnare deus, quando nihil mundanum in manibus nostris versatur, sed omnino

Universidad de Deusto Biblioteca

D aliter viuitur quàm mundus solet. Hãc autem vitã intra nos habemus, hoc est, quando voluerimus. Non enim longo tempore, neque longa peregrinatione opus, sed prope nos est & fides, & post fidem diuina vita. Istuc ipsum etiam Apostolus dicebat: Prope te verbũ est in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei. Credere enim, & secũdum fidẽ ambulare, sicut dignum est uocatione, intra nos est. Itaq; phariſęi irridebant dominum sic de regno predicantem. At ipse illos in risum cõuertit, ostendens quòd ignorent rem quæ intra se sit, & quæ valde facilis, si qui capere velint. Nũc enim quũ sim medius inter vos, potestis omnino regnũ dei capere, si creditis in me, & vultis iuxta mandata mea viuere. Discipulis vero suis dixit: Venient dies, &c. hoc est, & vobis regnum dei adest, quamtenus tum vobiscum. Adest autem illud vobis, non solũ quòd credidistis & sequuti estis me, sed quia nunc in magna securitate viuitis absque solicitudine, me curam vestri gerente. Venient autem dies quum ego abfuero, & trademini periculis, & ad reges & præsides trahemini: tunc desiderabitis securam illam & solicitudine carentem vitam, quam me præsente agitis, sicut regnum dei. Et sæpe desiderabitis vel vnum ex diebus meis habere, hoc est, ex secura illa quam mecum agitis vita. Quanuis autẽ & quo tẽpore cum ipso erant, nõ omnino sine labore & periculis vitam agebãt, sed cũ fugiente fugiẽtes affligebãtur, cumq; eo conuitia audiebant: tamen si quæ tunc ferebant, comparentur cum his quæ postea laturi erant, viderẽtur prorsus secura & absque periculis. Atque ita regnum dei etiam hoc modo intra apostolos erat, hoc est minime laboriosum & periculosum regnum. Post resurrectionem enim sicut captiui, & qui persecutionem patiuntur, obambulant. Porrò his verbis apostolorum cordã ad ferendos labores & parat & roborat, & prædicit eis ne decipiantur si qui dixerint, Ecce hic, vel illic. Nullus vos decipiat, dicere vult, quòd veniat huc vel illuc. Non enim loco circunscribitur secundus ille meus aduentus, qui gloriosior & clarior. Verùm sicut fulgur non latet, sed ab vna summitate terræ vsque ad aliam cõspicuum est: ita & meus aduentus clarus erit & illustris, nullique ignotus. Ne igitur decipiamini à pseudochristis. Non enim sicut prius in præsepio & humilitate per triginta annos apparui, ita & tunc, sed cum omni gloria stipantibus me angelis, & in momento. Postea quia dixerat eis euentura valde aspe-

Regnum dei, quod & quãdo deus regnare dicatur:
Rom. 10.

de aspera, consolatur eos & exhortatur, & vt generosẽ ferãt, A exemplo suo cõmendat. Nõ enim admiremini (inquit) si eueneriut vobis tam molesta, quæ vobis desiderium afferẽt dierũ quibus ego vobiscum sum. Nam & ego ipse qui venturus sum sicut fulgur, prius passurus multa, reprobãdusq; ero, & ita in gloria ista veniã, atq; ita hoc vobis sit extimulatio ad patiẽtię virtutẽ, & ad fortiter ferẽdum alacres vos faciat, dũ in me respicitis & speratis: quia & vobis obueniet ex periculis dũ pati mini & reprobamini, quemadmodum & mihi. *Et sicut accidit in diebus Noe, ita erit & diebus filii hominis. Edebãt, bibebãt, uxores ducebant, & dabãtur nuptum ad eum usq; diem, quo Noe in arcã intrauit: & uenit diluuium, & perdidit omnes. Consimiliter etiam sicut accidit in diebus Lot. Edebãt, bibebant, emebãt, uendebãt, plantabãt, ædificabant: cæterũ quo die exiit Lot e Sodomis, pluit igni & sulphure de cælo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit dies quo filius hominis reuelabitur.* Et per hæc inexpectatũ suũ aduẽtum ostendit. Nam sicut temporibus Noe repente venit diluuium, & abstulit omnes: ita erit & aduẽtus eius. Insinuatur autẽ per exempla hæc diluuij & Sodomitici incendij, quòd quum venerit Antichristus, illiciræ voluptates in hominibus increscent, & dissoluti erunt, deliciis vacantes: id quod & apostolus dixit, quod in extremis temporibus erunt homines voluptatũ magis quàm dei amatores. Et merito in regno deceptoris florebũt mala. Erit enim ille peccati & malitiæ omnis sentina: vnde quam altam politiam & vitam inuehet miserendæ tunc hominũ generationi, quàm omnino eã quæ illi propriã? Ex improbo enim quid purificabitur? Erunt tunc homines in omnibus deliciis, sicut temporibus Noe, & nihil graue formidabunt: sed neque credent si quis illis de quibusdam aduersis euẽturis dicet, sicut & hi qui temporibus Noe & Lot fuerũt. *In illo die qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo: ne descendat ad tollendã ita: & qui in agro, similiter nõ redeat ad relicta. Memores estote uxoris Lot. Quicũq; ęsierit animã suã seruare, perdet illã: & quicũq; perdiderit illã, uitã illi parabit.* In illa die aduẽtus Antichristi is q fuerit sup tectũ, hoc est, in sumis virtutibꝰ ne descẽdat, neq; ab illis desistat cuiuspiã tẽporalis rei gratia. Oĩa enim tẽporalia hęc, vasa dicũtur, homini cõferentia, alij quidẽ ad virtutẽ, alii vero ad malitiã. Igitur qui ĩ summis est virtutibus, ne descẽdat ꝓpter tẽporale aliquod, & excidat à suo fastigio: sed resistat malitiæ, & non demulceatur. Et is qui in

Quid per exẽpla dñi Sodomitici incẽdii insinuetur. *2. Tim. 3.* *Gen. 19.* *Mat. 19.* *Gene. 7.* *Gen. 19.* B C

Universidad de Deusto
Biblioteca

D agro, similiter non reuertatur ad ea quæ post se. Nam eũ qui in agro est, hoc est mundo, & operatur virtutem, non oportet reuerti ad ea quæ post se, sed vrgeri ad anteriora. Nam sicut
Lucæ. 9. alio loco dicit, Nullus qui manum suam ad aratrum mittit, & conuersus est retrorsum, idoneus est ad regnum cælorum. Affert item exemplum mulieris Lot, quæ quum conuersa est retro, in statuam salis riguit, hoc est, non exiit à malitia, sed mansit in sallugine sua, tota facta mala, ac celebre faciens, & quasi colũnæ inscribẽs malum quod passa est: obstinata enim mansit in malitia sua. Deinde affert ea quæ ad supradicta sequuntur, Quicunque quæsierit animam suam saluare, perdet eam. Nõ quærat aliquis, inquit, in Antichristi persequutione animam suã saluare, perdet enim eam. At qui se occisioni &
E periculis exposuerit, saluabitur. Ne igitur se humiliet tyranno propter vitæ amorẽ. Quippe sicut supra dixit, qui est in fastigio virtutis, propter res tẽporales ne descẽdat, diuitiis & possessionibus delenitus, & propterea cedat periculis: sic & nunc in via progressis dicit. Et quid dicit? Nõ descẽdat propter vasa, neque propter ea quæ virtutem impediunt, neque propter animæ lucrum annuat vt inclinetur impostori & persequuto
Matt. 24 ri, Hæc quidem Matthæus propter Hierosolymorum captiuitatẽ dicta esse à domino narrat, insinuãs hostiũ vim, & quod Romanos qui inuasuri sunt, fugere oporteat, ità vt & ne respiciatur: neque qui in tecto sint, descẽdant in domũ alicuius rei temporalis gratia, sed statim fugiant. non erit enim tẽpus ocij, & ita adumbrat figura, neque qui in agro est, reuertatur
F in domum suam, sed eum qui in domo est, fugere oportet. Nihil enim mirum in Hierosolymis hoc factum esse, iterumque futurum in aduentu Antichristi, immo ad ipsum tempus consummatiõis futura est tribulatio grauissima. *Dico uobis, in illa nocte erũt duo in lecto uno, unus assumetur, & alter reliquetur. Duæ erũt molãtes simul, una assumetur, & altera reliquetur. Et respõdẽtes dicunt illi, Vbi domine? Qui dixit illis, Vbicunq; fuerit corpus, illuc eũ gregabuntur & aquilæ.* Ex hoc loco repentinum & inopinatum eius aduentum discimus. Duos enim esse in lecto, significat solicitudinis carẽtiam. Et molere quoque, inexpectatum significat aduentũ. Discimus & aliud quiddam, quod in nocte aduentus erit. Dicit igitur, quòd ex diuitibus qui in lecto
Mat. 19. quiescent, alij quidem saluabuntur, alij autem non. Nam quia dixit quòd difficilè diuites saluãtur, ostendit nũc quòd neq; hi pereunt:

hi pereunt: neque pauperes omnes saluantur. Sed & ex diuiti A
bus vn⁹ assumitur in occursum domini raptus quasi lenis spiritu, & cælestis: & alius relinquitur infra vt condemnatus. Et ex pauperibus similiter, quos per molẽtes significauit, (quoniam per pistrinũ, laboriosam pauperũ vitam insinuat) vnus quidem saluabitur, alius autem non. Non omnes pauperes iusti. Nam ex illis fures, & marsupiorum incisores. Quũ autem rogassent discipuli. Quò domine assumentur illi? dixit, Vbi corpus illic & aquilæ: hoc est, vbi filius hominis, illic & sancti eius leues, & in sublime volantes: sicut peccatores graues, qui & infra relinquentur. Nam sicut proposito cadauere omnes carniuoræ volucres aduolant: ita & vbi filius hominis propter nos mortuus, & in casum positus, de cælo apparuerit, omnes sancti subuehentur, futuri & ipsi angeli. Cum illis B
enim veniet in gloria patris, & in splendore indicibili: licet tempus illud noctem vocarit, eo quòd repentinum & inopinatum, vel quia tenebris inuoluentur peccatores. Iustis enim lux orietur, immo ipsi magis fulgebunt quàm sol.

CAPVT XVIII.

D *Iscebat aũt & parabolam ad illos hoc spectantem, quòd* Eccle. 18.
oportet semper orare, nec defatigari, dicens: Iudex 1. Thes. 5.
quidam erat in quadam ciuitate, qui deum nõ timebat, nec hominem reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, ueniebat ad eum dicens, Vindica me de aduersario meo, Et nolebat aliquandiu. Post hæc autem dixit intra se, C
Quanquàm deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne tandẽ ueniens fugillet me. Ait autem dominus, Audite quid iudex iniquus dicat. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, etiam quum patiens fuerit super illis? Dico uobis quòd faciet uindictam illorum cito. Veruntamen filius hominis quum uenerit, an reperturus est fidem in terra? Postquàm mentionem fecit afflictionũ & periculorum, nunc subdit quomodo in illis saluemur. Curantur enim oratione perseuerante & solicita. Nam ventura sunt hęc omnia. Magnum enim auxilium in his fert precatio, modo perseuerans sit & continua. Oportet enim nos cõsiderare quomodo iniusti iudicis pertinaciam sedulitas viduæ fregerit. Si enim illum omni malitia repletum, neq; deos neque homines

D mines reuerentem, perseuerantis oratio demulsit: quanto magis nos patrem misericordię deū ad miserationem mouemus, etiamsi cūctemur nonnihil? Vide autem maioris malitiæ iudiciū esse, neq; homines reuereri. Deū enim multi nō timent, attamen homines reuerētur, ideo & minus peccāt: quādo aūt & apud homines quis impudēs fuerit, tūc omnis malitiæ vertex videtur. Idcirco & dominus postea posuit, neq; reuereos, quasi hoc dicens, Iudex erat deū non timens, & quid dico ꝙ deum nō timuerit? maius malitię indicium habuit, quia neq; hominē reuerebatur. Porro hęc parabola nos docet quōd sæpe dicimus inter exhortandū, ne excidamus ē præcibus. Sane sicut alibi dicit, Si quis vestrum amicum habens, & quum ve-
Supra. 9. nerit & pulsauerit nocte, dimittitur. Nam propter impuden-
E tiam eius, si non propter aliud, aperiet. & iterum, Quis ex vobis: ā quo si filius eius panē petat, &c. Quibus solicita ac perpetua oratio prędscribitur. At tentarunt quidam parabolā hāc
Curiosa parabolæ expositio. curiosius exponere. Viduam enim dicūt omnē animam esse, virum autem dimisisse quem prius habuit, diabolum: & propter illum habet aduersarium semper resistētem sibi. Ipsa autem accedit ad deum iudicem iniustitię, hoc est condemnantem iniustitiam, qui neq; deū timet. Ipse enim deus solus non
Galat. 2. habet quem timeat alium. Sed neq; hominē reueretur. Deus enim personā hominis non recipit. Huic viduæ, quæ dū orat continuis præcibus propter aduersarium suum diabolum, miseretur deus, & placatur propter assiduitatem eius. Hæc, qui volet, & cui placēt, suscipiat. Propositā enim sunt ne ignorē-
F tur. Atqui dominꝰ hęc nos docuit, eo ꝙ oporteat semper orare & per exēplum indicaui ꝙ etiāsi esset iniquus & omni malitia plenus, misereretur tamen ob continuas preces nostras: quanto magis deus omnis iustitię dux nō faciet breui vindictam, q̄uis differat, & videatur nō audire orātes die ac nocte? Itaq; qui docuit & monstrauit nobis ꝙ in tēpore consummationis seculi opꝰ sit oratione, vt in futuris periculis durare valeamus, subdit, Nunquid filius hominis quū venerit, inueniet
Matt. 23. fidem in terra: Qua interrogationis figura raros dicit inueniri fideles. In tantū enim inualescet filius iniquitatis, vt possibile sit ꝙ seducat etiā electos. In raris eīm solet huiusmodi
Supra. 12 interrogādi figura vti, sicut & quū dicit, Quis putas fidelis & prudēs seruus? Atq; hoc loco idē significās, ꝙ pauci numero erunt qui erga deum & inter se fidem seruabunt, hac interrogatione

gatione vsus est. Merito autem sermoni de oratione sermonē A
de fide connexuit, quoniam omnis orationis fundamentum ac basis est fides. Nisi enim crediderit homo, quōd hoc quod petit, accepturus sit in suam vtilitatem, vana est oratio quam *Fides ora tionis basis.* facit. Et propterea dominus de oratione docens, etiam fidei meminit, declarans interim, paucorum fore tunc orare: quandoquidem fides in paucis inuenietur. Igitur quum venerit dominus in nube, non inueniet fidem super terrā, nisi in paucis. faciet autem hanc tunc. Inuiti autem omnes confitebuntur quōd dominus Iesus Christus in gloria est dei patris: si quidem hæc fides vocanda est, & non potius necessitas. Nullus enim erit infidelium qui non credet quōd solus sit saluator is, quem antea blasphemarat. *Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant quōd essent iusti, & aspernabātur cæteros, parabolam istam: Duo homines ascendebant in templum ut precarentur:* B *unus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi quōd non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus procul stans, nec oculos volebat ad cælum attollere, sed tundebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam, magis quām ille: quia omnis qui se extollit, humiliabitur: & omnis qui se humiliat, extolletur.* Non cessat dominus pluribus argumentis repurgare superbiæ vitium. Plus enim aliis vitiis mentem humanam turbat, propterea sæpe & multum de hac docet. Denique & nūc peiorem eius speciem purgat. Multa enim sunt philautiæ germina. Opinio de se C
magna, arrogantia, & inanis gloriæ cupiditas ab hac pullulant. Pernicioſior autem omnibus aliis est superbia, quæ *Superbia & sit pnicio-* abominatio apud deum est, quum quis non deo, sed sibi sua *sa.* bona opera tribuit. quid hoc aliud quām negare deum est, & ei aduersari? Hoc igitur vitium, cui dominus ita aduersatur, vt inimicus inimico, hac parabola medicari dominus pollicetur. Propter hoc enim quōd confidunt in seipsis, & nō totum deo tribuunt, sed alios per hoc exinaniunt, hæc dicit: *Iustitia eīs* & ostendit quōd iustitia quanuis alioqui sit mirabilis, & ho- *superbia ho* minem deo proximum constituat, quum superbiam admise- *minē facit* rit, hominem in locum infirmū reiiciat, & dęmonem reddat, *infimum.* qui iam se æqualē deo fecerat. Similia itaq; sunt verba phari sęi ab initio, grati hominis sermonibus. Gratias enim habeo

D tibi, inquit, deus: at cætera quanta referta sunt arrogantia? Nō enim dixit, feci ſti me abſtinere ab iniuſtitia, & à rapina: ſed quomodo? Non ſum. Sibiipſi attribuit bonū opus, & ſuo robori. At alios iudicare, quomodo eſt hominis ſcientis q̄ à deo habeat quę habet? Omnino enim ſi credidiſſet quòd per gratiam haberet aliena bona, non contempſiſſet alios, conſiderans quòd etiam ipſe æque nudus eſſet, quantum ad ſuā virtutem attinebat. Gratis enim indutus eſt propter miſericordiam: propterea ſuperbus phariſæus, tanquam propriè adſcribens potentiæ ea quæ dicta ſunt, inde eo progreſſus eſt, vt & alios iudicet. Oſtendit autem dominus & per ſtationem, ſuperbiam eius, & humilitatis inopiā. Humilis enim viri eſt & aſpectu humiliari, hic autē & habitu & geſtu ſuperbus agno
E ſcitur. Quamuis autem & de publicano dictum ſit quòd ſtete rit, tamen vide & quæ ſequuntur, quòd neq; oculos in cęlum voluerit extollere, vnde ſtatio eius incurnata erat. Illius autē & oculi in cælum extollebantur, & cor ſimul extollebatur. Vide autem & in oratione phariſæi ordinē quid indicet nobis: primum quidem quòd dixerit id quod erat, & tunc enumerauit quæ erant. Dixit enim, Non ſum ſicut multi hominum. Illa autē & illa appoſuit, quę virtutis erant, vt ieiunare bis in ſabbato, & decimas dare de omnibus quę poſſidebat. Oportet enim non ſolum declinare à malo, ſed & facere bonum. Et prius oportet abſiſtere à malo, & poſtea virtutem ag
F gredi: quemadmodum & fonte turbato, vt aqua pura defluat, prius lutum expurgandum, vt haurias puram aquam. Conſidera autem & hoc, quomodo nō arripuerit paruum verbum, vt ſingulari nomine diceret: ſed plurali numero in multos hęc expuerat, dicendo: quia non ſum vt adulteri: appoſuit: & dixit: Ieiuno bis in ſabbato, hoc eſt bis in hebdomada. Sabbatum enim hebdomas eſt, quæ à conſummatione & quieto die nominatur. Sabet enim, quies. Sabbata autem hebdomadam dixit plurali numero. Vnde & vnam ſabbatorū, primam diem hebdomadæ, quę apud nos eſt dominica, vocabāt. Apud Hebræos enim vnum & primum idem ſignat. Eſt & alius profundior ſermo. Nam contra adulterium gloriabatur de ieiunio: à deliciis enim petulantia. Ipſe igitur corpus propter ieiunium compeſcens, à multis eiuſmodi affectionibus liber erat. Ieiunabant autem phariſæi ſecunda & quinta. Contra rapinā & iniuſtitiam proferebat dationem decimarum

Sabbatū. *Sabet.* *Vna ſabbatorum.*

rum omnium quę poſſidebat. Tantum, inquit, cōtrarius ſum A rapinę & iniuſtitię, vt etiam quę mea ſunt, expendam. Decimarū enim datio videtur quibuſdam ſimpliciter & ſemel de lege prędicari: his autem qui profundius ſcrutantur, occurrunt tres decimarū dationes, quas introducit id quod ex Deuteronomio diſces, ſi diligēter intuearis. Et hęc quidem phariſæus. At publicanus diuerſa. Lōge enim ſtabat à phariſęo, & geſtibus, & ſermone, & compunctione cordis diſtabat ab illo, non tantum loco. Verebatur enim oculos in cælum attollere, indignos iudicans qui ſurſum ſpectarent, qui voluerant videre bona terrena, & illis frui. Et percuſſit pectus ſuū, cor videlicet propter malas cogitationes, & vt excitet quod dormierat: & nihil aliud dicebat, quàm Deus propitius eſto mihi peccatori. Et propter hęc omnia, deſcendit iuſtificatus B in domum ſuam, magis quàm ille. Immundus enim apud dominum omnis ſuperbus corde. Et dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Verùm admirabitur quis quo modo ſuperbus quum pauca verba humilitatis pronunciaue rit, condemnetur: Iob autem quum multa de ſe magnifice diceat, coronetur: Quia phariſęus quidem nullo cogente ſtat talia nugans & condemnans, alio nullo vſu vrgente: Iob vero prementibus ſe amicis, & grauius incumbentibus q̄ calamitas ipſa, dicentibuſq; quòd propter peccata illa ſit paſſus, cōpulſus eſt enumerare ſua opera idq; propter gloriam dei, ne ſcilicet homines à recto virtutum curſu exciderent. Nam ſi comperiſſent homines peccata fuiſſe quæ fecerat Iob, & propter illa paſſum, cauiſſent ne eadem facerent, factiq; inſuper C fuiſſent oſores hoſpitum, & inhoſpitales, immiſericordes, & iniuſti. Hæc enim erant opera Iob. Igitur ne multi inde incō modarentur, eius gratia boua opera enumerat. Et cauſę quidem Iob tales fuere, vt ne dicamus quòd & in his quę grandiloquentiam quandam ſonant, non omnis refulget humilitas. Quis enim me dabit, inquit, iuxta menſes dierū priſtinorum, quādo deus me cuſtodiebat? Vides quòd omne deo obtulerit, & non cōdemnet alios, ſed ipſe ab amicis condemnetur. Phariſæo omnia in ſe, & non in deum referenti, & abſq; neceſſitate condemnāti alios, meritò cōdemnatio aſcribitur. Omnis enim qui ſe exaltat, humiliabitur, deo illum condemnante: qui autem ſe cōdemnando humiliat, exaltabitur à deo iuſtificante. Dic igitur tu prior peccata tua, vt iuſtificeris.

Decimarū datio. *Deut. 12. 14. 26.* *1. Pet. 5.* *Quare phariſæus ob bonorū operū iactantiā cōdemnetur Iob uero coronetur* *Iob. 29.*

Afferebam

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *Afferebant autem ad eum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum*
Matt. 19 *viderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem quum illos ad se ac-*
Matt. 18. *cassset, dixit, Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos. talium*
est enim regnum dei. Amen dico vobis: quicunq; non acceperit regnũ
dei veluti puer, non intrabit in illud. Et ad humilitatem conduxit etiam hoc de pueris exemplum. Docet enim dominus per illos omnino humiliter agendum, & omnes suscipiendos. Discipuli enim indignum arbitrabãtur ad talem magistrum offerri pueros. At ille ostendit vsqueadeo sectandam humilitatem, vt etiam minimi non sint abiiciendi. Et sic quidem docet humilitatem opere suo. Non enim amandat, sed suauiter amplexatur infantes. Docet autem & per sermonem, quòd
Conditio pueri. regnum cælorum est eorum qui similiter affecti sunt vt pueri. Puer non inflatur, neque aliquem contemnit: innocẽs est,
E simplex, neque in prosperis molestus sit, neque in tristibus deiicitur. Vnde qui viuit in omni humilitate & simplicitate, innocentiáque, ille deo acceptus est, & qui accipit regnũ dei sicut puer, hoc est absque dolo & curiositate, sed fideliter. Curiosus enim, & semper interrogans quomodo ab incredulitate liberetur, non intrabit in regnum, quod noluit simpliciter & sine curiositate & humiliter suscipere. Omnes itaque Apostoli, in summa omnes credentes in Christum, vocantur pueri: quia & ipse dominus Apostolos nominauit pueros, dicẽs,
Iohan. 21 Num quid obsonij habetis? Sapientes autem gentilium, sapientiam in mysterio quærentes, quod est regnum dei, & nolentes accipere absq; ratione, merito excluſi sunt ab hoc regno.
F Non dixit autem, Horum est regnum, sed talium, qui voluntariè possederunt innocentiam & humilitatem, quam pueri natura habent. Suscipiamus igitur omnia illa ecclesiastica, quę sunt regnum dei, fideliter, absque curiositate, & humiliter. Curiosè enim inquirere, superbiæ fuerit, & sapientię gloriosæ. *Et interrogauit eum quidam princeps: Magister bone, quid faciendum mihi ut consequar uitam æternam? Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus deus. Præcepta nosti*
Exod. 20 *Non committes adulterium, non occides, non facies furtum, non falsum testimonium dices: honora patrem tuum, & matrem tuam. At ille ait. Hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Quo audito Iesus ait ei, Adhuc unum tibi deest: Omnia quæcunque habes, uende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & ueni, sequere me. His ille auditis mœrore affectus est, quia dives erat valde.* Videtur

detur ille homo quibusdam malignus quispiam esse, & illa- A
queare quærens Iesum in sermone. Non est autem hoc verisimile, sed auarus erat: quoniam & Christus eum quia talis
erat, arguit. Etenim & Marcus dicit quòd accurrerit, & ge- Mar. 10.
nuflexerit, & obsecrauerit Iesum, & quòd Iesus ipsum aspexerit, & dilexerit. Igitur diuitiarum amator erat homo ille. Accedit autem ad Iesum discere cupiens de vita æterna, fortassis & in hoc diuitiarum sectator. Nihil enim ita vitæ cupidum est, vt homo diuitiis studens. Suspicabatur igitur Iesum indicaturum sibi modum quempiam quo diuitiarum possessione perpetuo frui possit. Postquam autem dominus dixit diuitiarum abiectionem conferre ad vitam æternam, quasi suam reprehendens interrogationem, & Christi respõsum, abiit. Ipse enim quia habebat multas diuitias, multùm B
quærebat vitam perpetuam. Verum quum renunciandum esset diuitiis, quid opus illa æterna vita, vt videbatur? pauper enim agenda fuisset vita. Proinde accedit ad Christum vt ad simplicem hominem & doctorem. Idcirco & dominus demonstrans quòd non oporteat ad ipsum accedere vt purum hominem, dixit, Nullus bonus, nisi vnus deus. Bonum, inquit, me dixisti, cur igitur adiecisti, præceptor? Videris enim quòd me quasi vnum ex multis habeas. Quod si sic, non sum bonus. Nullus enim hominum bonus propriè, nisi deus. Quod si bonum me dicere vis, vt deum me bonum dicas: ne accedas vt ad simplicem hominem. Si enim me communem quendam hominem putas, ne voces bonum, Deus enim vere bonus, & fons bonitatis, & principium substantialis bo- C
nitatis: nos autem homines licet boni simus, non tamen propriè, sed participes bonitatis illius, promiscuam habemus bonitatem, mutabilésque sumus. Nosti præcepta? Non committes adulterium, non occides &c. Prius lex corrigit ea in quæ facilè cadimus: deinde etiam ea in quibus non multi, neque sæpius: vti est adulterium committere. quia iguis natu *Ira, mala*
ralis & internus. Occidere, quia mala bestia est ira. Furari *bestia.*
leuius est, & in falsum testimonium rarius inducitur. Ideo & illa quidem prius corriguntur, eò quòd facilè in illa prolabamur, quanuis alioqui graniora sint. Hæc autem, furtum dico, & falsum testimonium, secundo loco ponit, vt quę rarius contingant, etiam leuiora sint. Porrò in parentes peccare, quanuis sit grande peccatum, veruntamen rarius contingit.

Non

D Nõ enim facile inuenitur qui ita beſtialibus moribus ſit, vt in parentes debacchetur. pauci enim ſunt, raroq; ſit: & ideo poſterius ponit. Poſtquam autẽ adoleſcens ſe omnia hæc ſer

Paupertas uirtutũ caput.

uaſſe dixit a iuuentute, præſcripſit ei dominus paupertatem, caput omnium virtutum. Vide aũt legem Chriſtiana vita dignam. Omnia quæcunque habes, inquit. Nã ſi quid reliqueris, illius ſeruus es. Et diſtribue non diuitibus cognatis, ſed pauperibus. Habet autem & diſtribuẽdi verbum emphaſim quandam, vt quum diiudicatione, & non fortuito diſpergantur bona. Quoniam autem cũ paupertate & alias habere virtutes Chriſtianum oportet, propterea dicit, Et veni, ſequere me: hoc eſt: & in omnibus aliis eſto diſcipulus meus, & ſemper ſequere, non hodie quidem, cras autem non. Vt autẽ aura E promiſit cæleſtem theſaurum, non attendit ille. ſeruus eũ erat pecuniarum: ideo & vt audiuit, abiit triſtis, eo quod poſſeſſionis priuatio eſſet ei dicta, propter quam ipſe æternã vitam deſiderat, quo poſſit perpetuo diuitiis frui. Cæterum & triſtitia arguit eum beneuolum & non malignum fuiſſe. Nullus enim phariſæorum vnquam triſtis abiit, ſed exaſperatus potius. Non ignoro autem quod magnum luminare mundi

Chryſoſtomi laus.

Chryſoſtomus adoleſcentem hunc veræ æternam vitam deſideraſſe putarit, quòd de ea rogauerit, laboraſſe autem difficiliore morbo auaritiæ: nihilominus non caret gratia quod nunc adiectum eſt, quod deſiderauerit æternam vitam, quãuis auarus fuerit. *Videns autem Ieſus illum mœrore affectũ, dixit: Quam difficile qui pecunias habent, in regnum dei introibunt? Fa*

F *cilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem introire in regnum dei. Et dixerunt qui audierant: Et quis poteſt ſaluus fieri? At ille ait, Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud deum. Ait autem Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Qui dixit eis, Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquit domũ, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnum dei, qui non recepturus ſit multo plura in hoc tempore, & in uenturo ſeculo uitam æternam.* Poſtquam diues audiit abiiciendas diuitias, mœrore affectus eſt: vnde dicit dominꝰ admirabili figura quomodo difficile ſit habentes pecunias in regnum cælorum ingredi. Non dicit quod impoſſibile ſit eos ingredi, ſed difficile. Non enim impoſſibile eſt ſaluari tales. poſſibile enim expendere pecuniã, & ſuperna aſſequi. Et difficile quidem hoc. Tenaciores enim viſco adhærent pecuniæ, & difficile

cile abſtrahitur qui a talibus eſt comprehenſus. Non multo A autem poſt ſubiicit quomodo impoſſibile ſit: dicit enim facilius eſſe camelum per foramen acus intrare, quã diuitẽ ſaluari. Impoſſibile enim eſt quòd totum camelum capiat foramẽ acus: ſiue per camelum animal intelligas, ſiue funem nauticum craſſum. Si igitur facilius camelum per foramen acus tranſire, q̃ ſaluari diuitem: impoſſibile & hoc, impoſſibilius igitur ſaluari diuitem. Quid igitur dicendum? Primum quidem, quòd vere ſic habet, impoſſibile ſaluari eum qui diues eſt. Nec enim mihi dicas quòd ſaluatus ſit diues quiſpiã qui ſua dederit: non enim diues ſaluatus eſt, ſed quia pauper factus, vel diſpenſator exiſtens ſeruatus eſt, non diues. Aliud enim eſt diſpenſator, aliud diues. Diues enim eſt, qui ſibi re- B ſeruat diuitias: diſpenſator vero, cui cõcreditæ ſunt propter *Diues qr.* alios. Et ita etiam hic ſi ſaluatus eſt, nõ diues ſaluatus eſt, ſed *Diſpenſa-* (vt diximus) quia omnibus renũciauit quæ habuit, vel vt diſ- *tor quis.* penſator bene illas diſtribuit. Inſuper & hoc animaduerte, quod diuitem quidem impoſſibile eſt ſaluari, pecunias autẽ habentem, difficile: quaſi diceret, Qui habetur & tenetur à pecuniis, ac ſeruit eis, non ſaluabitur: qui vero pecunias habet, hoc eſt dominus illarum eſt, & ipſe habet eas, & nõ habetur ab eis, difficile ſaluabitur propter humanam infirmitatẽ. Impoſſibile enim eſt non abuti his quæ habemus. Quippe quã diu pecunias habemus, molitur diabolus nos ſupplantare, ne regula diſpenſationis recte vtatur, & difficile eſt effugere eius laqueos. & propterea bona eſt paupertas, & qua- C ſi tentatione ſuperior. Dixerunt autem, inquit, hi qui audierant: Quis igitur poterit ſaluari? At ille dixit, Quæ impoſſibilia apud homines ſunt, poſſibilia ſunt apud deum. Qui eũ habent mentem humanam quæ ad inferiora vergit, & terrena deſiderat, ſaluari non poſſunt: ſicut dictum eſt. Deo autẽ poſſibile hoc eſt, quando quis cõſiliarium habet deum, & iuſtificationes dei: & mãdata magiſtri de paupertate ſuſcipit, & illius inuocat auxilium. Poſſibile enim eſt hoc. Noſtrũ eſt enim velle hoc, dei autem perficere. Et aliter, Si quidem trãſcẽderimus humanam illam infirmitatem diuitum, & voluerimus nobis facere amicos ex mammona iniuſtitiæ, ſaluabimur per eas, & recipiemur in æterna tabernacula. Nã meliꝰ quidam fuerit dimittere omnia. Hoc autem ſi minus, ſaltem facere partiarios pauperes, & ſic impoſſibile fiet poſſibile.

Impoſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Impossibile quidem esset non omnibus dimissis saluari, ve-
rũtamen & est propter misericordiam dei, si partes dederi-
mus in vsum congruum. At hic Petrus interrogat, Ecce nos
reliquimus omnia. Interrogat autem non pro se solo, sed ad
consolationem omnium pauperum. Vt enim non soli diui-
tes bonam spem habeant se multa consequuturos, qui multũ
reliquerint: pauperes autem paruam spem habeãt, quòd pau
ca reliquerint, & ppterea paruas retributiones habituri: sint:
omnis igitur, inquit, qui propter deum contempserit faculta
tes, etiamsi paucæ sint. Non enim hoc consideres, sed quòd
parua hæc homini totus victus fuerint. Et sicut tu multis &
magnis, ita ille paucis & paruis depauperari expecta. Vt ne
dicas quod qui pauca habet, maiori ad illa teneatur affectio
E ne: idque manifestum ex patribus, qui quando vnum habent
puerum, maiorem erga illum affectionem gerunt, quàm er-
ga plurimos. Ita & pauper vnam domum & vnum agrũ im-
pensius diligit, quàm tu multa. quòd si non, certe vel eadem
vtrisque est affectio, & propterea idem & contemptus. Hic
sane & in hoc seculo præsenti multiplices accipiunt retribu
tiones, sicut Apostoli illi. Tuguriola quidem reliquerant il-
li, omnes, & nunc habent fulgẽtissima templa, & res familia
res, & agros, & vxores multas, quæ illis feruore fidei adhæ-
rent, aliaque omnia in futuro seculo: non agros inquam ta-
les multiplices, & corporales retributiones, sed vitã æternã.

Mat.20. *Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hie-*
Mar.10. *rosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophe-*
tas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contu-
F *meliis afficietur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occidẽt*
eum, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerũt. Et erat
uerbum istum absconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur.

Passionem suã dominus prædicit ob causas duas.

Prædicit eis passionem propter duo illa. Vnum, vt ostẽdat quod non inuitus neque vt purus homo mortẽ ignorans cru cifigatur, sed & præuideat, & volũtarie patiatur. Nam si no luisset pati, deuitasset vtique quæ præsciebat. Eorum eñ qui non sunt præscii, est capi. Secundũ, vt doceat eos leuiter ferre quę euentura, vtpote qui antea audiuerint, & non repente in illa inciderint. Quum autem perficienda erant in te quæ dicta a prophetis, cur ascẽdis ô domine? Propter istuc ipsum vt salutem operer. & ita volũtarius vadit. Et ipse quidẽ hæc, discipuli autem tunc quidẽ nihil intellexerunt. Erat enim verbum

verbum hoc absconditum ab eis, & maxime omnium verbũ A
hoc resurrectionis omino non agnoscebant. Et alia quoque Mat. 22.
non agnoscebant, vt tradi gentibus. Maxime autem verbum Act. 23.
resurrectionis ignorabant, quod non erat in vsu. Et non om
nes Iudei credebãt resurrectionem, in primis Sadducæi. Sed
dixeris, & si nihil agnoscebant, quare ergo eis hęc prædicit?
Quid opus illis ad consolationem eius tempore crucis, si nõ
intelligebant ea quæ dicuntur? Quod nõ parum vtilia post-
ea commemorari cœpta fuerint, quæ tunc prædicente domi
no non intellexerunt, manifestum ex multis, & maxime ex
his quæ Iohannes dicit, Hæc autem non cognouerunt disci- Iohã. 12.
puli eius: postea autem memores facti sunt quod hæc de ipso 14.
essent scripta. Et spiritus paracletus suggessit eis omnia, cer-
tissimum testimonium de Christo in illis ponendo. De eo,
quomodo triduo fuerit in sepulchro, satis dictum est in euẽ- B
gelistis aliis. *Accidit autem quum appropinquaret Hiericho, cæ-*
cus quidam sedebat iuxta uiam mendicus, & quum audiret turbam
prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod
Iesus Nazarenus transiret, & clamauit dicens: Iesu fili Dauid mise-
rere mei. Et qui præibant, increpabãt eum ut taceret. Ipse uero mul-
to magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus iussit
illum adduci ad se. Et quum appropinquasset, interrogauit illũ, dicẽs,
Quid tibi uis faciam? At ille dixit, Domine, ut uisum recipiam. Et Ie-
sus dixit ei, Recipito uisum. fides tua te saluum reddidit. Et cõfestim
uisum recepit, ac sequebatur illum, glorificans deum. Et omnis plebs
ut uidit, dedit laudẽ deo. Dominus miraculum hoc cæci obli-
ter in via operatus est, vt & trãsitus eius nobis vtilis esset, ac C
doctrina: vt semper & vbique & apud omnes vtiles simus, &
nunq̃ ignaui. Cæcus igitur credens eũ esse Christum qui ex-
pectabatur (verisimile enim fuit ipsum, vtpote innutritum Iu
daicis, nõ ignorasse Christũ ex semine Dauid) voce magna
clamat, Fili Dauid, miserere mei. Et dicendo miserere mei,
declarat q̃ diuiniorem quandam de illo sententiam habeat,
& non hominẽ purum censeat. Admirare autem quæso quo-
modo confessionem suam multiplicet. Quomodo? Quanuis
multi increparent eum, non tacebat, sed amplius clamabat.
Feruor, quidã intrinsecus instimulabat eũ: idcirco & Iesus ius
sit illũ adduci ad se, q̃ profecto dignus esset qui appropiaret
ei. Interrogat autẽ illũ, Quid vis vt tibi faciã? nõ vt ignorãs,
sed ne ille præsentibus alia petere videatur, ipse alia daret

& dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

D & dum ille petit pecuniam, ipse, vt ostentator, cæcitatem sanaret. Nam fortassis insipienter talia fingere posset inuidia. Propterea quum interrogasset & comperisset eum recipiendi visus valde cupidum, dat quod petit. Vide autem q̄ alien⁹ sit ab arrogātia. Fides tua, inquit, saluum te fecit. credidisti enim q̄ ego sum ille filius Dauid, qui celebretur Christ⁹, & tantum præ te tulisti seruorem, vt quamuis increparere, non silueris. Discamus autem ex hoc, quod quando cum fide petimus, non alia quidem nos petimus, & alia ipse dat, sed illa ipsa. Atque ita quoties alia petimus, & alia accipimus, manifestum quod non bene neque fideliter petimus. Petitis enim
Iaco. 4. (inquit) & non accipitis, eo quòd male petatis, Vide insuper & potestatem: Recipe visum, inquit. Et quis prophetarū ita sanauit: tali inquam potestate? Vnde & vox a vero lumine
E progressa lumen cæco facta est. Vide insuper gratitudinem eius qui sanatus est. Sequutus est enim Iesum, glorificās deū, factusque est & aliis glorificandi deum author.

CAPVT XIX.

T ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce vir nomine Zachæus, atq; is princeps erat publicanorum, &
E *idem erat diues, & quærebat videre Iesum quis esset nec poterat præ turba quod statura pusillus esset. Et præcurrens ascendit in arborem caprificum, vt videret eum: nam illac erat transiturus. Et quum uenisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, dixitque ad eum, Zachæe festinans descende, quia hodie domi tuæ oportet me manere. Et festinans descendit, &*
F *excepit illum gaudens. Quumque viderent, omnes murmurabant, dicentes quod ingressus esset apud hominem peccatorem diuersaturus. Stans autem Zachæus dixit ad dominum, Ecce dimidium bonorū meorum domine do pauperibus: & si quid alliquē defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum, Hodie salus domui huic contigit, eo quod & ipsa filia sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & seruare quod perierat.* Hæc fortissima diaboli vasa rapit domin⁹, & ciuitates eius destruit. Vide enim quomodo non solū publicanos discipulos fecit, sed & Zachæum principem publicanorum captiuum ad salutem recipit. Quod publican⁹ quidem res abominabilis, princeps autem publicanorum multo magis, vtpote in malitia princeps, null⁹ dubitat. Vicīi enim publicani

publicani non aliunde quàm ex pauperū lachrymis habent. A
At neque publicanorum ille princeps despicitur, sed solā dat *Publicano*
alacritatem, & recipit mercedem. Desiderabat enim videre *rū uictus,*
Iesum. Et quum ascendisset in caprificum, priusquam vide- *pauperū*
ret, prius ipse spectatur a Iesu. Sic igitur omnib⁹ in locis præ *lachrymæ*
uenit nos dominus, tātum vt nos alacres & promptos vide- *Præuenit*
at. Vt autem eum vidit Iesus, festinat descendens, eo quòd in *nos ubiq;*
domo eius mansurus erat. Et ille nō erat segnis. Vnde & nos *deus.*
paratos esse oportet quādo Christus quipplam imperat. Sed
& descendit, & suscipit gaudēs, etiamsi multi obmurmurēt.
Videamus autem quātum etiam vtilitatis accipiat in ingressu Christi. Dimidium bonorum meorum inquit, do pauperibus. Vides alacritatem? Non parce seminare cœpit, neq; pau
ea quædam dedit, sed totam vitam, & illa ipsa quæ iuste pos- B
sidebat, eo quòd habebat quæ dare poterat his quos iniuria affecerat. Docet enim nos nullum esse lucrum, si quidem ex iniustitia pecunias habēs, aliis misereatur, relictis illis quos iniuria affecerat. Et vide quomodo in hoc se gerat. Quadruplum reddit si quem defraudauit, vt illius cui iniuria facta, damnum resarciatur. Hæc enim vera eleemosyna est, vt non reddatur solum damnum simplex, sed & cum augmēto, iuxta legem. Lex enim furem quadruplum reddere iubebat.
Quāuis si diligenter consideremus, nullæ prorsus pecuniæ Exo. 22.
ei relictæ sunt. Dedit eū dimidium bonorū pauperibus. Relictæ autem sunt dimidiatæ, & ex his relictis dedit quadruplum his qui a se iniuria erant affecti: & ita si vita principis
publicanorum ex iniustitia, ipse autem omnia quæcunq; in- C
iuste abstulit, quadrifariam reddidit, considera quomodo omnino fuerit nudatus. Et hinc comperitur quòd sublimius sapuerit quàm lex præcipiebat, nunc eruditus ex Euangelio: quia dilexit proximum plus quàm se, talia promittens, immo faciens. Non enim dixit, Dabo dimidium, & reddā quadruplum: sed, ecce do, & reddo. Audierat enim Solomonis admonitionem, Ne dicas, rediens redi, & eras dabo. Christ⁹ Prou. 3.
euangelizat ei salutem. Hodie enim, inquit, das, hodie tibi & salus. Dicendo enim, domui huic, omnino Zachæum significat, qui salutem accepit. Zachæus enim per donum significatur. Et enim inanimatam domum non dicebat filiam Abrahæ, sed manifestum quod animatum patremfamilias filium Abrahæ nominarit: fortassis & quod crediderat, iusti-

D ficatusque erat ex fide. fortassis & quod in dispensandis opibus magnanimus, & pauperum amator, qualis erat patriarcha ille: Vide insuper quod & nunc dicit filiũ Abrahæ Zachęum, quum morum similitudinem in se ostendit. Neque enim dixit quod & ipse Abrahæ filius fuerit, sed quòd nunc sit. Prius enim quum princeps publicanorum & exactor esset, nihilq; ei in iustitia cum Abraham commune esset, non erat filius. Quoniam autem & obmurmurabãt quidam quod apud peccatorem hominem diuertisset, ad confutandos eos inquit, Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat. Et hoc quidem iuxta historiam. Facile autem & aliter hæc exponere licet in vtilitatem moralem. Omnis enim princeps multorum in malitia, paruus est spirituali malitia.

Moralis expositio historiæ.

E contraria enim sunt caro & spiritus: & propterea non potest videre Iesum præ turba. Qui enim a secularibus negociis & affectionibus turbatur, non videt Iesum operantem, & mouẽtem, & ambulantem. Nam qui talis est, nullam experitur operationem Christiano dignam. Hoc est enim ambulare Iesum, operari Christum aliquid in nobis. At talis homo qui nunquam vidit Iesum ambulantem, neque sensit vllam operationem Christo congruam, sępe per pœnitentiam venit in conscientiam, & ascendit in caprificum, omnem voluptatem ac dulcedinem, quæ per ficum insinuatur, infatuans & mortificans. Et sic excelsior se factus, ascẽsioneſque in corde suo ponens, videtur a Iesu. Et vide. Dicitque ad illum dominus, Festina, descende, hoc est ascendens per pœnitẽtiam in sublimiorem vitam, descende per humilitatem. Non te supplan

Psal. 82.

F tet superbus sensus, festina, humiliare. Si enim humiliat⁹ fueris, in domo tua oportet me manere. Necesse enim, inquit, vt ego maneam in domo humilis. Ad quem enim respiciam q̃ super mansuetum & quietum? Etenim qui talis est, dimidium bonorum suorum dat pauperibus dæmonibus. Duplicia eñ sunt bona nostra, corporis dico, & animæ. Omnia corporalia concedit iustus verè pauperibus, omnique bono destitutis dæmonibus. Animæ autem bona non dispẽdit, id quod & de Iob dominum dicentem audiuimus: Veruntamen animã eius ne tetigeris. Sed & si quem defraudauit, reddit quadruplum. Insinuatur igitur per hoc quòd omnis qui per pœnitẽtiæ viam vadit contrariam priori malitiæ, per quatuor virtutes omnia quæ prius peccata sunt, sanat: & sic accipit saluté, filiusq;

Isa. 99.

Bona nostra dupli cia.

Iob. 2.

filiusq; nominatur Abrahę, eo q̃ & ipse egressus sit de terra A
sua & cognatione prioris malitię, & de domo patris sui, hoc est, extra seipsum fact⁹ & negãs seipm. Domus eñ patris sui diaboli illa erat. Igit̃ extra seipsum fact⁹ & alienat⁹ salutẽ sicut Abrahã cõsequitur. *Hoc illis audientibus, adiiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Hierosolymam, quodque existimauit fore ut confestim regnum dei manifestaretur, dixit ergo, Homo quidã generosus profectus est in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnum, ac reuerteretur. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem minas, & ait ad illos, Negociemini donec veniam. Ciues autẽ eius oderant eum, miseruntque legationem, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos.* Videtur mihi quòd homines illi audientes regnum dei, illud suspicabantur temporale esse à deo da- B
tum in libertatem Hebraici generis: idcirco & suspicabãtur quòd Iesus ascendens in Hierusalem, sumpturus esset hoc regnum. Dominus autem monstrat eis quod insipientia quædam dicant. nõ enim temporale regnum eius. Interea & hoc declarat, quòd vt deus cogitationes eorũ sciat: vnde & hanc parobolam dicit, & hominem generosum se introducit. Nã licet homo fuerit, mansit tamẽ in fastigio & nobilitate deitatis. Perfecto autem mysterio dispensationis in carne, in regionem longinquam, cœlum dico, profectus est, vt acciperet sibi regnum, hoc est, vt quasi & secundum quòd homo sederet in dextra throni magnificẽtiæ cum carne. Et enim sicut deus, semper consubstantialis fuit patri: sicut homo autem tunc sedit, quando assumptus est, permanens donec ponantur inimici eius sub pedes eius. Hoc autem erit in cõsum C
matione, quando omnia etiam quæ nolunt, subiicientur ei, credentia quòd dominus Iesus Christus in gloria patris. Ci ues autem eius sunt Iudæi, odio habẽtes illum. Viderũt enim inquit, & odio habuerunt & me, & patrem meum. Qui etiã noluerunt eum super se regnare: vnde & dicebant ad Pilatũ, negantes regnum eius, Non habemus regem. Et iterum. Ne scribas, rex Iudæorum. quãuis Zacharias dicat, Gaude valde filia Sion, quia rex tuus veniet tibi iustus & saluans. Atq; Esaias, Ecce rex tuus regnat. Insuper & Dauid, Ego autẽ cõstitutus sum rex ab eo. Iudæi sane odio habuerũt dominum. Porrò dominus dedit seruis decem minas. Serui autem illi sunt hi quibus in ecclesia ministerium concreditum est: decemque dicuntur esse, propter perfectionem ecclesiasticæ

Hebr. 10

Iohan. 15

Iohã. 19.

Zacha. 9.

Esa. 32.

Psal. 2.

D præsidentiæ. Ordo enim in ecclesia perfectam præsidétium
dispositionem habet, & neque plures oportebat esse, neque
pauciores: vt exempli gratia tria hæc videmus esse in eccle-
Tres opa sia, purgationem, illuminationem, & perfectionem. Tres
tiões una enim operationes illas sortiti sunt ordines. Diaconi purgant
ch trib⁹ ec per institutionem & doctrinam, presbyteri illuminant per
clesiæ or- baptismũ, episcopi & sacerdotes ordines constituunt & per-
dinibus a ficiunt, hoc est ordinant. Vides ordines cum operationibus,
Dionysio & neque plures, neque pauciores præsidentium ordines. Il-
primũ assi lis igitur seruis distribuit decem minas, hoc est dona quæ
gnatæ. vnicuique data sunt in vtilitatem. Omnis enim cuicunque
concredita est præsidentia, etiam si indignus fuerit, donum
E habet ex vnctione sua, id quod magnum diuinæ misericor-
diæ sacramentum est. *Et factum est ut rediret accepto regno, misitque uocare seruos illos ad se, quibus dederat pecuniam, ut sciret quantum quisque negociatus esset. Venit autem primus dicens, Domine, mina tua decem minas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue: quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem ciuitates. Et alter uenit dicens, Domine, mina tua confecit quinque minas. Et huic ait, Et tu præfectus esto quinque ciuitatibus. Et alius uenit dicens, Domine, ecce mina tua quam habui repositam in sudario: timui enim te, quod homo austerus sis: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudicabo serue male. Sciebas quod ego homo austerus sim, tollens quod non posui, & metens quod nõ se-*
F *minaui: & quare non dedisti pecuniam meam ad mẽsam, & ego ueniens cum usuris utique exegissem illã? Et adstantibus dixit, Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei, Domine, habet decem minas. Dico enim uobis quod omni habenti dabitur, ab eo autem qui nõ habet, etiam quod habet auferetur. quoniã inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me. Et his dictis ibat pergens ascendere Hierosolymam.* Quum rediturus est Christus generosus ille & secũ
dum humanam naturam (ex regio enim genere descẽdit do-
minus) & secundum diuinam, hoc est in secundo eius aduen
tu, quando apparebit rex cum angelis in gloria patris veni-
ens, & omne genu flectetur ei: tunc sane ad rationem adiget
ad eos qui dona acceperunt: & inuenietur vnus quidem mul
tis profuisse, & decuplicasse donum, alius autẽ profuisse qui-
dem & ipse, sed paucioribus profuisse: alius autem nemini
profuisse:

profuisse, sed ignauiter transiuisse negociationis tempus. A
Proinde qui decuplicauit quod acceperat, super decem ciui-
tes constituitur, hoc est multiplices retributiones accipit: &
alius deinceps iuxta suam recipit proportionem. Qui autem
nihil lucratus fuit, condemnatur. Videamus autem & quid
dicat, Domine, ecce mina tua, accipe eam. habui enim istam
in sudario reconditam. Dominus mortuus sudario inuolu-
tus fuit, & Lazari facies in sepulchro sudario obuoluta fuit. *Iohan. 12.*
merito igitur ignauus ille in sudario inquit reconditum fuis
se donum. Mortuum enim illud fecerat, & inefficax, non e-
uoluens, neque luerum faciens. Timebam enim te, quia tol-
lis quod non posuisti. Talia multi prætexunt. Nolentes
enim vllis prodesse, dicunt quod vbi non seminauerit deus
bonam indolem & aptitudinem, illinc ne requirat messem. B
Me non fecit industrium, & ad doctrinam idoneum, & quid
à me exigitur vt inde fructum faciam? Idcirco dominus di-
cit, Tu doce, & depone pecuniam tuam apud mẽsarios, hoc
est, apud omnes homines qui propositi sunt vt percipiãt vti-
litatem. Omnis enim homo mensarius à deo ordinatus est,
vt in huius mundi officina magna negocietur. Et ego veni-
ens exegissem illud, hoc est repetiissem, cum vsura. Oportet
igitur & nos quod nostrum est facere: alios autem dominus
iudicat, si noluerint vtilitatem inde percipere. Tollitur igi-
tur donum, & datur bono negociatori. Nam licet is habeat,
propter ipsum tamen magis debet plura accipere. Ha-
benti enim dabitur, hoc est, ei qui ex negociatione boni mul
ta lucratus fuerit, illi dabitur & amplius. nam si parua in de- C
cupla fecit crescere, manifestum quod & plura decuplicabit,
maioris lucri author domino futurus. A negligente autem
& ignauo, & cui nõ est studium vt crescat & augeatur quod
acceperat, & istuc ipsum tolletur, vt ne res dominica frustra
vacet, quæ dari potest alteri, & multiplicari. Hęc non solum
de sermone & doctrina exponimus, sed & de moralibus vir-
tutibus. Nam & in his dona nobis dedit deus, vtpote vni
donum ieiunii, alii vero eleemosynæ, alii autem mansuetu-
dinis, alii autem humilitatis. Et si quidem sobrii fuerimus
& vigilantes, multiplicabimus hæc: sin autem negligentes,
& voluntate mortui erimus, ac postea arguemus deum, vt
consueuimus dicere, Et quid faciam? Si quis fuerit sanctus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D vult deus vt sit sanctus: me non vult, & non sum. &, Ille Petrus fuit, & ille Paulus fuit. Stulte homo, mina illa Paulum te fecit & Petrum. Operare autem iuxta virtutem, & affer aliquid ei qui dedit, etiamsi non quantum Paulus & Petrus. Tu autem quum eadem acceperis quæ Petrus & Paulus: nã & ille minam, & tu minam: postea non motus omnino ad operationem boni, arguis deum? Propter hoc indigni inuenti donis illis spoliabimur. Inimicos meos, dicit, eos qui nolũt me regnare, adducite huc, & occidite. Iudæos dicit, quos interitui tradam, in ignem æternum mittens illos. Atque adeo illi miseri in hoc mundo occisi sunt à Romanis exercitibus, seruanturque & internecioni quæ illic est.

Exhortatio pulchra Theophylacti.

Mat. 21. Mar. 11. Lohã. 12. E F

Et factum est quum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam iuxta montem qui uocatur oliuarum, misit duos discipulos suos, dicẽs, Ite in castellũ quod e regione est, in quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum, in quo nemo unquam hominum sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis? sic dicetis ei: Quia dominus eo opus habet. Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt sicut dixerat illis. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quare soluitis pullum? At illi dixerũt, Quia dominus eo opus habet. Et duxerunt illum ad Iesum, Et iniectis uestimentis suis super pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autẽ illo substernebant uestimenta sua in uia. Et quum appropinquaret iam ad descẽsum montis oliuarum, cœperunt omnis multitudo discipulorum gaudẽter laudare deum uoce magna super omnibus quas uiderunt uirtutibus, dicentes, Benedictus qui uenit Rex in nomine domini. Pax in cœlo, & gloria in altissimis. Et quidam pharisæorum è turba dixerunt ad illum, Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico uobis, quod si tacuerint, mox lapides clamabunt. Dominus super pullum sedens, duo declarat: Vnum, quòd impleat prophetiam dicentem, Ecce rex tuus venit sedens super asinam. Secundum figuraliter nobis insinuat q̃ sessurus sit super nouũ & indomitum & immundum populum gentilem. Nunquam enim alias rogauit vt pro itinere iumẽtum sibi daretur. Qui per omnem Galilæam pedestri itinere venerat, quomodo à Bethania in Hierusalem transiens rogaret vt pullus sibi daretur, quum non sit tanta distantia, vt sciunt omnes? Proinde, vt dicebam, mystica sunt hæc. Vinct⁹ autem erat pullus, & dominos habebat multos: sed solutus est ab his qui missi fuerunt. Sensum autem hunc habet. Bethania quidem domus obedientiæ

Luc. 9.

Bethania

mus obedientiæ interpretatur, Bethphage verò domus maxillarum. Erat sanè vicus sacerdotum. Etenim maxillæ sacerdotibus dabantur, sicut in lege scriptum est. Indicatur autem per maxillas sermo doctrinæ, quẽ animales maxillæ efficiũt, & attenuãt. Vbi igitur domus sermonis, doctrinæ, & obediẽtiæ erga illum, illuc mittuntur discipuli domini, & soluunt populum catenis peccatorum ligatum, multisque curis vitæ: & pro eo quòd habent multos dominos & deos, faciunt eum habere vnum dominum Iesum Christum, & vnum deum patrem. Vbi autem non est domus obedientiæ, vel susceptio verbi doctrinæ, ibi illud non fit, neque asinus soluitur. Duos autem missos esse, hoc vult, quòd in adductione populi gentilis ad Christum vt obediãt ei, duo ordines ministrent, prophetæ, & Apostoli. Et ducũt eum ex castello, vt discamus fuisse populum valde crassum & ineruditum. Nondum enim sederat super eũ sermo vel Mosaicus, vel propheticus, sed pullus erat indomitus. Quanuis autem Euãgelista alı̃⁹ dixit pueros fuisse qui clamabant, Hos anna filio Dauid: attamẽ & illi insinuabant nouum populum. Credendo enim Iesum ex semine Dauid secundum carnem apparuisse, gloriam retulerũt deo, secundum quod scriptum est, Populus qui creatur, laudabit dominum. Vestimentorum autẽ substratio, significare videtur quòd exuti hominẽ veterẽ, qui digni sunt laudare Iesum, substernant & subiiciant illum, vt quum ascenderit, sanctificet eum, & nõ vltrà repugnet caro spiritui, vt & ipsi possint dicere, Subiectus fui domino, & orauí eum. Porro omnes, multitudinem discipulorum dixit Lucas laudare deũ: discipulos vocans simpliciter omnes qui sequuntur Iesum, non solum duodecim, vel septuaginta, sed omnem multitudinem quæ vel propter miracula, vel ad tempus trahebatur à doctrina vt sequeretur Iesum, in qua & pueros fuisse verisimile est: sicut alij Euangelistæ dixerunt. & hi afflati deo, regem illum confitebantur in nomine dei vẽturum, hoc est vt deum. Et pacem dicunt in cælo, pro eò quod est, Antiquum bellum quod habuimus contra deum, diremptum est. Non enim fuit in terra rex deus, nunc autem inuento deo super terram, merito pax in cælo, & idcirco gloria in altissimis, angelis glorificantibus in vnione & conciliatione tali quam nobis rex & deus qui asino vehitur, largitus est. Etenim istucipsum, quòd deus existẽs super terram apparuerit,

A Bethphage. B Pſal. 101. C Pſal. 36. Mat. 21.

D & in regione inimicorum suorum ambulauerit, indicat fœdus factum inter nos & ipsum. Porrò pharisæi murmurabãt quòd regem eum nominauerat populus, & quòd vt deum laudauerat. Ad seditionem enim pertinere nomen regis, & ad blasphemiam nomen domini existimabant. At dominus, Si hi tacuerint, lapides clamabunt. quasi diceret. Non hæc loquuntur homines vt mihi gratificentur, sed à virtutibus & miraculis quę viderũt, inducti & compulsi, hanc confessionẽ & gloriam offerunt. *Et ut appropinquauit, uidens ciuitatem, flevit super illam, dicens, Si cognouisses & tu: & quidem in isto die tuo quæ ad pacem tuam. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia*
E *uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & cingent te & coangustabunt te undique, & solo æquabunt te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus uisitationis tuæ.* Plorat super ciuitate vt misericors, nolens perdi eos qui in illa, propter facinus contra se. Ostendit itaq; viscera misericordiæ per fletum. Quòd enim miserebatur eis, & non solum ante crucem, sed & post crucem etiam conuersionem eorum sitiebat, manifestum est ex eo quòd post triginta quinq; annos Romanis traditi sunt. Nam propter nihil aliud distulit supplicium, quàm quòd cupiebat eos conuerti. Hoc est, si cognouisses quæ nunc tibi conferunt, ac pacem & quietem afferunt, nempe fidem erga me, & cessationem à persequendo me. Nunc autem sunt abscondita ab oculis tuis, quòd propter me, quem tu reprobas, innumera mala te apprehendent, patierisque hæc ac il-
F la, eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ, hoc est, mei aduentus, quando veni vt inuiserem te, & saluarem. Oportebat igitur scire te quæ ad pacem tuam, vt in me credores, & habuisses vtiq; pacẽ à Romanis, & omnis malitię liberationẽ. Etenim omnes qui crediderunt Christo, à captiuitate fuerũt securi: & ita si omnes credidissent, nullus fuisset captus. *Et ingressus in templum, cœpit eiicere uendentes in illo &*
Esa. 56. *ementes, dicens illis, Scriptum est, Domus mea domus precationis est,*
Hiere. 7. *uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et docebat quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & scribæ quærebant illum perdere, & primores plebis: nec inueniebant quid facerent. Totus enim populus pendebat ab ore eius quum audiret illum.*

CAPVT

CAPVT XX. A

E *T factum est in uno dierum, docẽte illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cũ senioribus, & aiunt illi dicẽtes, Die nobis, qua authoritate ista facis? aut quis est qui dedit tibi istam authoritatem? Respondens autem Iesus dixit ad illos, Interrogabo uos & ego unum quiddam, & respondete mihi, Baptismus Iohannis e cælo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes, Si dixerimus e cælo, dicet, Quare ergo non credidistis illi? Si dixerimus ex hominibus, plebs uniuersa lapidabit nos: persuasum enim habet Iohannem prophetam. Et respondebant se nescire unde esset. Et Iesus ait illis, Neque ego dico uobis qua authoritate hæc faciam.* Iesus glorioſe Hierusalem ingressus, suæ authoritatis indicium facit, repurgando domum patris sui à negociatoribus: quanuis & in principio prędicationis hoc fecerit, sicut Iohannes dicit: & iterum nunc secundo facit: id quod ad maiorem Iudæorum accusationem pertinet, quòd primo suo aduentu non fuerint facti emẽdatiores, & manserint ipsi negociatores, illũ dei aduersarium dicentes, quum patrem & deum maximè coleret, ita vt & domum illius à negociatoribus repurgatã voluerit. Ideirco & Esaiam inducit, qui eos arguat, dicẽtem, Domus mea domus precationis vocabitur. At illi stultè interrogant eũ, qua authoritate hęc facis? quanuis satis intelligere poterant. Quoniam enim prohetícum dictum subdidit, quod testatur domum dei domum præcationis esse, non emporium & speluncam latronum (negociatio enim & anaritia latronum est) quid postea opus rogare eum qua authoritate hæc faciat? Facilè enim coniectare poterant ex dictis prophetæ quòd deus hæc iusserit. At illi interrogant, qua authoritate facis hæc? Lex (inquiunt) his qui à Leui originem deducunt, templi gubernationem permittit: tu vero cum ex tribu Leui non descendas, quomodo sacerdotũ ius tibi vsurpas, & hæc facis? Verum ò Iudæe memor esto quid Dauid dicat, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Si igitur secundum ordinem Melchisedech dictus est sacerdos, Melchisedech verò, non fuit sacerdos secundum legem, neque ex tribu Leuitica (aut quomodo posset hoc dici, quum fuerit multis seculi ante Leui?) quid queris in Christo ordinem legis? Deus legi-

Mat. 21. Matt. 11. Iohan. 2. B Esa. 3. 56 C Deut. 10. Psa. 109.

bus non

Universidad de Deusto
Biblioteca

D bus non est subditus. Imperabát, quum tempus esset, sacerdotes esse ex tribu Leui : nunc transfert hanc legem, & præfert sacerdotium Melchisedech . propterea eiicit ementes & vendentes ad sacrificandum animalia , sicut oues & columbas. Ad hæc decentiam & honestatem templi vindicat . Insuper & hoc ostendit , quòd non vltrá animalium sacrificiis placari deum credi debeat . Igitur quauis in promptu esset quod eis responderet dominus , sicut dictum est , & diceret quòd propheta hæc,immo deus præcipiat: veruntamen vt ostendat eis quòd semper inobedientes sint spiritui sancto : & non ostendit quòd noluerint credere Esaiæ veteri prophetæ, & cuius forte memoriam non habebát,sed ostendit quòd & Iohanni viro euangelico , minimeque carnali, qui pridem
E apparuerat , credere noluerint : & propterea interrogat interrogationem hanc admiratione dignam , qua confutat illos. Ostendit autem & nobis quòd si tali prophetæ Iohanni , qui maior se habebatur , non crediderunt de se testanti, quomodo sibi essent credituri responsuro qua authoritate hæc faciat ? Quasi dixisset , omnino licere vobis vultis vt sermones meos respuatis & calumniemini , sicut & Iohannis (qui maior apud vos fuit)sermones respuistis. *Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc , Homo quidam plantauit uineam , & locauit eam colonis , & ipse peregre egit multo tempo-*
Esaiæ.5. *re . Quumque esset opportunum, misit ad colonos seruum, ut de fru-*
Hiere. 2. *ctu uineæ darent ipsi : qui cæsum emiserunt eum inanem . Et rursus adhuc alterum seruum misit . Illi uero hunc quoque cæsum , &* con-
F *tumeliis affectum , emiserunt inanem . Rursus misit & tertium . At illi hunc quoque uulneribus inflictis eiecerunt . Dixit autem dominus uineæ , Quid faciam ? Mittam filium meum dilectum, forsitan quum hunc uiderint reuerebuntur . Quem quum uidissent coloni , cogitauerunt intra se , Hic est hæres , uenite occidamus illum , ut nostra fiat hæreditas : & eiectum illum extra uineas , occiderunt . Quid ergo faciet illis dominus uineæ ? Veniet & perdet colonos istos , & dabit uineam aliis.* Breuis quidem ista parabola,multa & ma
Gene.37 gna nos docet: Curam quam deus tantam erga Hebræos exhibuit , qui ab initio fuerunt homicidæ . Vnum esse deum
Vinea veteris & nouæ legis . Vocandas gentes , & abiiciendos Iu-
quæ, & dæos . Vinea igitur ista , synagoga erat Iudæorum : cultogna eius res autem , scribæ & pharisæi , qui præerant populo . Est &
cultores vnusquisque vinea,& idem agricola. vnusquisque enim nostrum

strum seipsum colit . Hanc igitur vineam quum colocasset A
agricolis misericors , peregre profectus est , hoc est , permi- *Liberè ar*
sit eos iuxta liberum arbitrium ingredi. Misit autem diuer- *bitrium.*
sos seruos, prophetas dico , vt haberet vel paruum quoddam lucrum. Volebat enim de fructu capere,nõ fructum omnem. Quid enim lucri faceret deus ex nobis nisi sui agnitionem? Illud autem etiam nostrum est,lucrumque nostrum suum facit. Contumeliis autem affecerunt mali agricolæ missos , & cæsos miserunt vacuos , hoc est , in tantam peruenerunt ingratitudinem , vt non solum declinauerint à bono , & nullum fructum dederint,sed & mala fecerint:quod maiori supplicio dignum.Igitur quum prophetæ tam grauia sustinuissent , filius mittitur. forte enim hunc reuerebuntur,forte dixit , non vt ignorans futurum quòd peius eum affecturi es- B
sent quàm prophetas : sed illud dicit quod fieri debebat . debebant enim reuereri illum . At illi vsque adeo non sunt reueriti, vt etiam occiderint : quod in maiorem eorum accusationem est , quia postquàm affirmauit deus bonum hoc esse, reuerentiam forte haberi filio : illi planè contrariam tulerunt sententiam. Hęc autem proprietas sæpe in scripturis in- *Hier.26.*
uenitur: vt quum dicitur, Si forte audiant. Neque enim illic *Eze.2.3.*
ignorãs futurum ita dicit,sed ne quidam præsentiam dei ne- *12.*
cessariam inobedientiæ causam esse dicant: & idcirco eiusmo *Scripturæ*
di verborum figura vtitur. Eiectum aũt illum extra vineam, *proprietas*
occiderunt. Extra vineã,exponi solet extra Hierusalem. ex- *in si forte*
tra enim ciuitatem Christus passus est. At quia supra vineam & *huiusmodi.*
populum,nõ Hierusalem exposuimus: quid si magis proprie
dixerimus q̃ occiderit quidẽ populus ipsum,sed extra vineã: C
non ipse sua manu ei mortis fuerit author, sed tradiderit illũ Pilato & gẽtibus? Et ita extra vineã,hoc est,extra populi manus passus est Christus , Etenim nõ licebat his occidere quẽquàm. vnde militum manibus occisus est. Nõnulli per vineã intellexerunt scripturã. Extra scripturã enim passus est dñs. Illi eñ q̃ nõ crediderũt Mosi,occiderũt eũ. Nã si credidissẽt Mosi scripturis, & eas scrutati fuissẽt, dñm scripturarũ vtiq; nõ occidissẽt. His dictis ,ptulit & sentẽtiã in eos ferẽdã,q̃ vinea locãda sit aliis vineæ cultoribus , hoc est,aliis dabit hoc beneficiũ vt dicãtur populus meus. Vide autẽ q̃ hi qui dicũt scripturã vineã esse,magis assequi,videtur sensum,vt hic manifestũ. Collocata est eñ nobis scriptura, ab hebręis sublata.

Fidenter

D Fidenter autē dixerit quis omnia ſpiritualia eſſe vineā quandam, ſiue in ſcripturis & legibus, ſiue in actis & hiſtoriis ſita ſint, quibus omnibus primati ſunt Iudæi, & nos fruimur.

Quod quum audiſſent, dixerūt, Abſit. Ille verò intuitus eos ait, Quid

Pſal. 117 *eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt, Lapidem quem reprobauerunt ædificā-*

Actu. 4. *tes, is factus eſt in caput anguli? Omnis qui ceciderit ſuper lapidem illum, cōquaſſabitur: ſuper quem autem cadet, diſperget illum. Et quærebant principes ſacerdotum & ſcribæ inicere in illum manus eadē hora, & timuerunt populum. cognouerunt enim quòd in ipſos dixiſſet parabolam hanc.* Lucas quidem (vt audis) inquit dicere dominum quòd dominus vineæ perditurus ſit ingratos colonos, & vineam daturus alij. Quod quum audiſſent phariſęi, dixe-

E runt, Abſit. Matthæus vero aliter dicit: nempe quòd interrogauerit eos dominus. Quid faciet agricolis illis dominus vineæ? reſponderintque Iudęi, ac dixerint, Malos male perdet illos, & vineā daturus eſt agricolis aliis. Nunquid igitur cōtrarij ſunt? Vtrūq; enim factum fuiſſe verisimile eſt, & quòd ſecundum Matthæum ſententiam ipſi tulerint, & deinde animaduerterint quò tendat parabola, & quòd de ipſis dicta ſit: ac iterum dixerint hoc quod Lucas dicit, nempe, Abſit. Quid igitur Chriſtus dicit? adducit & aliud teſtimoniū ex Dauid, lapidem quidem ſeipſum nominans, ædificantes autē doctores ſuos quemadmodum & Ezechiel dicit, Aedificantes parietem & linientes abſque temperatura, hoc eſt qui ad gratiā loquuntur, arguunt peccata populi tantum in ſuperficie, pec-

F cata populi liniunt, velut parietem quendam. Quomodo autem reprobauerūt lapidem illum? quia dicebant, Non eſt ex deo. Duas autem perditiones hic dicit: Vnam animarum illorum in quam incidebant ſcandalizati. Omnis enim qui ceciderit ſuper lapidem, confringetur. Alterā captiuitatis, quā contemptus ille lapis eis attulerit. Super quem enim ceciderit, diſſilire illum faciet. Sic igitur diſſiluerunt Iudæi, & diſperſi ſunt ſicut ſtipulæ ab vno horreo in totū mundum. Obſerua autem quòd illi prius ceciderunt ſuper lapidem, hoc eſt ſcandalizati ſunt, deinde lapis cecidit ſuper eos, & vltus eſt illos præcedit enim peccatum meum, deinde ſequitur & iuſta dei vindicta. Verùm Iudæi quidem reprobauerunt lapidem iſtum. At lapis ille erat pulcher & electus, ita vt & in caput anguli ſit poſitus, & cōiunxerit parietes, & vniuerit vetera ac noua. Et quid multis? Oportebat illos audire Eſaiam dicen-

Duæ Iudæorum ꝓditiones

Eſaiæ. 8.

dicentem, Dominum ipſum ſanctificate, & ipſe erit veſter timor, & non impegiſſent in illum vt in lapidem offenſionis, & petram ſcandali. At illi ſcientes quod propter ipſos parabolam dicat, conſilium ineunt contra eū, & niſi fuiſſet timor populi, etiam manus iniecíſſent in eum. Et contempſerunt quidem legem quæ dicit, Innocentem & iuſtum nō occides. Timuerunt autem & repreſſi ſunt à metu hominum, ne manifeſte inuadant eum, ſed clām ei denuo inſidiantur. *Et obſeruantes emiſerunt inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularent, ut caperent eum ex ſermone, traderēntque illum principatui & poteſtati præſidis: & interrogauerūt eum dicentes, Magiſter, ſcimus quòd recte dicis ac doces, nec reſpicis perſonam, ſed uiam dei cum ueritate doces: licet nobis tributum dare Cæſari, an non? Intellecta autem illorū uerſutia, dixit ad eos, Quid me tentatis? Oſtendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inſcriptionem? Reſpondentes dixerunt, Cæſaris. Et ait illis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram populo: & mirati ſuper reſponſis eius obmutuerunt.* Laqueū parauerūt phariſæi, quem difficilē (vt ſibi videbatur) effugere poterat dominus: ſed comprehenſus eſt illo pes eorum. vide enim malitiam. Nam ſi quidem dixiſſet dandum tributum Cæſari, accuſaſſent eum apud populū quòd in ſeruitutem redigere ſtudeat gentem quæ ſemen Abrahæ ſit, & nullius ſeruituti obnoxia. ſin prohibuiſſet dare, iterum ad Cæſarem vt ſeditioſum traxiſſent. Verùm ipſe laqueos eorum effugit vt caprea, quo nomine ipſum in canticis appellauit ſpōſa: & docet vt ei qui poteſtatē habet ſuper corpora noſtra, corporaliter ſubiaceamus, ſiue rex ille ſit, ſiue tyrannus. nihil enim hoc nobis nocet vt ſpiritualiter bene placeamus deo ſpirituum. Reddite enim, inquit, quæ Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Et vide quia non dixit, date: ſed reddite. Debitum igitur, inquit, eſt: reddite igitur debitū. Cuſtodit te princeps tuus ab hoſtibus, vitam tuam pacatam facit. debes itaque ei pro his tributum. Et aliter, Etiam ipſum quem habes nummum, ab illo habes. Igitur quum numiſma regis iterum illi reddis, interim tibi lucraris, quòd per ipſum, quæ vitæ debita ſunt, prę ſtantur. Sic denique & quę dei ſunt, deo ſunt reddenda. dedit tibi mentem, illam redde ei. iuxta mentem operans. dedit tibi rationem, redde ei illam, ne fias brutis inſipiētibus ſimilis, ſed facias omnia vt rationalis. Et in ſumma, dedit tibi animam &

A

Exodi. 23

Matt. 22. Mar. 12.

B

Cantic. 2.

C

Roma. 13

Cur non ſimpliciter dicit, date, ſed reddite, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D mam & corpus: omnia redde ei, & imaginem ſuam reſtitue ei per fidem, per ſpem, pérque charitatem incedens. Sanè & alter reddēda ſunt Cæſari, quę Cæſaris ſunt. Vnuſquiſq; enim noſtrum imaginē dei geſtat, vel principis mundi. Quum igitur ſimiles nos fecerimus Cæſari, facti filij diaboli, imaginē eius geſtantes. illam reddere ei oportet, & abiicere: vt habeat quę ſua, & nihil inueniat in nobis quòd propriè ſuum ſit. Ita & imago dei ſeruetur à nobis incontaminata. Idcirco & Pau
1.Cor.16 lus admonet, Sicut portauimus imaginem terreni, ita porte-
Ephe. 4. mus & imaginem cæleſtis. Et alio loco, Deponentes veterem hominem. Quod hoc loco dicitur reddi, id apud Paulum dicitur deponi: & quòd hic imago Cæſaris, hoc illic imago terreni peccatoris, Adam ſcilicet, ac vetus homo. Nam imago
E terreni nihil aliud q̄ corruptio & peccatū, quod habuimus aſſimilati apoſtatæ, & nō regi. Porrò non potuerunt phariſæi comprehendere Ieſum in ſermone coram populo. Hoc enim maximè conabantur, vt apud populum ipſum accuſare valerent, quòd illum ſeruituti Romani populi ſubigeret: ſed efficere nihil valuerunt, propter excellentem ipſius ſapientiam.
Acceſſerunt autem quidā Sadduceorū qui negant eſſe reſurrectionē,
Deut.25. *& interrogauerunt eū dicentes, Magiſter, Moſes ſcripſit nobis: ſi cuius frater mortuus fuerit habens uxorem, iſq; ſine liberis mortuus fuerit, ut accipiat frater eius uxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Septē ergo fratres erant, & primus accepit uxorē, ac mortuus eſt ſine liberis: & accepit ſecundus illā, & ipſe mortuus eſt ſine liberis: & tertius accepit illā, ſimiliter & cæteri ſeptem, nec reliquerūt liberos, & mortui ſunt. Nouiſſima omniū mortua eſt & mulier. In reſurrectione ergo,*
F *cuius eorū erit uxor? Siquidē ſeptem habuerūt eā uxorem. Et reſpōdens ait illis Ieſus, Filii huius ſeculi ducūt uxores, & nuptū dant: illi uerò qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neq; ducūt uxores, neq; nuptū dant, neq; ultrà mori poſſunt. æquales enim angelis ſunt, & filii ſunt dei, quū ſint filii reſurrectionis. Quod uero reſurgant mortui, & Moſes oſtendit iuxta rubū, quum dicit do-*
Exodi.3. *minū deum Abrahā, & deū Iſaac & deū Iacob. Deus autē non eſt mortuorū, ſed uiuorū. omnes enim illi uiuunt. Reſpondentes autē quidam ſcribārū dixerunt, Magiſter, bene dixiſti. & amplius nō audebant eū quicq̄ interrogare.* Inualidū fundamentū ſuę doctrinę iecerāt Sadducęi, nō credentes reſurrectionem. cogitabant enim futuram corporalem reſurrectionē Ideo reiecturi dogma reſurrectionis, ſtultā hanc narrationē fingunt: vnde dominus fundamentum

damentum eorum ſtatim concuſſit: & oſtendit q̄ non ſit cor A
poralis vita tunc: quo factū. vt dogmatum ſtatim obtuſa opinione, & inualido fundamento cōcideret. Erratis enim (inquit) neſcientes ſcripturas, ſed inuertentes ſenſum earum. Filii enim huius ſeculi generant & generantur, nubunt & nubuntur, hoc eſt, vxores ducunt: filij vero ſeculi illius nihil tale faciunt, neq; enim vltrā mori poſſibile eſt. Proinde non illic fiunt ea quę in nuptiis, ſed angelica & diuina vita eſt. Hic enī quia mors, ideo & nuptię: & quia nuptię, & ideo ſt mors. Illic autem morte abolita, quis nuptiarū vſus? Nuptiæ enim *Nuptiæ*
auxilium vitę mortalis, & impletio eius quod deficit, ibi autē *auxilia ui*
nihil deficit: quid ergo opus implente? Pares itaq; ſunt angelis, & filij dei. Quare? Quia reſurrectionis filij ſunt. Quod au- *tæ morta lis.*
tem dicit, talem ſenſum habet, Dixit (inquit) illos filios dei, B
eò quòd nihil corporeum in generatione eorū videatur, ſed omnia diuina ſint. Neq; enim in reſurrectione præcedit vel coitus, vel ſemē, vel vterus, vel impręgnatio: ſed deus eſt qui generat corpora noſtra modis quibus ipſe ſcit. Et proinde quia deus eſt qui operatur ī reſurrectione, meritò filij dei dicuntur, qui ex reſurrectione naſcuntur. Subdit autem rationi bus etiā ſcripturæ teſtimoniū. Moſes enim inquit dixiſſe ſibī deū ex rubo, Ego ſum deus Abrahę &c. Quod ſi omnino euanuiſſent patriarchæ, & nō vixiſſent apud deum in ſpe reſurrectionis, nō vtiq; dixiſſet deus, Ego ſum: ſed, ego erā. De rebus enim perditis & corruptis dicere ſolemus, Ego eram dominus huius & huius rei. Nunc autē quia dixit, Ego ſum, oſtendit quòd ſit viuentiū dominus & deus, & nō omnino cor C
ruptorū, etiamſi mortui ſint, ſed ſpe reſurgēdi viuunt: ſicut & Adā quamuis viuebat, attamen mortuus erat. nā ab ipſa hora qua comedit, mori dicebatur. Confuſis autem Sadducæis, approbauerunt dictum Ieſu phariſæi & ſcribæ, vtpote aduerſarij illorum, gaudentes illos victos. *Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid, & ipſe Dauid dicit in libro*
Pſalmorum, Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec po Pſal. 109
nam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum il- Matt. 24
lum uocat, & quomodo filius eius eſt? Audiente uero cuncto populo di- Marci. 12
xit diſcipulis ſuis, Cauete à ſcribis, qui uolunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foris, ac primas cathedras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conuiuiis: qui deuorant domos uiduarum, ſimulantes longam orationem. hi accipient damnationem maiorem.

Ad paſſio-

D Ad passionem propediem acceſſurus, ſuam prædicat diuinitatem: idq; non admodum aperte, nec iactãter, ſed modeſte. Interrogat enim illos, & perplexos reddit, ſiniteq; ratiocinari quid conſectaneum. Dauid enim, inquit, dominum vocat, & quomodo filius eius eſt purus? Erat enim & filius Dauid ſecũ dum carnem, ſed & deus eius. Illi autem ſolum filium Dauid eſſe opinabantur, ideo opinionem eorum euertit, quia putabant filium Dauidis ſolum. Declarat item quòd non ſit aduerſarius deo patri, ſed multam eum illo habeat cõcordiam, ſiquidem inimicos eius humiliat pater. Et hæc quidẽ ſcribis dixit. Quia autem diſcipulos magiſtros orbis miſit, merito eos admonet ne imitentur phariſæorum arrogantiam, & ambitioſam mentem: & ſimpliciter ne cogitent quomodo placeant hominibus. Nam ſalutationibus fori ſtudere, adulan-

E tium occurrentibus eſt, & gloriam malis moribus venantiũ, vel hanc occaſionem ad cõgregandas diuitias admittentiũ: quin & hi viduarum domos deuorant, ventri dediti, & vltrà quàm opus ſit inſumunt, & prætextus quaſi pius eſt. Preces enim & vtilitatẽ animarum prætexunt, non ieiunium docẽt, at ebrietatem & gaſtrimargiam: & propterea accipient ampliorem condemnationem: quia non ſolum faciunt malum, ſed prætexunt preces: & piam honeſtatem ac virtutẽ faciunt prætextum peccati. Oportebat ſane miſereri viduis. Illi autẽ & domos earum ingrediuntur quaſi per longas preces benedicantur: interim viduę in præſentia illorum multos coguntur ſumptus facere, quo fit vt exhauriantur illarum diuitiæ.

Phariſæo rh improbitas erga ſimplices.

F

CAPVT XXI.

R *Eſpiciens autem uidit eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam uiduam pauperculam mittentem illuc æra minuta duo, & dixit, Vere dico uobis quod uidua hæc pauper plus quàm omnes miſit. Nã omnes hi ex eo quod ipſis exuberat, miſerunt in munera dei, hæc autẽ ex penuria ſua uniuerſam ſubſtantiam quam habebat, miſit.* Gazam theſaurum dicunt. Erat itaque facer theſaurus quem pij contribuerãt, quo vtebantur ad apparationem & neceſſaria ſacrificij, & ad ornatum templi, pauperúmque alimoniam: quauis & de hoc poſtea negociationem fecerunt ſacerdotes, diſtribuẽtes theſaurum

Matt.12.

Gaza qd.

Sacerdotes negociatores.

ſaurum nõ in ea ad quę cõtributus fuerat. Laudat igitur dñs A viduã ſupra omnes, q̃ ex penuria ſua ſuam ſubſtantiã dederat. Nã hi duo oboli etſi parui videbantur: attamen totus victus ex mendicimonio erat. Vidua enim erat pauper. Neque enim dominus mercedẽ reddet reſpiciens ad id quod datur, ſed ad id quod deficit. Igitur plura diuites in domibus relinquunt, paruáque ac pauca offerunt: hęc autem totam domum euacuauit, nihilq; ſibi reliquit. Merito igitur dignior eſt quę laudetur, quàm illi. Intellexerunt quidam omnem animã exponi poſſe per viduam, quæ priore viro, hoc eſt, veteri lege, relicto, nondum verbo dei copulata, nunc arrabonem verbo dignum offerat, fidem tenuem ac paruam, & pro ſua mensura, ſcientiámque puram habens, vt ſimpliciter in vita & do B ctrina appareat inculpata. Opus enim eſt cũ fide, & bona cõ ſcientia: & ſi ſic acceſſerit quis ad deum, videtur mittere plus omnibus diuitibus in eloquio, & abundantibus in gentilium virtutibus. *Et quibuſdam dicentibus de templo quòd pulchris lapidibus ac donis ornatum eſſet, Dixit: Ex his quæ uidetis, uenient dies* Matt. 24
in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidẽ qui non diruatur. Inter- Marci. 13
rogauerunt autem illum dicentes: Præceptor, quando hæc erunt? & quod ſignũ quando iſta futura ſunt? At ille dixit, Videte ne ſeducamini. Multi enim uenient ſub nomine meo dicentes ſe eſſe Chriſtum, & tẽpus inſtat: ne igitur ſequamini illos. Cæterũ quũ audieritis bella & ſeditiones, nolite terreri. Oportet enim pri⁹ hæc fieri, ſed nõ ſtatim finis. Tunc dicebat illis. Inſurget gens contra gentẽ, & regnũ aduerſus regnũ, & terræmotus magni erunt in ſingulis locis, & fames ac peſti C *lentiæ, terriculamentaq; & ſigna de cælo magna erunt.* Merito dominus prędicit nunc de Hieruſalẽ ſubuerſione, quoniã propè erat vt crucifigeretur, vt ſit & hoc magnũ argumẽtum ipſum eſſe deum. Vnde quibuſdã laudantibus ſtructuras tẽpli, & quę in illud oblata erant. Opinor autẽ illum de ſculptis & ornatis loqui, vt erant Cherubin, & ſimilia. Hoc enim forte ἀναθήμασιν, hoc eſt dona, dicit. Dominusverò nihil horũ mirat ἀναθήματα
tur, ſed & deſtructionem eorũ prædicit. Alij autem opinati xx.
ſunt eũ de cõſummatione vniuerſali loquutũ, quãuis de captiuitate Hieroſolymarũ à Romano exercitu dicat: ideo & ipſe morẽ gerẽs eis relinquit ſermonẽ de captiuitate, dicturus de ea poſtea: nũc autẽ de cõſummatione ſeculi loquitur, & præmunit eos, ne ſe falſis prophetis ante ſuum aduentũ venturis ſubdant, Erũt autẽ bella & ſeditiones. nã quum ſublata fuerit

G omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

D omnis charitas, meritò locũ habent bella & seditiones. post bella vero fames & pestilẽtię: & pestilitas quidẽ corrupto ab occisis aere, fames autem ex agris non cultis. Quidam pestilentiam & famem nõ tantum in cõsummatione seculi, sed etiam in captiuitatis temporibus fore intellexerunt. Etenim
Iosephus. Actuũ. 11 Iosephus miras tunc calamitates fuisse dicit propter famẽ, & meminit etiã Lucas ĩ Actis. Facta est fames sub Claudio Cęsare. Porrò & terriculamenta multa fuerunt tẽpore captiuitatis Hierusalem, vt Iosephus testatur. Omnino tamen hæc sequentia (de seditionibus, bellis, & fame, ac cæteris loquor) possunt tam de captiuitate Hierusalem, quàm consummatione seculi intelligi. Sed *ante hæc omnia iniicient uobis manus suas, & persequentur, tradentes in conciliabula & carceres, trahentes*
E *ad reges & præsides propter nomen meum. contingẽt autem uobis in testimonium. Habete igitur fixum in cordibus uestris, non esse præmeditandam defensionẽ. Nam ipse dabo uobis os & sapientiã cui non poterunt contradicere neque resistere omnes qui aduersabuntur uobis. Trademini autem etiam à patribus & fratribus, & cognatis & amicis, & morte afficient quosdam ex uobis. Et eritis inuisi omnibus propter nomen meum. Et pilus de capite uestro non perit. Per patientiam uestram possidete animas uestras.* Ante hæc omnia, hoc est, ea quæ fient ante consummationem, vel etiam captiuitatem. Nam (vt dixit) coniungit sermonibus de consummatione, sermones de captiuitate. Iniicient enim, inquit, in vos meos discipulos, manus. Et ante captam Hierusalem perse-
F quutionem passi sunt apostoli à Hierosolymitanis, deo hoc ita dispensante, vt quum milites mundum concuterent, & grauiter affligerent Iudæos, apostoli interim totum mundũ prædicatione implerent. Ducti sunt igitur apostoli ad reges
Actu. 25. & præsides, sicut Paulus ad Festum, ad Agrippam, ad Cæ
26.28. sarem, & factum est eis hoc in gloriam testimonij. Quia autem priuati & imperiti erant, ne turbarentur reddituri rationem apud viros sapientes: nihil, inquit, de hac re vobis curæ sit. Accipietis enim tunc à me eloquentiam & sapientiam, ita vt etiam si omnes aduersarij vestri ad vnum usque vobis obstiterint, non poterunt vobis resistere, neque per sapientiam, hoc est, sensuum vim, neque per eloquentiam, & linguæ certitudinem. Sæpe enim quis habet sapientiam in rationibus & mensibus. Qui enim facile in aduersis non turbatur, confundit omnia quum dicendum est ad populum. Apo

stoli

stoli autem, dico, in vtroque gratiam consequuti sunt. Vnde A
obstupuerunt sacerdotes de Petro & Iohanne ob immensam Actu. 4.
sapientiam dum comprehenderent eos, qua prius carebant.
Paulo vero dicit Festus, Insanis paule, multæ te literæ ad in- Actu. 26.
sanam redigũt. Et quum excussisset timorem illorum quem
ex imperitia habebant, subdit & aliud necessarium & validum ad concutiendas animas. Trademini ab amicis & cognatis. Prædicit igitur & de hoc, vt ne quum hoc subito contingat, turbentur. Grauiter enim hoc animam cruciat, sicut
& Dauid dicit, Quod si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: tu autẽ homo vnanimis &c. Et iterũ, Qui Psalm. 54
comedit panes meos mecũ, supplantauit super me calcaneũ. Psal. 40.
Quum dixisset quòd odio habendi & quòd occidendi essent
quidam ex eis, subdit maximam consolationem. Capillus de B
capite vestro non perit. Saluabimini enim, inquit, & nequo
minimum quiddam in vobis corrumpetur, etiamsi videatur
multis corrumpi. tantum ferre oportet. Per patientiam enim
possidebitis animam vestram. Nam inimicus quidem inuadit ceu hostis, in captiuitatẽ ducturus animas vestras, & tentat per afflictiones rapere: sed vos date pro pecunia patientiam, & possidebitis animam vestram hac compensatione, &
nihil vobis damni erit. Attende autem quod dicit. occisuri
sunt ex vobis. intelliges enim rarius quiddam, quia non interfros vos occident: sed quum ex duobus sitis anima & corpore, non vtrunque morte afficient, sed vnum ex vobis occidẽt:
animas autem vestras possidebitis per patiẽtiam. id quod &
alibi dicit, Ne timeatis ab his qui occidunt corpus, animam C
autem vestram occidere non poterunt. *Quum autem videritis* Mat. 10.
circundari ab exercitibus Hierosolymam, tunc scitote quòd immineat Matt. 24
desolatio eius. Tũc qui in Iudæa sunt, fugiãt ad montes: & qui in me- Marci. 13
dio eius, descendant: & qui in regionibus, non intrent in eã, quia dies Esa. 3. 13.
ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus, & mamma nutrientibus in illis diebus. Erit enim afflictio magna super terram & ira in populo hoc, & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora gentium. Et erunt signa in sole, & lu-
na, & stellis, & in terris angustias gentium per desperationem, resonanti mari & fluctu, extabescentibus hominibus præ timore, & expectatione eorum quæ superueniẽt orbi terrarum. Nam uirtutes cælorũ
mouebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum

D *potestate & gloria magna.* Manifestissime nunc de captiuitate Hierusalem tradit. Vnde sic opinor intelligendum: Ante hęc omnia autẽ, hoc est, ante fames & pestilitates, & alia grauia quę sunt euentura in tempore cõsummationis, persequutionem quidem patiemini vos Apostoli, & cæteri: deinde & Hierosolymis mala imminebunt. Nam quoniã illi putabant quòd in tempore consummationis destruenda essent ędificia templi: non, inquit. Tẽpus enim consummationis falsos prophetas habebit, & fames & pestilẽtias ex cõtinuis bellis quæ contingent ob charitatis penuriam. Vos autem ante tempus consummationis persequutionem patiemini, & Hierusalem capietur, & lapides illi diruentur. Quando enim videbitis ciuitatem à Romanis exercitibus cingi, tunc desolationẽ eius scitote. Tragice igitur profert mala quæ tunc ciuitati immi-

E nebunt. Nam qui in Iudæa, inquit, fugiant in montes: & qui in regionibus, ne sperent quòd ciuitas murata custodiat eos: sed secedãt etiam ipsi qui in media ciuitate. Dies enim vltio-

Daniel. 9. nis sunt, vt impleantur quæ in Daniele scripta. Maxime autem væ prægnantibus, quandoquidem fugere non poterunt propter sarcinam ventris: & lactantibus, propter amorem erga pueros, quos neque relinquere possunt absque cura, neque secum auferre. Quidam in hoc insinuatum putant esum pue-

Iosephus de puero Hierosoly mis cõfecto ri de quo tradit Iosephus, & prædicit Hieremias. Et Hierusalem, inquit, conculcata erit à gentibus. Hucusq; de captiuitate. Deinde iterum tradit ea quę de consummatione. Erunt enim signa in sole, & luna, & stellis. Quũ enim creatura alte-

F ratur, merito elemẽta nouum morẽ habent. Et angustia gentium, hoc est, afflictio omniũ, perplexitate cõmixta. Mare autem maximis sonis resonabit, & erit cõmotio ac turbatio, ita vt homines extabescant à solo timore & expectatione eorum quæ venient super orbem. Vides hic manifeste de consummatione loquentem? Suprà enim dicebat Hierusalem ab exercitibus & gentibus cingendam & conculcandam, hic autem toti orbi superuentura dicit mala, & ita nunc de consummatione seculi loquitur. Nam virtutes cælorum mouebuntur. Et quid dico, inquit, quòd homines turbabuntur, quum creatura omnis alteretur? Nam & ipsi angeli & primæ virtutes turbabũtur, terrebuntúrque in terribilibus immutationibus vniuersi. Et tunc videbunt filium hominis. Qui? Omnes credentes & non credentes. Venientem autem in nubibus, vt

bus, vt deum scilicet cum virtute & gloria magna. Quippe su A per solem tunc fulgebit & ipse, & crux eius, & ab omnibus agnoscetur. *His autem fieri incipientibus suspicite & attollite capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem, Videte ficum & omnes arbores. quum protrudant iam gemmas, cernentes ex uobisipsis scitis quòd iã instet æstas. Ita & uos quum uideritis hæc fieri, scitote quòd instet regnum dei. Amen dico uobis, non præteribit generatio hæc antequ omnia facta fuerint. Cælũ & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt.* Sicut prior aduentus domini in restitutionem & regenerationem animarum nostrarum fuit, ita & secundus erit in regenerationem corporum. Quoniam enim animæ prius mortuæ fuerant, propter inobedientiam, corpora autem post nongentos annos inobedientiæ mortis vim experta sunt: ideo posterius rege- B nerantur, & melius habent. Ideireo & dominus dicit, Quando hæc fiunt, suspicite qui grauati estis corruptione, quasi libertate donandi. Nam ἀπολύτρωσις, hoc est redemptio vestra adest, hoc est consummatio vtriusque libertatis, animæ inquam & corporis. Præpositio enim ἀπὸ insinuare videtur perfectam à corruptione libertatem, quam & corpus tunc accipiet gratia domini extremum inimicum abolentis mortẽ. Aboleuit etenim principatus & potestates, & animas redemit: reliqua autem erat mors, corpora nostra depascens: quæ & ipsa quum abolebitur, erit nobis libertatis & redemptionis author. Et regnum dei statim aderit, quum hæc fient. Et- C enim quemadmodum ficus quæ premittit folia, propinquam æstatem nunciat: ita & quum hæc fiunt prodigia, & transformatio vniuersi, signant quòd ventura sit æstas, hoc est regnũ dei post hyemem & tempestatem quasi æstas aduenturum iustis: tametsi tũc peccatoribus futura sit hyems & tempestas. nam illi præsens seculum pro æstate habent, futurum autem pro hyeme. Amen dico vobis, quòd non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant. Generationem vocat non eos qui tunc aderant, sed omnium fidelium generationem. Solet enim scriptura generationem hoc nominare modo, vt, Hæc est generatio quærentium dominum. Quia autem turbationes & bella & alterationes dixit futuras tam elemento- *Generatio erit* rum quàm rerum: vt ne quis suspicetur quòd forte aliquando *hoc fuerit.* destruendus sit Christianismus, dicit, Non. Non enim præte- *Psal. 21.* ribit hæc Christianorum generatio. Cælum quidem & terra

D immutabunrur: sermones autem mei & euangelium meũ non peribunt, sed manebunt. Tametsi commoueántur omnia, fides tamen in me non deficiet. Apparet autem hoc loco quòd ecclesiam omni creaturæ præferat. Ecclesia enim eius, & verbum ac euangelium nequaquam peribunt. *Attendite autem uobis nequando grauentur corda uestra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, subitusque uobis ingruat dies ille. tanquam laqueus enim superueniet in omnes sedentes super faciem totius terræ. Vigilate itaque omni tempore, deprecantes ut liceat uobis effugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.* Audiuistis, inquit, terriculamenta & turbationes, & grandia sunt hęc omnia, ac symbola malorum quæ peccatores sunt deprehensura: sed quia grauia hæc, ideo magnum remedium eorum E est attentio & oratio. Semper enim paratum esse & expectare finem, maxime omnium conferre poterit. Hoc autem vobis non continget, si sobrij fueritis, & nõ grauata fuerint corda vestra crapula & ebietate, & solicitudine seculari. Num cum obseruatione aderit dies ille? Non, sed inopinatus & repentinus aderit, clàm sicut laqueus apprehendens eos qui nõ attendunt. Fortassis autem quis curiosius scrutabitur dictionem hanc, Sedentes super faciem omnis terræ. Hos enim illaqueabit dies ille, qui in ocio & absque solicitudine versantur. illi enim sunt qui sedent, & qui illaqueantur. At qui operantur & actiui sunt, & sobrij in operatione boni, seruntúrq; in omne bonũ, non sedent neque quiescunt super terram, sed surgunt hic, & dicunt sibi, Surge & ambula, quia non est tibi F hic requies. & patriam meliorẽ inquirunt. Hisce nõ erit dies ille laqueus, sed dies festinus. idcirco oportet vigilare, & orare deum, vt possimus effugere futura omnia. Qualia? Fortassis tempestates, & fames, & pestilentias, atq; alia quę electos non ità prement: fortassis item mala quę peccatoribus perpetuo superuentura: quę aliter nõ possumus effugere, q̃ vigilantia & oratione. Quoniam autem nõ sufficit fugere malũ, sed opus est etiam bono quopiam: positq̃ dixit, vt possitis effugere omnia hęc ventura, addidit, Et stare coram filio hominis, quod est fruitio bonorũ. Oportet igitur Christianũ nõ solũ fugere aspera, sed & curare vt gloriã accipiat. Angelica enim Matt. 18. dignitas est stare corã filio hominis & deo nostro. Angeli sanè semper videt faciẽ patris mei. *Docebat autem in templo: noctu uero exiens diuersabatur in mõte qui uocatur oliuarum.*

Et omnis

Fides in Christum defecturæ non est.

Et omnis populus diluculo ueniebat ad eum, ut in templo audiret eũ. A

Occultarunt Euangelistæ multa quæ docuit, & maximè tres: Iohannes autem & ipse multa silentio prætériit, verũtamen sublimiores quàm tres alii doctrinas exposuit. Igitur his qui congregabantur in templo, multa & sublimia dissere bat, ut coniectare licet. Nam pauca dixerunt Euangelistæ, neque ostendere voluerunt, & manifestum quidem est aliũ de multis ex locis, & ex hoc non parum diuinare possumus, quum domin⁹ ferme per triduum prædicarit, scripsisse illos paucas doctrinas, quas intra diem vnum si quis dixerit dici posse, non reprehẽdendus fuerit. Ex multis igitur pauca nobis scripserunt sancti euangelistæ, gustum quendam dulcedinis præbentes. Differebat autem non vnius generis, sed vnicuique idoneum sermonem referebat, ideo & turba diluculo B veniebat ad eum. Gratia enim effluebat ex labiis eius. Nocte vero secedebat ad montem, monstrans nobis quod oporteat nocte quidem per quietem colloqui cum deo, die autem morem gerere, & prodesse hominibus, & congregare quidẽ nocte, die autem distribuere congregata. Ipse autem non habebat opus oratione, vel conuersatione cum deo. Non enim erat ad quem se cõferre poterat, quum ipse esset deus. Nobis autem hæc ad figuram prætulit: vt apud fluenta nocte quidem accipiamus orationis fluxum ex spiritualibus venis, die autem effundamus hausta his qui opus habent. At si quis vidisset populum ita mane ad audiendum confluentem, diceret congruere ei illud Dauidis, Deus deus meus, ad te de lu- Psal. 62. ce vigilo. Sitiuit in te anima mea. C

Pauca ex multis ferè pferũt euãgelistæ

CAPVT XXII.

I Nstabat autem dies festus azymorum quĩ dicitur pascha, & quærebant principes sacerdotum & scribæ quomodo Iesum interficerẽt. Timebant enim plebẽ. Intrauit aũt Satanas in Iudã cui cognomen erat Iscariotes, qui erat è numero duodecim, abiitque, & loquut⁹ est cũ principibus sacerdotũ, ac ducibus, quẽadmodum illũ traderet eis. Et gauisi sunt, ac pacti sũt pecuniã illi se daturos. Et ille spopõdit: quærebatq; opportunitatẽ ut traderet illũ illis sine turba. Quærebat quidem illũ interimere scribæ, at quia tẽp⁹ paschæ instabat, & videbant sibi inde periculũ imminere à turba quæ cõgregabatur Mat. 26. Mar. 14.

G iiii maxime

D maxime propter diem festum, quærebant insidias, quomodo interfecto illo non periclitarentur. Intrauit autem Satanas in Iudam qui erat vnus è numero duodecim, eratque ex maxime familiaribus discipulis: vt nullus confidat in seipso, sed semper attendat vitæ suæ, vtpote grauem habens aduersariũ. Quidam autem sic intellexerunt, Qui erat è numero duodecim: numerum solum implebat vt apostata, nó vt apostolus, nec vt verus discipulus. Quomodo enim verus discipul⁹, qui furatur quæ in marsupium mittebãtur? Hic igitur, quum ingressus esset in eum Satanas, decreuit secum, & conspirauit cum quærentibus Iesum tradere. Hoc enim significat spopõdit, hoc est, perfectam promissionem & pactum fecit. Et quærebat opportunitatem quando inueniret illũ sine turba, hoc E est seorsim & solitarium, & ipsis traderet. Magistratus autẽ loco hoc vocat præfectos ædificiis tẽpli, vel etiam censores, vt qui curarent ea quæ ad bonum ordinem seruandum pertinebant. Præfecerant enim Romani quosdam populo, vt ne turbaretur, quandoquidem seditiosi erant. Illos igitur vocat ἀρχιερεῖς, magistratus. Fortassis autẽ & militaria munera erebantur eis qui erant ex sacerdotali ordine, vnde magistratus & duces dicti. Ambitione enim laborantes & illa officia inuadebant: vnde eos magistratus & duces templi nominauit, manifestius forte taxans illos. *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat immolari pascha. Et misit Petrum ac Iohannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt edamus. At illi dixerunt ei, Vbi vis paremus? Et dixit ad eos, Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret homo quidam vas aquæ testaceum portans, sequimini* F *eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias ædium: Dicit tibi magister: Vbi est diuersorium, vbi pascha cũ discipulis meis edã? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum. ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha.* Quod phase hebraice pascha dicatur, & signet transitum ex Aegypto, sæpe dictum est: & in summa omnia quæ in festo fiunt, ita dicta: nunc autem quem nobis dicat diem azymorum, dicendum. Diem igitur azymorum dicit quintum, ad cuius vesperam pascha immolãdum erat. Igitur dominus forte quinto mane mittit discipulos, Petrum & Iohannem, & illum quidem vt diligentem, hunc vero vt dilectum. Mittit autem in alienam domum. Neque enim domum habebat vel ipse vel discipuli eius, alioquin in vna discipulorum domo manducasset

Romanorum magistratus ἀρχιερεῖς vocant.

casset pascha. Vides paupertatem? Mittit vero eos ad homi- A
nem incognitum, vt ostendat quod sponte susceperit passionem. Si enim voluisset, sicut mẽtem homini qui se nesciebat, dedit vt se susciperet: ita poterat & eum Iudæis quæ libuisset facere. Quidam autem dicunt quod propter hoc non dixit nomẽ hominis, nec manifestauit eum, sed signo quodam deduxit eos ad domum illius, propter proditorem, vt ignorato nomine non proderet domum pharisæis, qui venissent & comprehendissent eum priusquam cœnam perficeret, & spiritualia sua sacramenta traderet: idcirco infra Christus dicit, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum. hoc est, omnem operam adhibui vt lateat proditorẽ, ne ante tempus sustineamus passionem, priusquam traderem⁹ sacramenta. Expositionem hanc accipiat qui volet. Et cuius gra- B
tia pascha facit? Per omnia ostendit quod vsque ad extremũ anhelitum non sit contrarius legi. Atqui comedamus & nos hoc pascha spiritualiter. Et intelligamus dies azymorum omnem quæ in spirituali lumine est conuersationẽ, quæ nullam vetustatem primæ in Adam inobediẽtiæ habeat: in qua conuersatione si fuerimus, impinguandi sumus mysteriis Christi. Præparabunt itaque hæc sacramenta Petrus & Iohannes, actiua & contemplatiua, feruor zeli, & mansuetudo pacifica. Oportet enim fideles & feruidos esse bonum operando, & zelotas aduersus malitiam, & mansuetos erga male operantes. Odio enim habẽda malitia, non is qui male agit, cuius habenda est cura. infirmus enim est. Et hoc est male agere, a maligno vexari & facere malum. Quod si habue- C
rimus Petrum & Iohannem adornantes cœnam: vitam dico bonam, quæ est Petrus: & vera dogmata, quæ sunt Iohannes theologus: occurret illis præparatoribus homo: tunc inueniemus humanam conditionem vere formatam secũdum imaginem conditoris: vas aquæ figulinum gestantem. Aqua quidem spiritus gratia, vt Euangelista Iohãnes docet. Figulinum autem vas, cor, quod facile confringitur. nam qui spiritualem gratiam accipit, humilis est, & contritus corde. Humilibus enim dat dominus gratiam. Qui autem scit seipsum esse terram & cinerem, & dicit cum Iob, De terra me formasti, ille portat gratiam spiritus in vase cordis sui, quod facilè compungitur & conteritur. Et quũ assequuti fuerimus hanc conditionem, abeamus in domum mentis, cuius paterfamilias

Male agere quid sit.

Iohã. 7.

Iacob. 4.

Iob. 33.

Dlias monstrabit nobis cœnaculum stratum magnum. Cœnaculum autem est sublimis eiusmodi mentis capacitas, diuinorum, inquam, & spiritualium, in quibus habitat, & in quibus amice excipitur. Strata autē sunt hæc: nihil enim in eis asperum, sed & aspera in plana conuertuntur tali menti: sicut & Solomon dixit, Omnia plana intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam. Id autem peccatoribus non dixit: quia mens licet opus excellens faciat iuxta suam efficaciam agēs, strata tamen eius scientia est, & adhuc humiliora habet. Sublimis autem, & quæ vera scientia, & super omnem sublimitatem, ignoratio est, quæ mentem transcendit, quando nō iam mens operatur, sed operationem sentit, ac patitur. Oportet autem nos prius mente nostra operari, & deinde gratiæ dominicæ in nobis operationem sentiemus, quæ nos suscipiet sicut prophetas, & eos qui excessum patiuntur, & omni naturali operatione destituuntur. Denique dicitur assumptio domini in propheta huiusmodi fieri. Sicut igitur & in hoc cœnaculum stratum venit Iesus cum discipulis suis: & mysteria perficit: ita venit ad nos: etiam damnum nostrū & suā ostendit efficaciam: sed non expectat vt nos veniamus ad eū. Discipuli autem verbi dei sunt omnes sermones quos fecimus. Tunc igitur quū intellexerimus quod operetur in nobis verbum, dico implectionem, immo assuefacti fuerimus iungere sermonibus opera: tunc videbimus cœlos opera digitorū tuorum. *Et quum iam esset tempestiuum, accubuit, ac duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis, Desiderio desideraui hoc pascha comedere uobiscum antequam patiar. Dico enim uobis, posthac non edam ultrà ex eo, donec cōpleatur in regno dei. Et accepto poculo gratias egit, ac dixit, Accipite hoc, & diuidite inter uos. Dico enim uobis, quod nō bibam de fructu uitis, donec regnum dei ueniat. Et accepto pane, quū gratias egisset, fregit, ac dedit eis, dicēs, Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur. hoc facite in mei recordationem. Similiter & poculū postquam cœnauit, dicens, Hoc poculum nouum testamentum per sanguinem meum, qui pro uobis effundetur.* Pascha stantes comedebant, quomodo igitur dominꝰ recumbere dicitur? Dicūt itaque quod postquam comedit legale pascha, recubuerunt more vulgari comedentes alios quosdam cibos. Dicit autem ad discipulos, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, priusquam patiar: quasi diceret, hanc extremam cœnam meam vobiscum. idcirco & gratum ac desiderabile est.

Prou. 8.

Psal. 8.

Pascha cō ederunt.

nam

nam vltra vobiscum non sum conuiuaturus. sicut & peregre profecturi postrema colloquia cū maxime familiaribus suauiter miscent. Vel aliter, Desideraui hoc pascha manducare uobiscum, eo quod magna mysteria in hac vobis cœna sim traditurus, nempe ea que sunt noui testamenti. Significat autem per hæc, quod voluntarie patiatur. Poterat enim omnino secedere, sicut & aliis temporibus, quum sciret se passurū. Quod autem dicit, Non bibam illum, donec regnum dei veniat, quidam sanctorum intellexerunt, donec resurgam. Post resurrectionem enim conuersatus est cum discipulis, & comedit & bibit cum eis: sicut & Petrus ad Cornelium dicit, Qui comedimus & hibimus cum eo post resurrectionem. Quod autem regnum dei sit resurrectio, manifestum est. Resurrectio enim destruxit mortem: regnauit autem mors ab Adam vsque ad Christum. Tunc autem destructa, concessit dominō victoriam & regnum: quemadmodū dictum est, Vbi stimulus tuus ō mors? & Dauid, Dominus regnauit. Deinde interpretans quomodo regnauerit: decorem, inquit, indutus est, incorruptionem accipiente corpore, & decorato deitate, vt Esaias inquit: Hic formosus in stola, violentia cum fortitudine. Dominus quoque postquam resurrexit, inquit, Data est mihi omnis potestas. Quum enim venisset resurrectio, quam regnum dei nominauit, eo quòd mortem destruxit, iterum bibit cum discipulis, persuadens discipulis non iuxta apparentiam tantum resurrexisse. Quidam autem regnū putarunt futurum statum: bibere autem dominum nobiscum in futuro, pro reuelatione mysteriorum. Lætificans enim nos exhilaratur, & pascens pascitur misericors, & nostrum potū ac alimoniam, hoc est doctrinam, proprium cibū existimat. Bibit igitur hoc loco nouam quandam potionē cum dignis, reuelans eis semper noua quædam & insolita. ideo & Lucas videtur meminisse poculorum. Et semel quidem dicit, Accipite & diuidite inter vos: quod veteris testamēti figurā quis esse dixerit. Et iterum quod illum, postquam fregit panem & distribuit, ipse distribuit discipulis, quod & noui testamenti nominat, & suo sanguine dicit hoc innouari. In veteri enim, sanguis erat brutorum animalium, quum lex vigeret: nunc autem quum verbum dei homo factum est, sanguis nouum testamentum nobis obsignauit. Dicendo autem, quod pro vobis datur & effunditur, non pro solis

Apostolis

Tohan. 2.

Act. 10.

Quandiu durauerit regnum mortis.

Psal. 92.

Esai. 63.

Mat. 28.

D Apostolis signat corpus eius esse datũ,& sanguinem eius esse
effusum,sed pro humano genere. Quando igitur dicit,quod
Exod. 12. pro vobis datur,hoc est,pro nostro hominum genere. Vetus
enim pascha perficiebatur ob liberationem ex Aegypto, &
sanguis agni propter seruata primogenita:nouum autem pa-
scha propter remissionem peccatorum, & cognitionum san-
ctificatarum,& consecratarum deo. Primum autem panis, &
deinde poculum. Primum enim laboriosior actio & diffici-
lior. Sudores enim præcedunt virtutem. Quemadmodum igi-
tur panis,non solum in sudore faciei excolitur, sed & come-
dendo operosior est. Deinde post labores, lætitia diuinq gra-
Ebrietas tiæ,quæ signatur per poculum. Postquàm enim quis in virtu-
sancta. tibus diu grauiterque laborauerit, tandem dignus est donis,
Abacuc. 2 & inebriatur, laudata illa ebrietate qua excedit ex hoc mun-
E do, sicut Paulus & Dauid, & vt audentius quiddam dicam,
sicut & deus apud Habacuc. *Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et filius quidem hominis secundum quod definitum est uadit: uerumtamen uæ homini illi per quem proditur.*
Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quisnam esset ex ipsis qui hoc fa-
Matt. 20 *cturus esset. Facta est autem & contentio inter eos quis eorum uide-*
Marc. 10 *retur esse maior. Dixit autem eis, Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eas, benefici uocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior: & qui princeps est, si-*
cut qui ministrat. Nam uter maior est, qui accumbit, an qui ministrat?
Execatis *nonne qui accumbit? At ego in medio uestrum sum ut qui ministrat.*
miserius Nihil execeatis miserius est. Vide enim quid dominus dicat:
nihil. Ecce manus tradentis me,mecum est in mensa:& stupidus nõ
F sensit. Etenim dominus hæc dicit, non solum vt ostendat se
ignorare quod euenit,sed & vt nobis suam bonitatem, & pro
ditoris malitiam ostendat,qui non erubuerit secum conuiua-
ri. Nam non omisit sua facere, vt nobis exemplum daret vt
vsque in finem lapsos lucrari studeamus. Et filius quidem ho-
minis (inquit) vadit: non quasi non valeat se vindicare, sed
quia olim decreuerat mori in salutem hominum. Veruntamẽ
væ homini illi per quem traditur. Nã prædefinitum quidem
est vt patiatur: sed tu quare inuentus es malus, & ita ad pro-
ditionẽ paratus? Propterea tibi væ adiudicatũ est, quia inuẽ-
Gene. 3. tus es studens proditioni. Quia etiam serpens maledictus est
eò quòd seruiuit diaboli consilijs. Turbati sunt aũt discipuli
auditis his: & hoc latius disces in Euangelio Ioannis. Nũc
autem

autem non solum de suspicione proditionis tantum turban- A
tur,sed ex turbatione illa ad contentiones veniunt, conten- Ioh. 13.
dentes quis ex ipsis esset maximus. Inciderunt autem in hãc
litem quia verisimile est quòd inter se dixerint vnus alteri,tu
proditurus es,& alius alteri,tu proditurus es. Et inde eò per-
uenerunt vt dicerent, Ego sum melior, & ego sum maior, &
similia. Quid igitur dominus? Comprimit tumultum hunc
duobus exemplis. Vno gentilium, quos abominabantur:o- Christ' cõ
stendens quòd illis assimilandis sint,si sapiant similia. Alte- tẽtionẽ di
ro autem suo exẽplo. Eos enim ad humilitatem exemplo suo scipulorũ
ducit, ostendens quòd ipse ministret eis. Etenim tunc, sicut de prima
dictum est,panem suum & potum distribuit. Quũ igitur ego, tu duobus
quem omnis rationalis & angelica creatura adorant, in me- exẽplis cõ
dio vestri ministro: quomodo vos digni estis qui magna de primit.
vobis sentiatis,& primas partes capiatis? Videtur autem mihi B
non obiter huius recubitus & ministerij meminisse,sed redu-
cere eis in memoriã, Quia de vno pane comedistis & vno cali
ce bibistis,amicos & vnanimes vna mensa fecerit:quare ergo
sapitis quę tales nõ decẽt? Et neq; ego vni quidẽ seruiui,alte-
ri aũt nõ seruiui,sed õnibus vobis. Omnes igitur vnũ & idem
sentiatis. Tu autẽ in his õnibus intelligas q̃ discipuli adhuc
imperfecti fuerint, sed vide quomodo & postea resulserint. Mani-
Confundantur Manichæi, qui dicunt quosdã natura esse in- chæi.
dociles, & impossibilem esse vitæ mutationem. *Vos autem*
estis qui permansistis mecũ in tẽtationibus meis: & ego dispono uobis,
sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super
mensam meam in regno meo, & sedeatis super duodecim thronos: iu C
dicantes duodecim tribus Israel. Ait autem dominus, Simon Simon,
ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: sed ego rogaui
pro te, ne deficiat fides tua. Et tu aliquãdo conuersus cõfirma fratres
tuos. At ille dixit ei, Domine tecum paratus sum & in carcerem & in
mortem ire. At ille dixit, Dico tibi Petre, nõ canet hodie gallus priu-
quàm ter abneges nosse me. Postquàm dixit traditori væ,& in
medio docuit eos humiles esse,sicut traditori vę adiudicauit,
ita è diuerso inquit, Vos estis qui mansistis mecum in tenta-
tionibus,ideo & mercedem vobis dispono, hoc est, paciscor
vobiscũ,vt quum pater meus disposuerit mihi, hoc est,segre-
gauerit mihi regnum, vt edatis & bibatis super mẽsam meã.
Comedere autem & bibere dixit, non quasi edulia illic sint
posita,que quasi sensibile quoddã regnum sit. Ipse enim per
ea quæ

D ea quæ Sadducæis locutus est, docet quòd conuersatio quæ
Supra. 20 illic, angelica sit, & Paulus docet regnum dei non esse ci-
Rom. 14 bum & potum. Ne quis igitur ertet audiens hic, edatis & bibatis super mensam: sed cogitet quod dictum sit, ex metaphora eorum qui à regibus honorantur. Nam qui cum regibus cœnant, videntur primos honores sortiri. Hoc igitur & de Apostolis dicit, quod apud se omnibus aliis præferantur. At vbi thronos & sedes audieris: non thronos intellige, sed
Cuius sit sedere, cuius stare. gloriam & honorem. Non enim creaturę est sedere, sed sanctæ trinitatis: increati & regis omnium dei: creaturæ autem tanquam ancillæ est stare, idque quum corporaliter dicimus sedere & stare. Iudicantes vero, hoc est condemnãtes eos qui ex duodecim tribubus sunt increduli futuri. Non parua autẽ
E condemnatio fuerit, quòd Apostoli qui etiam ipsi ex Israëlitis erant, crediderunt, & alij non crediderunt. Itaq; quia proditori væ adiudicatum est, illorum autem qui permanserunt in amore erga illum, tantum prædixit fore honorem, vt ne extollantur quasi magnum quiddam fecissent, & permansissent in charitate, ac non prodidissent: Satanas vos, inquit, petiuit cribrare, hoc est, turbare, nocere, tentare. Sed ego rogaui. Ne existimetis (inquit) quòd vestrum sit totum hoc bonũ opus. Diabolus enim valde vrget, si possit vos ab amore mei depellere, & ostendere proditores. Ad Petrum autem verba hęc dirigit, qui reliquis audacior erat, & probabile est superbisse in iis quæ à Christo promissa erant: ideirco & reprimit eum, dicens: Satane quidem fuit multum studium cõtra vos,
F ego autem orani pro te. Et hoc humano more dicebat. Nam vt deus, non opus habebat orare aliquem. Rogaui igitur, dicit, vt non deficiat fides tua. quanuis enim breui tempore concutiendus sis, habes tamen recondita semina fidei, vt etiam si folia abiecerit spiritus inuadentis, radix tamen viuet, & non deficiet fides tua. Tu vero conuersus confirma fratres tuos. Planus huius intellectus is est. Quia te habeo vt principem discipulorum, postquàm negato me fleueris, & ad pœnitentiã veneris, confirma cęteros: Hoc enim te decet, qui post me Ecclesiæ petra es fundamẽtum. Intellexerit autem quis non solum de Apostolis dictum quòd confirmati fuerint à Petro, sed de omnibus qui vsque ad consummationem seculi futuri sunt fideles, Tu enim Petre conuersus, bonum ex-
Petr⁹ pæ emplum pœnitentiæ cteris omnibus, vt nullus credentium in te respi-

in te respiciens desperet: qui quum Apostolus fueris, & ne- A
gaueris. iterum tamen receperis primatum omninm, & præ- *nitentiæ*
fecturam orbis per pœnitentiam. Rogauit itaque Satan cri- *exẽplũ o-*
brare & nocere, sicut cribratur triticum purum, vtpote inui- *mnibus.*
dens amori tuo in me, sicut ei mos est. Nam sic etiam Iob Cap. 4.
inuasit. Verum ego non omnino te derelinquam vt deficiat in vniuersum fides tua. Quanuis autem ego rogauerim pro te, attamen tu ne recideris, sed conuersus, hoc est pœnitentiam agens, & lachrymas profundens, & à negatione resiliens, esto etiam aliis pœnitentiæ exemplar, ne desperent. Quid igitur Petrus? Multa charitas animosum eum reddidit, vt polliceatur quæ sibi tunc impossibilia. Dominus autem vbi vidit eum temeraria loqui (oportebat enim semel audita veritate, quæ ei dicebat quòd tentandus esset, non reluctari) manifestat ei tentationis speciem, nempe negociationem. Hoc autem loco discimus magnam doctrinam, quòd non sufficiat propositum hominis absq; subsidio dei: quemadmodum & Petrus parum derelictus, tametsi charitatem ac feruorem habere videretur, vbi reliquit eum deus, supplantatus est ab inimico. Et iterum non sufficit dei subsidium, si non affuerit & humanum propositum: quemadmodum & Iudæ nihil profuit quanuis omnia faceret dominus vt lucrifaceret eum, quum abesset ei bona voluntas. Horreamus autem considerantes quantum contra remissos valeant insidiæ diaboli. Ecce enim & hoc loco Petrus quanuis à deo conseruaretur, quia paruo tempore per dispensationem derelictus est, eò peruenit vt negaret: & nisi à deo parua quædam custodita fuissent quæ in illo recondita erant semina, quid non passus fuisset? Eò enim spectabat diabolus, vt & ipsum ad proditionem intruderet. Cibus enim diaboli (in- Psa. 36.
quit Propheta) electi. Deo autem sit gratia, qui non derelinquit sanctos & iustos, & bonos corde: qualis erat Petrus, valde amans, & alienus à malis erga magistrum suspicionibus. *Et dixit eis, Quando misi uos sine sacculo & pera & calceamentis, num quid defuit uobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter peram: & qui non habet, uendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim uobis, quoniam adhuc quod scriptum est, oportet perficiri in me, Et* Esa. 53.
cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent.

At illi

D At illi dixerũt, Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis, Satis est.
In principio quidem prædicationis mittens discipulos domi-
Mat. 10. nus in castella & ciuitates, absque necessariis dimisit, neque
Supra. 10 dedit quibus habebant opus, neque curam gerere volebat, &
in his oportebat discere eius virtutem. Illorum enim curam
habens tanquàm infirmorum, faciebat eis omnia necessaria
affluere abunde citra ipsorum curam. Nunc autem contraria
præcipit, non contrarius sibiipsi, sed ostendens eis quòd usq;
ad hoc tempus tanquàm paruulos gestarit, & non fecerit eos
de quoquàm solicitos. Nunc autem opus est eis vt curent ea
quæ vitorum sunt, & prouideant sibiipsis. Ego enim (inquit)
pater vester, vestri curam gerens iam abeo. Ex hoc tempore
parati estote, & ipsi rerum propriarum curam gerite, & no-
E lite omnem curã in me reiicere. Opera enim vestra non erũt
tam facilia, & à labore aliena: sed obnoxii eritis fami & siti,
& multis aduersis. Hæc enim insinuantur per sacculum & pe
Quid per tam, ac gladium. Proinde ne sitis ignaui: quia famem exper-
sacculũ pe turi estis, & opus habeatis eduliis, quæ per peram significat.
rã, & gla Et virtiles estote, quia in multa aduersa incidetis: quod per
dium insi- gladium indicat. Hæc autem dixit, non vt omnino gladiis
nuetur. sint accincti, sed (vt dixi) significans bella & pericula, & do-
cens vt ad omnia præparati sint. Nam ne existiment poste-
riores quòd Apostoli à se nihil ad virtutem contulerint, sed
totum dei fuerit: non hoc erit (inquit) sic. neque enim apostо
lis meis vti volo vt instrumentis inanimatis. Denique inue-
nies Apostolos, & maxime Paulum, multa etiam ex humanis
F industriis recte facere (lege acta) quanuis & in his non absue
rit diuinum subsidium. Interea autem & Apostolis accedit vti-
litas, ne fastu inflentur ex hoc. Si enim ipsi nihil curassent,
& à deo omnia facti fuissent, inflati fuissent, quasi maius
quiddã super vires humanas sortiti. Et alioquin naturæ igna
uia & corruptione nihil à se excogitabant, sed omnia expe-
ctabant à verbo, propterea dicit eis, ex hoc tẽpore & peras ge
state, hoc est, sic affecti estote, & curã habete, vt esuriem ha-
bituri. Et gladium emite: quod est, sic prouidete vobisipsis,
tanquàm hi qui in bella & prælia multa incident. Et aliter
expositerunt quidam, Emite gladium. Significat enim breui
tantas futuras incidias, quales nũquàm fuerunt, & quòd in-
uasuri sint illos viri sanguinarii. Nam quia illi prius inter se
de primatu contenderant, Non est (inquit) tempus ambitio
nis, sed

nis, sed periculorũ & cædium. nam & ego magister vester ad A
mortem abducor, neq; ad gloriosam mortẽ. Verũtamen im-
plebitur in me, Cum iniquis deputatus est. Insidias igitur la-
trocinatorias significaturus, meminit gladij: & neque omni-
no reuelauit, vt ne metu quodam terreantur: neque omnino
siluit, vt ne repentinis insidiis confundantur: immò vt post
hæc recordantes admirentur eum tanquàm præscientem, &
stupescant quomodo seipsum pro salute hominum ad mor-
tem tradiderit, & propterea etiam ipsi nihil molestum sub-
terfugiant vt saluentur aliquo. Hæc enim opinor ænigmati-
ce propterea dicebat, vt postea recordantes & intelligentes,
vtilitatem caperent: quoniam tunc adeo insipientes erant,
vt dicerent, Domine, ecce hic gladij duo. at ipse quia vidit
eos non intellexisse, inquit, Satis est. Tametsi nequaquàm B
sufficissent: si humano auxilio contra homicidas illos vti o-
portuisset: neque centum gladii sufficissent. si autem hoc
noluisset. & diuiniore subsidio opus erat. superflui fuissent
& duo: veruntamen dominus noluit eos arguere, vtpote
nihil intelligentes: sed dixit, satis est, ac processit. Sic Mos-
igitur etiam nos quando cum quodam conuersantes vide- quẽtiũ nõ
mus eum non intellexisse quod diximus, Dicimus, Be- intelligẽ-
ne, dimitte: quanuis non sit bonum. sed ne conturbe- tibus.
mus, remittimus. Facit autem hoc dominus, quando videt
discipulos non intelligere dictum: transit, & euentum re- Iohan. 2.
rum permittit explicare dictorum intelligentiam, sicut &
quando dixit: Soluite templum hoc. Nam postea cognoue-
runt hoc discipuli eius post resurrectionem. Quidam autem C
per ironiam dixerũt dictum à Christo, Satis est. Nam quum
dixissent discipuli, Ecce duo gladij hic, dominus ironice
(aiunt) dixit: Quia duo sunt, omnino multi sunt, & suffi-
ciunt nobis contra multitudinem quæ venit super nos. Et
egressus ibat (ut erat solitus) in montem olivarum: secuti sunt autem Matt. 26
illum & discipuli. Et quum peruenisset ad locum, dixit illis: Ora- Mar. 14.
te, ne intretis in tentationem. Et ipse auulsus est ab eis ferme ad ia- Iohan. 18
ctum lapidis, positisque genibus orabat, dicens: Pater, si uis, trans-
fer poculum hoc a me: ueruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat.
Apparuit autem illi angelus de cælo confortans eum: & correptus
labore prolixius orabat. Et erat sudor eius sicut guttæ sanguinis de-
currentis in terrã. Et quum surrexisset a deprecatione, uenisset que
ad discipulos suos, reperit eos dormiẽtes præ mœstitudine, & ait illis,

D *Quid dormitis? Surgite, & orate ne intretis in tentationem.* Post cœnam non desidia & ludi & somnus dominum excipiebant, sed docebat & orabat, propter nos hæc figurans & demonstrans. Væ igitur iis qui post cœnam fœdis scortationibus vacant. Secedit autem in montem olivarum postquam talia docuisset discipulos, vt oraret. consueuerat enim seorsum hoc facere. ideireo & à discipulis auellitur. Non omnes discipulos, sed tres tantum assumit, qui & gloriæ suæ in montem spectatores fuerant. Quia enim & in agone oraturus erat: vt ne videatur formidinis esse indicium, propterea assumit eos qui diuinæ gloriæ & superni testimonij spectatores & auditores fuerant, vt quum viderint laborantem, hoc humanæ naturæ esse dicant. Vt enim crederetur verus homo esse, naturæ quod suum erat facere permisit, & vitam appetit etiam ipse vt homo, præcaturque vt transeat calix. Nam vitæ amans est homo. Quo confutantur hæreses quæ dicunt phantasticum fuisse hominem. Etenim quū hæc facta sint, & habuerūt vnde eiusmodi nugarentur: quid non facturi erant si non fuissent hæc facta? Porrò velle quòd transeat calix, humanum erat. Statim autem dicendo, Verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua ostendit quòd etiā nos sic oporteat affectos esse, & philosophari, diuinæque voluntati cedere, & non parere naturæ se opponenti. Non voluntas mea humana fiat, sed tua, eò quòd tua voluntas non est à mea diuina voluntate separata. Duas enim naturas habens vnus Christus, habuit & naturales voluntates vel volitiones, diuinam ac humanam. Voluit itaque humana natura viuere, naturale enim est. Deinde sequens diuinam voluntatem, quæ volebat vt omnes homines saluarentur, & erat communis patri & filio ac spiritui sancto, mortem suscepit: & sic vnū factum est volitum, hoc est, salutaris mors. Quod enim ab humana natura fuerit orare, quæ iuxta permissionē patiebatur communem affectionem qua amamus vitam, & non à diuinitate, sicut dicunt maledicti Ariani, manifestū est ex hoc, quòd sudauit, idque cum tanta anxietate, vt planè hæc fuerit & parœmia, eò q̄ sanguinei riui ex eo ceciderit. Parœmia enī est in his qui valde laborant, ita vt sanguinē sudēt: sicut & in his qui amare flēt, dicimus q̄ sanguinē fleant. Hoc igitur voluit manifestare Euāgelista, q̄ nō tenuib⁹ quibusdā indiciis. & ostētationis gratia apparētibus, sed fluentē fortiter sudori stillauerit,

Væ scortatoribus.

E

F

Ariani.

Sudare ac flere sanguinem, παροιμία

stillauerit, & collegerit secū riuos sanguinis. Hic igitur manifestum, q̄ natura illa quæ sudabat, & in agone erat, humana enim ista fuit, non diuina: quia & humana natura permissa est hęc pati, & sic passa est. Sed simul interim ostēdit, quòd non phantasticus fuerit homo. Interim & magis mysticum quiddam docet, quòd & communem humanæ naturæ formidinem fauet, quia in seipsum illam sumpsit, diuinæque voluntati fecit obedientem. Quippe q̄ egrediebantur è corpore sudores & decidebāt, videtur significare q̄ exurat & abstergat & à nobis cadere faciat fontes formidinis, natura nostra in Christo. Dico igitur quòd quia humanā nostrā formidinem curare voluit: si valde timidus & ignauus fuisset, nō vtiq; sic sudasset. Visus est autē ei angelus cōfortans eum, idq; ad nostram consolationem, vt orationis virtutē discamus, eò quòd cōfortet. Quumq; didicerimus, eā in grauibus periculis præmittamus. Interea etiā implentur ea quæ dicta à Mose in magno cantico, Et cōfortent eū omnes filij dei. Nōnulli autē sic dictum explicarūt curiosius, quia apparuit ei angelus glorificans eū, & dicēs. Tua est dñe fortitudo. tu enim pręualuisti cōtra mortē, & cōtra infernū, & liberasti genus humanū. Et hæc quidē sic se habent. Ipse autē quum inueniret discipulos dormiētes, exprobrat simul & adhortatur vt orēt in tētationibus, ne forte ab illis vincantur. Hoc enim significat non intrare in tentationem, hoc est, non absorberi à tentatione, neque in illius potestate fieri. Vel etiam simpliciter iubet nos orare vt nostra sint serena, & ne in difficultatē quandam incidamus. Dæmoniacum enim est, & arrogantiæ plenum, in pericula semetipsum iniicere. Quomodo igitur dicit Iacob⁹, Omne gaudium existimate fratres quum incideritis in tētationes? Et quid hoc? Nō enim nos cōtraria dicimus. Ecce eñ & Iacobus nō dixit, Iniicite vosipsos: sed: quum incideritis, ne collabamini: & omne gaudium existimetis: & quod non erat volitum, facite volitum. Melius quidem fuerat si non venissent verū quū venerint, quæ vtilitas fuerit inutili mœrore cōficī? Ostēde igitur mihi vbi expresse præcipiatur orādū vt cadas in tētationem? Verū non poteris. Cęterum scio duplex genus esse tentationū, & q̄ quidā intelligūt, ne ingrediamur in tētationē, hoc est, in eā qua anima nostra vincitur, scilicet in tentationem libidinis vel iræ, Omne autē gaudium existimandū, quū in corporalē afflictionē & tētationē incidimus.

A

Nō intrare in tētationē, quid significet.

C

Iacobi. 1.

Duplex genus tentationum.

D Quanto enim externus homo corrumpitur, tanto & internus renouatur. Scio quidem hæc, sed veriora arbitror quæ presenti scopo viciniora sunt. *Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & qui uocabatur Iudas, unus e duodecim, anteceebat eos, & appropinquauit Iesu, ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi, Iuda, osculo filium hominis prodis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurũ erat, dixerũt ei, Domine, percutiemus ne gladio? Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus ait, Sinite huc usque. & quum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui uenerant ad se, principes sacerdotum, ac magistratus templi & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladiis ac fustibus. quum quotidie uobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed*

E *hæc est hora illa uestra, & potestas tenebrarum.* Osculum Iudas dedit, quod his qui inuadebant, signum esset. at non à longe monstrauit, vt non deciperentur nocte: quia & cum facibus & lucernis aduenerant. ne latere posset Iesus. Quid igitur dominus? Accedit ad hostile illud osculum: fulmina autem tam dolosum & ingratum subitò extinguere neglexerunt, docente nos saluatore per illa patientiam. Reprehendit autem solum Iudam, Osculo prodis? Non erubescis hoc proditionis signum? Misces amico amplexui inimici opus proditionem? Sed & quem prodis? Filium hominis, hoc est, mansuetum, lenem, morigerum, propter te factum hominem, quum deus sit. Hæc dicebat, vique sub extremam horam fouens illum: & idcirco non prosecutus est

F conuitiis, neque dixit, O inhumane & ingratissime, sed, Iuda, proprio eum nomine compellans. neque grauius simul arguisset, nisi & hoc ei cessisset in melius, si quidem voluisset. Etenim ne putaret esse occultum, sed notum domino, & vel tunc ante omnia scientem procumberet & pœniteret, hoc fecit, & vilius est eum confundere. Et sciebat quidem illum inemendabilem, faciebat tamen interim quod suum, quemadmodum & pater eius in veteri faciebat. sciens enim Iudæos non audituros, mittebat prophetas. Interea & nos idem docet, vt ne correcturi lapsos, multum affligamur. Porro discipuli zelo flagrantes, etiam gladios eximunt. Vnde autem illos habebant? Agnum immolarant, & à mensa exierant. At arguitur Petrus, qui præter scopum domini zelo vrebatur, Alij etenim interrogant, num percutiemus?

tiemus? Ipse autem non expectat præceptum. ita semper feruebat pro magistro. Percutit autem seruum pontificis, & amputat aurem eius dextram. Neque hoc fortuito contigit, sed signum hoc erat, pontifices qui tunc erant, omnes futuros seruos & perdituros auriculam dextram. Etenim si Moysen audiuissent, dominum gloriæ nunquam crucifixissent. Verum Iesus auriculam restituit. Decet enim virtutem verbi sanare inobedientes, & apponere eis auriculam vt audiant. Iesus itaque manifestum miraculum facit, & auriculam sanans, miraculo patientiam suam ostendens, & per miraculum inducens eos vt ab insania absistant. Dicit autem ad principes sacerdotum, & ad magistratus templi, qui & ædiles dicebantur: qui constituti erant ad exquirenda ea quæ ad templi vsum exigebantur, vel qui præfecti erant ædificio & cõstructioni templi. Ad hos igitur dicit, Quotidie vobiscum docebam in templo, & noluistis me comprehendere, & nunc quasi latrones inuaditis: sed reuera noctis attentatis opera, & potestas vestra tenebrarum est: atque idcirco hanc horam obseruatis, quæ conuenit vobis & operi, quia me inuaditis. *Comprehensum autem eum duxerunt, & induxerunt in domum principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur eminus. Quum autem accendissent ignem in medio aulæ, atque una consedissent, sedit & Petrus inter illos. Quem cum uidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, defixis in illum oculis dixit, Et hic cum illo erat. At ille abnegauit eũ, dicens, mulier, nõ noui illũ. Et post pusillũ alius uidẽs eum dixit, Et tu de illis es. Petrus uero ait, Homo non sum. Et interuallo intercesso fere horæ uniut alius quidam affirmabat dicens, Vere & hic cum illo erat. nam & Galilæus est. Et ait Petrus. Homo, nescio quid dicas. Et continuo adhuc illo loquente cecinit gallus. Et cõuersus dominus intuitus est Petrum, & recordatus est Petrus uerbi domini, quomodo dixerat ipse, priusquàm gallus cecinerit, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare.* Infirmus fuit Petrus iuxta prædictionem, & negauit dominum non semel, sed ter, & cum iuramento fecit negationem. Dicit enim Matthæus, quòd cœpe- Cap. 26.
rit detestari & iurare quòd nesciebat hominem. In tantũ malum metu correptus, & parum à domino derelictus propter temeritatem peruenit, vt doceatur quòd ad dandam aliis veniã & ipse facilis sit. Pertinacior enim erat: & nisi sic fuisset correctus, aliis veniam non dedisset, manens in sua morositate. Porro nunc vsqueadeo metu confusus est, vt ruinam non

 sensisset,

D sensisset, nisi dominus respexisset eum. O bonitatem. Etiam quum negaretur, nō neglexit discipuli salutem. Meritò enim & negatio ista propter salutem hominum nonnihil eum afligebat. Itaque negauit quidem primum discipulus: deinde gallus cecinit: & iterum negauit, vsque dum tertiò negasset, Marc. 14 & tūc secūdò iterū cecinit. Sic enim Marcus scripsit manifestius & euidētius, quasi à Petro edoct⁹. illius enim discipulus erat. Proinde dictum à Marco, Lucas per transcursum dixit, non exactiori sermone: nec est contrarium ei quod dicit Lucas, quod à Marco dictum. Nam gallus solet & bis & ter canere singulis motibus. Quippe vsqueadeo Petrus ab humana infirmitate grauatus est, vt neque galli cantum sentiret, sed postquàm gallus cecinit, iterum atque iterum negauit, donec E Iesus benignè suo vultu ipsum recordari faceret sui dicti. Et egressus foras, fleuit amare. Nam & egressus est quum primum negasset, vt Marcus inquit. Deinde probabile illum iterum ingressum, ne daret suspicionem quòd familiaris esset Iesu. Et iterum quum recordatus esset, exit & flet amarè. vt no videretur ab his qui in atrio erant, exit occultans se ab illis. Quidam autem nescio quàm stultam pro Petro defensionem

Insipiēter quidā Petrum excusant.

fingunt, dicentes audacter quòd non negauerit Petrus, sed dixerit, Nescio hominem, hoc est, nescio purum hominem, sed deum hominem factum. Horum autem insipiens argumentum aliis relinquamus. Mendacem enim faciunt dominum, & aduersantur contextui Euangelij, nulloque modo facere poterunt vt cohæreat consequentia narrationis. sed & F Petrus quare fleuit, si non negauit? *Et viri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cædentes. Et quum circumtexissent eum, percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum dicentes, Vaticinare, quis est ille qui te percussit? Et alia multa conuitiantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes. Num tu es ille Christus? dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero, non credetis: quòd si etiā interrogauero, nō respondebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc tempore erit filius hominis sedēs a dexteris virtutis dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius dei? Qui ait, Vos dicitis me esse. At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.* Conuitiatores quidam intemperantes fuere qui hæc Iesu inferebant. Oportebat enim interim & diabolum nullam malitiæ speciem relinquere, sed omnia effundere,

effundere, vt in omnibus natura nostra inuicta sancta, vince- A ret ac turbaret eum. Etenim quia propter hoc naturam nostram susceepit dominus, vt roboraret eam contra omnes diaboli artes, & ostendat quòd si ab initio sobrius fuisset Adam, neutiquam esset victus: ideo omnes species diabolicæ malitię quæ in eum fundebātur, sustinebat, vt nos qui sequimur eum, confidamus quòd in Christo natura nostra vicerit, & ne formidemus ad vllum opprobrium vel triste. Idcirco & percutitur, & illuditur: prophetarumque ipse dominus, quasi pseudo propheta irridetur. Nā vaticinare nobis, quis est qui te percussit? eò tendit. vt illum subsannarent, & dicerent impostorem, qui seipsum prophetam fecisset. Et vt factus est dies (nocte enim ab ebriis ministris illusus & blasphematus est) seniores & dignitate præstantiores interrogant eum, num ipse B sit Christus. At ipse cogitationes eorum sciens, & quòd operibus nō credidissent ad persuadendū efficacioribus, & quomodo ergo verbis suis crederent? inquit, Si dixero vobis, non credetis. Si enim credideretis verbis meis, quid opus erat cōcilio? Sin interrogauero, non me absoluetis. Sæpius enim antea *Marci. 11* interrogati siluerunt, vt de baptismate Iohannis, & de hoc di *Mat. 21.* cto prophetæ, Dixit dominus domino meo: & de muliere incuruata. Vbi igitur me audito credidistis? Quādo autem in- *Luc. 13* terrogati non siluistis? Propterea hoc dico, quòd ex hoc tempore non est tempus sermonum & doctrinæ de hoc, quis sim. Si enim voluisseris, cognitus essem vobis ex signis & miraculis. Iudicij autem tempus est ex hoc tempore. Videbitis igitur filium hominis sedentem à dextris virtutis dei. At illi his C auditis maiori rabie concitati, perinde ac insani interrogāt, Tu igitur es filius dei? Verum ipse medio quodammodo & ironice respondet, vos hoc dicitis, quòd ego sim. Etenim despiciebat insaniam eorum, & ambiguè eis loquebatur. Hinc autem manifestum quòd inobedientes nullam vtilitatē percipiunt quum eis reuelantur mysteria, sed maiorem condemnationem accipiunt. Ideo illis occultanda sunt. nam hoc maioris est misericordiæ.

D

CAPVT XXIII.

Matt. 27 Marci. 15 Iohan. 18 & 19.

T surgens uniuersa multitudo eorum duxit illũ ad Pilatum. Cœperunt autem illũ accusare dicentes, Hunc deprehendimus euertentem gentem, ac uetantem tributa dari Cæsari, dicentem se Christum regem esse.

E

Pilatus autem interrogauit eum, dicẽs, Tu es ille rex Iudæorum? At ille respondens illi, ait, Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotũ & turbas, Nihil inuenio noxæ in hoc homine. At illi inualescebãt dicentes, Cõmouet populũ docens per uniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa usque ad hãc locũ. Manifeste veritati aduersantur. Vbi enim prohibuit Iesus tributa dari, qui vt debita potius reddi præcepit, sic dicẽs, Reddite Cęsari quę Cęsaris sunt? Quomodo autẽ cõmouet turbãs nunquid vt regna

Matt. 22 Supra. 20 Iohan. 6.

inuadens? Sed incredibile hoc omnibus. nam quũ agnouisset quòd populus vellet ipsum regem facere, secessit: vnde & Pilatus deprehendens illorum sycophantiam, fatetur, Nullam inuenio noxam in homine hoc. Videtur autem mihi ista interrogatione quam facit erga Christum, ridere calumniam. Subsannat enim regem, dicens, Tu es rex Iudæorum? Quasi sic dicat, Tu qui tam pauper, tam vilis, tam destitutus auxilio, tam nudus es, accusaris regnum ambire? Hoc autem deridentium est (vt diximus) ita accusare Iesum, fingendo talem rem attentari ab homine tam nudo atque vili, ad quam tot diuitiis atque præsidiis opus est. Verùm hi quum nihil aliud haberent ad sycophantiam confirmandam, clamoris v-

F

tuntur auxilio, & clamauerunt contra deum verbum. Commouet enim, inquiunt, hoc est, seditiosum facit populum: & non in vna parte, sed à Galilæa incepit, & peruenit huc vsque, per mediam Galilæam transiens. Non simpliciter autem mihi videntur meminisse Galilææ, sed in terrorem Pila-

Afluum. Galilæi semper seditiosi.

ti. Nam Galilæi semper seditiosi, rerúmque nouatores fuere, qualis erat & Iudas Galilæus, cuius recordari faciunt Pilatum, quasi ita dicentes, Cogita præses Iudam Galilæum, qui multum negocij fecit Romanis, facta non parua seditione populi. talis & hic est, quem oportet è medio tollere.

Pilatus autem audita mentione Galilææ, interrogauit num homo Galilæus esset: & ut cognouit quòd ad Herodis ditionem pertinet, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per tempus. Herodes autem uiso Iesu gauisus est ualde. Tenebatur enim multo iam tempore.

tempore cupiditate uidendi illũ, eo quòd audiret multa de eo, & sperabat se signum aliquod uisurum ab eo fieri. Interrogabat autem eũ multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribæ acriter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus suis: quumque illusisset, indutum uestę splendida remisit ad Pilatum: & facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes in eodem die. Nam antea simultas inter eos intercesserat. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus ac plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullum crimen inuenio in homine isto ex iis de quibus accusatis eum, sed neq; Herodes quidem: nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actũ est ei. emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis in festo unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba dicens, B *Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, qui propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidiũ, in carcerem conjectus erat. Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, uolens dimittere Iesum. At illi clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos, Quid enim mali fecit hic? Nullum crimẽ capitale comperio in eo. Castigatum ergo dimittam illum. At illi instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur, & inualescebant uoces eorum, ac summorum sacerdotũ. Et Pilatus adiudicauit ut fieret quod illi postulabãt. Dimisit autem illis eum qui propter seditionem & homicidium conjectus fuerat in carcerem, quem popoſcerunt: Iesum uerò tradidit arbitrio eorum. Et cũ abducerent, apprehenderunt Simonem quendã Cyrenensem, uenientem è rure: & imposuerunt illi crucem, ut portaret* C *post Iesum. Sequebatur autem illũ multa turba populi, & mulierũ quæ plangebant & lamentabantur eum.* Romanorũ legem sequens Pilatus, mittit dominũ ad Herodem. Illa enim cauet vt vnus quisque à principe suę regionis iudicetur. ideo & tanquã Galilæum Iesum mittit principi Galilææ. Herodes autẽ gaudebat, non vt animæ suę vtile quid lucraretur ex spectaculo Iesu: sed quia audierat de eo q̃ sapiẽs esset, & mira operaretur, habuit stultum desiderii, laborans curiositatis morbo etiam ipse vt videret alienum hominẽ, & audiret quid ille diceret. An non etiam hodie multi morbo illo laborãt? Desiderabat enim & ipse signum quoddam videre à Iesu, non vt crederet, sed vt oculos oblectaret: sicut in spectaculis videmus præstigiatores apparere qui deuorent serpentes & gladios, ac similia. Talẽ enim ferme Iesum esse putabat. Et interrogabat eũ sermo-

Quare Herodes Iesum uisus sit.

sermo-

Universidad de Deusto Biblioteca

D sermonibus multis,& illudẽtis more tractabat,totúmq; subsannabat.ideo & Iesus nihil respõdit. Scluit enim quando respondendum,omniáq; ratione fecit, & testimonium accepit
Psal.111. à Dauid qp dispẽset sermones suos in iudicio. Quid enim respondendum illi qui non interrogat vt discat? Quid itẽ margaritæ mittendæ ante porcos? Immo maioris, quemadmodũ supra diximus: misericordiæ est tacere inter tales. Sermo enim dictus cui nihil prodest, adhuc maioris cõdemnationis causa est ei si non attẽdat. Pilato sanè respondit, quoniam aliquanto prudentior erat Herode, etiamsi non admodum sapiens. Quum autem interrogasset ille, Tu es rex Iudæorum? quid dicit dominus? Tu dicis. Hoc autem medium quodammodo sensum habet. Potest enim intelligi: Vere ego sum, tu
E dixisti id quod est. & intelligi potest, ego non sum, tu autem dicis. Herodi autem prorsus nihil respondit, quandoquidem illusor erat. Et verè seminì malo, filiis iniquis, his qui tunc erant (inquam) Iudæis etiam exactores erant, opprimentes eos, & illusores dominabantur eis. Nam irrisoria mente & ridicula intentione Iesum videre concupiscebat, & signum ab eo spectare. Et hoc animo interrogauit eum, atque hoc tandem indicauit, illum contemptũ & irrisum dimittens: & non ipse solum, sed etiam omnis exercitus eius: qui præter cætera conuitia induit eum veste candida, remisitque ad Pilatũ. Tu autem vide quomodo per omnia quæ facit, diabolus est impedimento. Excitat enim opprobria & conuitia cõtra Christum, & inde veritas magis declaratur. Nam hisce irrisionibus manifestius testantur, quòd dominus non fuerit seditio-
F sus vel rebellis. Si enim talis fuisset, neutiquã hisce ludibriis illusissent, excitato tanto periculo, & seditione totius gentis, præsertim tam suspicacis, & tantum nouitate rerum gaudentis. Facti sunt autem amici Pilatus & Herodes. Herodi enim argumentum amicitiæ fuit & initium, quòd à Pilato ad se missus esset, quasi Pilatus non vindicet sibi aliqua priuilegia Herodis. Veruntamen vide q̃ discrepantia congreget diabolus, solum vt Christo mortem præparet. In vnam enim conspirationem copulat & conciliat inimicos. Non confundimur igitur nos, siquidem ille inimicos pacificat vt Christum occidat, nos propter salutem nostram neque amicos seruamus in officio: Postquam autẽ missus est Pilato (vide quomodo iterum refulgeat veritas.) Obtulistis mihi (inquit Pilatus)

latus) hominem hunc vt subuertentem populũ, & nihil mor A
te dignum in eo inuenio: sed neque Herodes. Vides duorum hominum, quorum alter præses, alter rex, testimonium omnino verum. Neque ego, inquit, neque rex Herodes inuenimus vllam causam in eo. Quid dicent ad hæc Iudæi? Iudices ipsi testantur quòd culpa careat homo, & vos accusantes nullum adducitis testimonium. Quibus credendum? Papæ, 3. Esdr. 5.
quomodo vincit veritas? Tacet Iesus, & testificantur pro eo inimici. Clamant Iudæi, & nemo adstipulatur eorum clamoribus. Mollior autem erat Pilatus, & minimè pro veritate constans. Timebat enim calumniam, ne accusaretur quòd rebellem absoluisset. Non enim didicit: Terrorem vestrum ne timeamus, sed dominus ipse erit timor. Castigatum, in- B
quit, dimittam, hoc est, emendatum per flagella. Necesse au- Esaiæ. 8.
tem habebant Romani per diem festum vnum dimittere Iudæis. Tale enim fœdus cum Iudæis inierant, vt liberum permitterent eis iuxta legitima & consueta sua viuere. Et mos patrius erat Iudæis, à principe iudicatos petere, sicut & à Saul petiuerunt Ionathan. Quòd si historiam ignoras, vade ad primum librum Regum, & eam inuenies. Clamaue- 1. Re. 14.
runt autem, inquit, omnes dicentes, Tolle hunc. Quid hoc peius? Gens sancta rabie furit, & gentilis Pilatus cædem auersatur. Et quæ sursum, cum his quæ deorsum, miscentur. Tolle hunc, dicunt, dimitte autem nobis Barabbam: qui quum seditiosus esset & homicida, missus erat in carcerẽ. En tertiò absoluit Pilatus, & tertiò illi cõtra Christum clamãt, vt omnino tertia illa clamatione cædem suam perficiant, san C
ctúmque ac iustum negent: sicut dicit beatus Petrus, Peti- Actuum. 3
uerunt autem virum homicidam dari sibi: diligebant enim similem: proinde partis illius erunt. Quum enim & ipsi contra Romanos insurrexerint, innumerabilium cædium sueque perditionis authores erunt. Hæc autem per Hieremiam prę- Hier. 12.
dicit dominus, Dereliqui domum meam, reliqui hæreditatem meam. Dedisti hæreditatem meam in manus inimicorum: facta est hæreditas mea mihi sicut leo in sylua: dedit su per me vocem suam: propterea odi eam. Et iterum Oseas, Vę Oseæ. 7.
eis, quia resilierunt à me: pernicioſi sunt, quia impiè egerũt in me. Ego autẽ redemi eos, ipsi verò loquuti sunt contra me mendacia: & cadent in ore gladij principes eorum, propter insipientiã linguæ eorum. Ducitur enim Iesus, & primũ quidem

D dem imposuerunt ei crucem, & baiulans exiuit. Nemo enim
alius eam susc̃ipere volebat, quia habebant vt maledictum li
gnum. Deinde inuẽto quodam Simone Cyrenæo, imposuerunt vi quadam ei illam, quam auersabantur alii. Insinuatur
Crux. non parua admonitio hoc loco. Crux enim est mortificatio
Officium doctoris affectionum, ita vt moueri nequeant, & operari. Nã qui cru-
Christiani cifigitur, clauis affigitur, & operati nequit. Vnde doctor se-
cundam Christum debet prior ipse crucem tollere, & clauis
cõfigere carnes suas, vt fulgeat timore dei, & careat affectio-
Isaiæ. 9. nibus: deinde eam etiam auditorib⁹ imponere. Simon enim
obedientia interpretatur. Impletur autem & hoc loco Esaiæ
dictum. Cuius principatus super humeros eius. Principatus
Philip. 2. enim domini & regis, crux est. Dicit enim Paulus, Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis: ideo
E & deus exaltauit illum, &c. At igitur quia crux fuit sublimitas & gloria Iesu, merito principatus eius dicitur, quia principalis eius dignitas, & symbolum principatus est. Et si bene animaduerteris, inuenies non aliter regnare in nobis Iesum, nisi per afflictionẽ: atque ita qui in deliciis viuunt, inimici sunt Christi. Ille autem potest fieri subditus Christi, & tollere crucem suam, qui virtutis operari⁹ est, qui venit a vilia relinquens mundum, & ea quæ sunt in mundo, & ad Hierusalem illam supernam & liberam tendit. Porro quòd Christum multitudo populi virorum & mulierum sequitur, insinuat quod magna multitudo Iudæorum etiam post crucem
Act. 2. 6. 19. credet in Christum (hoc enim est sequi) & mulieres multæ. lege Acta apostolorum, & videbis innumera millia credentium. Quid autem si lugere & plorare mulieres, moralẽ sen-
F sum secum afferat? Est enim mulier anima infirma, quæ si cõtritionem cordis susc̃ipiat, per pœnitentiam luget & plorat, reuera sequens Iesum qui crucifigitur & affligitur propter nostram salutem. *Cõuersus autem ad illas Iesus dixit, Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vobisipsis flete, & super filiis vestris, quoniam ecce venient dies in quibus dicent, Beatæ sterilles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tũ incipiẽt dicere mõtibus, Cadite super nos: & collibus, cooperite nos. Quia si in humido ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* Mulieres quidem hominum genus est facile lachrymãs & plorãs, quasi graue quiddam accidisset domino, plorant compassionem præ se ferentes magnam, & iniustitiam lamentantes.
Esa. 54.

At ille

At ille non approbat, sed magis increpat illas. Voluntarió A
enim patiebatur. Non decet autem lamentari eum qui sponte & pro salute omnium patitur, sed congruum est vt ille magis laudibus efferatur & celebretur. per crucẽ enim & mors destructa est, & infernus captiuus est. Lamenta enim his qui sponte patiuntur, nullam consolationem afferunt. Proinde dominus illas quæ ipsum lugebant, increpat. Admonet autẽ vt ad futura mala respiciant, & propter illam plorent, quãdo mulieres coeturæ sunt filios suos propter immisericordiam: & venter qui portauit, ille iterum miserabiliter fructum suũ recipiet. Si enim in me talia fecerunt Romani, in me ligno humido, feraci & semper virenti, & semper vitali, ꝓpter deitatem, & per doctrinas fructuum meorum ferente omnes: in B vobis, populo inquã arido, ligno sterili ab omni viuifica iustitia, & nullum fructum afferente, quid nõ facient? Si enim quandam vitalem operationem boni haberetis, fortassis digni essetis quibus quodammodo parceretur: nunc autẽ quasi lignum aridum in combustionem & corruptionem eritis.

Ducebantur autem & alii duo facinorosi cum eo, ut interficerẽtur. & postquam uenerunt in locum qui uocatur Caluaria: ibi crucifixerunt eum & facinorosos, unum a dextris, alterum a sinistris. Iesus autem dicebat, Pater, remitte illis. nesciunt enim quid faciunt. Diuidẽtes uero uestimenta eius, miserunt sortem. Et stabat populus spectans & deridebant eum principes cum eis, dicẽtes, Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille Christus, ille dei electus. Illudebãt autem ei & milites, accedentes & acetum offerentes ei, dicentesque, Si tu es ille C *rex Iudæorum, saluum te fac. Erat autem & inscriptio super eũ literis Græcis, Latinis, & Hebraicis, Hic est rex Iudæorum.* Diabolus volens dominum magna infamia aspergere, facit crucifigi cum eo & latrones: sed vide quomodo & vno priuat⁹ sit, & hoc ad maiorem gloriam domini cesserit. Nam aliorum cruces nemo requirit, totus autem mundus à cruce ista pendet. & manifeste hic ostenditur dominum non esse iniquum sicut latrones, sed omnis iustitiæ principem. Ducunt autem eum ad locum Cranii, vbi dicunt primum parentem nostrũ *Adam sepultum* esse: vt vbi per lignum casus, illic & per lignum re- *pultura*
surrectio. Iesus vero eximiam mansuetudinem declarãs, pro *ubi.*
illis precatur: Pater remitte eis, dicens: nesciũt enim quid faciunt. Et vtique dimissum fuisset eis peccatum, nisi deinceps in incredulitate mansissent. Diuiserunt vero vestimẽta eius.

Cuius

D Cuius gratia? Forsitan & multi ipsis indigebãt, fortassis hęc
ad maiorem contumeliam per lasciuiam fecerũt. Quid enim
precioſum videbant in his veſtibus? Videntes igitur, & con
tumelia afficientes, talia fecerunt. Vbi enim & principes ſub
ſannabant, quid non de reliquo vulgo cogitandũ? Alios ſer-
uauit, ſeruet ſeipſum, ſi hic eſt ille Chriſtus, ille dei electus.
Mat. 4. Hoc dicebat per illos diabolus. Sicut enim in pinna templi,
ita & hoc loco dicit, inuidens ſaluti noſtræ per crucem, quã
volens interire, omnes mouebat machinas. Acetum vero of-
ferebant milites, quaſi regi quodammodo miniſtrãtes vt bi-
beret. Vide autem & aliam machinam diaboli, quæ in ipſum
vertitur. Qui enim tribus literarum characteribus rebellio-
nem Ieſu inuulgarat quodammodo, vt neminem prætereun-
E tium lateret quaſi propter hoc ſuſpenſus eſſet, quod regem ſe
Quid per trilinguẽ titulum ſignificetur. feciſſet: hoc iam, etiamſi non è mente ſcribentis, ſymbolum
factum eſt quod potentiſſimi gẽtium, quales Romani: & ſa-
pientiſſimi, quales Græci: & religioſiſſimi, quales Hebræi,
Chriſti regno ſubiiciendi eſſent, & ipſum prædicare debeãt.
De hoc autem plura & ſublimiora in euangelio Iohannis di
Cap. 19. cemus. *Vnus autem de his qui pendebant facinoroſorum, conuitiis
dicebat in eum, dicẽs, Si tu es Chriſtus, ſerua teipſum, & nos. Reſpõ
dens autem alter increpabat eum, dicens, Ne timer quidem tu deum
quod in eadem damnatione es: & nos quidem iuſte, nam digna factis
recipim⁹: hic uero nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum, Domine, me
mento mei quum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus, Amẽ di-
co tibi, hodie mecũ eris in paradiſo.* Quomodo igitur alii euã-
geliſtæ duos latrones dicunt conuitia in eum ieciſſe? Veriſi-
F mile autem eſt quod primum quidem duo eũ conuitiati ſint,
deinde vnus eorum cordatior agnoſcens bonitatem Ieſu ex
voce quã fecit pro crucifigentibus, Pater, dicens, remitte eis.
Non enim dixit, Domine, oro dimitte eis, ſed ſimpliciter ſic
& magna poteſtate, remitte eis, quæ vox nõ ſolum omni mi-
ſericordia plena eſt, ſed & magnam authoritatẽ præ ſe fert.
Ex hac igitur voce vt agnouit prior blaſphemus Ieſum ve-
rum regem, confitat & alterum latronem, & ad Ieſum dicit:
Memento mei in regno tuo. Quid igitur dominus? Hodie
mecum eris in paradiſo. Sicut homo in cruce, vt deus autem
vbique, & illic, & in paradiſo implẽs omnia, & nuſquam ab-
Hebr. 11. ſens. Quærunt autem quidam, quomodo dicente domino la-
troni, Hodie mecum eris in paradiſo: Paulus dixit quòd nul

lus ſanctorum receperit promiſſionem. Et quidam dicunt A
quòd Apoſtolus non de omnibus ſanctis aſſerat quòd non
receperint repromiſſionem, ſed de his quos ipſe ſolum enu-
merauit. Enumerauit autem alios quidem multos, latronis
autem non meminit. Audi enim quid dicat, hi omnes,
demonſtrando eos quos ſermo enumerat, quibus latro con-
numeratus non eſt. Alii autem dixerunt quod latro nõdum
ſortitus ſit in paradiſo conuerſationem: ſed quia inuaria-
bilis ſit & mẽturi nequeat domini promiſſio, ideo dictũ eſſe,
Hodie mecũ eris in paradiſo. Eſt enim & hæc ſpecies phra-
ſeos in verbis dominicis, vt de futuris loquatur tanquam de
his quæ iam fiant: vt quum dicit, Qui non credit, iam iudica Iohã. 3. 5.
tus eſt, &c. Qui ſermones meos audit & credit, in iudiciũ nõ B
venit. ſed tranſiuit de morte in vitam. Alii autem non tor-
quent verbum, punctum facientes poſt hodie, vt ſit is ſenſus
dicti, Amen dico tibi hodie: deinde, mecũ eris in regno, adii
cientes. Quidam vero, qui maxime ſenſum aſſequi viſi ſunt,
ſic exponunt: Repromiſſa nobis bona non ſunt ingreſſus in
paradiſum, vel aſcenſus, ſed regnum cœlorum: vnde & ora- Mat. 6.
mus, Veniat regnum tuum, nõ conuerſatio illa in paradiſo. Eſa. 64.
neque enim mihi videtur idem paradiſus & regnum. Bona 1. Cor. 1.
enim regni neque auris audiuit, neque oculus vidit, neque in
cor hominis aſcendit. Paradiſum autem & oculus Adæ vi-
dit & auris audiuit de eis. De omnibus enim lignis, inquit, Gene. 2.
quæ ſunt in paradiſo, edens comede. nam licet vnum tãtum
lignum interdictum ſit eis, tamen & ipſum viderunt, & de C
ipſo audierunt. Lætabatur enim in ſpiritu Adã, alioqui tan
tam operationem cum lætitia in agricultura non obiuiſſet.
Atque ideo non eſt cõtrarium quod Paulus dicit. Latro ita-
que paradiſum ſortitus eſt, non autem aſſequutus eſt regnũ:
aſſequetur autem, quando etiam omnes quos Paulus enume
rauit: nunc autem hoc tempore paradiſum habet, qui eſt
pars ſpiritualis quietis. Deque his multa loquuntur. Di-
cendum autem eſt idem eſſe regnum cœlorum, & paradi-
ſum. Nihil prohibet ergo & dominum vera dicere, & Pau-
lum. Nam latro quidem eſt in paradiſo, hoc eſt regno, &
nõ ſolus ipſe, ſed etiam omnes quos enumerat Paulus. Alio-
qui non frueretur perfecta bonorum participatione. Nam Nota de
ſicut condemnati in regnis non ſunt, ſed in cuſtodiis clau- ſtatu poſt
ſi tenentur in deputatis pœnis: qui autem glorioſi, & in re- hanc uitã

gna

Dgna ingrediuntur, & nunc in eis versantur, deinde quum venerit tempus distributionis regalium donorum, illa assequũtur: ita & sancti tametsi nondum perfecte bonis fruantur, iã tamen versantur in locis lucidis & fragrantibus, & pulchris tabernaculis, etiamsi nondum distributionem regiorum bonorum assequantur. Ita & latro in paradiso fuit, etiamsi nõdum perfecte acceperit, vt ne absque nobis perfectus sit. Et hoc opinor verissimum omnium, vt ne dicam quod sanctorũ gratiæ in quotidianis miraculorum operationib⁹, paradisus merito dictus sit: & omnes sancti quotquot participes facti sunt spiritualium donorum, & arrabonem habent spiritus in paradiso sint, etiamsi nondum perfecti fuerint, & regnũ acceperint, sicut dicit Paul⁹ in epistola ad Hebræos, etiasi nõdum promissionem acceperint. Promissionem enim dicẽdo, integram felicitatem posuit. At illam nondum integram acceperunt, & sunt in regno ac paradiso. Tu autem admireris, quomodo sicut rex quidam trophæa ex victoria referẽs, spolia opima secum abduxit ita & dominus, quoniam fortior vas diaboli diripuit, secumque abstulit, & reduxit ad primã hominis patriam, paradisum dico. Etenim Christus non tolum sicut deus in paradiso fuit, sed & secundum quod animã rationalem & mentalem habuit. Et in paradiso cũ mẽte fuit, in infernum autem descendit cum anima Cæterum per hoc quod saluat latronem, vas malitiæ, ostendit quod prius accepit, quia victo inimico spolia eius diripuit. *Erat autem hora fere sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram usque ad horã nonam: obscuratur est sol, & velum templi scissum est mediũ. Et quũ clamasset voce magna Iesus, ait, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc quum dixisset, expirauit. Quum uidisset autẽ Centurio quod acciderat, glorificauit deum, dicens, Vere hic homo iustus erat. Et omnes turbæ eorum qui simul accesserãt ad spectaculum istud & uiderant quæ contingebant, percutientes pectora sua reuertebãtur. Stabant autem omnes noti eius procul, & mulieres quæ sequutæ eum erant a Galilæa, spectantes hæc.* Signũ quærebant aliquãdo Iudæi videre de cœlo. Ecce igitur signum rarũ, tenebræ. Scinditur autem velum templi, ostendente domino q̃ nõ vltra inaccessa erunt sancta sanctorum, sed Romanis tradita prophanabuntur. Vel aliter. Ostendit quod velum quod diuisit nos a sanctis in cœlo, scindat, hoc est inimicitiæ & peccatum. Hoc enim fuit magnum interstitium, quod nos ab illis

Nota de sanctis.

Hebr. 11.

Psal. 30.

Mat. 12.

Sup. 11.

lis qui ibi erant, distinguebat. Ostendit autẽ quòd non propter impotentiam crucifixus sit. Nam qui talia fecit, etiã illos potuisset perdere. Quũ vero voce magna clamasset, emisit spiritum, potestatem enim habebat animam suam ponere & iterum accipere eam. Vox item illa Cẽturionis, & alia mi racula, fidei fuerunt argumenta. Non enim sicut communis homo, sed cum magna potestate mortuus est. Et depositum, mortem nominauit, tanquam iterum recepturus animã. Hac autem voce primũ libertatem assequutæ sunt animæ nostræ, diabolo posthac nullam in eas habente potestatem, vtpote patri commendatas. Ante mortem enim Christi magnũ ius fuit diabolo in animas. A quo autem tempore filius nõ infero, sed paternis manibus commẽdauit spiritum, libertatẽ assequuti sumus ab inferno. Et hoc quod dicit dominus, Quãdo exaltatus fuero, traham ad me omnes: nunc videtur consummatum. Exaltatus est in cruce, traxit latronẽ, traxit Centurionem. Percusserunt autem & pectora Iudæorum quidã, & crucifixores arguebant, manifeste Iesum iustificantes. Et discipuli quidem fugerũt: mulieres autem, condemnatum & maledictum genus, permanẽt ac spectãt hæc omnia, & iustificatione ac benedictione illa fruuntur primæ, sicut & resurrectione. Tu autem admirare cæcitatem Iudæorum, quòd dicunt, Descendat de cruce, & credemus in eum: quũ visis maioribus non credant. Non enim idem est, descendisse de cruce, & obtenebrari solem, petras rumpi, terræ motum horribilem fieri, mortuos resurgere, velum scindi, & in summa creaturam alterari? Vnde non est quod quis dubitet quare non descenderit. satis enim habebat certum, quòd licet etiam hoc fecisset, neque tunc credidissent, & nihil aliud sequutum fuisset, quàm abreuiatam salutem per crucem. Crux enim inter omnia, maxima gloria Christi est. Igitur qui fecit maiora, quum nõ crederent illi, duo præcipua operatus est: & magnum crucis trophæum vsque ad finem sustinuit, & illos de clarauit ingratos esse per omnia, & nihil boni habere, sed in credulitate fermẽtatos & perditos. *Et ecce uir nomine Ioseph decurio, qui erat uir bonus ac iustus, hic non consenserat consilio ac facto eorum, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui expectabat & ipse regnum dei. Hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu, & depositum inuoluit sindone, & posuit illud in monumento, quod erat in lapide excisum, in quo nondum quisquam positus fuerat.*

Crux, magnum crucis trophæum sima gloria Christi.

Iohan. 12

D rat. Et dies erat parasceue, & sabbatum illucescebat. Subsequutæ autem mulieres quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Reuersæ uero parauerunt aromata & unguenta, ac sabbato quidem quieuerunt secundum præceptum. Ioseph tametsi primo latuerit, rem tamen laude dignam nunc facit, quãuis consiliarius esset ac dives, & audet petere corpus hominis crucifixi quasi perduellis & seditiosi, nullumq; periculum suspicatur, licet periculũ esset diuitiarum: sed & petit, & honorifice sepelit, & in monumẽto excisо vbi nullus alius iacuerat, vt ne dicant sycophantæ quod aliud corpus surrexerit Mulieres autem & fidem habebant erga dominum, non tamen qualem oportebat, sed infirmam ac paruam. Habebant enim eum pro puro homine, vnde & aromata & vnguenta portarunt, iuxta veterem Iudæo-
E rum consuetudinem semper obseruatam de mortuis vngendis. Et sabbato quidem quieuerunt iuxta mandatum legis.

CAPVT XXIIII.

Mat.28. Mar.26. Iohã.20. V Na aũt sabbatorũ, profundo crepusculo, uenerunt ad monumentũ, portantes quæ parauerãt aromata, & nonnullæ cum illis. Repererunt autem lapidem reuolutum a monumento: & ingressæ, non inuenerunt corput domini Iesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de hoc, ecce duo uiri steterunt iuxta illas in uestibus fulgurantibus. Quum expauissent aũt, & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis uiuentem cum mortuis? nõ est hic, sed Mat. 17. Mar. 9. surrexit. Recordamini ut dixerit uobis quum adhuc in Galilæa esset,
F dicens quod oportuerit filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordatæ sunt uerborum eius, & regressæ a monumento nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalenæ, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt apud illos ceu deliramenta uerba illarum, neque crediderũt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & prospiciens uidit linteamina sola posita, & abiit apud semetipsum admirans quod acciderat. Vnam sabbatorum, primam dierum sabbati, hoc est hebdomadæ dierum nomi-
Dominica dies. nat, quæ apud nos propter resurrectionem dominicam, dominica dicitur. Secundum illam igitur venerunt ad monumentum

mentum mulieres ferentes aromata. Venerunt aũt crepuscu A
lo profundo, quod mane sabbatorum nominat Matthæus. Profundum enim crepusculum idem est quod valde mane. Mat.28.
inuenerũt autem lapidem deuolutum. Angelus enim deuoluerat eum. Porro ingressis illis duo viri apparent. Vnus qui dem apud Matthæum sedebat super lapidem, hic autem duo viri intra monumentum steterũt. Variæ enim visiones sunt. Fulgurantibus autem vestibus apparent, ob festinitatem resurrectionis. Et recordari illas faciunt eorum quæ à Christo dicta fuerunt, quod eum oportuerit, hoc est necessarium fuerit, tradi in manus hominum peccatorum, Romanorum scilicet, qui Gentiles erant, & abominabiles: & tertia die resurgere. De resurrectione, quomodo trium fuerit dierum, satis B
diximus in euangelio Matthæi. Reuersæ vero a sepulchro, quum apostolis hæc dicerẽt, visæ sunt delirare. Adeo incredibile videbatur hominibus resurrectionis miraculum. At Petrus non est deses. neque enim signis materiam totam apprehenderat: sed venit ad sepulturam, vt videat sola lintea: & tunc hanc vtilitatem primum accipit a transitu ad sepulchrum. Admirans, hoc est subsannans. Abiit enim, inquit, ad seipsum, hoc est secum admirãs factum: quomodo autem sudaria sola fuerint relicta, maxime vnguento corporis inunC
cta: quomodo tantũ ocii habuisset fur, vt relictis illis in quæ inuolutum erat, furatus fuisset corpus, idque militibus sedentibus. Mariam vero Iacobi, deiparam intellige. Sic enim illã nominabant, quia putabatur mater Iacobi filii Ioseph, quem & paruum dicebant, fratrem domini inquam. Erat enim & magnus vnus ex duodecim ille Zebedæi. Maria Iacobi, deipara dicitur.

Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum quod aberat spatio stadiorum sexaginta a Hierosolymis, nomine Emaus, & ipsi conferebulabantur inter se de his omnibus quæ acciderant. Et factũ est dũ cõ fabularẽtur ac disputarent, & ipse Iesus appropinquãs ibat una cũ illis. Cæterũ oculi illorũ tenebãtur ne eum agnoscerẽt. Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos cõfertis inter uos ambulantes, & estis tristes? Ac respondens unus cui nomẽ Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neque cognouisti quæ facta sunt illic his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt ei, De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta, potẽs ope & sermone corã deo & toto populo: & quo eũ tradiderũt summi sacerdotes & principes nostri in condẽnationem mortis, & crucifixerũt eum. Nos autem sperabamus eũ esse illũ

D *qui redẽpturus esset Israel. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo peruenerunt ad monumentum: & nõ inuento corpore eius, uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorũ uidisse, qui dicerẽt eum uiuere. Et abierunt quidam eorum qui erant nobiscum, ad monumentũ, & ita repererunt sicut mulieres dixerant: ipsum uero non uiderunt.* Nonnulli vnum ex duobus illis Lucã ipsum fuisse dicunt: ideirco & abscondit nomen suũ Euãgelista. Loquebantur autem inter se isti de omnibus quæ acciderant, non ut credentes, sed vt dubitantes, & de rebus mirabilibus stupescentes, nec statim rei tam admirandæ sententia sua accedentes. Iesus autem quum appropinquasset, simul E iuit cum eis. spirituale & diuinum corpus nunc habens, non impediebatur locorũ interuallis, quo minus adesset his quibus volebat. Ideireo ex lineamentis corporis, in quibus tunc apparebat, non permittebantur agnoscere illum. Nam sicut Cap. 16. Marcus inquit, in alia forma appatuit, & in aliis lineamentis. non vltra enim naturalibus legibus regebat corpus, sed spiritualiter, & super naturam: vnde oculi illorum tenebantur ne agnoscerent eum. Quare autem in altera forma apparuit, & tenebantur oculi eorum? Nempe vt ambiguam suam sententiam reuelarent, ut hulcus detegerent, ac pharmacum susciperent, vt dulcior eis post multam cõuersationem esset: vt doceret ex Mose & prophetis, ac tunc agnoscerentur, & ma F gis credant quòd corpus suum vltra non sit tale quale solet ab omnibus videri. quãuis illud ipsum quod passum est, surrexerit: attamen quibus vult, apparet. Magnum autem quiddam ex hoc lucrifaciunt, quod non vltra dubitant quare nõ iterum in mediis populis versetur, considerantes quod conuersatio post resurrectionem suam longè alia sit, & non communis: non qualis hominum, sed diuinior, in typum futuræ resurrectionis, in qua sicut angeli & filii dei versabimur. propter hoc igitur tenebantur oculi eorum ne agnoscerẽt eum. a quibus enim volebat, videbatur. Cleophas vero comiti itineris, vt apparebat, obiicit: Tu solus, inquiens, peregrinus es in Hierusalem, hoc est, tu solus ex his qui habitant in Hierusalem, ignoras quæ facta sunt? Alii autem, peregrinus es, sic intelligunt: Tu, inquit, solus peregrinus, & extra fines Hierusalem domicilium habens, non es particeps eorum quæ in media Hierusalem contigerunt, vt hæc ignores? Vide autem quomodo

quomodo paruam omnino de domino opinionem habebãt. A Verum enim prophetam eũ existimabant, qualis Helias fuerat, vel Iesus Naue, vel Moses. Potentem in opere, & sermone. Primũ opus, & deinde sermo. Nullus enim sermo doctoris firmus est nisi prius docens se factorem declaret. Potens igitur esto primum in opere, deinde & verbi solicitudiné habeto. sic & deus cooperabitur tibi. Prius enim opus, & deinde contemplatio ac illustratio. Nisi speculum purificaueris in labore & sudore, neutiquam cõcupitam pulchritudinem in speculo suspicies. Beati enim mundo corde (hoc fit per o- *Mat. 5.* pera) quia ipsi deum videbũt. hic contemplationis est finis. Oportet autem esse potentem in opere & sermone corã deo, & tunc corã omni populo. Prius enim placere debemus deo, deinde danda opera vt etiam inter nos sine macula viuamus B quantum fieri potest: & neq; quomodo hominibus placeas, sed quomodo seruias deo, studẽdum: neque viuendũ vt multis sis scandalo, sed & hoc post illud prouidendum, quod & Sapiens dicit, Prouide bona coram deo, deinde & coram ho *Prou. 20.* minibus. Et Paulus istuc ipsum dicit. Nos autẽ sperabamus, *2. Cor. 8.* inquit, quod ipse esset redẽpturus Israel. Quasi frustrati spe dicunt, nos sperabamus quod ipse & alios saluaturus esset: & ecce neque seipsum seruauit. ita parum nostræ expectationi respondit, ita imbellis fuit. Et prope eadem dicebant quę latro in cruce: Alios seruauit, seipsum non potest seruare. Ideo & insipientes eos vocat, & tardos ad credendum. Quid autẽ *Redimi* est redimi Israel? Diximus quod Christum expectabant vul *Israel, qd* gares & minus exercitati saluatorem & redemptorem a ma- *sit.* lis quæ eis imminebant, & a iugo seruitutis Romanorũ, spe- C rabantque eum regnaturum vt regem terrenum: ideo & dicunt, Nos sperabamus quod ipse redempturus esset Israel, vt delicet a gentilibus Romanis, & ipse neque iniustam sententiam contra se latam effugit. Et hodie tertius dies est, & mulieres terruerunt nos, &c. Hæc quasi dubitantes dicunt: & videntur mihi viri in valde ambigua esse sententia, & neq; valde discredere, neque recte credere. Etenim dicendo, sperauimus quod redempturus sit Israel, incredulitatem indicant: quod autem dicunt esse diem tertium, hominum est qui prope recordẽtur quod dixerit eis, die tertia resurgam. Et quod dicit, exterruerunt nos, hoc signat, quod incredulitas eorum

I iii concutiatur.

D concutiatur. Et omnino si considerentur sermones, humani sunt, & magnam dubitationem habent, & hominum perplexorum & ignorantium quid agāt propter resurrectionis miraculum. Abierunt autem, inquit, quidam ex his qui sunt nobiscum, vel Petrum solum dicit, vel Petrum & Iohannem. Et hinc manifestum quod quæ alii late dicunt, alii compendio tradunt, & transcursu transeunt. Abitionem enim Petri & Iohannis ad sepulchrum, Iohannes pluribus complexus est,
Iohā. 20. hic autem paucis mentionem faciens, etiā nomina prætetiit.

Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et exorsus a Mose & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant.

E *Et appropinquauerunt castello quo ibant. Et ipse præ se ferebat se longius ire. Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiscum domine, quoniam uergit ad uesperam, & inclinatus est dies. Et intrauit ut maneret cum illis. Et factum est dum accumberet cum eis, accepit panē, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & agnouerunt eum, & ipse euanuit a conspectu eorum, Et dixerunt inter se: Nonne cor nostrum ardebat in nobis dum loqueretur nobis in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgētes eadem horā, regressi sunt in Hierosolymam, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, Surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo fuisset agnitus sibi ex fractione panis.* Quoniam mente humano more affecti erant, multaque dubitatione laborabant, stultos vocat & tardos ad credendum in omnibus quæ loquuti fuerāt prophetæ. Credere enim possumus & ex parte, & in totum: vt si quis speret in salutem populi venturum, non in salutem animarum, sed restitutionem & liberationem populi Iudaici: is non quantū oportet credere, credit. & rursus si quis credat Dauidi dicenti, Foderunnt manus meas & pedes meos, & cætera quæ de cruce, & aliis quę in cruce facta sunt, tāquā ex persona domini prædicta, & recipit ea quę de passione dicuntur, ea autem quæ de resurrectione, non curat, vti est
Psal. 21. hoc, Quia non dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Psal. 15. & illud, Non derelinques animam meam in inferno. &
Ibidem. iterum, Inter mortuos liber. & illud, Educens vinctos, &
Psal. 67. habitantes in sepulchris, & similia: non habet perfectam si-
Psal. 87. dem, sed ex parte. Oportet autem in omnibus, tam his quæ gloriæ

gloriæ sunt, quàm quæ ignominiæ, credere prophetis. O- A portebat enim & Christum pati, quod est ignominiæ: & intrare in gloriam suam, quod est gloriæ. Vos autem sic stulti estis, vt quum Esaiam vtraque dicentem audiatis, & quòd *Esa. 53.* ad occisionem ductus sit, & quòd dominus velit ei ostendere lumen: illud quidem recipitis, hoc autem respuitis. Et quod vulneratus quidem sit, creditis: quòd autem dominus velit eum purificare à plaga, animo non perpenditis. Sed quòd dicit, Vos stulti estis, signat tardi estis. nam si stulti fuissent, neque ipse eis fuisset locutus: at quia tardi estis vos, ego mentem vestram acutius videre faciam. Vnde & à Mose & ab omnibus prophetis interpretatur eis, nempe mysterium sacrificij Abrahæ, quando dimisso Isaac aries immolatus est. Hæc enim res dominicas præfigurabant. Sicut etiam ipse domi- B nus dicit vidisse Abraham diem suum, & exultasse: & visam *Gene. 22* esse vitam nostram pendentem: in quo & crucifixionem si- *Iohā. 8.* gnificat, suspendium dicendo, & resurrectionem vitam nostram nominando. In reliquis autem prophetis sparsim sita sunt quæ de cruce & resurrectione dicuntur, præsertim in clarioribus. Et possent ex illis ea recenseri. At tu quæso attendas quomodo per afflictionem eatur in gloriam dei. Simulat autem se longius iturum, iuxta humanam naturam. Et quando permittit, tunc aperiuntur oculi eorum, & agnoscunt eum. Insinuatur autem & aliud quiddam, nempe quòd oculi eorum qui benedictum panem assumunt, aperiuntur vt agnoscant illum. Magnam enim & indicibilem vim habet ca- C ro domini. Euanuit autem ab eis. neque enim adhuc habebat corpus quod multum corporali modo cum eis conuersaretur, vt ex hoc illorum cresceret desiderium. Nam ita exhilarati fuerunt, vt illa ipsa hora surgerent, & reuerterentur in Hierusalem: non eadem quidem hora, sed surrexerunt quidem hora illa: reuersi autem sunt post multos dies, secundum quod verisimile est iter fecisse euntes spatium sexaginta stadiorum, in quibus omnino & dominus visus est Simoni, dum illi interim reuertuntur Hierusalem. Ardens autem erat cor eorum, vel dum igni eloquiorum domini illo interpretante intrinsecus succenderentur, & illis quæ dicebantur, assentirentur vt veris: vel dum illo interpretante scripturas, tangeretur cor eorum intrinsecus. Talis enim interpres nobis est Christus. *Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus ipse in medio* *Iohan. 20*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D *eorum, & dixit eis, Pax uobis, Expauefacti uero & conterriti, existimabant se spiritum uidere: & dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus uestris? Videte manus meas & pedes meos: quia ego ipse sum. Contrectate me & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, & mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid edulii? At illi obtulerunt ei partem piscis assati, & aliquid de fauo apiario: & accepit, & in conspectu illorum comedit, & dixit ad eos: Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos quum adhuc essem uobiscum, quòd necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me.* Dominus propter salutem nostram omnia faciens, stat in medio discipulorum, volens illis resurrectionē credibiliorem fieri, & primum solita imprecatione perturbationem illorum sedat. Et iterum ostendit quòd ipse sit ille ipsorum magister, qui ita alloqui gaudeat, & eos ad prædicationē mittens animet. Verum quia animarum illorum perturbatio verbis non sedabatur, monstrat eis etiam aliunde filium dei se esse, corda agnoscentem. Quare enim, inquit, cogitationes ascendunt in corda vestra? Etenim in cōfesso est, solius dei esse cognoscere corda. Subiicit autē & alius argumentū, palpationem manuum & pedū eius. Vos enim, inquit, spiritū putatis me esse: vel phantasma, qualia multa circa mortuorum sepulcra apparere solent: sed scitis quòd spiritus quidem neque carnem neq; ossa habet: ego autē carnem & ossa habeo, tametsi spiritualem & diuiniorē.

F Domini enim corpus, spiritus quidem non erat, sed spirituale, hoc est absq; omni crassitudine à spiritu gubernatum. Etenim corpus quod nunc habemus animale est, hoc est, ab anima regitur, & à naturalibus & animalibus qualitatibus
1.Cor.15. ac viribus vinificatur. Quod autem post resurrectionem habebimus, spirituale nominauit Paulus, hoc est quod à diuino spiritu viuificetur & gubernetur, modoque indicibili & spirituali ad incorruptionem alteratum sit per resurrectionem, spirituale & subtile, & alienum ab omni ineptitudine, neque cibi neque alterius cuiusquàm indigens, quanuis ad confirmationem illorum comederit comedens. Quod enim comedit, non secundum naturam comedit, sed secundum dispensationem, ad docendum quòd illud ipsum corpus quod passum est, surrexerit. Naturale autem huic corpori

pori erat clausis ianuis ingredi, & absque labore è loco in lo- A
cum transire. Itaque quū discipuli adhuc non crederent, neq; per palpationem persuaderentur, addit & aliud indicium, comedens, diuina quadam virtute consumendo quod edebat. Omnis enim cibus natura per os sumptus, ad secessum vadit. verùm hæc non naturaliter, sed (vt diximus) secundum dispensationem comedit. Habet autem ænigma quoddam, quòd partem piscis comederit. significat enim quòd naturam nostram, quæ in salsuginoso hoc mari natat, igni suæ deitatis assarit, & exiccarit omnem humorem quem ex profundis fluctibus habebat, vt fieret diuinus cibus, & quæ prius erat abominabilis, fieret nunc dulcis deo. Vel (vt opinor) significat per piscem assatum, actiuam vitam, quæ tollit nostram humiditatem & ineptitudinem auxilio carbo- B
num solitariorum, & quietem amplexantium. per fauum autem apiarium, scientiam vel contemplationem. siquidem dulcia eloquia dei. Est & alius faus agrestior, nempe gentilium *Psal. 18.*
sapientia. hic autem est apiarius faus, diuina inquam sapientia. siquidem Christus parua apis est magnitudine. Abbreuiatum enim est verbum, & infirmum robore. Non enim in *1.Cor.1.*
virtute sermonis Paulus prædicat, vt ne crucem euacuet: veruntamen regibus & idiotis est amabilis, afferens labores suos in sanitatem animarum. *Tunc aperuit mentem illorum, ut intelligerent scripturas: & dixit eis. Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes, initio facto ab Hierosolymis. Vos autem estis testes horum. Et ecce ego mitto promissum patris mei super uos. Vos autem sedete in ciuitate Hierusalem usquequo induamini uirtute ex alto. Eduxit autem eos foras usque in Bethaniam, & sublatis in altum manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illi, recessit ab eis, ac ferebatur in cælum. Et ipsi adorato eo regressi sunt Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum, Amen.* Postquam corda C
illorum pacificauit, & dubitationem, loquendo, palpabilemque se exhibendo, ac comedendo sedauit confirmata veritate resurrectionis corporis sui, tunc aperuit illorum mentem ad intelligendum scripturas. Nisi enim quieta fuisset illorum anima, quomodo intenta turbatione & inquietudine cognouissent? Vacate, enim, inquit, & cognosci- *Psal. 45.*

te idcirco

D te ideireo &'docet eos quòd necessarium fuerit Christum sic pati. Quomodo fic?per lignum crucis.quia enim per lignum interitus, ideo necessarium fuit per lignũ corruptionem tolli:& aboleri voluptates quæ in ligno, per dolores quos in ligno pertulit inuictus dominus. Et deinde resurgere, inquit, tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiam & remissionem peccatorum. De baptismo antẽ hoc loco dicit. Nam & in eo pœnitentia fit per confessionem & depositionem pristinorum malorum & impietatum, & simul comitatur remissio peccatorum. Quomodo autem baptisma in nomine solius Christi fieri intelligemus, præsertim cum aliàs doceamur baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti? Igitur primum quidem dicimus quòd quando dicimus baptisma fieri in nomine Christi, non dicimus quòd oporteat in solius Christi nomine fieri, sed quòd Christi baptisma quo Christus baptizatus est, spirituale sit, non Iudaicum: neque quale Iohannis, quod pœnitentiam solum, sed & communionem spiritus sancti, & remissionem peccatorum conferat: vt ipse nobis ostendit quum baptizaretur in Iordane, monstrato in columbæ specie spiritu sancto. Insuper baptisma in nomine Christi, intellige in morte Christi. Nam sicut ille mortuus triduanus resurrexit, ita & nos figuraliter in aqua sepulti, incorruptibilitatem animæ induimus, & arrabonem incorruptibilitatis corporis accipimus. Et aliter: Christi nomen in seipso continet & patrem inungentem, & vnctionem spiritum, & vnctum filium. In nomine domini, remissio peccatorum. Vbi igitur fœtulentæ linguæ baptizantium in Montanum, & Priscillam, & Maximillam? Verè nulla his qui sic baptizantur, remissio, sed peccatorum augmentatio est: & hi quidem male peribũt. In ones autẽ gentes sermo exiuit,à Hierusalẽ sumpto initio. Oportebat enim humanam naturam, quæ tota in Christo vnita est & assumpta, non vltrà in duas dirimi sectiones, Iudæorum & Gentilium, sed incipere sermonem a Hierusalem, & in gentibus requiescere: vnitis generibus. Vos autem estis testes horum, passionis scilicet ac resurrectionis. Postea ne turbarentur intra se, & cogitarent, quomodo testificabimur, qui priuati homines ac idiotæ sumus, contraque gentes mittimur, & contra Hierosolymitanos armamur, qui & te occiderunt? dixit eis, Confidite: huius rei gratia

An in solo Christi nomine debeat fieri baptisma

Matt. 3. Ioan. 1.

A gratia mitto (quantam nondum) promissionem patris, de qua dictum per Iohelem, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & cætera. Sedete igitur, qui nunc timidi & parum fideles, donec induamini virtute, non humana, sed cælesti. Non dixit autem, accipite: sed, induamini: declarans omnino custodia spiritualis armaturæ muniendos. Eduxit autem eos vsque in Bethaniam, hoc intelligamus in die quadragesimo factum esse. Quæ enim illi breuiter dicunt, tu in multis diebus facta esse intellige: sicut & ipse Lucas in Actis dicit quòd per quadraginta dies visus sit eis. Sæpe enim ad eos accessit, & ab eis iterum abscessit. Benedicit autem discipulos, fortassis infundens eis vim quæ custodiret vsque in aduentum spiritus: fortassis etiam nos docens, quum peregre proficiscimur, vt commendemus nos supernis benedictionibus. Ferebatur autem sursum in cælum. Helias enim quasi in cęlum (videbatur enim quasi in cęlum ferri) at saluator in cælum ipsum præcursor omniũ ascendit, vt ostendat conspectui patris sanctam carnem, & consideat in cælis patri. Et nũc adoratur natura nostra in cælo ab omni angelica virtute. Illi autem reuersi sunt cũ gaudio magno, & erant semper in templo. Vides virtutem? Nõdum spiritus, & spiritualiter viuunt. Qui enim prius incluſi erãt, nũc inter medios pontifices viuunt, & nihil in eis temporale, sed contemptis omnibus in templo semper Deum laudant & benedicunt. Quorum imitatores etiam nos facti, in vita sancta semper simus, laudantes per hac vitam & benedicẽtes deum. Gloria enim dei & benedictio est sancta & virtuosa vita, quo B niam eum decet omnis gloria in secula seculorum, Amen. C

Ioelis. 2.

Actu. 1.

Gloria dei q̃ sit.

Enarrationis Theophylacti Bulgariæ.
Archiepiscopi in Lucam.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D THEOPHYLACTI ARCHIEPIscopi Bulgariæ, in Euangelium Iohannis Enarratio.

PROLOGVS.

2. Cor. 12. Piritus potentia in infirmitate perficitur, ſicut & ſcriptum eſt, & credimus: in infirmitate autem non corporis tantum, ſed & ſermonis, & ſapientiæ quę in lingua ſita. Manifeſtúmque eſt id cum ex multorum aliorum, tum ex Iohannis magni theologi, qui frater Chriſti gratia. Hic enim patre quidem piſcatore natus, eádem quam pater exercebat arte. Non ſolum autem imperitus erat gentilium diſciplinarum, & Iudaicæ eruditionis, ſed planè totus illiteratus erat, quemadmodum diuiniſſimus Lucas in Actis Apoſtolorum de eo tradit. Nam & patria eius vilis & obſcura, nõ inſignibus artibus clara, ſed piſcaturæ apta, Bethſaida erat. Nihilominus illiteratus ille, ignobilis ille, quique in nullo ſpectabilis erat, vide quantum ſortitur ſit ſpiritum. Etenim quæ nullus aliorum Euangeliſtarum nos docuit, ea ipſe intonare auſus eſt. Nam quum illi occupati fuiſſent in carnali ſubſtantia Chriſti explicanda, nihilque clarè & manifeſtè ſatis de ſubſtãtia eius dixiſſent, quã ante ſecula habuit: metuebatur nequando quidam humi repentes, nihilque ſublime intelligere valentes, putarent Chriſtum tunc primum ſubſiſtere cœpiſſe, quando ex Maria natus eſt, & non ante ſecula ex patre natum eſſe, id quod vtique Paulo Samoſateno accidit. propterea magnus Iohãnes de ſuperna eius generatione tractat, quanuis interim & incarnationem verbi non relinquit intactam. dicit enim, Et verbũ caro factũ eſt. Dicũt autem nonnulli quòd etiam ipſum rogauerint quidam orthodoxi vt cõſcriberet de ſuperna natiuitate, eò quòd tunc in diebus illis pullularent hæretici aliqui Chriſtum hominem eſſe purum docere non reueriti. Dicitur quoque quòd ſanctus ille quum legiſſet alia quæ ab Euangeliſtis erant ſcripta, admiratus ſit illos de omnibus quidem vera narraſſe, & iudicauit illos recte nihil ad gratiam Apoſtolorum ſcripſiſſe. Cæterum quæ illi non manifeſtè dixerunt, vel omnino prætermiſerunt, ea ipſe

Actus 4.

Bethſaida patria Iohannis.

Paulus Samoſatenus

ipſe explanare, & liquida facere, adiiceréque proprio Euangelio cœpit, quod & exul in Patmo inſula cõſcripſit poſt triginta duos annos poſt aſſumptum in cælos Chriſtum. Dilectus eſt autem Iohannes præ diſcipulis omnibus maximè à domino, eò quòd abſolutè mitis erat, ſuauiſſimiſq; moribus, ac mundo corde, nempe virgo. Vnde & amplius notinę dei donum ei concreditum eſt, myſteriiſque pleriſque incognitis ipſe delicatus eſt. Beati enim, inquit, mũdo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Erat inſuper & cognatus domini. Quomodo autem? Audi. Ioſeph ille deiparæ ſponſus, habuit ex priore vxore liberos ſeptem, quatuor mares, & tres fœminas, Martham, Eſther, & Salomen. Et illius ſanè, Salomes inquam, filius erat Iohannes ille. Comperitur itaque dominus eſſe auunculus eius, quoniam Ioſeph habitus eſt pater domini, illius autem Ioſeph filia Salome, & proinde habita ſoror domini, atque ſic Iohannes eius filius, nepos domini. Fortaſſis autem non abſurdum fuerit nomina & matris eius & Euangeliſtę aperire. Etenim mater eius quæ Salome dicebatur, interpretatur pacifica: Iohannes autem, gratia eius. Sciat igitur omnis anima, quòd pax quæ erga homines, & quæ in anima ab affectionibus libera, mater ſit diuinæ gratiæ, & generat iſtam in nobis. Animam enim quæ adhuc turbatur, & pugnat contra homines alios, & contra ſeipſam, non veriſimile diuinam conſequi gratiam. Conſideremus autem & mirabilius quiddam quod circa ſanctum illum Euangeliſtam accidit. Vnus enim ille tres habere matres comparet, deiparam, Salomen, & tonitruum. Nam filius tonitrui eſt, propterea quòd in Euangelio vocaliſſimus fuerit. deiparæ: dicit enim, Ecce mater tua. Verùm hæc ante enarrationem dicta ſuffi-ciant, nunc incipienda dictorum eius reſeratio.

Quãdo & ubi Iohannes euangelium ſcripſerit.

Iohannes virgo.

Matt. 5.

Quo Iohãnes cognatus domini fuerit.

Salome.

Iohannes

Marci. 3.

Iohan. 19

Caput primum.

IN *principio erat uerbum.* Sicut & in proœmio dicebam, ita denuo dico, quòd quum Euangelistæ lij inferiorem natiuitatē domini, conuersationē, & incrementū latè narrarunt, ea Iohannes trāscurrat quidem, vtisatis à condiscipulis suis dicta: de deitate autē eius qui propter nos homo factus est, differat: tametsi si diligenter consideraueris: neque illi de deitate vnigeniti dicere neglexerunt, sed eius mentionem fecerunt, quanuis non diffuse: neque iste ita sublimitati verbi intentus fuit, vt omnino posthaberet dispensationem eius in carne. Vnus enim erat spiritus qui mouebat omnium animas. Itaque nobis de filio disserit. Etenim pater nobis ex veteri lege notus erat: tametsi nec de patre obticeat, sed & eius meminit de filio loquens, & ostendens sempiternitatem vnigeniti, dicēdo, In principio erat, hoc est, à principio erat. Quod enim à principio est, eius omnino nullum tempus inuentum quando non erat. Et vnde, dixerit quis, manifestum quòd in principio idem sit quod à principio? Vnde? Ex ipsa quidem communi conceptione, maxime autem ab Euangelista illo. Inquit enim in vna suarum Epistolarum: Quod erat ab initio, quod vidimus. Vides igitur quomodo ille dilectus domini seipsum interpretetur? Etiam, inquit: Sed ego quod erat in principio, sic intelligo, quemadmodum & à Mose dictum est, In principio fecit deus. Sicut enim illic, quod erat in principio, non intelligitur quasi cœlum fuerit sempiternū, sic neque hoc loco quod sempiternus sit vnigenitus. Hæc quidem hæreticus. Nos autem ad hanc stultam instātiam nihil aliud dicimus, quàm hoc, O Sophista malitiæ, quomodo quod sequitur, obseruasti? At nos etiam hæc te nolente dicemus. Nam illic quidem Moses dicit, In principio fecit deus cœlum & terram: hoc autem loco, In principio erat verbum. Quæ igitur communio verbi fecit, ad verbū erat? Et quidem

Euangelistæ omnes unus spiritus mouit.

Ioh. 1.

Gen. 1.

filuissem, si hoc loco scriptum fuisset, In principio fecit deus filium. nunc autem inquit, In principio erat. Ex quo intelligo sempiternum fuisse verbum, & non posterius conditum, sicut vos nugamini. Quare autem non dixit, Ab initio erat filius, sed, verbum? Audi, propter auditorum infirmitatem. Ne audito statim ab initio filij nomine, cogitarem⁹ natiuitatem corporalem, & ab affectionibus proficiscentem. Et eius gratia ipsum vocauit verbum, quò dicas, quòd sicut verbum egignitur ex mente sine passione, ita & hic à patre natus est absque vlla affectione. Vel aliter, ideo verbum appellauit, quia paterna nobis annunciauit, quemadmodum omne verbum mentis voluntates annunciat. Insuper vt ostendat coæternum esse patri filium. Sicut enim dici nequit mentem aliquando esse absque verbo, ita neq; patrem & deum absque filio. Dictum est autem cum articulo, illud verbum. Sunt enim multa etiam alia verba dei, vt prophetiæ & mandata: secundum quod dictum est de angelis, Potentes virtute, facientes verbum eius. sed proprie verbū subsistentia est personam constituens. *Et illud uerbum erat apud deum.* Et hoc loco manifestius indicat coæternum patri filium. Ne enim existimes q⁹ pater aliquando fuerit absq; filio, dicit: Et illud verbum erat apud deum, hoc est cum deo, in finibus paternis. Apud, enim intelligere debes pro cū: sicut & alio loco dictum est, Nónne fratres eius & sorores ei⁹ apud nos sunt? hoc est nobiscū sunt, & nobiscum conuersantur? Sic & hoc loco apud deum intelige, hoc est, cum deo erat, cum deo in finibus eius. Impossibile enim est deum absque sermone & sapientia esse. Ideirco quia verbum & sapientia & virtus patris existit filius, credimus ip sum semper esse apud patrem, & cum patre. Et quomodo, inquit, possibile est, quòd quum filius, non sit posterior patre? Quomodo? Disce à corporali exemplo. Splendor solis nónne ab ipso sole est? Etiam omnino. Nunquid ergo & posterior sole, ita vt sine eo sol non intelligatur? Aut quomodo sol esset, splendorē non habens? Igitur multo magis hoc de patre & filio intelligetur. Filius enim, patris quū sit splēdor, sicut & Paulus dicit: semper cū patre credēdus est fulgere, nec esse illo posterior. Attēde hic & Sabellium Liben hoc dicto cōfutari. Ille enim docuit quod pater, filius & spiritus vna psona sint, & q⁹ vnica illa persona apparuerit aliquādo vt pater, interdum vt filius nonnunq; vt spiritus sanctus. Hæc nugatur

Quare Iohannes dixerit, In principio erat uerbum, & non potius, In principio erat filius

Verbum.

Pſal. 102

Marci. 6

Heb. 1.

menda-

Dmendacis patris filius, malignoque spiritu plenus. arguitur autē manifeste ex hoc quod dicitur, Et illud verbū erat apud deum. Manifeste enim Euangelista hoc loco alium dicit esse verbum, & alium deum, hoc est patrem. Nam quia verbum erat apud deum, manifestum quòd duæ personæ introducantur, etiam si vna natura sit in his duobus. Quòd autē vna natura sit, audi. *Et deus erat illud uerbum.* Vides quòd & verbū erat deus, & ita vna erat natura patris & filij, quia & vna diuinitas. Confundantur igitur & Arius & Sabellius. Arius quidem, qui creaturam dicit filium dei & facturam. Confutetur autem per hoc quod dicit, In principio erat illud verbū & deus erat illud verbum. Sabellius vero negās personarum trinitatem, sed asserens vnitatem, reiiciatur per hoc quod dicitur, Et illud verbum erat apud deum. Manifeste enim hoc loco aliū esse verbum, & alium esse patrē declarat magnus Iohannes, etiamsi non sit aliud & aliud. Alius enim & alius de persona dicitur, aliud & aliud de naturis. Et vt exemplo manifestius faciamus, Petrus & Paulus sunt alius & alius, sunt enim personæ duæ: sed non aliud & aliud. Vna enim eorū natura est humanitas. Sic igitur de patre ac filio dicendū. Alius enim sunt & alius, duæ personæ: non autē aliud & aliud, vna enim natura eorum deitas. *Illud erat in principio apud deum.* Ille deus verbum, nunquam separatus est à deo patre. Quia enim dixerat, deus erat verbū: ne quis diabolica illusione turbet quosdam, dicens, Ergo quia & verbum deus est, aliquando insurget contra patrē, vt gentiles fabulantur, & segregās se ab eo, aduersarius erit: propterea dicit quòd licet deus sit verbum, nihilominus cum deo patre est, & ab eo nunquā separatus. Non minus facile fuerit & Arianis respondere. Surdi audite, qui dicitis opus & facturam esse dei filium. Intelligite quale nomen imposuerit euangelista filio dei. Verbum enim ipsum vocauit: vos autem opus & facturam vocatis eū, qui neque opus est, neque factura. Nam quum duplex sit verbum, aliud quidē mentale, quod habemus etiam nihil loquētes, intellige autem virtutem loquendi. Ita enim & dormiens & nihil loquens habet vim loquendi in seipso sitam, & virtutem nō abiecit. Est igitur aliud mentale, aliud vero enunciatiuum, quod per labia profetimus, hoc est vis eloquēdi, quum id quod intus situm est in mēte, in opus producimus. Quum igitur duplex sit verbum, neutrum horum cōgruit in filium dei.

Sabellius libes tres personas unam esse docens, cō futatur.

Quare Arius & Sabellius cō fundendi. Alius & alius de persona, aliud & aliud de natura dicitur.

Duplex uerbum: quorū neutrū quadrat in filium dei.

dei. Neque enim vel enūciatiuum vel mentale verbum est filius dei. Verba enim illa naturalia sunt, & qualia apud nos. Verbum autem patris super naturam est, nec subiectum artificiis illis loquendi inferioribus. Atque ita cadit Porphyrij gentilis sophisma. Ille enim tentans subuertere euangelium, talibus vtebatur diuisionibus. Si enim (inquit) filius dei verbum est, vel est pronunciatiuum, vel mentale: verum neque hoc est, neque illud: ergo neque verbum est. Solutum itaque prius est sophisma hoc, qui dicimus quòd mentale & pronunciatiuum verbum est de his quæ apud nos de naturalibus dicuntur: de eo autē quod supra naturam est, nihil tale. Verumtamen & hoc dicendum: Si quidem nomen verbi dignum esset deo, & propriè de illo ac substātialiter diceretur, haberet vtique locum gentilis dubitatio: at neq; vllum aliud propriū nomen quis inuenerit dignum deo: neq; verbum ipsum substantialiter & proprie est nomen vnigeniti, sed tantum manifestat absque affectione natum de patre filium, quemadmodum verbum de mente, & quòd filius sit paternæ voluntatis nuncius. Et proinde ō miser quid vellicas nomē? Nam quum dicitur pater, & filius, & spiritus, ad materialia laberis, & carnales fingis patres, & filios, & spiritum aerium, meridionalē forte, vel septemtrionalem, vel alium excitantem tempestatem. Cæterum si scire vis quale sit verbum dei, audi reliqua quæ sequuntur. *Omnia per ipsum facta sunt.* Ne existimes, inquit, verbum quod in aera diffunditur & dissoluitur, sed factorem omnium tam mentalium q̄ sensibilium. Hic iterum Ariani insurgunt, & dicunt q̄ sicut dicimus securi fabricari ianuam quasi instrumēto, & alium esse fabrū qui mouet hoc organum: ita & per filium fieri omnia: non quòd ipse sit factor, sed instrumentum, sicut securis dei & patris factoris, & vtentis filio tāquam organo. Et ita factura (aiunt) est filius, ab eo condita, eō quòd per ipsum fiant omnia, sicut & securis ad hoc fit vt per eam omnia artificialia elaborentur. Et hæc sunt maligna Arij nugamenta. Nos autē quid illis dicemus? Simpliciter ac rectè, quòd si in hoc creauit (vt dicit) pater filium, vt instrumentum haberet ad completionem creaturæ: indignior fuerit filius creaturis. Nam sicut securi, quę est instrumentum, alia quę per eam fiūt, digniora sunt (propter illa enim fit securis, non illa propter securim) ita & creatura dignior est vnigenito. propter illam enim (vt dicunt)

Porphyrii sophisma.

Ariani.

D ipse pater creauit eum, & ita, vt si non fuisset omnia creatū-
Per præpositio. rus neque vnigenitum produxisset. Quid his verbis insipien
tius? Etiam (inquit) & quomodo? Non dixit quòd ipsum ver
bum fecerit omnia, sed vsus est præpositione per. Quomo-
do? Vt ne suspiceris illum vnigenitum & absque principio es
se filium, & deo aduersarium, eius gratia dixit quòd pater
per verbum fecerit omnia. Finge enim regem quendam qui
habet filium regem, & conditurus est ciuitatem, & ei concre
dere illius exstructionem. Sicut igitur dicēs quòd per filium
regis condita sit ciuitas, non seruum dicit filium regis, sed
monstrat quòd hic filius habeat patrem, & non sit solus: sic
etiam hoc loco Euangelista dicens per filium facta omnia,
manifestauit quòd pater mediatore illo ad conditionem re-
E rum (vt sic dicam) vsus fuerit, non se minore, sed æqualis po
testatis, & vt valēte talia perficere Insuper hoc tibi dixerim,
quòd si te offendit præpositio per, & quæris inuenire in scri-
ptura sermonem quendam qui dicat quòd verbum ipsum fe-
Psal.101. cerit omnia, audi Dauid, Principio tu domine terram funda
sti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Vides quomodo nō
dixerit, quia per te facti sunt cæli, & fundata est terra, sed tu
fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: quia & hæc de
Hebr.1. vnigenito, & non de patre dicit. Disces etiam hoc & ab ipso
Psal.101. quidem Apostolo, qui vtitur hoc dicto in epistola ad He-
bræos. Disces quoque ex eodem Psalmo quum dicit, Domi-
F nus in terram aspexit, vt audiret gemitum, & vt solueret mor
tificatos, & vt annunciet in Sion nomen domini. Nunquid
alium significat quàm filium dei? Hic enim in terrā aspexit,
siue hanc dicas quam inhabitamus, siue hanc nostram natu-
ram quæ terræ inuoluta est, siue carnem, iuxta illud, Terra
Gene.3. es. quàm & assumpsit, soluitque nos compeditos peccatorum
vinculis, & filios occisorum ab Adam & Heua, vt annunciet
in Sion nomen domini. Stans enim in templo docuit de pa-
Iohan.17 tre suo, quemadmodum & ipse dicit: Manifestaui nomen tuū
hominibus. Hæc igitur cui congruūt? Patrine, an filio? Om-
nino filio, Nam ipse annunciauit nomen patris in Hierusa-
lem docens. Itaque postquam hæc dixit Dauid, subdit. Et tu
ab initio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum
sunt cæli. An non manifestè filium inducit factorem, & non
instrumentum? Quod si præpositio per, vnionem tibi indu-
cere videtur, quid dices quum Paulus apponat hanc patri?

Dicit

Dicit enim, Fidelis deus, per quem vocati sumus in societa- A
tem filij sui. Nam instrumentū hoc loco facit patrem. Et ite- 1.Cor.1
rum, Paulus Apostolus per volūtatem dei. Et de his quidem
satis. redeamus ad ea vnde digressi sumus. *Omnia per ipsum fa* Ibidem.
cta sunt. Moses quidē de visibili creatura loquēs, nihil nobis
de mentalibus manifestauit: Euangelista autē vno verbo cō-
plexus omnia, inquit, Omnia per ipsum facta sunt, tā visibi-
lia q̄ inuisibilia. *Et sine ipso factum est nihil quod factū est.* Quia
dixit ꝙ omnia ipse fecerit: vt ne quis existimet quòd & spiri
tum sanctū creauerit, apponit quòd omnia per ipsum facta
sint. Et quæ omnia? Quæ facta sunt: perinde ac si diceret,
Quòd si quid est ex natura cōdita, illud factum est à verbo:
spiritus autem quia non est illius factæ naturæ, nō factus est
ab eo. Itaque sine virtute verbi nihil factum est quod factum B
est. id est, quod est naturæ illius creatæ ac factæ. *In ipso uita*
erat, & uita erat lux hominū. Pneumatomachi, qui spiritū ne- πνευματό
gant deum, hanc particulā sic legunt, Et sine ipso factum est μαχοι.
nihil. deinde hoc loco facto puncto, legunt quasi ab altero
principio, Quod factum est in ipso, vita erat. & interpretā-
tur locum iuxta suam mētem, dicentes quòd hoc loco de spi-
ritu sancto Euangelista differat, dicens, Quod factum est
in ipso, hoc est, spiritus sanctus, vita erat. Hæc autem dicunt
Macedoniani, conantes ostendere spiritū sanctum esse crea- Macedō-
turam, & annumerare eum his quæ facta sunt. Nos autem niani.
non sic, sed puncto facto postquam dixit quod factum est,
nouum principium legimus, In ipso vita erat. Postquam e-
nim dixit de opificio quòd omnia per ipsum facta sint, di- C
cit postea de eius prouidentia, quòd non solum condiderit,
sed etiam ipse sit is qui vitam omnium creaturarum con-
seruet. Etenim in ipso vita erat. Non enim, inquit, suspi-
ceris quòd expers vitæ sit verbum hoc, sed in ipso vita erat.
Scio autem à sanctorum quodam particulam hanc sic le-
ctam: Et sine ipso factum est nihil quod factum est in ipso.
deinde posito signo, cœpta quæ sequuntur. Vita erat. Opi-
nórque etiam hanc lectionem non malam, sed rectam habe-
re sentētiam. Sanctus enim iste orthodoxe intellexit, quia si-
ne verbo nihil factum est quod factum est in ipso Omnia e-
nim quæcunque facta sunt, & condita sunt in ipso verbo in-
quam, sine ipso nō sunt facta. Deinde aliud initium erat, Vi-
ta erat, & vita erat lux hominum. Vitam Euangelista no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D minat dominum, eò quòd cõtineat vitam omnium in se, & q̃ spiritualis vitæ conciliator fuerit omnibus ratione præditis. Lux autem, non aliqua sensibilis, sed spiritualis, quæ ipsam animam illustret. Non dixit autem quòd Iudæorum lumen duntaxat sit, sed omnium hominum. Omnes enim homines

Ratio lux nostra. secundum quod mentem accepimus, & rationem ab eo quod nos creauit verbo, dicimur illustrari ab eo. Nam ratio data nobis, secundùm quam rationales vocamur, lux est, quæ ducit nos ad ea quæ sunt facienda, & quę non sunt facienda.

Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Lux, hoc est verbum dei: in tenebris, hoc est morte & errore apparet. Nam & in morte factus est quasi fuisset victus, ita vt cogeret hinc illum emigrare, sicut eos quos prius absorpse-

E rat. Et in errore gentili fulget prædicatio. Et tenebræ eum non comprehenderunt. Mors enim eum non comprehendit, neque error. Inuictum enim est lumen hoc, deus uerbum inquam. Quidam autem tenebras existimarunt & carnem & vitam. Verbum enim factum, in vita & carne hac fulsit. Et tenebræ, aduersaria inquam potestas, tentarunt quidem & persequutæ sunt lumen, sed inuictum & infatigabile offenderunt. Tenebræ autem dicitur caro, non quòd secundum naturam sit talis, absit, sed propter peccatum. Caro enim nihil omnino habet malum si naturaliter moueatur: sed si prẽter naturam moueatur, & peccato seruiat, tenebræ fit & dicitur.

Fuit homo missus à deo, nomen ei Iohannes. Postquam dictum est nobis de subsistentia verbi dei ante secula: quia & de incarnatione verbi dicturus est, sermonem de præcursore in-

F terserit. Et quis alius quàm Iohannes præcursor haberet sermonem de sua natiuitate, qui præcurrit & ante natiuitatẽ domini? Dicit igitur de præcursore Euangelista, quòd fuit homo missus à deo, missus inquam à deo. pseudoprophetę enim non à deo missi erant. Cæterum quum audieris quòd missus fuerit à deo, nihil priuatum vel humanum dicere putes,

Matt. 11. Malac. 3. Angeli uirtus. Ioh. bapt. sed diuina omnia. Et idcirco etiam angelus dicitur. Angeli enim virtus est nihil proprium dicere. Item quum angelũ audieris, ne putes quòd natura sit angelus, vel ex cælo descẽderit, sed propter opus & ministerium vocatur angelus. Quia enim ministrauit prædicationi, & prænuncius fuit domini, eius gratia dictus est angelus. Propterea Euangelista subuer

tens quorundam opinionem qui suspicãtur Iohannem natura fuisse

ra fuisse angelum, dicit, Fuit homo missus à deo. *Hic uenit* A *in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.* Hic, inquit, qui missus erat à deo, venit vt testimoniũ perhiberet de lumine. Deinde ne quis existimet quòd huius testimonio opus habuerit ad gloriam vnigenitus, quasi aliqua ex parte inops, idcirco addidit q̃ venit testificaturus de filio dei: nõ quòd illius testimonio habeat opus, sed vt omnes credant in illũ. Num & omnes crediderũt? Minime. Quomodo igitur inquit Euangelista, vt omnes credant? Quomodo? Quantum in illo erat, propterea testificabatur, vt omnes trahat. Quanuis autẽ quidã diticredant, non tamen ideo ille reprehẽdendus: quonia & sol in hoc lucet vt oẽs illuminet: at si quis in caliginosa quadã domo se incluserit, & iubare nõ fruatur, quid hoc ad solẽ? Sic igitur & hoc loco mis- B sus quidem fuit Iohannes, vt omnes credant: quanuis autem euenerit cõtrarium, ille in causa non est. *Non erat ille lux illa, sed ut testaretur de luce.* Quandoquidem, vt sæpe fieri solet, qui testatur, maior est eo cui testimonium perhibet: ne existimes quòd & Iohannes testificans Christo, maior illo fuerit, malam suspicionem illam interimens inquit, Non erat ille lux illa. Sed dixerit quispiam: Igitur non erit vel Iohannes, vel quispiam sanctorum vocandus lux? Lucem vtique recte dixerimus vnumquenq; sanctorum, sed lucem illam cum articulo neutiquam dicemus. Vnde si quis tibi dixerit, Iohannes lux est? annue. Si autem interrogarit, nunquid Iohannes lux illa est? dic, non. Non enim ipse proprie lux est, sed lux per participationem, habens fulgorem à vera luce. *Erat lux* C *illa lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in mundum.* Dicturus est de incarnatione vnigeniti, quòd venerit in propria, quòd caro factus sit: ne igitur quis suspicetur quòd nõ fuerit antequã incarnaretur, eius gratia subuehit mentem nostram in substantiam quę vera omne principiũ est, & inquit. Erat etiam antequam incarnaretur, lux vera. Et per hoc Photini & Pauli Samosateni subuertit hęresim, qui docent in suis dogmatibus vnigenitum tunc cœpisse, quando de Maria natus est, & ante hoc non fuisse. Audi & tu Ariane, qui negas verum deum filium dei, quid dicat Euangelista: Erat lux illa vera. Et tu quoque Manichæe, qui dicis quòd simus creaturæ opificis diaboli, audi, quia lux illa vera illuminat omnẽ hominem. Si igitur malignus ille opifex tenebræ est, nullum

Photini & Pauli Samosateni hæresis subuertitur.

Dvtiq; illuminat: atque ita veræ lucis creaturę ſumus. Et quomodo, inquit, illuminat omnem hominem, quum videamus tam multos obtenebratos? Quantum ad ipſum attinet, illuminat omnes. Dic enim, obſecro, nónne omnes rationales ſunt? nónne omnes natura ſcientes bonum? num ſecus habet res? nónne omnes habent virtutẽ ex creaturis cognoſcendi creatorẽ? Et ita ratio data nobis, & natura nos inſtruẽs, quę & naturalis lex vocaẽ, hęc vocata eſt lux nobis à deo data. Quòd autem quidam ratione vſi non ſunt, hi ſeipſos obtenebrarũt. Nónulli hanc dubitationem ita ſoluunt: Illuminat (inquiũt) dominus omnem hominem venientem in mundum: hoc eſt eos qui ſunt in ſtatu meliori, & dantes operam vt illuminetur anima ſua, neque illam inornatam & turpem eſſe ſinentes. *In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mũdus eum non cognouit.* In mundo erat, ſicut deus vbiq; præſens. Quin & propter prouidentiam, & conſeruatiuã vim qua omnia cõſeruat, dicendus eſt in mundo eſſe: quanuis cum hoc, inquit, dico quòd in mundo fuerit, quoniam neque mundus ipſe fuiſſet, niſi ille ipſum condidiſſet. Vbique ipſum oſtendit opificem: partim vt Manichæi inſaniã reprimeret, qui dicit malignum opificem produxiſſe omnia: & Arium confutaret, qui dixit filium dei eſſe creaturam: partim vt omnem hominem induceret vt confiteatur factorem, & non ſeruiat creaturis, ſed adoret conditorem. At mundus, inquit, eum non cognouit: hoc eſt, promiſcuus ille populus, qui mundanis addictus eſt negociis. Mundus enim ſignificat quidem & vniuerſum hoc ſicut hoc loco dictum eſt quòd mũdus per ipſum factus eſt. ſignificat autem & eos qui mundana ſapiunt: ſicut hic dicit quòd mundus eum non cognouit, hoc eſt terreni homines, quoniam ſancti omnes & prophetæ agnouerunt.

Ratio & natura, lex dicitur naturalis

Manichæi & Arii hæreſes.

Mundus.

In propria uenit, & proprii eum non receperunt. Hoc loco manifeſtiſſime ingreditur ſermonem de incarnatione: & eſt totus ſententię contextus is, Erat quidem abſque carne lux vera in mundo, & non agnoſcebatur: deinde in propria venit cum carne. Propria autem eius, vel totum mundum intellige, vel Iudæos, quos elegit vt funiculum hæreditatis, & vt portionem peculiumque ſuum. Et proprij eum non receperunt, vel Iudæi, vel cæteri homines qui ab eo conditi. Igitur quemadmodum deplorat dementiã hominum, ita & admiratur miſericordiam domini. Qui proprij eius, inquit, erant, nõ omnes

omnes receperunt eum. Nullũ dominus neceſſitate cogit & attrahit, ſed volũtatem reliquit & electionem. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem fieri filios dei, his qui credunt in nomine eius.* Siue ſerui, ſiue liberi, ſiue pueri, ſiue ſenes, ſiue Barbari, ſiue Græci, quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Qui autem ſunt illi? Hi qui credũt in nomine eius, hi ſcilicet qui ſuſcepto verbo lucẽ veram per fidem receperunt, & declararunt: cuius gratia nõ dixit, quod fecerit eos filios dei, ſed quod poteſtatem dederit eis filios dei fieri. Cuius gratia? audi: Quia nõ ſufficit ad cuſtodiam puritatis, baptizari, ſed & multo ſtudio eſt opus vt imago adoptionis in filium dei, figurata in baptiſmate, incõtaminata ſeruetur: idcirco multi quidem in baptiſmo gratiã receperunt adoptionis, per ignauiam autem non fuerunt filii dei vſque ad finem. Fortaſſis autem quis etiam hoc dixerit, quod multi recipiunt eum per hoc quod ſolum credunt, quales ſunt qui dicuntur catechumeni, nondum autem facti ſunt filii dei. poteſtatem autem tunc habent, quum voluerint baptizari, & hanc gratiam conſequi, adoptionem inquam in filios. Dicet autem quis & hoc: Quãuis in baptiſmo adoptionis beneficium accipiamus, tamen perfectam in reſurrectione accepturi ſumus, & perfectiſſimam adoptionem tunc recepturos nos ſperamus: ſicut & Paulus inquit, Quia adoptionem filiorum accipimus. Quapropter & hic euangeliſta non dixit, Quotquot receperunt eũ, fecit eos filios dei: ſed, dedit eis poteſtatem filios dei fieri, hoc eſt, dedit vt in futuro ſeculo gratiam illam ſuſcipiant. *Qui non ex ſanguinibus neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed ex deo nati ſunt.* Comparationem quodammodo facit diuinæ & carnalis generationis, non abſurde reducens nobis in memoriam carnales partus, vt agnita vilitate & humilitate carnalis generationis per comparationem, ad diuinam gratiam curramus. Dicit igitur, Qui non ex ſanguinibus nati ſunt, menſtruis ſcilicet. Ex illis enim embryo nutrimentum habet & incrementum. Dicunt autem quod & ſemen primum ſanguinis naturam abiiciat, & deinde in carnem & aliam diſpoſitionem tranſformetur. Quia autem probabile eſt quoſdam dicturos quòd & natiuitas Iſaac fere talis fuerit, quali generantur credentes in Chriſtum (etenim Iſaac non ex ſanguinibus natus eſt: defecerant enim Saræ menſtrua) itaque

Neceſſitatẽ nulli infert deus

Galat. 4.

Gene. 18

Universidad de Deusto Biblioteca

D itaque quia possibile est quosdam talia suspicari, subdit, Neque ex voluntate carnis, neque ex volũtate viri. Etenim quãuis natiuitas Isaac non fuerit ex sanguinibus, erat tamen ex voluntate viri. Voluit enim vtique vir generare sibi puerum de Sara. Ex voluntate autem carnis, sicut ex Anna Samuel.

Gene. 21. Dixerit enim quis Isaac ex volũtate viri, Samuelem verò ex
1. Reg. 1. voluntate carnis, hoc est Annæ. Sitiuit enim (inquit) vt possideret filium sterilis ista. Fortassis autem ambo ex vtrisque. Quod si & aliud quid volueris discere, audi: Carnalis coitus vel fit a naturali ardore (sæpe enim quis calidioris complexionis est, & inde ad coitum est propensior) & hoc appellat voluntatem carnis: vel propter malam consuetudinem, & intemperantiam dietæ, impetus coeundi violentior fit, & il-

E lum nominat voluntatem viri, quod non sit ex naturali constitutione, sed opus sit virilis intemperantiæ. Fortassis autem quia mulier interdum inuenitur ad cõitum propensior, interdum vero vir: per voluntatem quidem carnis, intellexit mulieris: per voluntatem autem viri, viri lasciuiã significauit. Intelliges autem recte per voluntatem carnis, cõcupiscentiam incendentem ad coitum carnem: per voluntatem autem viri, congressum ac copulam concupiscentis, qui operis est principium. Posuit autem ambo, quia multi concupiscunt quidem, at non statim a concupiscentia abstrahuntur, sed imperant illi, & in opus non labuntur. Cæterum qui vincuntur, illi primum a carne & titillante concupiscentia succensi concitantur vt coitum velint. Igitur recte adiunxit Euangelista voluntatem carnis voluntati viri, quia coitũ

F natura præcedit concupiscentia, & in copula necessario præcedunt vtraque. Hæc omnia dicta sunt propter eos qui multa sæpe interrogant stulte, quoniam proprie dicendo vna ex omnibus illis sententia declaratur, ipsa, inquam, carnalis generationis quæ consummatur, clarior manifestatio. Quid igitur plus habemus nos, qui in Christũ credimus, quam Israelitæ in lege? Etenim & illi dicebantur filii dei. Magnum sane inter nos & illos discrimen: quoniam lex in omnibus habebat vmbram futurorum, neque adoptionem filiorũ dei dabat Israelitis, sed quasi in figura & typo: nos autem secundũ veritatem, accepto spiritu dei per baptisma, clamamus, Abba pater. Sicut autem illorum baptisma in vmbra & in figura erat, ita & adoptionem quoq; nostrã prefigurabat, propterea quãuis vocat

Quid discriminis inter nos & Israelitas, dã filii dei vtrique dicimur.

Hebr. 10
Gala. 4.

quanuis vocati fuerint filii, hoc tamen cõtigit eis in vmbra, A neque in veritate eandem filiorum adoptionem habuerunt, quã nos nũc per baptisma. *Et uerbum caro factum est.* Postquam dixit quod nos credentes in Christum, si voluerimus, efficiamur filii dei: subinfert nunc & causam tanti boni. Dicit enim. Vis discere quid conciliarit nobis hanc adoptionẽ in filios? Quia verbum caro factum est. Quando autem audieris quòd verbum caro factum est: ne opineris quòd a sua natura destiterit, & in carnẽ versum sit. neq; enim deus fuisset, si versum & alteratum fuisset: sed manẽs quod erat, factũ est quod non erat. Apollinarius autem Laodicenus hinc hæresim excitauit. Dogma enim eius erat, dominum & deũ nostrum non suscepisse perfectam hominis naturam, videlicet corpus cum anima rationali: sed carnem solam mentalis & B rationalis animæ expertẽ. Quid enim opus habebat anima, inquit, qui habebat deitatem, quæ gubernabat corpus, sicut nos habemus animam corpus nostrum dirigẽtem? Habebat autem ansam, vt existimabatur, ex præsenti dicto, Et verbũ caro factum est. Nõ enim, inquit, dixit, Et factum est homo: sed, caro. & ita non suscepit animam quæ habet mentem ac rationem, sed carnem absque mente & ratione. Ignorabat autem miserabilis ille quòd scriptura plerũque a parte totũ nominet, vtpote commemoratura totum hominem, a parte, anima scilicet, ipsum nominat: vt, Omnis anima quæ non circũciditur, occidatur. Ecce enim pro eo quod est omnis homo, dicit partem, animam scilicet. Et iterum a carne nominat totum, vt quãdo dicit, Et videbit omnis caro salutare dei. Dicere enim volẽs omnem hominem, carnis nomine vsus est. Sic & euangelista pro eo quod est, verbum homo factum est: dixit, verbum caro factum est: a parte totum hominem nominans, ex anima & corpore constitutum. Fortassis autem quia caro a diuina natura alienior est, volens Euangelista significare immensam dei misericordiam, carnis meminit, vt ineffabilem eius benignitatem obstupescamus, quod propter nostram salutẽ, alienum a natura sua, & omnibus modis peregrinum, carnem dico, assumpserit. Anima enim cognationẽ quandam habet cum deo, caro autem nullo modo communi eat: & ideireo opinor Euangelistam hoc nomine vsum: non quod per omnia expers sit assumptionis, sed ad maiorẽ ostẽsionem mirandi & stupendi sacramenti. Nam si non assumpsisset

Apollinarius Laodicenus hæresim excitauit.

Gen. 18.

C

Psal. 64.

Luc. 3.

D pfisset animam humanam verbum incarnatum, incurabiles
forent animæ nostræ. Nã quod nõ assumpsit, nõ sanauit. Et
quã ridiculũ, quũ anima prior ægrotarit (illã enim, cũ crede
Gen.3. ret sermonibus serpẽtis, decipereturq; in paradiso, vt domi-
nam & reginam sequuta est manus, & fructum attigit) si re-
linqueretur domina, & non assumeretur, nec curaretur: assu-
meretur autem & sanctificaretur & curarẽ caro. Verum Ap
pollinarius valeat: nos autem quãdo audimus quod verbum
caro factum sit, credimus quod totus homo factus: quando-
Scripturæ mor. quidem scripturæ mos est & carnem, & animam, vt a parte,
totum hominem nominare. Cõuincitur autem & Nestorius
Nestorius ex hoc dicto. Dicebat enim ille quod non deus verbum fue-
E rit homo ille conceptus ex sanctissimis sanguinibus sanctæ
virginis, sed peperit quidem virgo hominem: iste autem ho-
mo gratiam assequutus in omni virtutũ genere, habuerit ver
bum dei sibi coadunatum, quod potestatem ei dederat cõtra
immundos spiritus: atque ita dicebat duos filios, vnum virgi
nis Iesum hominem, & alium filium dei, qui adunatus quidẽ
fuerit homini inseparabiliter, sed per habitum & gratiam &
charitatem, quemadmodum & in alio virtutibus prædito ho
mine. Hæc ille, sua sponte ad veritatẽ surdus, Nam si voluis-
set, audiuisset vtique & beatum Iohannem Euangelistam di
centem, Verbum caro factum est. Nonne manifeste hic con
uincitur? Ipsum enim verbum factum est homo. Non dixit
F quod inuento homine virtutibus prædito, illi se adiunxerit,
sed factum est ille ipse homo. Confutantur insuper & Euty
Butyches Valẽtin⁹ Manichæus. ches & Valẽtinus & Manichæus hoc loco. Illi enim dixerũt
quod apparuerit homo iuxta apparentiam. audiant igitur,
Verbum caro factum est, non dicit quod apparenter fuerit
caro, sed quod fuerit veritas & substantia, & non phantasia.
Absurdum enim & stultum esset credere quod quum sit & di
catur filius dei, mentiatur incarnationem. In hunc se modũ
mendax phantasia semper ostentat. *Et habitauit in nobis.*

Quoniam supra dixerat, Verbum caro factum est: vt ne qs
suspicetur quod vna natura facta sit Christus, ideo subdit, &
habitauit in nobis: vt ostẽdat duas naturas, nostram scilicet
ac verbi. Nam sicut alterius naturæ est tabernaculum, & al-
teriuy is qui inhabitat in eo: ita & verbum in nobis habita-
re dicitur, hoc est in nostra natura, & alteri⁹ est naturæ q̃ sit
Armenii. nostra. Confundantur Armenii, qui vnam colunt naturam.

Discimus

Discimus igitur per, Verbũ caro factum est, quod ipsum ver A
bum homo factum est: & quum sit filius dei, factum est filius Deipare.
mulieris, quæ proprie Deipara dicitur, eo quod genuerit de-
um in carne. Per hoc autẽ quod dicit, habitauit in nobis, di-
scimus duas naturas credendas in Christo. Nam & si vnus
sit secundum hypostasin, hoc est secundum personam: secun
dum naturas tamen duo, deus videlicet & homo. Diuina au
tem natura & humana non fuerunt vna, etiamsi apud vnum
videantur, Christum dico. *Et spectauimus gloriam eius uelut*
unigeniti a patre, pleni gratia & ueritate. Postquam dixit q̃
caro factum sit, subdit nunc, Et spectauimus gloriam eius,
quum videlicet esset in carne. Etenim quum faciem Mosi ex Exo.34.
colloquio dei factam clariorẽ Israelitæ videre nequiuerint,
multo magis apostoli nudæ deitatis vnigeniti capaces non B
fuissent, nisi per carnem apparuisset. Spectauimus autẽ glo-
riam, non talem qualem habebat Moses, vel cum qua gloria Ezec.10.
Cherubim & Seraphim prophetæ apparuerunt, sed talẽ glo
riam, qualem decuit esse vnigeniti a patre, quæ illi naturali-
ter inest. Nam velut, hic non similitudinis, sed conformatio
nis & determinationis indubitatæ verbum est: sicut cũ regẽ
videmus cum gloria magna venientem, dicimus quod velut
rex prodeat, hoc est, quod vere sit rex: ita etiam hoc loco in-
telligere debes, velut unigeniti, quòd gloria quam spectaui-
mus, reuera fuerit gloria filii. Pleni gratia & veritate. Gratia
quidem plenus, secundum quod sermo eius gratiosus erat, vt
sic dicã iuxta Dauid, Diffusa est gratia in labiis tuis. Et euã- Psal.44.
gelista, Admirabantur omnes super sermonibus gratiæ qui Mat.7.
procedebant ex ore eius. Et omnibus sanctis conferebat, pro- C
ut congruebat eis. Veritate autem plenus erat, secundum q̃
ea quæ prophetæ & moses ipse vel dicebant vel faciebant, fi
guræ erant per omnia: at quæ Christus faciebat, dicebatq;,
plena erant veritate, quũ esset ipsamet gratia, & ipsamet ve-
ritas, aliisq; suppeditaret eã. Vbi aũt spectarũt? Quidã suspi- Mat.17.
cãt q̃ fortassis in mõte Thabor. Fortassis aũt & hoc verũ est
q̃ nõ solũ in mõte, sed etiã in oĩb⁹ quæ dicebat & faciebat,
spectabãt gloriã eius. *Iohãnes testatur de ipso, & clamauit di-*
cẽs: Hic erat de quo dicebã, q̃ post me uẽtur⁹, ante me factus est, quia
ante me fuit. Frequenter Iohannis testimonium assumit euã Mat.3.
gelista, nõ vt dominum fide dignũ faciat ex verbis serui, sed Mar.3.
quia turbæ magnã de Iohãne opinionẽ habebãt, ei⁹ gratia

in te-

D in testimonium Christi assumit Iohannẽ, qui apud illos magnus nominabatur, & super omnes alios esse credebatur. Verbum autem, clamauit, magnam fiduciam & libertatem Iohannis ostendit. Non enim in angulo, sed magna cum libertate clamabat de Christo. Quid autem dicebat? Hic erat de quo dicebam. Iohannes etiam antequàm videret Christum, testificabatur de illo: idque singulari dei voluntate, vt ne videatur gratificans personę Christi, de eo honestiora testari. ideo dicit, de quo dicebam, hoc est, etiam priusquàm videre eum. Qui post me venturus, manifeste quàtum ad natiuitatis tem-
Lucæ. 1. pora. Sed enim mensibus prior fuit præcursor Christi secundum natiuitatem in carne. Hic ante me fuit, hoc est, vene-
Arianorũ hæresis. rabilior & glorioſior me fuit. Quare? Quia & prior me erat, se-
cundum deitatem. Ariani autem stultè interpretati dictum
E hoc sunt. Volentes enim demonstrare quòd filius dei non sit genitus à patre, sed fuerit sicut vna aliarum creaturarum, dicunt, Ecce Iohannes testatur de eo, Ante me fuit, hoc est, ante me fuit & cõditus est à deo sicut vna creaturarum. Redarguuntur autem male intelligentes dictum, ex eo quod sequitur. Quæ enim sententia apparet si dicatur, Hic, Christus scilicet, ante me, hoc est, priusquàm ego, conditus est, eo quòd prior me fuerit? Omnibus enim modis stultum est dicere quòd illum creauerit deus prius, eo quòd prior me erat: sed contrarium magis dicere oportebat: quia hic prior me est, ideo ante me fuit, hoc est, conditus est. Et hæc quidem Arianorum sunt dicta. Nos autem orthodoxe intelligimus quòd qui post me venturus erat, iuxta natiuitatem in carne ex vir-
F gine: ante me fuit, hoc est glorioſior & dignior me fuit, propter miracula quæ circa ipsum acciderunt in partu, in educatione, in sapientia. & merito hoc. Etenim prior me erat secũdum natiuitatem diuinam ex parte, quamuis post me venerit secundum aduentum in carne. *Et de plenitudine eius accepimus omnes, & gratiam pro gratia.* Et hæc præcursoris verba sunt, dicentis de Christo quòd nos & prophetæ omnes de plenitudine eius acceperimus. Maiorem enim gratiã habet, quàm qui spiritu afflabantur homines. Nam fons omnis boni & omnis sapientiæ ac prophetiæ existens, supereffluit, & dat se omnibus dignis, & effluens plenus manet, ac nunquàm exhauritur. Gratiam autem accepimus, noui scilicet testamenti, pro gratia veteris legis. Et quoniam testamentum illud antiqua-

lud antiquatum est, pro eo nouũ accepimus. Et quomodo, in- A
quit, nominauit gratiam vetus testamentum? Eo quòd Iudei, gratia in filios adoptati & recepti fuerunt. Dicit enim, Non quia vos multi estis, sed propter patres vestros vos elegi. Patres quoque gratia suscepti fuerunt, & nos ex confesso gratia sumus saluati. *Quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Interpretatur nobis quomodo acceperimus gratiam magnã pro parua gratia, & dicit quòd lex quidem per Mosen data sit, quũ vteretur deus mediatore ho- *Nouũ te-*
mine Mose. Nouum autem testamentum gratia quidem no- *stamẽtũ et*
minatur, eo quòd largitus sit nobis deus non solum peccato- *gratia &*
rum remissionem, sed & filiorum adoptionem. Veritas autem *veritas ap*
vocatur, eo quòd quæcunque patres olim in figurã vel vide- *pellatur.*
runt vel loquuti sunt, ea clare hic prædicarit. Nouum igitur B
inquàm testamentũ, quod & gratia nominatur & veritas, datum est nõ per mediatorem aliquem hominem vilem, sed per filium dei. Et vide quomodo de veteri dicit, Datum est per Mosen. Minister enim & subditus ille erat. De nouo autem testamento non dixit, datum est, sed factum est: vt ostendat à domino nostro Iesu Christo, velut domino, nõ seruo, factam & ad finem perductam gratiam ac veritatem. Nam lex qui- 1. Ioh. 4.
dem data est à deo, mediatore Mose: gratia autem facta est, non data, per Iesum Christum. Factum esse, authoritatẽ quãdam sonat: datum vero, ministerium indicat. *Deum nemo vidit unquam. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ille enarrauit.* Quoniam dixerat quòd gratia & pax per Iesum Christum facta, istucipsum volens adstruere, dicit. Nihil incredendum di C
xi. Nam Moses quidem neque deum vidit, sicut neque alius quispiam: nec potuit nobis manifestam & liquidam de illo narrationem dicere: sed quum esset seruus, minister fuit solũ legalis literæ. Christus autem qui est filius, & vnigenitus, & in sinu paterno est, nõ solum illum videt, sed etiam omnibus hominibus de illo annunciat: atque ita, quia filius est, & patrem videt, & in sinu eius est, merito gratiam & veritatem nobis dedit. Cæterum dixerit hic fortasse quispiam: quomodo hoc loco discimus quòd nullus viderit deum, quum prophe- Esa. 6.
ta dicat, Vidi dominum? Vidit quidem propheta deum, at nõ Gen. 23.
ipsam substantiam, sed similitudinem & apparentiam quandam, sicut capere poterat. Et alius iterũ in alia figura vidit, & alius in alia. Vnde scilicet non ipsam veritatem viderunt

non

Universidad de Deusto Biblioteca

Sinus paternus quis intelligatur.

D non enim diuersis futuris illam vidissent, quæ simplex est & infigurabilis. Quin neque angeli vident dei substantiã, quãuis dicantur videre faciem eius. Hoc enim totum indicat, semper deũ eis apparere. Filius igitur ex õnibus hominibus solus videt patrem, & enarrat illum. Sinum autem audiens paternum, non suspiceris aliquid corporale de deo. Euangelista enim volens nobis indicare filium patri esse coæternum, ac verum & inseparabilem, huius nominis mentionem fecit. *Et hoc est testimonium Iohannis, quando miserunt Iudæi ex Hierosolymis sacerdotes & leuitas ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, nõa sum ego Christus.* Dixit superius quòd Iohãnes testetur de illo: & quũ interseruit quid testatus sit Iohannes de Christo, nempe quòd hic
E ante me fuit, & quòd nos omnes & prophetæ de plenitudine eius acceperim⁹, subdit, Et hoc est testimoniũ. Quale? Quod superius dixit, Ante me fuit, &c. Sed & quæ deinceps dicit, non sunt Christi, & hæc testimonia sunt Iohannis. Porro Iudæi ad Iohannem miserant præstantiores quos habebant, sacerdotes videlicet & leuitas, eosq; Hierosolymitanos, quòd illi, vtpote sapientiores, persuaderent Iohanni per adulationem vt confiteretur se esse Christum. Vide autem quàm sinistra sit illorum mens. Non interrogant eum statim, Tú ne es Christus, sed, tu quis es? Verum ille cognita eorum malignitate, non dicit quis sit, sed confitetur, non sum Christus: ad scopum vtique illorum respiciens, & vndequaque illos ad credendum alliciens quòd alius sit Christus, quem ipsi putant
F vilem, & ex vili patre, fabro videlicet, & contempta patria, nempe Nazareth, ex qua nihil boni esse credebant. Atqui de præcursore ipso magnam habebant opinionem, eo quòd natus erat ex patre sacerdotum principe, & vitam angelicam & quasi materiæ expertẽ ageret. Vnde iuste admiramur Deum, quomodo per illa ipsa per quæ illi gloriæ Christi nocituros se putabant, impediuntur. Nam interrogabant quidem Iohãnem, vt fide dignum, quò testimonium illius, suæ in Christum incredulitati prætexant, si quidem non confessus fuisset illum Christum. Verum secus euenit, & contra eos testimonium versum est. Etenim eum, quem pro fideli habebant, inueniunt præclara testari de Christo, & non sibiipsi honorem arrogare. *Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu? Et dicit, Non sum. Es tu propheta ille? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis*

es, ut responsum demus his qui nos miserunt? Quid dicis de A
teipso? Ait, Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini, sicut dixit Esaias propheta. Heliam existimabant venturum veteri Esa. 40.
traditione persuasi: vnde quærũt num sit Helias, eò quòd & vita eius similis erat vitæ Helię. Negat igitur & hoc. Prophe ta es tu? Negat hoc etiam, tametsi propheta esset. Et quomodo igitur negat? Quomodo? Quia non interrogauerunt eum, Propheta es? sed, propheta ille es? facta interrogatione cũ articulo, hoc est, propheta ille qui expectabatur, de quo dixit Moses, Prophetã suscitabit vobis dñs deus. Nõ negauit itaq; Iohannes se prophetã esse, sed prophetam illum qui expecta batur. Quia enim audierant Mosen dicentem prophetam su Deut. 18.
scitandum, sperabant propter occasiones quasdam hunc futurum illum prophetam. Deinde iterum instant. Dic nobis, B
quis es, Tunc respondit eis, Ego vox clamantis in deserto. Ego, inquit, sum, de quo scriptum est, Vox clamantis in deserto. Nisi enim adieceris, de quo scriptum est, absurda quædam videretur sermonis constructio. Quid autem clamatis? Dirigite viam domini. Seruus, inquit, sum, & vias præparo domino corda vestra. Proinde illa facite recta dolosi vos & obliqui, & facite æqua, ita vt dominus Christus per vos iter faciat. Post hęc inducit Esaiam testem. Nam quum magnifica dixisset de Christo quòd dominus esset, ipse vero serui & præconis suscepisset opus, confugit ad prophetam. Forassis autem quis sic exposuerit, Ego vox clamãtis, hoc est, ego sum vox Christi clamantis, id est, veritatem manifeste annũciantis. Omnes enim qui in lege erant, submisse & humiliter sona C
bant, vtpote qui nondum peruenerant ad tempus euangelicæ veritatis. Et hæc sane erat vocis ruditas in Mose, quia lex obscura erat, & nõ manifesta. Christus autem quum sit veritas ipsa, & annuncier nobis omnia quæ patris, clamans est. ideo Iohannes dicit, Ego sum vox verbi clamantis, versans in deserto. Deinde sequitur aliud principium, Dirigite viam domini. Merito autem dicitur Iohannes vox, eo quod præcursor erat Christi, sicut & vox verbum præcurrit. & vt
manifestius dicam, Vox quidem est spiritus inarticula- *Vox, spũs inarticulatus.*
tus, qui à pectore egreditur: quando autem lingua articulatur, tunc fit verbum. Primum igitur vox, & deinde verbum. Prior Iohannes, & deinde Christus secundum aduentum in carne. Et baptisma quidem Iohannis non erat articulatum,

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

D non enim fiebat in spiritu: Christi vero articulatum erat. Nihil enim vmbrarum vel figurarum continebat, sed fiebat in spū. *Et qui missi fuerāt, erāt ex phariſæis, ac dixerunt ei, Cur ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Helias, neq; propheta?* Postquàm per adulationem nō potuerunt eum ad suas partes trahere, atrocioribus & minacibus verbis terrent, vt diceret quod volebant, & cōfiteretur se esse Christum. Quid igitur baptizas? dicentes: Quis tibi hāc dedit authoritatem? Ostenditur autem ex hoc sermone, illos alium putasse esse Christū, & alium qui expectabatur prophetam. Dicūt enim, Si tu non es Christus, neque propheta ille: alium intelligentes Christum, & alium prophetam illum, male sentientes. Nam propheta ille, ipse est Christus & deus noster. Hęc autem omnia
E dicebant, sicut dixi, vt vrgerent eum quòd confiteretur se esse Christum. Immo si veriora dicere licet, quasi inuidentes eius gloriæ, eum interrogant. Ideo non quærunt num ipse sit Christus: sed, tu quis es? quasi dicentes, quis es tu, qui tale opus attentas, baptizans & purificans confitentes? Et enim neque Iohannem apud multos pro Christo haberi Iudæi mihi velle videntur, sed ex liuore & inuidia interrogare eum, tu quis es? Maxime igitur maledicti Iudæi, & vere progenies viperarum, qui Iohannem quidem baptizantem acceperunt: postquàm autem baptizati sunt, ingrati fuerunt. *Respondit eis Iohannes, dicens, Ego baptizo in aqua: ſed medius veſtrum ſtat, quem vos neſcitis: ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me fuit, cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Vi
F de & mansuetudinem & veritatem sancti. Mansuetudinem quidem, eò quòd nihil asperum ad eos loquitur, quamuis insolentes essent. Veritatem autem, quia libertimus testis erat gloriæ Christi, neque domini gloriam occultabat, vt sibi nobilitatem pareret: sed confitebatur, Ego quidem baptizo imperfecto baptismo: nam in sola aqua, non habente peccatorum remissionem, sed præparante ad suscipiendum spirituale baptisma, quod donat remissionem peccatorum. Medius autem vestrum stat, quem vos nescitis, Nam dominus multitudini se miscuerat, & ignorabatur quis esset, & vnde. Fortassis autem quispiam dixerit quòd & alio modo medius steterit inter pharisæos dñs, sed ignorarint eum. quia enim videbantur scripturas edidicisse, quibus annunciatus fuit dominus, medius fuit inter eos, hoc est, in cordibus eorum: sed ignorabāt

rabāt eū, tanquàm non intelligentes scripturas, quamuis cordibus illas tenerent. Fortassis autem & secundum quòd me- A
diator dei & hominum fuit dominus, medius stetit inter pha- 1. Tim. 2.
risæos, conciliare illos volens deo, sed ignorabant eum. Continue autem ponit hoc, qui post me venturus est: ostendens quòd neque perfectū suum sit baptisma, sed tantum prævium ad spirituale baptisma. Ante me fuit, hoc est, dignior & glorioſior, in tantum vt ego me non ausim numerare vel in vltimis eius seruis. Soluere enim calceum, extremi ministerij est. Scio autem me apud sanctorum quendam etiam hanc legisse expositionem, Calceus semper sumitur ad peccatricem carnem, & corruptioni subditam: corrigia autem vt vinculum peccatorum. Igitur Iohannes in aliis quidem qui ad se egrediebantur, & confitebantur, poterat soluere corrigiam pecca B
torum. Vinculis enim suorum peccatorum cōstricti ad ipsum egrediebantur. Et per hoc quod vocabat eos ad pœnitētiam, viam præparauit eis ad hoc vt perfectè corrigiam illam, & calceamentum peccati abiiciant: in Christo autem non inueniens corrigiam, hoc est vinculum peccati, merito neque soluit, neque soluere potuit. Quomodo enim soluisset, in quo Esa. 53.
non inueniebat? Peccatum enim non fecit, neque inuētus est dolus in ore eius. Calceamentum autem, est aduentus domini ad nos: corrigia autem eius, modus incarnationis, quo verbum dei vnitum & quodammodo colligatum. vrique hunc nodum soluere impossibile est. Quis enim posset soluere, quomodo deus corpori colligatus sit? *Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Iohānes baptizans.* Quare dixit q̄ C
hæc in Bethania facta sint? Vt ostendat magni præconis li- Bethabara.
bertatem, quòd non in domo, neque in angulo, sed circa Iordanem in media multitudine hæc de Christo prædicauerit. Sciendum autem quòd exemplaria emendatiora habent, in Bethabara. Bethania enim non trans Iordanem est, sed prope Hierosolymas. *Poſtero die uidet Iohannes Ieſum uenientem ad ſe, & ait, Ecce agnus iſte dei, qui tollit peccata mundi.* Sæpe dominus venit ad præcursorem. quare? Vel omnino quòd sicut vnus ex multis & ipse à Iohanne baptizaretur: & ne putent quidā quòd quasi peccatis obnoxius, æqualiter cum aliis baptizatus sit, ideirco iterum venit, dans Iohanni occasionem corrigendi hāc opinionē. ideo & Baptista dicit, Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Nā qui tam pur⁹ est, vt & alio-

D rum peccata tollere & abolere valeat, manifestum quòd non acceperit æqualiter cum aliis confessionis baptisma. Exquire autem diligenter hoc dictum, Ecce agnus dei: quia sermo est ad cupientes & quærentes videre illum agnum qui ab E-
Esa. 16. saia prædictus est. Ecce, inquit, qui quæris, ille agnus ecce adest. Probabile enim multos in prophetico libro Esaię edoctos quæsiuisse quisnam ille agnus esset. Igitur Iohannes demonstrat eum. Non dixit autem, agnus: sed dixit, ille agnus. Nam multi quidam agni, sicut & multi Christi: sed ille est
Quare Christus agnus dei dicatur. verus agnus qui à Mose figuratur, & ab Esaia prædicitur. Porro agnus dei dicitur Christus, siue quòd deus acceperit mortem Christi pro nostra salute, siue quòd deus tradiderit illum pro nobis ad mortem: quemadmodum dicere solemus,
E sacrificium hoc illius est: hoc est, ille sacrificium hoc obtulit. Sic igitur & dominus dicitur agnus dei, eo quòd deus pater propter charitatem suam erga nos, illum dederit ad mortem. Nō dixit autem, qui abstulit peccatum: sed, qui tollit in præsenti peccata nostra. Quotidie enim tollit peccata nostra, & aliorum quidem per baptismū, aliorū aūt per pœnitentiā. Et agni quidem qui in veteri lege immolabantur, nullius peccatum omnino abolebant: hic autem totius mundi peccatum tollit ē medio, & abolet. Quare autem non dixit, peccata, sed peccatum. Fortasse quidem per hoc quòd dicit peccatum, in genere dixit, & de omnibus. Sicut enim dicere solemus, defecit homo, hoc est, omnis humanitas, à deo: ita & hoc loco dicens peccatum, omnia peccata significauit. Fortassis autem,
F quia inobediens fuit homo deo, & in varias affectiones inci-
Philip. 2. dit: peccatum mundi, inobedientia fuit, quam è medio abstulit dominus, factus obediens vsque ad mortem, & cōtrarium cōtrario sanās. *Hic est de quo ego dicebā, Post me uenit uir, qui ante me fuit: quia prior me erat.* Superius quidem iis qui à pharisæis venerant, Iohānes dicebat, Medius vestrum stat, quem nescitis, quia ante me fuit. nunc digito ostendit illum, & ma-
Arii & Pauli Samosat eni secta confucatur. nifestat ignorantibus. Hic est ille de quo testificabar, inquit, pharitæis, ꝙ ante me fuerit, hoc est dignior me & insignior. Quare? Quia prior me erat. Audi Arī, non dixit, prior me cōditus est, sed erat. Audi & tu Pauli Samosateni secta, quòd nō à Maria esse cœperit dominus, sed præcursore prior fuerit secundum substātiam suam, quam ante secula habuit, quoniam
Lucæ. 1. si, quēadmodum vos nugamini, dominus à Maria initiū suæ substantiæ

substantiæ assumpsisset, quomodo prior fuisset præcursore? A
Etenim præcursor manifeste sex mensibus antecessit dominū iuxta natiuitatem in carne. Vir autem dicitur dominus, fortassis propter ætatem perfectam, quoniam triginta annorum erat quum baptizaretur. Fortassis autem quòd & omnis animæ vir sit, & ecclesiæ sponsus. Adoptaui enim, inquit Pau- *1. Cor. 11.*
lus, vos vni viro vt virginem castam exhiberetis, Christo scilicet. Dicit igitur præcursor, Ego quidem pronubus & internuncius, veniet autem post me vir. Nam ego quidem traho animas ad fidem in Christum: ipse autem vir est qui illas sibi adiunget. *Et ego nesciebam illum: sed ut manifestetur Israeli propterea ueni ego in aqua baptizans. Et testatus est Iohannes dicens, Vidi spiritum descendentem specie columbæ de cælo, & mansit super eum, & ego nesciueram eum: sed hic qui misit me ut baptizarem aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendere, & manere super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto Et ego uidi, & testatus sum Christum esse filium dei.* Quoniam cognatus do- B
mini erat præcursor (dicit enim angelus virgini, Ecce cogna- *Lucæ. 1.*
ta tua Elizabeth cōcepit) vt ne quis suspicetur quòd propter cognationē præcursor gratificaturus fuerit dño, & testimoniū phibuerit, eius gratia subīde dicit, Et ego nesciuerā illū. ita suspicionem tollēs: sed dicit, vt manifestet Israēli, ideo ve ni baptizare: vt oēs, inquit, adducātur ad fidem in illū, & mō stretur populis. nā propterea ego baptizo. me eū baptizante concurrūt populi, & quū cōgregātur, manifestatur eis Christus, qui à me prædicatur, & præsens præsentibus mōstratur. Nisi eū propter baptismū cōfluerēt, quo à Iohāne mōstrare- C
tur dās? Nō eū ostiatī obābulabat, vt manu Christū ostēderet, & vnicuiq; mōstraret. igitur ea de causa, dicit, veni bapti zare aqua, vt populis, ppter baptisma cōueniētibus à me manifestet. Hoc aūt loco discimus ꝙ miracula pueritię Christi *Miracula*
cōficta sint, & mēdacia, cōposita ab his q deridere voluerūt *pueritiæ*
mysteriū. Nā si fuissēt vera, quo ignotus fuisset dās q hæc fa *Christi cō*
ciebat? Neutiq; eū verisimile fuerit nō fuisse celebrē eū q ta- *ficta.*
lia faciebat miracula. Verum nō ita est. Non enim antequam baptizaretur, signa fecit, neque cognitus erat. Sed is qui misit me vt baptizarem, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendere, ille est qui baptizat spiritu sancto. Iohannes (vt dixi) quò testimonium non suspectum faceret de Christo, testimonium refert ad Deum & ad patrem.

D Nam ego quidem, inquit, nesciebam illum: pater autem reue
Obiectio lauit mihi hunc in Baptismate. Porro interrogauerit quis-
Matt. 3. piam: si ignorauerit illum Iohannes, quomodo Matthæus di
cit quòd prohibuerit eum, dicens, Ego debeo à te baptizari? Dicendum igitur quòd sic intelligi debeat nesciuerat ipsum, ante multum temporis, & ante baptismum nesciuerant il
lum. Nam in baptismi tempore noui illum. Vel etiam aliter
dicendum, quòd nouerit quidem illum quòd esset Christus:
quòd autem ille esset qui baptizaret spiritu sancto, tunc didi-
cerit, quando vidit spiritum descẽdentem. Dico igitur, quòd
nesciuerit illum, hoc sibi velit, quòd nesciuerit illum esse qui
baptizet spiritu sancto: sciebat tamen eum esse super mul-
tos, & ideo secundum Matthæum, cum omnino maiorem co-
E gnoscebat. Postquàm autem spiritus sanctus descendit, mani
festius agnouit, & aliis eum prædicauit. Spiritus autẽ omni-
bus apparuit qui aderant, & non soli Iohanni. Cur ergo, di-
cet quispiam, non crediderunt? Eo quòd obtenebratum erat
insipiens cor illorum: quia & quum viderunt eum facientem
miracula, non crediderunt. Quidam autem dicunt quòd non
omnes viderint, sed hi qui magis pij erant. Nam quanuis cor
poraliter descẽderit spiritus, verisimile tamen est non omni-
bus apparuisse, sed dignis: quandoquidem & prophetæ mul-
Danie. 10 ta in sensibili specie viderunt, sicut Daniel & Ezechiel, quæ
Eze. 1. 9. tamen nullus alius vidit. Et vidi, & testatus sum quòd hic est
10. filius dei. Et vbi testatus est Iohannes quod hic est filius dei?
nusquam enim scriptum est. Nam agnum quidẽ dicit, filium
F autem dei nusquam. Vnde verisimile est coniectare quòd &
Iohã. 21. plura alia prætermissa sint. Nõ enim omnia conscripta sunt.
Postero die iterum stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo, & intuitus Iesum ambulantẽ, dicit, Ecce agnus dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Propter audientium
ignauiam cogitur Iohannes eadem dicere, vt vel crebro te-
stimonio efficiat aliquid: neque falsus est. Christo enim sta-
tim duos discipulos obtulit. Nam quum reuera pronubus es-
set, omnia faciebat, & ita humanam naturam sponso adduce
bat. Ideo & Christus quidẽ tacet, vt spõsus: pronubus autem
Nuptiarũ omnia loquitur. Et dominus sicut sponsus venit ad multitu-
ritus dinem. In nuptiis enim nõ sponsa ad sponsum, sed sponsus ad
illam abit, etiam si regis filius sit. Ideo & dominus naturam
nostram desponsaturus, descendit ad eam in terram, & sa

ctis nuptiis

ctis nuptiis assumptus ipse tulit eam in domum patris. Itaq; A
quum intuitus esset Iesum Iohannes, hoc est, etiam corporali
bus oculis præ se tulisse gaudium quod habebat in Christo &
miraculo: Vide, inquit, agnus ille. At discipuli crebris testimo
niis demulsi, sequuti sunt Iesum: non quidem contemnentes
Iohannem, sed magis obedientes ei, testanti de Christo me-
liora. *Conuersus autem Iesus, & conspicatus eos sequentes se, dicit eis, Quid quæritis? Illi autem dicebant ei, Rabbi (quod dicitur, si quis interpretetur, magister) vbi manes? Dicit eis, Venite & videte. Venerunt igitur, & viderunt vbi maneret: & manserunt apud illũ die illo. Hora autem erat quasi decima.* Matthæus quidem quum
de baptismate narrasset, statim subducit illum in montem
tentandum: at præsens Euangelista relictis iis quæ ab illo di
cta sunt, refert ea quæ post descensum de monte facta sunt. B
Igitur postquàm de monte vbi tentatus fuit, descendit, se-
quitur discipulorum comitatio & accessus ad Christum. Opi Doctor
nor quòd sermo demonstret quòd non debeat aliquis constí- cõstitui & tui doctor, nisi prius ad fastigium conscenderit virtutum debeat.
(hoc enim mons significat) & omnem deuicerit tẽrationem,
triumphum de tentatore refereus. Sequuntur igitur primùm
discipuli, & tunc interrogant eum vbi maneat. Non enim
publice multis præsentibus, sed seorsim oportebat colloqui,
quasi de rebus quibusdam necessariis. Immo illi non prio-
res interrogant, sed Christus ipsos inducit ad interrogan-
dum. Dicit enim eis, quid quæritis? non tanquàm ignorans
(quomodo enim ignoraret, qui sciebat corda hominum?) sed
vt per interrogationem prouocaret eos ad dicendum quid C
vellent. Verisimile enim est eos erubuisse, & reueritos illum,
cui Iohannes testimonium plus quàm de homine dederat.
Te autem velim admirari bonam illorum affectionem erga
Christum. Non enim solum sequuti sunt, sed & Rabbi salu-
tant, hoc est, magister, idque cum nihil adhuc de illo audis-
sent. Volentes itaq; seorsim aliquid ab eo discere, interrogãt
vbi maneat. In quiete enim commodius & discitur & audi-
tur. Dominꝰ vero nõ dicit eis signũ domꝰ: sed, venite, inquit,
& videte. Hoc autẽ facit tum vt magis alliciat eos ad sequẽ-
dum se, tum vt probet eorum desiderium, num grauentur ex
itinere. Nam si frigida mente accessissent, neutiquam ad do- Obiectio.
mum fuissent sequuti. Quomodo autem Christus alibi dicit Luc. 9.
quòd filius hominis non habeat vbi caput reclinet: hoc au-

D hoc autem loco videtur habere domum ? Non hæc interse dissident. Etenim quando dicit quòd non habeat vbi caput reclinet: non dicit quòd nullum omnino habeat diuersorium, sed quòd non habeat proprium. Si igitur habitasset in domo, non propriã inhabitasset, sed alienam. Non frustra autem Euãgelista assignat tempus, quòd fuerit hora quasi decima, sed vt doceat & doctores & discipulos. quòd propter nullum tempus studia sua differre debeant, neque doctor prætexat aliquid, & dicat ꝙ vespere sit: & discipulus sciat omne tempus esse doctrinæ, nec differẽdum auditum in crastinum. Hinc autem discimus quòd discipuli habebãt ventrem minime oneratum, sed ieiuniis assuetum, eo quòd tempus quod alij impendunt in quietẽ corporis cibis grauati, & non valentes serio operi intendere, hoc illi insumebant in doctrinam.

Oẽ tepus doctrinæ aptum.

E Ita erant discipuli Iohannis ieiuniis clari. Vide autem obsecro quòd Christus conuertit se ad sequẽtes, & ostendit eis faciem suam. Nisi enim per bonam operationem sequutus fueris Iesum, non peruenies ad cõtemplationem faciei domini, neque ibis ad habitationẽ eius, hoc est, non peruenies ad illuminationem diuinæ sciẽtiæ. Lucem enim, inquit, habitat inaccessam. Propterea nisi quis seipsum purificauerit, & purificationẽ sequutus fuerit, quomodo scientia illustrabitur? *Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierãt à Iohanne, & sequuti fuerunt illum. Inuenit hic prior fratrem suum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Messiã, quod est, si interpreteris, Christus. Et duxit illum ad Iesum. Intuitus illum Iesus dixit, Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretari licet, Petrus.*

1. Tim. 7.

F Andreæ quidem nomẽ profert nobis, sed non alterius. Quidam autem dicunt illum esse Iohannem, qui hæc scribit. Nonnulli autem aiunt quòd non fuerit ex nobilioribus aliquis. Præterea nulla vtilitas fuerat etiam scire nomen. Cæterum Andreę mentionem facit, quia & insignior erat, & adducebat suum fratrem, Vide autem, obsecro, quantum amauerit fratrem, & quomodo non occultauerit ab eo bonum, sed communicarit ei thesaurum, emiseritque iucunditatis vocem, Inuenimus, dicens. Et verisimile est, quòd multo tempore desiderarit & meditati fuerint quærere illum. Neque simpliciter dicit, Messiã: sed, Messiã illũ: cũ articulo, illũ ipsum qui proprie est Christus. Vnus eñ erat qui ab eis expectabatur, quãuis multi essent Christi qui & filij dei appellabãtur

Adduxit

Adduxit autem illum ad Iesum, non quòd tam leuibus esset moribus, vt ad omnem sermonem circunferretur: sed quòd feruenti & bono animo susceperat sermones quos ei dixerat frater de Christo. Verisimile enim est quòd Andreas plura dixerit ei, & manifeste annunciauerit de Christo, vtpote edoctus secretiora quædam, eò quòd manserat apud Christũ. Quòd si perseuerat quis arguendo facilitatem Petri, discat & hoc non esse scriptum, quòd crediderit statim Andreę, sed quòd Andreas duxerit illum ad Iesum, id quod magis solidæ mentis fuerit, & nõ quouis vento circumactæ. Non enim simpliciter recepit sermonem Andreæ, sed voluit videre & Christum: vt si quidem inueniret quod dignum fide, sequeretur: sin minus, resiliret: & ita duci ad Iesum, non leuis, sed studiosæ mentis indicium erat. Quid igitur dominus? Pro- B phetando de illo, illis se manifestare incipit. Nam quia prophetiæ non sunt minimum signorum, immo plurimum hominibus persuadent, prædicit de Petro, Tu enim, inquit, es Simon filius Iona. deinde & quod futurum, Tu vocaberis Cephas. Nam quum quod præsens est dicitur, etiam futurum credibile fit. Non dixit autem, ego te vocabo Petre, sed vocaberis. Nolebat enim ab initio authoritatem suam indicare, eo quòd nondum firmam in illum fidem haberent. Quamobrem autem agnominat hunc quidem Petrum, illos autem, filios inquam Zebedæi, filios tonitrui? Vt ostendat quòd ipse sit qui & olim nomina indiderit, & sicut nunc, ita etiam tunc mutauerit nomen Abram in Abraham, & Saram in Sarram. Scias autem quòd Simon interpretatur obedientia, Ionas vero columba. Igitur mansuetudinis quæ per columbam significatur, filia est obedientia: & qui habet obedientiam, etiam ipse Petrus efficitur, per obedientiã proficiens vt firmetur in bono. *Postero die uoluit Iesus exire in Galilæã & reperit Philippum: & dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Reperit Philippus Nathanael, & dicit ei, De quo scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph, Nazarenum.* Andreas quidem præcursore audito, & Petrus Andrea, secuti sunt Iesum: at Philippus videtur nullum audiuisse, & statim secutus esse dominum, dicentem sibi, Sequere me. Vnde hoc igitur, quòd ille tam statim credit? Videtur igitur primùm vox domini animam illius tamquã lo quodã charitatis tetigisse. Nõ enim simpliciter saluatoris

Prophetiæ uis.

Marci. 1.

Gen. 17.

C

Christum cur mox uocati discipuli sequebãtur.

Lucæ. 24

Universidad de Deusto
Biblioteca

D vox dicebatur, sed dignos statim flagrare faciebat intrinse-
Luc. 24 cus ad amādum ipsum: sicut & Cleopas dicit, Nónne cor nostrum ardēs erat quum loqueretur nobis in via? Quia autem Philippus, eo quòd solicitum cor habebat, & multum meditabatur scripta Mosis, expectabátque semper Christum, & statim simul atque vidit, credidit: propterea etiam dicit, invenimus Iesum: quo ostendit quòd semper quæsierit. Fortasis autem & à Petro & Andrea de Christo didicit. Etenim verisimile est colloquutos illos ei, qui ex eadem patria erat, & narrasse de Christo: id quod & Euangelista videtur insinuare per hoc quod dicit, Erat autē Philippus à ciuitate An-
E dreæ & Petri. Parua autē fuit ista ciuitas, quæ pagus rectius diceretur: vnde & digna miraculo Christi virtus, quòd ab his qui nullum afferebant fructum, præcipuos discípulos elegerit. Igitur neque Philippus apud se bonum hoc retinet, sed communicat & Nathanaeli: & quia legisperitus erat Nathanael, ad legem & prophetas ipsum mittit Philippus, quia diligenter legem meditabatur. Porrò filium dicit Ioseph dominum, quia eius filius nominabatur: & Nazarenum illum appellat, quanuis proprie à Bethleem fuit, in qua natus, sed in Nazareth educatus fuit. At quoniam natiuitas eius multis incognita erat, manifesta autem educatio, à Nazareth eum nominat, vtpote illic enutritum. *Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo, Ecce uerus*
F *Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, unde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Priusquam te Philippus vocaret, quum esses sub ficu, uidebam te.* Philippus quidem Iesum Nazarenū dicebat, Nathanael autem, vtpote in lege diligentior, cognoscebat ex scripturis quòd à Bethleem oportebat venire Christum: & propterea dicit, A Nazareth potest esse aliquid boni? Philippus vero inquit, vade, & vide: sciens quòd si gustaret verba Christi nō esset discessurus. Porrò laudatur à Christo Nathanael: vtpote verus Israelita, non enim ad gratiam neque ad odium loquebatur. Non enim verba illa sunt incredulæ, sed diligentis & in lege versatæ mentis, quæ sciebat quòd Christus non à Nazareth, sed Bethleem veniret. Quid igitur Nathanael? num laudibus remissio fit? Minime, sed vrget, manifestius & euidentius quiddam discere volens: Ideo & interrogat, Vnde me nosti? At Christus dicendo ei

quæ

quæ nullus alius sciebat præterquam ipse & Philippus, quod A
solus & locutus esset & fecisset, detegit & suam deitatem. Nam Philippus solus & nullo præsente sub ficu locutus erat Nathanaeli, quæ sane omnia Christus etiam absens cognoscebat. Proinde & dicit, Quum esses sub ficu, vidi te. Priusquam autem appropiaret Philippus, dixit dominus de Nathanaele, Vide Israelites. vt ne quis suspicetur quòd Philippus Christo dixerit de ficu, & alius quæ locutus sit cum Nathanaele. Vnde Nathanael agnito domino, fatetur eum filium dei. audi enim quid dicat. *Respondit Nathanael, & ait ei, Rabbi, tu es ille filius dei, tu es ille rex Israel. Respōdit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, uidebam te sub ficu, credis: maiora his uidebis. Et dicit ei, Amen amen dico uobis, posthac uidebitis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis.* Maxime potens est prophetia, & efficacior miraculis ad allicíendum quosdam ad fidem. Dæmones enim etiam possunt miracula simulare, & apparenter facere: præscientiam autem futurorum, & prædictionem euidentem nullus habet neque angelus, & quanto minus dæmones? Ideo & Nathanaelem dominus attraxit dicens ei locum, & quod locutus esset ei Philippus, & quòd vere esset Israelita. Nathanael igitur auditis illis sentire cœpit magnitudinem domini, quantum tunc possibile erat, & fatetur illum filium dei. Veruntamen quanuis filium dei fateatur, non tamen sicut Petrus. Nā Petrus quidem confessus est filium dei, ideo & beatus prædicatur, & Ecclesia ei concreditur. Nathanael vero vt hominē nudum quidem eum fatetur, gratia autem propter virtutem C
adoptatum in filium dei: & hoc manifestum ex eo quod subditur, Tu es ille rex Israel. Vides quòd nondum venerat ad perfectam cognitionē veræ deitatis vnigeniti. Etenim quasi amicum dei, & quasi regem Israel eum credit esse. quòd si vere eum deum esset confessus, non dixisset eum regem Israel, sed regem vniuersi. Vnde nō prædicatur beatus, sicut Petrus: & dominus corrigens eum, & inducens ad cognoscendum quiddam dignum sua deitate, Videbitis, inquit, angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis. Ne enim, inquit, suspiceris nudum hominem, sed dominum angelorū. cui enim angeli ministrant, is vtique non fuerit purus homo, sed verus deus. Porrò hæc in cruce & ascensione euenerunt. Nam & ante tempus passionis angelus de cælo confortauit

eum, &

Prophetia maxime potēs allicere quos dā ad fidē

Mat. 18.

Dcum,& in ſepulchro viſi ſunt angeli,& in aſſumptione, ſicut
Lucæ. 25 Lucas prodit. Sunt qui per ſicum legem intellexerunt, quaſi fructum habentem ad tempus dulcem, aſperitate autem legalium obſeruationum, & difficultate mãdatorum quaſi foliis obtectam. Dicunt igitur quòd Nathanaelem dominus viderit,& intellectum eius illuſtrarit, quanuis adhuc ſub lege eſſet. Tu & hoc ſcias, ſi quid & hæc arrident, quòd Nathanaelem dominus vidit adhuc ſub lege exiſtentem, hoc eſt, intra legem,& profunda legis ſcrutantem. Nam ſi non eſſet ſcrutatus profunda legis, neutiquã vidiſſet eum dominus. Scias autem & hoc, quòd Galilæa interpretatur deuolubilis. Exi-
Galilæa. uit igitur dominus in deuolubilem huius mundi regionem, vel etiam humanam naturam:& nos ſub ficu ſumus, hoc eſt, peccato dulci, cui etiam non parum amaritudinis adeſt propter pœnitudinẽ & iudicia ſecutura. Sicut miſericors videt ac eligit eos qui fatentur ipſum filium dei, & regem eius Iſrael qui videt deum. Et ſi quidem ſtudium adhibuerimus, & maioribus nos dignabitur ſpectaculis,& videbimus angelos aſcendentes quidem ad ſummitatem cognitionis dei: deſcendentes vero iterum, incognibilẽ eius ſubſtantiam deprehendere non valentes. Vel aliter. Aſcendit quis, quando verſatur in ſermonibus de deitate vnigeniti: deſcendit autem, quando tractare gaudet ſermones de incarnatione & deſcenſu in infernum.

CAPVT II.

Et die tertia factæ ſunt nuptiæ in Cana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ieſus ac diſcipuli eius ad nuptias. Et quum defeciſſet vinum, dicit mater Ieſu ad eum, Vinum non habẽt. Dicit ei Ieſus, Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. Vocant ad nuptias dominum, non quòd viderint miracula, vel aliud quiddam magnũ: ſed ſimpliciter vocant vt notum. vnde hoc ſignificans Euangeliſta, dicit, Erat autem mater Ieſu & fratres eius ibi. Igitur ſicut illã & fratres, ita & Ieſum vocauerunt. Affuit autem ipſe,& vocationem non repulit, quia non reſpexit ad domum dignam, ſed ad vtilitatẽ & beneficia noſtra. Nam qui non dedignatus eſt fieri ſeruus, multo

multo magis non dedignatus eſt venire ad nuptias. Exhortatur autem illum mater vt magnum faciat miraculum, habens opinionem ſuæ erga illũ poteſtatis, tam ob conceptionem, quàm ob partum. Omnia enim conſeruabat in corde Lucæ. 2.
ſuo, & ex illis cogitabat filium aliquid poſſe ſupra hominẽ. Neque enim mater eius vt oraret deum ad faciẽdum aliquod miraculum, ex alio quod prius viderat facere inducta eſt. Nam quum puer eſſet, nullum fecit miraculum: quia ſi feciſſet, notus fuiſſet omnibus. Audiuerat autem mater de teſtimoniis Iohannis, quæ de ipſo erat teſtatus, videbãrque iam & diſcipulos ipſum ſequentes: & ex his omnibus cõiectabat virtutem filij. At ille increpat eam, non abſurde. dicit enim, ſi non adeſt vinum, oportet illos ipſos quibus deeſt, accedere & rogare,& non te matrem. Nam quando hortantur à domeſticis, ſcandalum fit videntibus. quando autem hi rogant qui opus habent, ſuſpicione res caret. Cæterum dicens, Nondum venit hora mea, non vult quòd obnoxius ſit neceſſitatibus temporum, vel horas obſeruet (quomodo enim hoc dicere poſſemus de factore temporum & ſeculorum?) ſed quòd omnia tempore cõgruo operetur. Igitur quoniam adhuc incognitus erat, & occultus multis, & nondum omnes habebat diſcipulos,& neque hi qui in nuptiis erant eum agnoſcebant (nam alioquin ipſi acceſſiſſent, & rogaſſent pro vino) quia hæc omnia ita ſe habebant, Nondum (inquit) venit hora mea, hoc eſt, opportunum tempus nondum adeſt. At hic adhuc vrget Arij furor, qui monſtrare nititur dominum horis & temporibus ſubditum. Diſce igitur ò maledicte, quòd ſi fuiſſet horis & temporibus ſubiectus, quomodo poſtea feciſſet miraculum? Oportebat enim id ſecundum tuum ſermonem, quoniam ſeruit horis & temporibus. Nondum autem venit hora eius ne poſſit miracula facere: ſed miraculum fecit, non igitur ſeruit horis. Vide autem, oro, quomodo non vſque ad finem, neque per omnia reſiſtit matri, ſed quum eam parum perſtrinxiſſet, iterum preces eius implet, honorans illam: & nobis dat formam reuerentiæ erga parentes. *Dicit mater eius miniſtris, Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi hydriæ lapideæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas ac ternas. Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas uſque ad ſummum. Et dicit eis, Haurite nũc: & ferte architriclino: & tulerũt.*

Miniſtris

D Ministris dicit mater, Quicquid dixerit vobis, facite. atq; ita cum maior fieret petitio, quumque accessissent & illi, ac petissent: vt monstretur quòd nõ infirmitatis fuerit repulsa, sed ne videretur accurrere & festinare ad miraculorum operationem propter ostentationem & vanam gloriam. Lapideæ autem hydriæ ad purificationem Iudæorum aderant. Iudæi enim ferme singulis horis abluebantur, & sic comedebant: vt si tetigissent leprosum, vel mortuum, vel rem habuissent cum muliere, se lauabant, quasi immundi forent. Et quũ

Palæstina inaquosa. Palæstina inaquosa sit, nec vbique inueniantur fontes, implebant semper hydrias aqua: & ita non currebant ad flumina, ne forte immundi fierent. Non temere igitur dixit, secundũ purificationem Iudæorum. Sed ne infidelium quidam suspicarentur quòd mansissent in ea vindemiæ quędam reliquiç,

E & dein aqua infusa, & vinum deinde tenuissimum, ostẽdit φ nunquam illa fuerint vini receptacula. Iam, num potuit etiã absque eo quod impleretur hydria aqua, creare vinum ex nihilo? Potuit quidem, sed sæpe obest magnitudo ne miracula creditu sint facilia. Interim hoc accedit, vt testes miraculi fiant ministri, qui aquam infuderant hydriis. Insuper vt discamus quod ipse sit ille qui & in vite liquorem aquæ in vinum conuertat. Iubet autem ministros vt architriclino gustandũ exhibeant. Non immerito, sed vt ne suspicentur quidam φ ebriorum conuentus fuerit, quorum gustus corruptus esset, & qui ebrietatis vitio existimarunt aquam vinum. Ne igitur locum haberet talis suspicio, iubet gustandum dari architriclino, qui sobrius erat. Etenim hi quibus tale concreditũ est ministerium, magis sobrii sunt, vt eorum iussu omnia quæ il

F lic geruntur, ordinate fiant & composite. Cæterum oremus vt

Adhortatio Theophylacti, & moralis expositio. hæc in nobis quoque impleantur etiam nunc. nempe vt fiant nuptiæ, hoc est, coniunctio dei cum anima nostra, quãdiu sumus in Cana Galilææ, loco inquam inferioris huius & deuolubilis mundi, eius qui rotatur, & rotat alia. Nuptiæ illæ non fiunt sine præsentia Christi, & suæ matris, & discipulorum eius. Nisi enim quis crediderit in Christum, qui natus est ex maria virgine, & locutus est per Apostolos, quomodo coniũgetur deo? Sciamus igitur quid miraculis operetur dominus in talibus nuptiis, & in tali coniunctione dei ad animam. Aquam in vinum conuertit, & sex nostras lapideas hydrias implet. Per aquam tu quidem intellexeris dissolutionẽ nostram

nostram & mollitiem in via ac doctrina: per hydrias vero A sex, quinque sensus per quos in operibus labimur: & sextam hydriam, rationalem vim, per quam in doctrinis periclitamur. Itaque dominus noster Iesus Christ⁹, verbum inquam euangelicum, nostros sensus, siue in virtute practica, siue cõtemplatiua, si quid in eis aqueum est & resolutum, in vinum conuertit sapidum, & lætificans vitam & sermonem: atq; ita implẽtur hydriæ nostræ bono hoc poculo: sensus scilicet, ne in operatiua vi labamur: & ratio, ne in praua incidam⁹ dogmata. Obserua autem quod & lapideæ hydriæ propter purificationem Iudæorum stabant illic. Nam Iudas quidem dicitur confessio: purificatur autem qui pœnitet, per quinq; sensus quibus prius peccarat. Oculus male uiderat, sed ocul⁹ ite B rum lachrymas in cõfessione profundit, atque ita seruit purgationi. Audiuit auris verba meretricia, sed iterum se inclinat ad verba oris dei. ita & in aliis sensibus. Sic & rationalis virtus in dogmatibus peccat, sed iterum mũdat priorem malitiam quando ad pia dogmata redit Cæterum lapideæ hydriæ ideo sunt, vel quod ex terra formati sumus, vel quod solida receptacula talis vini esse oporteat, & nusquam futilia. Lapidea hydria erat Pauli rationalis vis, etiam quando persequebatur. Zelator enim erat paternarum traditionũ super *Galat. 5.* omnes coætaneos & quando prædicabat. tantam enim vim verbi habebat, vt a Lycaonibus Mercurius crederetur, vtpote dux verbi. *Actũ. 14.* *Postquam autẽ gustasset architriclinus aquam in uinum uersam, neque sciret unde esset, sed ministri sciebant, qui hauserant aquam, uocat sponsum, & dicit ei, Omnis homo primo loco bonũ uinum ponit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu seruasti bonum uinum usque ad hoc tempus?* C Architriclinus non ministros, sed sponsum interrogat: quare? Omnino iuxta diuinam prouidentiam. Nam si ministros interrogasset, vtique miraculum reuelassent, & null⁹ eis credidisset. Initium enim erat signorum, & null⁹ adhuc opinionem talem habebat de Christo: atque ita ministris narrãtibus miraculum hoc, nullus credidisset. Igitur postquam & alia signa ostẽsa sunt, credibile & hoc futurum erat, & paulatim ministri omnib⁹ hoc enarrantes, fideles habiti fuerunt. Idcirco ordinauit dominus ne ministri interrogarentur, sed sponsus. Porro non simpliciter fecit vinum, sed & optimum. Hæc enim quæ per miracula Christi facta, multo meliora his sunt quæ per naturã fiunt.

D fiunt. Et quòd aqua factũ sit vinum, testes sunt ministri qui hauserant aquam, quòd vero optimum fuerit, architriclinus testatus est: quæ sane omnia procedente tempore prædicata, credibilioraque facta sunt audientibus. Potes autem intelligere & vinum quidem sermonem euangelicum, aquam autẽ omnia quæ ante Euangelium, quæ liquidiora & insipidiora erant, & ad illius perfectionem non peruenientia: & vt ali-

Variat dedit deꝰ homini leges.

quid exempli gratia dicam, Dominus homini varias leges dedit, vnam in paradiso, secundam tempore Noe, tertiã sub Abraham, nempe circumcisionem, quartam per Mosen, quin tam per Prophetas. Omnes igitur illæ si conferantur cum

Gen.1.9. 17.

Euangelii euidentia & virtute, aqueæ sunt, si quis eas simpli citer & ad literam intelligat. Quod si quis spiritu incedit,

E & intelligit abscondita, inueniet aquam mutatam in vinum.

Exod.19. & 20.

Nam quæ simpliciter dicuntur, & ad literam intelliguntur, multis omnino aqua sunt: qui autem spiritualiter diiudicat, inueniet vinum optimum, postea habẽdum & seruandum a spõso Christo: quandoquidem & in extremis temporibus monstratum est Euangelium. *Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderũt in eũ discipuli eius.* Quod dominus signa operari cœperit post ba

Signũ in Cana, an absolute primũ fuerit.

ptismum, & prius quidem diximus: videtur autem & hoc signum primo fecisse. dicit enim, Hoc fecit initium signorũ. At dicet quis quod licet fuerit initium signorum, non tamen omnium, sed eorum quæ in Cana Galilææ. Nam quum plura ibi fecerit signa, hoc tamen primum fuit. Et hæc quidem

F illi dixerint: nos autem quãuis multa habeamus ad monstrãdum quod initium fuerit omnium signorum (etenim quũ dicit, manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius: indicat quod ante hoc nõ fecerit miraculum aliud ab illo enim manifestauit gloriam suam) attamen non refert siue hoc siue aliud fuerit prius. Quomodo autem manifestauit gloriam suam? Non multi interfuerunt, neque coram populo fuit factum. Verum quidem non tunc, sed postea miraculum hoc audituri erant omnes, vnde vsque in hunc diẽ celebratur, & in occulto non est. Quod autem & discipuli eius crediderint in eum, ita intellige, quod fidem ampliorem & firmiorem acceperint: quia & prius quidem crediderant, sed non tam firmiter. *Post hæc descendit Capernaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus.*

diebus. Et in propinquo erat pascha Iudæorum, & ascẽdit Iesus Hie A *rosolymam, & reperit in templo eos qui uẽdebant boues & oues & columbas, & nummularios sedentes. Et quum fecisset flagellum e funiculis omnes eiecit de templo, oues simul ac boues, & nummulariorum effudit æs, mensasque subuertit: & iis qui columbas uendebant dixit, Auferte ista hinc, nec facite domum patris mei, domum mercatus. Recordati uero sunt discipuli eius quod scriptũ est, Zelus domus tuæ exedit me.* Descendit in Capernaum dominus, non al- *Psal.68.*

terius vsus gratia, quam vt matrem suã illic residere faceret, vt ne illam vbique post se traheret. Quoniã enim ad nuptias venerant in Cana, nuptiis habitis abducit matrem in domũ suam in Capernaum. Manifestum autem quod propter hanc causam descenderit in Capernaum, ex eo quòd neque multis illic manebat diebus, neque miraculum illic faciebat. In- B creduli enim erant eius ciuitatis uiri. ideo & alio loco dominus eam miseram esse dicit. Quod autem dicit Euangelista fuisse prope pascha, ostendit ꝙ non ante multos dies paschæ *Luc.10.* fuerit baptizatus. Porro vbi ascendit in Hierusalem, rem fecit magnæ authoritatis. Vendentes enim oues & boues eiecit. Iam quod factum hoc & Matthæus commemorat, scias *Mat.21.* quod nõ semel hoc Christꝰ fecerit, sed hoc quod Matthæus *Christꝰ nõ* cõmemorat, fecit prope tẽpus passionis: quod aũt apud Iohã *semel e-* nem, in exordio signorũ. ideirco hoc loco adnectit dicens, *mẽtes & Ne feceritis domũ patris mei, domũ mercatus. initiũ enim si* gnorũ adhuc erat, & nõdum tanta signorũ ostẽsorũ erat au- *uẽdentes è tẽplo eic* thoritas. Illic autẽ apud Matthæũ dicit, Nõ facite, inqt, spe- *cit.* luncã latronũ. Manifeste enim illos latrones nominauit, ꝙ C ex iniustis modis lucrum facerent. Quando enim quis ex eo ꝙ parui precii est, multũ precii petiit, & a pauperibus fortasis & viduis lucrum corradit, sicut ferme solent hi qui necessaria venditant, quid aliud quàm opus latronis facit, ex calamitatibus aliorum lucra comportans? Et quare illos e templo eiicit? Non immerito. Quia enim in sabbato sanaturus erat, & soluturus legem: vt ne videatur contrarius deo, corrigit hoc loco opinionem illam. Neque enim tantum zelum propter domum ostẽdens, spreuisset deum, dominũ domus. Non enim simpliciter eiicit, sed & flagello plexo percutit, & subuertit mensas, & lucrum, hoc est pecuniam nummulariorum, effundit. Et opus periculosum attentans, non se in periculum coniecisset pro domo dei soluens legem dei vt aduersarius:

D sarius: sed omnino vt filius dei, & æqualem habens potestatẽ patri, qui legem de sabbato statuerat. Ideo autem non dixit domum dei, sed domum patris mei, ostendens quòd potestatem habeat sicut filius patris omnium. Nummularij autem, qui & collybistę, sunt hi qui parua numismata vendunt. Collybos enim apud Græcos minutum numisma est, quod Romani nummum vocant. Multi autem ex pontificibus in hũc modum peccant. Nam & ipsi negociatores vendũt boues in Ecclesia: hoc est, qui præstantes sunt in verbo doctrinæ, non iuuant, sed tradunt his qui affligere volunt. Insuper & oues, hoc est, simpliciorem & communem populum: & columbas, hoc est spiritualia dona vendunt, & maiores dignitates con

E ferunt his qui plura dant: quos dominus eiicit e templo, indignos iudicans sacerdotio. Ad hæc si quis talentum & nummum, hoc est & sermonem & dogma vendat, & fortassis quũ sit doctor, non annunciet verbum, nisi lucrum habeat, etiam eius mẽsam subuertit dominus, sedem dico doctrinæ, sermonem quem ille cohibet propter malitiam, non dans illum omnibus, dominus Iesus per misericordiam effundit, populisque dat, illum quidem a principatu deiiciens, & alium in doctrinæ sedem collocans. Recordati sunt autem discipuli eius

Psal. 68. quod scriptum sit, Zelus domus tuæ comedit me. Paulatim enim incrementa boni sumentes, & scripturarum recordantur, inde testimonia recipiendo, & firmiorẽ de Christo scientiam apud se constituendo. *Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis quod ista facias? Respondit Iesus, & dixit eis, Destruite templum hoc, & in tribus diebus*

F *erigam illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta sex annis extructũ est templum hoc, & tu in tribus diebus eriges illud? At ille dicebat de templo corporis sui. Quum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius quod hoc dixisset, & credidêrũt scripturæ, & sermoni quem dixerat Iesus.* Postquam viderunt Iudæi dominũ magna potestate hæc facere, & dicere, Ne feceritis domum patris mei mercatum, dicunt, Persuade nobis signo aliquo q̃ filius dei sis tu, & quod alsine missus sis. Vnde enim manifestũ quod pater tuus sit qui domus illius est dominus? At ille per ænigma eis respondit, Soluite, dicens, templum hoc, corpus omnino suum dicens, quod in ipso habitabat omnis diuinitas vnigeniti. Vbi autem dixit, Soluite, non exhortatus est ad cædem, absit: sed quoniam sciebat facturos, certo euentu-

rum

In doctores quæstuarios.

rum affirmat. Audiant vero Ariani quomodo sicut dominus & mortis destructor dicat. Excitabo. nõ enim dicit, Excitabit pater, sed, ego excitabo, propria virtute vsus, nullaq; externa indigens. Cęterũ Iudęi de inanimato templo ipsum dicere autumantes hoc, deridٍent eum. Quum quadraginta & sex annis sit ædificatum, quo pacto (dicunt) tu dicis in tribus diebus te excitaturum? Sciendum autem quòd quando a Solomone templum primo extructum est, viginti annis omnia perfecte absoluta fuerũt, postea autem post captiuitatẽ, Hebræi accepta potestate illud reedificandi, cœperunt quidem sub Cyro rege ædificare: impediti autem ab his qui inuidebant eis, prorogarunt structuram vsque ad Artaxerxen regem, sub quo nacti omnium rerum copiam, omni studio vix potuerunt perficere opus. Vnde & dicitur Iudæos ædificantes altera manu gladium, altera tenuisse ædificatoriũ instrumentum. vsqueadeo timebant vicinos Idumæos, non autem Persas, a quibus (vt dixi) omnes accipiebant sumptus. Istam itaque structuram post captiuitatem aiunt quadraginta sex annis factam, eo quod prohiberentur & impedirẽtur Iudæi a Cyro vsque ad Artaxerxen. Et non est mirandum quod Iudæi miraculum non agnouerint, quandoquidẽ neq; discipuli agnoscebant. Obstabant enim duo magna: vnum, quod resurrectio per se tam difficilis captu, immo omnibus ignota esset: alterum quod deus corpus eius inhabitaret. Etenim post resurrectionẽ cognouerũt discipuli, & credidêrũt scripturæ: cui scripturæ? Omni quæ de resurrectione tradit: manifestissime aũt ei quæ dicit, Nõ derelinques animã meã in inferno. Et illi Dominus voluit purificare a plaga, ostendere lumen. Manifeste enim illa de resurrectione dicuntur. Apollinarius autem tentat hoc loco patrocinium suæ hæreseos inuenire. Volens enim persuadere inanimatam esse carnem domini, dicit quod templum dicatur caro, templũ autẽ inanimatũ sit, inanimata ergo & caro est. Attonite & versute: tu & ligna & lapides. domini carnẽ facies, quandoquidem ex his est templum? Quãdo autem audieris dominum, Nunc turbata est anima mea: &, Potestatem habeo ponendi animam meam: quomodo ea intelligis? Quòd si tu nõ de mẽ tali & rationali anima hæc dicta asseris, quo referes hoc, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum? Vtique hoc de inanimata anima non intellexeris. De hoc autem, Non

Quot annis sit ædificatum templum.

Secundum trãs. lxx.

Iohã. 12. Iohã. 10. Lucæ. 23 Psal. 15.

D derelinques animam meam in inferno, quid tibi videtur? At tu propter tua corrumpis. *Quum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomen eius, uidentes signa eius quæ edebat.* Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, nec opus haberet vt quisquã testaretur de homine. Ipse enĩ sciebat quid esset in homine.

CAPVT III.

Erat aũt homo ex phariſæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorũ: hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei,
E *Rabbi, scimus quod a deo uenisti magister. Nullus enim hæc signa potest facere quæ tu facis, nisi deus sit cum eo.* Videbãtur quidem nõnulli credere in nomine Iesu, quum esset in festo, sed non firma illorum fides erat. ad tempus enim attendebant Christo, non vt deo, sed vt homini qui deo afflabatur: ac iterum a fide illa cõtemptibili excidebant. Nam quod tales fuerint, manifestũ ex se-
Hier. 17. quentibus. Iesus enim ipse, inquit, non credebat se eis, neque
Psal. 93. omnia dogmata, vt his qui vere credunt, concredebat. Scrutator enim est cordium, & scit quid sit in homine. Nõ enim ignorat quales sint cogitationes in singulis hominibus. Ferme & Nicodemus talis erat, qui & ipse credebat Iesu, vt videtur pro domino contra Iudæos loqui, quod oporteat cum scrutatione & ex animo condemnari illum: sed post crucem
F multum officii & liberalitatis in sepultura exhibuit. Cæterũ
Nicodemus non perfecte credidit. quia nõ vt oportebat, credulus erat, & adhuc infirmitate Iudaica tenebatur, nocte quidem venit ad Iesum, propter timorem Iudæorum. Magistrum autem ipsum vocat, quasi putũ hominem. talem enim opinionem de eo conceperat. idcirco & subdit. Nullus potest talia facere, nisi deus sit cum eo. Videt quod sicut ad prophetam & hominem dilectum a deo, accedit ad Iesum. Quid igitur dominus? Non arguit, neque dicit, Quare igitur ad magistrum qui a deo missus est, venisti nocte? quare non fidenter & publice accedis? Nihil horũ dicit, sed læte ei de diuinis & sublimibus disserit. Nota autem quod quamuis Christus multa fecerit miracula, nullũ tamen illorum narrat Euangelista, vel quod ab aliis tradãtur Euangelistis, vel quod maiora sint quam quæ particulatim recenseantur.

recenseantur. *Respondit Iesus, & dixit ei, Amen amen dico tibi,* A
nisi quis natus fuerit superne, non potest videre regnum dei. Videntur verba quæ a saluatore dicta, nihil alludere ad ea quę à Nicodemo dicta: at si quis recte peruiderit, valde cõgruere inueniet. Quandoquidem Nicodemus humilem de Christo habebat opinionem, nempe quod magister esset, ac deus esset cum illo, dicit ei dominus, Merito ita de me sentis. nondum enim natus es superne, hoc est, a deo spirituali natiuitate, sed carnalis es: & cognitio quam de me habes, non est spiritualis, sed animalis, & humana. Ego autem dico tibi, quod nisi tu, & quisquis alius fuerit, superne & ex deo nati fueritis, & piam & dignam de me opinionem habueritis, extra regnum cœlorum estis. Natiuitas enim per baptismum, illu- B
minationem præbens animæ, regnum dei, hoc est, vnigenitum illius filiũ, videre, hoc est, intelligere dat. Nam sicut dei sapientia filius est, ita & regnum quoq; dei dicitur. Hoc sane regnum nemo videt, hoc est, intelligit, ô Nicodeme, nisi natus fuerit a deo: atque ita etiam tu, quoniam nõdum natus es spiritualiter, propterea nõ vides me regnum dei, sicut oportet, sed humilem opinionem de me habes.

Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci, quum sit senex? Num potest in uentrem matris suæ iterum introire, ac renasci?
Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum dei? Audiens Nicodemus doctrinam plus quam humanam, stupescit, & passus humanum quiddam interrogat, quomodo potest? id quod C
incredulitatis est signum. Vbi enim fides non est, illic quæritur, quomodo hoc, & quare hoc? propterea ridicula Nicodemi verba apparent. Neque enim intellexit spiritualem natiuitatẽ, sed mẽtionẽ corporalis vẽtris facit. Posq̃ eñ audiuit, nisi quis ἄνωθεν, è supnis fuerit natus, existimauit ἄνωθεν. ab initio, & denuo, atq; tale quippiã dici, nisi quis ab initio & denuo nascat: & propterea dicit, Quõ potest is q senex est, denuo intrare in vterũ matris suę? Nã duo illũ faciebãt perplexũ, natiuitas scilicet spiritualis, & regnũ. Neq; enim nomen regni cœlorum auditum erat aliquando apud Iudæos. Nunc igitur de natiuitate dubitat. propterea & Christus ei manifestius spiritualis natiuitatis modum reuelat, Nisi quis nascatur, dicens, ex aqua & spiritu. Homo quum ex duobus constet, ex corpore & anima, habet natiuitatis

Nota ĩcre dulorum uerba.

ἄνωθεν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D quoque duplicem modum. A qua enim si visibiliter accipiatur, ad corporis pertinet purificationem: spiritus vero inuisibiliter concurrens, ad inuisibilis animæ regenerationē pertinet. Quod si rogas, quomodo aqua potest generare? Interrogabo & ego quomodo semen & ipsum aquosum existens, potest in hominem transformari? Igitur sicut in corporali semine totum est gratiæ diuinæ, ita & in baptismate aqua subdita est, & spiritus omnia operatur, & inuocatio per preces, immo dei præsentia. Symbola enim sepulturæ & resurrectio
Trinæ mersionis symbolum nis in aqua illa perficiūtur. Tres mersiones, triduanæ sepulturæ symbola sunt, deinde regreditur homo, sicut dominus, fulgidior & clarior, incurruptionis ferens induméta, qui in aqua corruptionem summersit. *Quod natum est ex carne, caro*
E *est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ne admireris quod dixi, Oportet uos nasci è supernis. Spiritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, sed nescis unde ueniat, & quo uadat. Sic est omnis qui natꝰ est ex spiritu.* Abducens dominus Nicodemum à carnali natiuitate, dicit, Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. hoc est, spiritualis est homo, q natus est per baptismum. Per spiritum enim, spiritualē intelligere debes. Neque spiritus diuinus fit baptizatus, sed quū adoptionem filiorum in spiritu, & gratiam & honorē susceperit, spiritualis esse meretur. Vidēs autem Nicodemum adhuc perturbari, dicit: Ne miteris. deinde sensibili exēplo docere eum tentat. Spiritus enim, inquit, vbi vult, spirat. A vento, inquit, disce maiora. Ventus enim, quem hoc loco spiritū
F vocat, vbi vult, flat: & sonum eius audis, & ignoras tamē vnde feratur. Nequit enim comprehendi vel prohiberi. Naturali enim potestate fertur in aliquem locum incertum. Cæterum vbi vult, inquit, non quod ventus volūtatem habeat, sed (vt dixi) a natura indita illi potestas ostenditur. Si igitur vētum, qui spiritus est sensibus subiectus, ignoras quomodo & quo spiret, quomodo regenerationem a diuino spiritu curio sius inquiris? Si hic spiritus comprehendi nequit, multo minus sancti spiritus gratia legibus naturæ subdetur. Confun-
Macedonius. datur Macedonius, spiritus oppugnator, & qui antecessit illum Eunomius. Ille enim seruum facit spiritū, quāuis audie-
Eunomius rit hoc loco quod vētus quo vult, spirat. multo igitur magis spiritus sanctus liberiorem habet motionem, & quo vult, & sicut vult, operabitur. Eunomius vero in illo ipso peccans,
& crea-

& creaturam dixit spiritum, & in tantam peruenit peruica- A
ciam, quasi cognosceret deum sicut ipse seipsum. Audiat igitur quod neque impetum, neque finem sciat. Quomodo igitur dei substantiam cognoscet impostor? *Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit, Tu es ille magister Israelis, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quod scimus, loquimur: & quod uidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia, creditur estis?* Nicodemꝰ adhuc in Iudaica imperfectione subsistit: propterea iterum rogat, quomodo possunt hæc fieri? Ideo & dominus monstrans ei quod imperfectionem ita loquitur, dicit, Tu quum sis doctor in Is *Gen.1.2.*
rael, si recordatus fueris miraculorum quæ in veteri testamē B
to traduntur de formatione hominis, & alia, quomodo for- *Exo.7.8*
matus sit, quomodo ex latere vxor, quomodo, pdigia in Ae- *9.14.*
gypto, quomodo in mari rubro, quomodo sterilis peperit, *1.Re.1.2*
& similia: si hæc considerares sicut doctor in Israel, non dis crederes his quæ nunc dico. Veruntamen ego quidem quod scio, dico: & quod vidi, hoc est clare cognoui. Neque enim corporalem visionem significat quum dicit, vidimus: sed cognitionem certissimam. At vos testimoniū nostrum, hoc est meum, non accipitis. Hæc autem dicit dominus non ad Nicodemum, sed ad genus Iudæorum, qui vsque ad finē incredduli fuerunt. Igitur si terrena dixi vobis, & nō creditis, hoc est, si de generatione quæ est in baptismo, dixi vobis, & non recepistis, sed interrogastis dicentes, Quomodo? Terrenam
autem hanc natiuitatem nominat, quod super terram facta C
sit in beneficium hominum. quāuis enim cœlestis sit secun- *Baptismū*
dum gratiam & honorem, at baptizamur quum super terrā *cur domi-*
sumus. Sic igitur de hac terrena natiuitate dicens, inueni vos *nus terre*
incredulos: de supercœlesti natiuitate, quæ ineffabilis, qua *nā dixe-*
vnigenitus filius a patre natus est, quum audiueritis, quomo *rit natiui-*
do credetis? Quidam autem per terrenum intellexerunt simi *tatem.*
litudinem de vento: ita vt quod dicitur, sic se habeat, Si exēplum a terrenis dedi vobis, & neque sic persuasi estis, quomodo poteritis superiora discere? *Et nullus ascēdit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis, qui est in cœlis.* Neque hoc videtur cum his quæ præcesserunt, recte contexi. At si quis diligenter inspexerit, apparebunt etiam illa bene cohærere cum superioribus. Quia enim magistrum dominum & pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

D phetã nominabat Nicodemus: Ne putes me, inqt, quasi prophetam qui de terra est, a deo missum doctorem, sed è supernis me scias descendisse vt filium, non & a terra esse. Nullus igitur prophetarum ascendit in cælum, nisi ego solus ascensurus, qui & descendi. Filium autem hominis quum audieris descẽdisse de cœlo, ne existimes quod caro è cœlo descenderit. Hoc enim Apollinarius docuit, quod Christus habuerit corpus de cœlo, quod per virginem transierit quasi per canalem. Verum quia vna hypostasis, hoc est, vna persona Christus, ex duabus naturis constituta est, ideo omnia quæ sunt hominis, dicuntur de verbo: & iterum ea quæ sunt verbi, attribuuntur homini. Sic & hoc loco quoque filius hominis dicitur descendere de cœlo, eo quod vna sit persona, & vna hypostasis. Deinde vt ne quum audieris, qui descẽdit, E putes quod non sit in cœlo, dicit, Is qui est in cœlo. Noli eñ suspicari me propterea non esse illic, quia descẽdi: sed & hic adsum corporaliter, & illic sedeo cum patre vt deus.

Apollinarius.

Vna hypostasis in Christo.

Nu. 21. *Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam.* Postquam dixit de regeneratione per baptismum, nunc dicit de beneficio quod per crucem nobis factũ est. Crux enim & mors author nobis fit gratiæ quæ per baptismum data est. siquidem quum baptizamur, mortem domini repræsentamus. Non dicit autem manifeste, crucifigendus sum: sed meminit serpentis, & veteris historiæ. Interim discimus vetera cognata nouis, & vnum esse legislatorem ve-

Marcion. teris & noui testamenti: tametsi Marcion & Manichæus, &
F reliqua id genus hæreticorum cohors, reprobent, dicẽtes ve-

Manichæi. terem a malo opifice esse conditam. Docet item, quum Iudæi videntes ærei serpentis imaginem, mortem effugerint, multo magis nos ad crucifixum respicientes & credentes, animæ mortem effugituros. Vide autem, oro, figuram, & confer cũ veritate. Illic serpentis similitudo, formam quidem habet bestiæ, venenum autem non habet. Ita ex hoc loco homo dominus, sed a peccati veneno liber, in similitudine carnis peccati venit, hoc est, in similitudine carnis peccato obnoxiæ, quæ minime caro peccati esset. Et tunc quidem videntes euadebant mortem corporis: nunc autem qui vident, mortem animæ. Tunc quidem suspensus, serpentium ictus sanabat: nunc autem spiritualis draconis plagas curat Christus.

Exaltatum

Exaltatum autem audiens, intellige quidem & suspensum esse. In summo enim suspensus est, vt & aërem sanctificaret, qui terram sanctificarat in illa ambolando. Intellige autem quid sit glorificari. Nam reuera gloria Christi, crux fuit. Per hoc enim quo visus est condemnari, condemnauit huius mundi principẽ. vt clarius dicam: Adam iuste mortuus est, peccarat enim: dominus iniuste mortuus est, non enim peccarat. Igitur vsque ad crucifixionem domini iustè prævaluit hominibus mors. Quia autem absque peccato inuentus est Christus, quid igitur in illo iuris habebat diabolus, vt occideret ipsum? atque ita quia iniuste mortuus est, vicit eum à quo occisus est: & sic liberauit Adamum á morte, quæ illi iuste inferebatur, vtpote ei qui peccarat. Et aliter, Duo fuerunt quæ dominum habebant in humanum genus: voluptas, & tristi- B tia. A duobus autẽ illis inuictus repertus est dominus. Nam assumpserat quidem illum in mõtem, tentãs per voluptatem: *Matt. 4.* & quum experiretur hac via vinci nõ posse, maiorem postea machinam, tristitiam scilicet, adhibuit, vt saltẽ per illam deuinceret: & propterea commouit omnes contra illum: discipulos, vt negarent: milites, vt illuderent: prætereuntes, vt blasphemarent: & in summa Iudæos, vt crucifigerent: & sic quoque inuictum comperit. Non enim potuit crucis dolor efficere vt crucifigentes haberet odio, sed diligebat *Mat. 26.* eos, & pro eis orabat, dicens, Ne statuas illis pater pecca- *27.* tum hoc. Vides quomodo vicerit per hoc ipsum, qui videbatur victus esse. Sic igitur exaltatio & gloria eius, crux *Luc. 23.* fuit. *Sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum* C *daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat sed habeat uitam æternam. Non enim misit deus filium suum in mundum ut condem-* *1. Ioh. 4.* *net mundum: sed ut seruetur mundus per eum.* Mira dei erga mundum dilectio, & tanta, vt non dederit vel prophetam, vel angelum, sed filium suum, atque illum vnigenitum, Angelum si quidem dedisset, non erat res parua, eò quòd angelus quidem minister eius fidelis & seruus, non autem inimici & apostatæ: nunc autem dato filio, quanto excellentiorem dedit charitatem? Item si multos habens filios, vnum dedisset, & hoc maximum fuisset, nunc vero vnigenitum dedit. Igitur bonitas digne laudanda est. Ariani autem dicunt quòd vnigenitus dicatur eo, quòd solus ipse factus sit & conditus à deo, omnia autem alia ab illo. *Ariani.*

D Quibus simpliciter respondemus, Si quidem vnigenitus dictus fuisset, quum non esset filius, haberet rationem impudens vestrum commentum: at nunc quum non solum vnigenitus, sed & filius dicatur, non permittit sic intelligere, sed vult illum solum ex patre natum. Vide autem, oro, quòd sicut iupra dixit filium hominis descendisse de cælo, quanuis non descenderit caro de cælo, sed propter vnam personam & vnam hypostasin, ea quæ dei sunt attribuit homini: ita & hoc loco, ea quæ hominis sunt, attribuit verbo deo. Dedit enim (inquit) deus filium suum in mortem: quanuis impassibilis permanserit deus: attamen quia vnus & idem fuit per hypostasin, & qui verbum dei, & homo qui pro nobis patiens, filius dicitur esse, datus esse, in quantũ & vere passus, nõ in sua natura, sed in sua carne. Quod autẽ lucrũ, dari filium? O magnum, & supra humanam mentem, vt omnis qui credit in illum, duo illa lucretur: vnum quidem, quòd non perit: alterũ, quòd vitam habet, atq; vitam æternam. Vetus enim lex promittebat eos qui in illa deo placebant, implendos longitudine dierum: Euangelium autem non temporariam vitam largitur, sed æternam & indissolubilẽ. Quia enim duo sunt aduentus Christi, & ille qui fuit, & ille qui venturus est: de priore aduentu dicit, quòd non missus sit filius vt condemnet mundum (quia si propter hoc venisset, condemnati fuissent vtique omnes. omnes enim peccauerunt, sicut & Paulus dicit) sed primum ad hoc venit, vt mũdum seruaret, atque hæc intentio eius fuit: per accidens autem iudicat eos qui nõ crediderunt. Lex enim Mosaica præcessit, vt reprehenderet peccatum, & condemnaret præuaricantes. Nulli enim ignoscit, sed simul atque inuenerit peccantem in aliquo, pœnã infert. Itaque primus aduentus nõ propter iudicium factus, nisi per accidens, iudicans eos qui non crediderunt, qui iam iudicati sunt. Secundus vero erit vt omnes iudicet, & vnicuique secũdum opera sua faciat. *Qui credit in filium, non iudicatur: qui uero non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomen unigeniti filii dei. Hæc est autem condemnatio, quòd lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum opera mala. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, nec uenit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. Qui autem operatur ueritatem, uenit ad lucem, ut conspicua fiant facta ipsius, quòd per deum sint facta.* Quid est, qui credit in filium, non iudicatur?

Vicissim ẽ fãt natu ræ humanæ, diuinæ tribuũ tur in ebri ſto: & quæ diuinæ, humanæ.

Vet⁹ lex. Euãgelium.

Rom. 5.

Exod. 20 Deute. 5. 17. 32.

dicatur? Nunquid si immundam egerit vitam, non iudicatur? maxime quidem. non enim vere fideles sunt eiusmodi, vt Paulus dicit. Deum enim, inquit, fatentur se scire, operibus autem negant. Veruntamen hoc loco dicit, quòd propter ipsum credere non iudicatur, dabit autem pœnas graues malorum operum: propter incredulitatem autem quam non habet, non punietur. semel enim credidit, at qui non credidit, iam iudicatus est. Quomodo? Primum quidem quoniam & ipsa incredulitas condemnatio est. Esse enim extra lucem, per se maximum supplicium est. Deinde quanuis non hic gehennæ traditus sit, sed congreganit hic futuri supplicij occasiones, sicut & homicida, tametsi non sententia iudicis condemnetur, natura tamen rei condemnatus est. Et Adam die quo comedit de ligno, mortuus est: & quanuis viueret, sententia tamen & natura rei mortuus fuit. Omnis igitur incredulus condemnatus est, quòd hinc migrans mox supplicio tradendus est, & non in iudicium producendus: iuxta illud, Non resurgent impij in iudicio. Indigni enim habẽtur vt rationem dent impij, sicut & diabolus. In iudicium igitur non resurgent, sed in condemnationem. Ita & in Euangelio dicit dominus quòd princeps huius mundi iam iudicatus sit, & non solum quòd ipse non crediderit, sed quòd & Iudã proditorem fecerit, & aliis perditionis fuerit author. Quanuis autẽ dñs in parabolis adducat punien-dos quasi eos à quibus sumatur ratio, ne mireris. Primũ quidem eo ipso, quia parabolæ sunt ea quæ dicuntur, non oportet oĩa quæ in parabolis dicũtur, quasi canones ac leges assumere. In die enim illo vnusquisq; conscientiã habẽs pro iudicio quod falli nequeat, non opus habebit alio qui reprehendat, sed semetipsum quisque confutabit, ac abibit. Deinde dominus non inducit incredulos quòd mereantur vt rationem reddant: sed credentes quidam, at immisericordes. Nos autem de impiis & incredulis loquimur. Aliud autẽ est impius ac infidelis: & aliud immisericors & peccator. Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum. Ostendit hoc loco infideles omni excusatione destitutos. Ista enim condemnatio est, inquit, quia venit ad eos lux, & neq; sic ad illam accesserunt. Non enim in hoc solo peccarunt, quòd ipsi non quæsiuerunt lucem, sed hoc pessimum est, quod lux ad illos venit, & illam non susceperunt: propterea & condemnati sunt. Nam siquidem non

A Immũdus uita, nõ ut re fidelis est.

Ad Tit. 1.

Incredulitas est condemnatio

Gen. 3.

B

Psal. 1.

Ioan. 12

Quater⁹ parabol. æ assumẽdæ

C

D dem non veniſſet lux potuiſſẽt homines prætexere ignoraſſe ſe quid eſſet bonum: verum quia venit quidem deus verbum, deditque verbum ſuum vt illuminaret, non ſuſceperũt autem illi, omni excuſatione poſthac carent. Vt autem nullus dicat, Nemo præfert tenebras luci, ponit cauſam propter quã tenebris adhæſerint homines. Erãt enim, inquit, opera illorũ mala. Quia enim Chriſtianiſſimus nõ ſolũ recta dogmata, ſed & honeſtam vitam exigit: ipſi autem voluerunt luto peccati inuolui, ideo nolũt improbi ad lucem Chriſtianiſmi venire, & ſe meis ſubiicere legibus. Porrò qui facit veritatẽ, & cõtendit & aſpirat ad vitam quę deo placeat, is ad Chriſtianiſſimum ve luti ad lucem accedit: quò magis in bono proficiat, & appareant eius opera ſecundum deum facta. Qui talis eſt cum fide

Quid exigat Chriſtianiſſimus.

E recta, & vitam quoque honeſtam inſtituit, lucetque omnibus hominibus: in illo glorificatur deus. Et ita Gentilibus incredulitatis cauſa facta eſt immunditia vitæ. Sed forte dixerit quis, Quid igitur? non ſunt & Chriſtiani improbi, & Gentiles honeſtæ vitæ? Fateor & ipſe quidem improbos Chriſtianos: at bonos Gentiles inueniri non aſſeuerauerim. Et natura quidem manſueti & boni reperiuntur quidam, ſed non virtute. Nam exercitatione & meditatione boni nullus inuenietur: & quanuis boni quidam habiti ſint, omnia tamen ad vanam gloriam fecerũt. Qui autẽ bonus propter gloriã, & non propter bonũ ipſum, ſiquando tempus inuenerit, malis indulgebit concupiſcentiis. Nam ſi apud nos interminatio gehennæ, & omne aliud ſtudium, & vitæ innumerabilium ſanctorum vix conſeruant homines in virtute: quo pacto nugæ Gẽtilium illos in bono continebũt? Magna quoque res fuerit ſi non & peſſimos reddiderint. *Poſt hæc uenit Ieſus & diſcipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum eis, ac baptizabat. Baptizabat autem & Iohannes in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & ueniebant ac baptizabantur. Nondũ enim coniectus fuerat Iohannes in carcerem.* Erat Ieſus Hieroſolymis vſque ad

F feſtum paſchæ: & poſtquam illud præteriit, exiuit in terram Iudæam, & prope Iordanem verſabatur, vbi multi conueniebant. Non quærebat autem populoſa loca propter inanẽ gloriam, vel oſtentationem: ſed cupiebat pluribus ſuam bonitatem communicare, & vſui eſſe: quoniam & eam ob cauſam ad feſtum aſcenderat, vtpote plurimis profuturum doctrina & miraculis. Audiẽs autem quòd baptizarit, ne putes quòd per ſe baptiza-

ſe baptizarit, ſed per diſcipulos. hoc enim diſcipulorũ opus, A in magiſtrum refert Euãgeliſta, quandoquidẽ ſuperius idem ille Euangeliſta dixit quòd Ieſus nõ baptizarit, ſed diſcipuli eius. Sed quæris, Quare nõ ipſe baptizauit? diſce. Superius di- *Cur Chriſtus ipſe nõ baptizauit.*
dixit Iohannes, Ille vos baptizabit ſpiritu ſancto. Spiritus au tem ſanctus nõdum erat datus, eò quòd nondũ tempus erat. Igitur ſi baptizaſſet, vel abſq; ſpiritu baptizaſſet: & quid igitur præſtabat Iohãne? Vel dediſſet ſpiritum, atq; ante tẽpus, ſed id indignum deo, qui in tempore facit omnia. Quod autem tempus dandi ſpiritum? Tẽpus poſt aſſumptionem. Proinde diſcipuli Ieſu baptizabãt, vt plures ad ſaluatoris doctrinam adducerent. Vnde & his baptizantibus, etiam Iohannes baptizabat, & non ceſſabat, duo bona faciẽs. Vnum quidem, quia ad ſe venientes de Chriſto loquẽs ad illum adducebat. B Alterum verò, quia curabat ne diſcipuli ſui in maiorẽ zelum & contentionem prouocarentur. ſi enim ceſſaſſet baptizare, quid nõ feciſſent diſcipuli eius, alioqui maiore inuidia Chriſtum perſequentes? Nam quum ſæpe clamarit, & primas ſemper Chriſto tribuerit, non perſuaſit eis vt accederẽt ad illum: in quantam ergo inuidiam impuliſſet, ſi ceſſaſſet baptizare? Idcirco & Chriſtus tunc maximè cœpit prædicare, quando Iohannes incluſus eſt, propter inuidiam diſcipulorum Baptiſtæ. Opinor autem permiſſam Iohannis mortem matura- *Opinio Theophyl. ſup. Lucã ſuã mortẽ Iohannis.*
ri, vt omnis populus paratus ad Chriſtum tranſiret, & non diuiderentur ſententiæ de Chriſto & Iohanne Baptizãt igitur diſcipuli Chriſti baptiſmo qui nihil habebat amplius quàm baptiſmus Iohannis. ambo enim imperfecti, & nondum habentes ſpiritum, eademque vtrique cauſa, vt adducan C tur ad Chriſtum baptizandi. *Orta autem eſt quæſtio ex diſcipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione. Et uenerunt ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce is baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Reſpondit Iohannes, & dixit, Non poteſt homo accipere quicquã, niſi fuerit ei datum è cœlo.* Facta eſt quæſtio per Iudæũ quendam de baptiſmate, contendentibus diſcipulis Iohãnis. Nam Iudæus quidem præferebat baptiſma diſcipulorum Chriſti: diſcipuli autem Iohannis baptiſma ſui magiſtri. Quum ergo purificatione, hoc eſt baptiſmo, quæſitum eſſet, accedunt ad magiſtrũ ſuũ, & incipiunt adulari ei, dicẽtes: Rabbi, qui erat tecu, qui in ordine erat diſcipulorũ, vt à te diſceſſit, baptizat: cui tu

D cui tu testimonium dedisti. hoc est, quem baptizasti, quem tu clarum fecisti: eadem nunc audet quæ tu. Sed & aliud: ad te nulli nunc veniũt, ad illum vero omnes. Omnes, inquit, veniunt ad eum, cõtempto te. Iohannes autem uolens eos terrere, & ostẽdere quòd pugnent contra deum, prohibẽtes Christum, & abstrahentes à glorificatione eius, dicit, Non potest homo à se quicquam accipere, &c. Nam nisi superne (inquit) datum esset, uerutiquã creuisset is, cui inuidetis: & ita in duobus peccatis. nam & contrarij estis diuino consilio, & attentatis impossibile. Interim autem & consolatur eos placidè, eò quòd non sit homo qui vincat ipsos, sed deus. Quin & nos (inquit) superne habuimus quod habuimus, non à nobis. Quòd si præclariora sunt quæ agit Christus, non oportet
E admirari. deus enim vult. *Ipsi uos testes estis quòd dixerim, non sum ego Christus, sed missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eã, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc autem gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me uerò minui.* Ipsi (inquit) vos scitis quòd ego testimonium dedi ei quòd maior me sit. Igitur si omnino meum attenditis testimonium, discite illum mihi præferendum. Et hoc est gaudium meum, quòd illum omnes accedant, Si quidem non accessisset ad sponsum sponsa, hoc est, populus, doluissem vtique ego pronubus: nunc autem quum hoc fiat, valde gaudeo. Video enim sponsum Christũ loquentem sponsæ, populo scilicet, & docentem ipsum. Non simpliciter autem dixit, Qui stat. Ostendit enim finem esse operum
F suorum, & stare iam non vltrà operantem: & se nunc oportet stare, & solum audire Christum docentem, & differentẽ spõsæ. Meum enim (inquit) opus perfectum est, & tradidi ipsum populo. Oportet igitur meam quidem gloriam imminui, illius autem augeri. Igitur quomodo imminuitur gloria præcursoris? Vel omnino sicut lucifer à sole occultatur, & videtur quidem multis quòd extinctum sit lumen, at reuera non est extinctum, sed à maiori occultatur: ita & præcursor velut lucifer à spirituali sole occultatus, imminui dicitur. Crescit autem Christus, secundum quòd paulatim manifestat se per
Nestorius signa & miracula, non secundum profectũ in virtutibus, absit: hoc enim Nestorij deliramentum esset: sed secundum ostensionem & manifestationem deitatis. Paulatim enim declarauit se deum esse, & non repente. Impletũ igitur (inquit)

meum

meum gaudium in sponso. Nam meum opus, quod mihi vt A
pronubo cõcreditum, video profecisse. Omnis igitur animæ
sponsus, dominus: thalamus vbi autem copula fit, locus bap-
tismatis, hoc est ecclesia. Dat autem arrabonem sponsæ pec
catorum remissionem spiritus sancti cõmunione: perfectio-
ra vero in futuro, quãdo dignos in meliora & sublimiora in-
troducet. Nota autem quòd nullus alius est sponsus, quàm so *Christus*
lus Christus: omnes autẽ docentes pronubi sunt, sicut & præ- *sponsus so*
cursor quoque. Nullus alius dator est bonorum, quàm solus *lus, docen*
dominus, alij autem omnes mediatores, & ministri bonorũ *tes pronu*
quæ à domino dantur. *Qui è supernis uenit, super omnes est: bi.*
qui à terra profectus est, terrenus est, & de terra loquitur. Qui è cæ
lo uenit, supra omnes est: & quod uidit & audiuit, hoc testatur: & te
stimonium eius nemo accipit. Qui accipit eius testimonium is obsigna- B
uit quòd deus uerax sit. Nam is quem misit deus, uerba dei loquitur. Roma. 1.
Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Comparat se præcur Iohan. 5.
sor Christo, & dicit quòd ille quidem è supernis venerit à pa
tre, & super omnes sit, egregius super omnes, & paternam set
uans excellentiam. Ego autem qui de terra sum, terrena lo-
quor, vilia & humilia, si cum doctrina Christi conferatur.
Quanuis autẽ quæ à præcursore fiebant, diuina erant, collata tamen cum his quæ à Christo, valdè humilia apparebant.
Ille (inquit) quod vidit & audiuit, loquitur, hoc est, quę à pa
tre audiuit, & quæ vidit, hoc est clare nouit, illa loquitur &
testatur. Et testimonium eius nullus ex his qui veritatem nõ
attendunt, recipit. Qui autem recipit testimoniũ, hoc est do-
ctrinam eius, obsignauit, hoc est monstrauit & stabiliuit, q̃ C
deus verus sit. Qui enì credit ei qui à deo missus est, deo cre-
dit, & cõsequenter obsignat & demonstrat quòd verũ quid-
dam crediderit: sicut ediuerso qui non credit ei qui à deo mis
sus est, ostendit quòd mendax sit, & propter hoc non credit *Veritas,*
ei, vtpote mendaci. Et ita qui Christo credit, ostendit quòd *fidei ba-*
deus est verax, ex eo quòd credidit ei à quo missus. Manife- *sis.*
stũ enim quòd illi vt veraci crediderit. Et merito. Nos enim
alij omnes ad mẽsuram accepimus operationem spiritus. ipsi
autem Christo non ad mensuram dedit vnam vel duas virtu
tes, sed ipsum spiritum integrum habet substantialiter. Igitur
& prophetis dedit deus spiritum, hoc est operationem spiri-
tus, & ad mensuram dedit: Christo autem nõ ad mensuram,
& neque omnino dedit. habet enim illum Christus substan-

tialiter.

D tialiter. Quando autem audis q̃ Christus loquitur illa quæ audiuit à patre, ne putes illum indigere vt scientiã ab illo discat: sed quia quæcũq; scit filius, à patre naturaliter scit, quasi illi consubstãtialis, eius gratia dicitur à patre audire quę scit: quemadmodum si videris filium patri per omnia similem, dicis q̃ omnia à patre habet, hoc est, nulli similis est quàm patri. Audiens igitur missum esse, quasi radium intellige eum à solo patre missum esse. Nónne & ita dicere solemus, quòd sol radios emiserit, hoc est, miserit in terram, & nusquã radium alterius substantiæ dicimus esse, vel posteriorẽ quàm sol? Sic quoq; & filiũ missum esse à spirituali sole, scilicet patre huic mundo, veluti deradiationem, & radium, & lumen, & qualitercunq; (quantum congruit) vocare illum volueris. Non in-

E tempestiuum autem fuerit hoc loco dicere quomodo habeat filius spiritum, & quomodo dicatur spiritus filij. Dicit enim & Apostolus, Spiritum filij sui in corda vestra misit, clamantem, Abba pater. Et iterum, Si autem quis spiritum Christi non habuerit, hic non est eius. Sanè Latini male hæc exponẽtes, & minus rectè intelligentes, dicunt, quòd spiritus etiam ex filio procedat. Nos autem hoc quidem primum dicimus ad eos, quòd aliud sit esse ex quopiam, & aliud esse cuiusdã: vt spiritus est quidẽ spiritus filij absq; dubio, & ab omni scriptura approbatum: cæterũ esse ex filio, nulla scriptura testatur, vt ne duo principia spiritus introducamus patrem & filium. Profecto, inquit: nam & inspirauit discipulis, & dixit,

F Accipite spiritum sanctũ. O desipientiam. Si tunc dedit discipulis spiritum quando insufflauit, quomodo postea dixit eis, Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti super vos, non post multos dies? Vel quomodo in pentecoste credimus factum descensum spiritus, siquidem in vespera diei resurrẽctionis dedit illum? tunc enim inspirauit. At hæc quidẽ valde ridicula. Manifestum enim quòd tũc illis spiritum sanctũ non dederit, sed donum vnum spiritus sancti, remissionẽ scilicet peccati. statim enim subdit, Quorum remiseritis peccata. Habet autem spiritum filius substantialiter, vt consubstãtialem sibi, non à quo operationem recipiat, sicut prophetæ. Dicitur autem spiritus esse filij secundũ quòd veritas, & virtus & sapientia. Spiritus autem sanctus, & veritatis & fortitudinis & sapientię spiritus ab Esaia describitur. Et aliter, quia per filiũ hominibus datur, propterea filij dicitur. Crede igitur tu

Galat. 4.
Roma. 8.
Spiritũ sanctũ à filio procedere negat Theophylactus cum Græcis antigis. Nãc aũt oẽs cõfitemur.
Qui à patre filioq; procedit.
Iohan. 20
Actuum. 1.
Esaiæ. 11

tur tu spiritum à patre quidem proficiscí, per filium autẽ dari creaturæ, atq; hic sit tibi canon orthodoxæ doctrinæ. A
Pater diligit filiũ, & omnia dedit illi in manu. Qui credit in filiũ, habet uitam æternam: qui autẽ incredulus est filio, non uidebit uitã, sed ira dei manet super eum. Postquam dixit de Christo sublimia, nunc iterum humilia loquitur, sermonẽ auditoribus attemperans, vt capi possit. Ideo dicit, Pater diligit filiũ, quasi de homine quodã admirabili loquẽs. Et omnia dedit in manu filij iuxta humanitatem. Si autem & secundum diuinitatem, quid hoc? Dedit pater omnia filio ratione naturæ, sed non gratiæ. quoniam enim & esse à patre habet, merito & omnia dicitur à patre habere. Habet igitur omnia filius, tam quæ in cælo, quàm quę in terra. Dominatur enim omnibus, etiamsi quidã nolint. Postea verò in secundo aduentu, quando omne genu B flectetur ei, perfectum omnium accipiet dominum: quando malitia non vltrà habebit virtutem, sed inefficax manens ostendet naturã boni à principio omnibus inditam, & omnia continentem. Qui credit in filium, habet vitam æternã in ipso. illam dico Christum, qui verè vita est. In ipso enim viuimus & mouemur. Qui autem incredulus est, non videbit vi- *Actuũ. 17.*
tam. Nam qui sponte recessit à vita, quo pacto habebit eam quæ est Christus? sicut & Paulus inquit, Quando Christus manifestabitur vita nostra, tunc & nos qui ad malitiam mor- *Coloss. 3.*
tui & immobiles facti, manifestabimur in gloria. Sed ira dei manet super illum, non dixit quòd maneat illũ, sed super illum, ostendens quòd nunq̃ ab eo recedat. vt ne mortem credas temporalem, dicit quòd maneat super eũ qui incredulus C fuerit, & perpetuum erit supplicium. Per omnia autem verba hæc inducit Baptista & compellit auditores omnes ad fidem Christi. Non enim in vanum hæc dixit, sed suos discipulos & alios omnes instruit ne inuideãt Christo, sed vt deo auscultent.

CAPVT IIII.

V *T ergo cognouit dominus audisse pharisæos quòd Iesus plures discipulos faceret ac baptizaret quàm Iohannes: quanq̃ Iesus ipse nõ baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæã terram, & abiit iterũ in Galilæã. Oportebat autẽ eũ transire per Samariã.* Misericors

dominus

D dominus semel propter nos incarnatus, omnia ad nostrā salutem facit. Deniq; & nunc quum audisset quòd pharisæi de gloria ipsius audiuerint, & sciret contra ipsum ad inuidiam concitandos, secedit in Galilæam: duo nos docens: Vnū quidem, vt parcamus inimicis, & omni modo tentemus non dare eis occasionem scandali vel inuidiæ. Alterum, ne iniiciamus nos in tentationem insipienter & inutiliter, sed secedamus ad tempus, donec insania resideat. Quanuis autē potens sit cohibere inuidentes sibi, etiam si impetu quodam nūc vrgerent: non tamen hoc egit, ne videretur phantasticum habere corpus. si enim sæpe per medium illorum exiisset, quid nō dixissent Phantasiodocitæ, Manichæi inquam & Valentiani & Eutychiani? Insinuans autem Euangelista calumniatorem illorum omnium, dicit, quāuis Iesus non baptizarit, inuidi tamen volentes concitare pharisæos contra Christum, calumniabantur eum quasi baptizasset. Oportebat autem ipsum transire per mediam Samariam. Volebat enim occasionem omnem calumniæ Iudæis excindere, vt dicere non possint quòd relictis eis concesserit ad gentes, quas abominabātur. Quando autem abegerūt eum, tunc accessit ad gentiles, & neque tunc ex proposito, sed obiter. *Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob.* Operæprecium fuerit dicere vnde Samaritani originem duxerint, & vnde appellationem illam sortiti fuerint. Somor enim mons vocabatur ab eo à quo possidebatur: sicut & Esaias dicit, Et caput Somor Ephraim. Qui autem ad montem illum habitabant, primùm non vocabātur Samaritani, sed Israelitæ dicebantur. Quum autem offendissent deum, traditi sunt variis temporibus Assyriis. Tandem Assyrius quum defectionem meditarentur, superuenit, tenuitque captiuos, & non vltrà in suam regionē abire permisit, suspicans iterum defecturos: sed illos quidem transtulit in Babylonios & Mœdos. Samariam autem gentibus ex diuersis locis congregatis coloniam dedit. Porrò quū hæc facta essent, deus monstrare volens barbaris quòd non propter impotentiam, sed propter peccata illis Iudæos seruire fecerit, immisit leones in eos qui in Samaria habitabant barbaros, qui illos perdebant omnes. Rex vero quum hoc audisset, misit ad quosdā ex senioribus Iudæis, & rogauit quid faciendū vt non vltrà leones perdant eos qui in Samaria barbaros.

Gen. 48.

Esaiæ. 7.

baros. Illi autem enarrabant deum Israel suspicere locum illum, & nō sinere habitare illic eos qui sua legitima ignorēt. Igitur si curæ sibi sint barbari qui illic, mittat Iudæos sacerdotes qui dei legitima barbaris tradent, & sic placent deum. Obtemperat illis rex, & mittit sacerdotem quendam traditum his qui in Samaria barbaris legem dei. At illi nō omnes libros receperunt, sed tantum quinq; libros Mosi, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomiū: neq; perfecte ab impietate discesserunt, & posterioribus quidem temporibus abstiterunt ab idolorum cultu, deúmque coluerunt. Itaq; Iudæi à captiuitate regressi, æmulabantur illos, vtpote Assyrios genere, & à monte Samaritanos vocabant. Illi vero Abraham & Iacob progenitores suos nominabant: quoniam Abraham Chaldæus fuerat: & fons Iacob quem illic habuerat, proprius illorum putabatur. At Iudæi cum Gētibus aliis etiam istos abominabantur: vnde & domino opprobrantes dicebāt, Samaritanus es. Et ipse discipulis suis dicebat, In ciuitatem Samaritanam ne intraueritis. Quare autem Euangelista de loco Iacob & fonte tam diligenter disserit? Primùm quidem, vt quando audieris dicente mulierem, Pater noster Iacob dedit nobis fontem illum, ne mireris. locus enim ille erat Sycima, vbi filij Iacob Symeon & Leui grauem illā cædem commiserunt eo quòd sororem illorum Dinam oppressérat Sycimorum princeps. Insuper & hoc discimus, eō quòd Euāgelista nobis narrat ea quæ de fonte & loco, quòd etiam olim reiecti fuerint propter peccata sua, & quū offendissent deum, gētes illorum loca possederint: & quę patriarchę propter suam in deum fidem possederāt, ea illi propter impietatem amiserunt: & ita nihil nouum si & nunc Gentiles pro Iudæis in regnum cælorum sint introducti. Prædium autem quod dedit Iacob Ioseph, Sycima dicebatur. quoniam enim filij Iacob Sycimitas perdiderant, & ciuitatem desolauerant: eam vtpote desolatam pater in hæreditatem filio Ioseph dedit. *Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora erat ferme sexta. uenit mulier Samaritana, ut hauriret aquam. dicit ei Iesus, Da mihi quod bibam. nam discipuli eius abierāt in ciuitatem ut cibos emerent.* Fatigatum dominum ex itinere narrās Euangelista, ostendit nobis dominum à fastu & rerum abūdantia alienum fuisse. Non enim iumentis vtebatur ad iter, sed suis pedes ibat, instruens etiam nos non multis opus habere. Insuper.

Iohan. 8.

Mat. 10.

Gen. 34.

A

B

Abraham Chaldæus

C

Prædium Iacob Sycima.

Quàm do minutus fuerit alienus

D super dicit & ipsum incedere strenuè, & non ignauiter. Ex quo discimus & nos, vt cum constantia & diligentia faciamus opus dei. Quòd autē sedebat sic, significat simpliciter, & vt forte obueniebat, & non super sede, sed simpliciter videlicet super pauimento, refocillans corpus, & apud fontem se recreans. Deinde & aliam causam inducit quare sederit apud fontem. Erat enim tempus meridianum. Hora enim (inquit) erat quasi sexta: atque etiam propter horæ calorem opus habebat refrigerio, & recreatione. Vel aliter dicit, vt ne quis reprehenderit dominum, quomodo quum præcepisset discipulis vt ne viam gentium ingrederentur, ipse ad Samaritanos venerit: ideirco dicit quòd sedens in loco propter fatigationem fuerit, & quòd colloquium cum muliere ratio-
E nabilem habuerit causam, sitim scilicet. Quoniam enim sitiebat, consequenter humano more indigebat & potu. Quærenti autem occurrit mulier, anima discendi auida. Quid igitur opus erat facto? Repellerétne mulierem adeo studiosam, colloquentem & sitientem ea de quibus dubitabat, vt audiret? Non fuisset hoc diuinæ misericordiæ. Vide autem oro & ex hoc quàm procul à fastu fuerit dominus. Solus enim relinquitur in via, quum discipuli abiuissent in ciuitatem vt emerent alimenta. Vsqueadeo enim nullā curam ventris agebant, vt quo tempore ferme omnes dormiunt, illi cibos emerent, & panes duntaxat: vt & nos discamus varietatem ciborum paruifacere. Vide obsecro & diligentiam Euangelistæ. neque enim dixit affirmatiue, hora erat sexta, sed vt
F minus à veritate excidat, ferme sexta, inquit, securum faciēs sermonem. *Dicit illi mulier Samaritana. Quomodo tu Iudæus quū sis, potum à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim cōmercium habent Iudæi cum Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum dei, & quis sit qui dicit tibi, da mihi quod bibam, tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes, & puteus profundus est: unde ergo habes aquam illam uiuam?* Ab habitu & veste forsitan, & alia corporis forma, & colloquio ipso existimauit Samaritana Iudæum esse dominum, ideo & ad ipsum dicit, Quomodo tu Iudæus quum sis, &c. Vide autem quomodo circunspecta fuerit mulier. Nam si cauere oportebat, dominum oportebat, non illā. non enim dixit quod Samaritani consuetudinem non habēt cum Iudæis, sed Iudæi non habent consuetudinem cum Samarita-

maritanis. Attamen neq; sic tacet, sed existimans dominum A
rem illicitam facere, corrigit quod præter legem fiebat. Christus autem nō prius manifestat se, quàm virtus mulieris mōstretur. Postquam autem indicata est mulieris virtus, & quòd tam circunspecta & diligens esset, tunc tandem incipit loqui cum ea de sublimibus. Si scires enim (inquit) donum dei, hoc est, si cognosceres quid donet deus, nempe æterna & incorruptibilia: scires autem & me, quòd quum deus sim, vt possim hæc tibi dare: tu quæsiuisses vtique, & accepisses aquam viuam. Gratiam autem spiritus sancti aquā dicit esse, propter- *Gratia spū*
ea quòd purificat, & multū refrigerij præbet suscipientibus *uius sicti*
Porrò aquam dicit non stantem, qualis est in puteis & lacu- *aqua uiua*
bus, putris & corrupta: sed viuam, hoc est, scaturientē, & quę *Psalm. 83*
moueatur. Nam gratia spiritus semper agilē ad bonum facit B
animam, ascēsiones semper disponentē. Talem aquam bibit *Phil. 3.*
Paulus viuentem, & semper mobilē, quum obliuisceretur eorum quę post se, & ad anteriora se extēderet. Dicit ei mulier, Domine. Vides quomodo statī ab humili cogitatu desistens, magnum ei honorem tribuat, dominum vocādo? Neq; enim in profundum verborum Christi venerat. Nam aliter quidē ille dicit, aliter autem illa intelligit verba de aqua. *Nun tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. quisquis autem biberit ex aquā quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Dicit illi mulier, Domine, Da mihi istam aquam, ut non sitiam, neque ueniam huc ad* C
hauriendum. Patrem suum facit Iacob, se intrudens in nobilitatem Iudaicam. Vide autem obsecro prudētiam mulieris, quomodo statim à varietate aquarum ratiocinatur & dantiū varietatem. Dicit enim, Si talem aquam daturus es, omnino maior es patre Iacob, qui nobis dedit hanc aquam. Quòd autem ipse ex eo bibit, laus est bonitatis aquæ. tantum enim placuit fons ille patriarchæ. Quòd autem & ipse biberit, & filij eius, & pecora eius, indiciū est copię aquarū. Non enim solū dulcis est aqua, & ita dulcis, vt & Iacob ex ea biberit: sed & larga, & sic larga, vt suffecerit multitudini pecorum patriarchę Iacob. Quum autē diceret mulier, num tu maior es patre nostro? Dñs quidē manifeste non dicit, profecto maior sum, vt nō videatur arrogans esse, quum nondū aliquod specimen

D suæ virtutis exhibuisset: hoc tamen parat per ea quæ dicit. di
cit enim, Qui bibit ex hac aqua, iterum sitiet: qui autem ex
mea bibit, non sitiet in æternum. Atq; ita si miraris Iacob qui
dedit aquam talem, multo magis admirari oportet eum qui
præbet longe meliorem aquam. quam enim ego do, fons fit
aquæ, in diesque magis ac magis multiplicatur. Non enim q̄
parum accipiunt sancti à deo, ita vsq; ad finem seruant, sed se
mina quidem & initia accipiunt boni per gratiam: insumunt
autem & ipsi, ac crescere faciunt: id quod per parabolam ta-
Mat. 25. lentorum significat dominus, & per hospitem. Etenim qui ac
ceperat duo talenta, lucratus est alia duo, sed sua præparatione: & hospiti qui susceperat vulneratum à latronibus, pollice
tur dominus, quicquid præterea impenderis de tuo, dabo tibi. Igitur & hoc loco coniectatur: equidem aquam do sitien-
E ti: illa autem quam ego do, non manet tantum, sed etiam mul
tiplicatur, ac fons efficitur. Dedit Paulo aquam breuem do-
Actu. 9. minus, Ananię instructiones: at breuem illum fontem doctri
narum Ananię Paulus fontem esse demōstrauit, ita vt à Hie-
rusalem vsque ad Illyricum peruenirent illius fontis profilientes fluxus. Et mulier quomodo in his affecta est? Humiliter quidē adhuc se gerit, opinatur enim de sensibili aqua sermones haberi. profectum tamen quendam indicat. Nam pri
mùm quidem dubitabat, dicens, Vnde habes aquam viuentem? Nunc autem & sermonem non retrocedens suscipit, dicens, Da mihi hanc aquam. Videtur igitur hæc esse prudentior Nicodemo. Nam ille quidem quum multa audiuisset talia, dicebat: quomodo possunt hęc fieri? Ista autem incipit cō
F temnere etiam fontem Iacob. Nam dicit, si talem aquam ha-
Mulier Samaritana Nicodemo prudētior. bes, da mihi, vt non vltrà veniam huc ad hauriendum. Vides q̄ prætulerit ipsi Iacob dominū. *Dicit ei Iesus, Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit ei, Non habeo uirum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti: quinq; enim uiros habuisti, & nunc quē habes, nō est tuus uir. hoc uere dixisti. Dicit ei mulier, Domine, uideo quòd propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerūt, & uos dicitis quod Hierosolymis est locus ubi oportet adorare. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, uenit hora quando neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrē. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est.* Vade voca virū tuū. Quia videbat illam vrgentē ad recipiendū, & cogentē se ad dandū. dicit, Vade voca virum tuū: quasi ostendat q̄ etiā illū

oporteat

oporteat esse participem huius doni mei. Illa autē festinans, A
& vt recipiat, & vt se defendat, dicit, Non habeo virū. At do-
minus per prophetiam nunc reuelat suā virtutem, & priores
eius viros numerat, & eū qui nunc ignorabatur, arguit. Nun-
quid igitur illa ęgre ferebat quum talia audiret? vel relicto il
lo fugiebat? Non, sed magis admirata est & cōfortata, dicēs,
Domine, video q̄ propheta es tu. Et de dogmatibus stati illū
interrogat, non de corporalibus, vt de sanitate corporis, vel
diuitiis, (ita sapientia auidam, & virtuti deditā habebat ani-
mam) sed dicēs, Patres nostri in monte illo adorauerūt, quod
dicit propter Abrahā & Iacob. etenim illuc eradunt Isaac in
sacrificium adductum. Et quomodo (inquit) vos dicitis q̄ in Gene. 22
Hierosolymis oportet adorare? Vidisti quomodo sublimior
fuerit. Nam quę paulò antè solicita erat ne siti vltrà vexare- B
tur, nunc de dogmatibus rogat. Idcirco & Christus visa eius
sapientia hoc quidem eius dogma non soluit. Non enim erat
satis solicita, sed aliud quoddam magis dogma manifestat,
id quod neq; Nicodemo neque Nathanaeli reuelauerat. Ve-
nit enim, inquit, hora quādo neque in Hierosolymis neq; in
hoc loco adorabitur deus. Nam tu quidē, inquit, conaris o-
stendere res Samaritanorū digniores iis quę apud Iudæos a-
guntur: ego autē dico tibi quòd neq; hæc neq; illa habent di
gnitatem, sed alius quispiā status erit illis dignior. Veruntamen & sic Iudęos vobis Samaritanis digniores affirmo. Vos
enim, inquit, adoratis quod nescitis: nos autē Iudæi, quod sci
mus. Porrò seipsum Iudæis annumerat, eò q̄ iuxta opinionē
mulieris loquitur. Illa enim suspicabatur Iudaeum prophe- C
tam esse, & propterea dicit, nos adoramus. Quomodo au-
tem nescierunt Samaritani quod adorarunt? Loco putabāt
concludi deum: ideo & quum misissent quando à leonibus
deuorabantur (vt supra dictum est) & annunciassent regi As
syriorum se à deo loci non suscipi: ibi manserunt multo tem
pore, & coluerunt idola, & ipsum quoq; verum deum. Iudæi
autem ab hoc errore liberi fuerunt, & sciuerūt esse vnum deū
omnium, tametsi non omnes. Quia salus ex Iudæis est. Dupli
cem sensum hoc nobis dat. Vel enim quòd orbi ex Iudæis bo
na prouenerint. scire enim deum, & contemnere idola, inde
exordium habuere, aliáque omnia sana dogmata: etiam ipsa
adoratio, quę apud vos Samaritanos, tametsi nō recta fuerit,
à Iudęis originem duxit. Vel salutem nominat suum aduen-

D tum, qui ex Iudæis fuit. Potest autem & dñs ipse dici salus, quia ex Iudeis fuit secundũ carnẽ. *Sed uenit hora, & nunc est, quãdo ueri adoratores adorabũt patrẽ spiritu ac ueritate. Nam & pater tales quærit qui adorent ipsum. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, spiritu ac ueritate oportet adorare.* Quanuis nos Iudæi, quãtum ad modum adorationis attinet, plus habeamus quàm vos Samaritani: attamen & res Iudæorum nunc finem habituræ sunt. Non enim in solis locis mutatio erit, sed & modus colendi alterabitur: & hæc in foribus sunt, & nũc est hora non enim sicut ea quæ à prophetis dicta, in longum E tempus differentur. Veros autem adoratores dicit eos qui secundum ipsius legem viuunt, qui non loco aliquo includunt deũ, sicut Samaritani: vel cultu colunt corporali, sicut Iudei: sed spiritu & veritate: hoc est per animam, per puritatem mẽtis. Quia enim deus spiritus est, hoc est incorporeus, oportet ipsum adorare incorporaliter, videlicet in anima. hoc enim significat, in spiritu. Etenim anima spiritus est incorporeus. Quoniam autem multi videntur adorare in anima, non tamen rectam habent scientiam, sicut hæretici: ideo addidit, & in veritate. Oportet enim & mente adorare deum, & sanam opinionem de ipso habere. Fortassis autem quispiã dicet, quòd duæ partes nostræ philosophiæ hic insinuentur, praxis dico & contemplatio per duo ista. Nam quum dicit, in spiritu, practice docetur. Quicunq; enim spiritu dei agun F tur, opera corporis mortificant secundum diuinum apostolum: & iterum, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem contra carnem. Et ita practice insinuatur per hoc quod dicit, in spiritu. Per hoc autem quod dicitur, in veritate, contemplatiua. Porrò hæc & Paulus dicit, Epulemur, inquit, in azymis synceritatis, hoc est puritatis vitæ, id quod est practices: & veritatis. id quod est contemplatiuæ. Contemplatio enim occupatur circa veritatem doctrinæ verbi. Vel aliter, Quoniam peculiare erat Samaritanis deum loco includere, & dicere quòd in hoc loco oporteat adorare: apud Iudæos autẽ omnia in figura & vmbra fiebant: in spiritu adorare, opponitur adorationi Samaritanorum: vt dictũ hunc sensum habeat, Vos quidem Samaritani localem quendã cultum offertis deo, veri autem adoratores non localem offerẽt. In spiritu enim colent, hoc est mente & anima. Sed neque sicut Iudei in typo & vmbra adorabũt, sed in veritate: quia Iudaicorum

Anima gd

Roma. 8.

Galat. 5.

1. Cor. 5

1. Cor. 10

daicorum morum & obseruationum futurus est finis. Fortas A sis autem Iudaica lex secundum literam intellecta, figura erat & vmbra. Quod dicitur, in spiritu, opponitur literæ. Nõ enim lex literæ à nobis obseruatur, sed lex spiritus. Nam litera quidem occidit, spiritus autem viuificat. Et quod dicitur, *2. Cor. 3.* in veritate, opponitur vmbræ & figuræ. Venit igitur, inquit, hora, immo nunc est, corporalis mei scilicet aduentus tẽpus, quãdo veri adoratores, neq; sicut Samaritani, vno loco adorabunt, sed omni loco secundum spiritum, & incorporaliter adorationem offerentes: sicut & Paulus dicit, Seruio in spiri *Roma. 1.* tu meo. Neque (sicut Iudæi) figuralem & vmbratilem futurorum ostensiuum cultum adducent, sed uerum, & nihil vmbratile habentem. Tales enim quærit adoratores deus. Quo B niam spiritus est, spirituales: & quia veritas est, veros.

Dicit ei mulier, Scio quòd Messias uenturus est, qui dicitur Christus: quũ ergo uenerit, ille nobis nunciabit omnia. Dicit ei Iesus, Ego sum, qui loquor tibi. Et continuo uenerunt discipuli eius, & mirabantur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamẽ dixit, quid quæris, aut cur loqueris cũ ea? Vnde mulier sciebat vẽturum Messiam, qui dicitur Christus? ex Mosaicis scripturis. Nã superius diximus quòd quinque libros Mosi Samaritani receperint. Quia igitur Mosaica receperant, ex illis cognouerunt prophetias de Christo, & quod filius sit dei. Nã quũ dicitur, Fa *Ge. 1. 17.* ciamus hominem, tanquam ad filium dicta esse a patre, ma- *& 18.* nifestum est. Et Abrahæ quoque in tabernaculo filius loque *Gen. 48.* batur, & Iacob de ipso prædicens dicebat: Non deficiet prin *Deut. 18.* ceps de Iuda, donec veniat cui repositum est. Et ipse Moses C quoque dicit, Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris: sicut me, illum audietis. Et multa alia Christi aduentum prædicunt. Propterea dicit mulier, Scio quod ventu rus sit Messias. At nunc se illi manifestat dominus, ita consequentia sermonis exigente. Sane si statim ab initio dixisset, Ego sum Christus: neque mulieri persuasisset, & visus fuisset onerosus qutspiam & arrogans: nunc paulatim illam ad hoc inducit, vt mentio fiat expectationis Christi. Ita iam se illi *Mat. 26.* detegit. Cuius gratia Iudæis quidem continuo interroganti *Iohã. 13.* bus, Die nobis, nũ tu es Christus? non reuelauit seipsum: mulieri aũt dicit. Illis quidem nihil dicit, eo q; nõ interrogabãt discẽdi gratia, sed calúnian di animo: huic aũt, quia studiosa erat, manifeste se reuelat. Nã q; simplici mẽte & cogitatiõe,

D discendique desiderio rogauerit, manifestum ex his quæ sequuntur. Nam vt audiuit, non solum ipsa credidit, sed etiam alios ad fidem adduxit, semperque apparet & fidelis, & diligenter inquirens. Absoluto autem colloquio cum muliere ac doctrina, tempestiue occurrerunt discipuli, & admirati sunt humilitatem eius, quod quum tam gloriosus esset, & apud omnes celebris, non dedignatus sit cum tam paupere & Samaritana muliere tãta cum modestia sermonem habere. Admirantes autem, non audent rogare de quo loquatur ei. adeo erant bene compositi, seruantes suam erga præceptorem reuerentiam. Quod si alicubi apparuerint fidẽter loquẽtes, sicut
Iohã. 13. Iohannes quum recumberet super pectus, & quum accede-
E rent & dicerent, Quis maior? & quum filii Zebedæi obiecta-
Mat. 18. rent vt vnus à dextris, & alter à sinistris sederent: illa inqui-
Mat. 20. runt quasi ad se attinẽtia, & tunc eis necessaria visa. Hoc autem loco, quia nõ vsqueadeo ipsorum intererat quærere, neque necessarium omnino, propterea non vtuntur fiducia, eo quòd non habeant tempus opportunum. *Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem, & dixit illis hominibus: Venite, videte illum hominem qui dixit mihi omnia quæ feci: num hic est ille Christus? Exierunt ergo e ciuitate, & ueniebant ad eum.* In tantum accensum est cor mulieris dictis dominicis, vt & aquã relinqueret. Sic igitur statim prætulit aquam Christi fonti Iacob, & fit Apostola ordinata à fide, quæ cor eius occupauerat, docetque & attrahit totam ciuitatem. Venite, inquit, videte eum qui mihi dixit omnia quæcunque feci.
Profecto quoniam accensa fuit anima diuino igni, ad nihil
F eorum quæ in terra, respicit: non ad confusionem, non ad ignominiam, nec ad aliud quippiã. Ecce igitur & ista quanuis posset & aliter dicere: Venite, videte prophetam prophetantem: at non sic. Contẽnit autem suam gloriam, & ad hoc solum spectat, vt prædicet veritatem Non dicit autem, Hic est Christus, affirmatiuè: sed, nũquid hic est Christus? volẽs etiam illos calculum addere, & facere sermonem creditu faciliorem. Etenim si affirmasset hũc esse Christum, fortassis refugissent quidam sententiam eius, neque tã diffamatæ credidissent. Intellexerunt autem quidam per quinque viros Samaritanæ, quinque libros Mosi, quos solos Samaritani recipiunt. Quem autem nunc habes, dicit, hoc est verbum meũ, quod nunc à me accipis, non est vir tuus. Nondum enim coniuncta

iuncta fuisti, inquit Iesus, meæ doctrinæ. Dixerit autẽ quis A
Samaritanam gerere typum humanæ naturæ. Natura enim nostra olim quidem in monte habitabat, mente scilicet plena gratiæ diuinæ. Nam priusquam peccaret Adam, omnibus diuinis ornatus erat donis. Erat enim & propheta. Vnde & a somno expergefactus prædixit de formatione mulieris & habitudine viri erga illam: dicebatque, Hoc nunc os ex ossi- *Gen. 2.*
bus meis, & propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem. Proinde tunc erat natura nostra in excelso monte mentis. Sed vbi offendit eum, abducta est captiua, & sanctũ quidem semen eius, omnem diuiniorem dico cogitationem, diabolus captiuam in Babylonem inde abduxit, hoc est, in confusionẽ huius mundi, & pro eis inhabitare fecit barbaricas cogitationes, hoc est leones, qui bonas cogitationes quæ habitabant in nobis, deuorabãt, donec persuasum est eis vt reciperent diuina eloquia, nec tamen illa integre. Malitia enim quum semel in monte mentis nostræ habitare cœperit, suscipit quidem Mosi libros, non autem integre bonum amplexatur, sed adhuc sub maledicto manet. Igitur iter faciens, hoc B
est, multas vias trãsiens, & modos pro salute nostra tractãs, & interim minis malorũ, interim afflictionibus, interim beneficiis, interim bonorum promissionibus, nostram vitam lucrari quærit: & fatigatus quidem est talibus modis attentans nos corrigere: inuenit autem alium modum regendi, qui ei & placuit, vnde super illũ sedit & requieuit. Et quis ille? Fõs baptismatis, in quo naturæ nostræ quasi Samaritanæ cuipiã benefecit. Fons autem iste baptismatis, fons Iacob merito di C
citur, hoc est, supplantatoris. In fonte enim isto supplanta- *Baptisma*
mus diabolum, quia & dominus in illo contriuit caput dra- *fons Iacob*
conis, quem dedit escam populis Aethiopum. Dracone autẽ *dicitur.*
isto non alii quidem pascũtur & oblectantur, quàm obtenebrati & nigri anima, & diuinæ lucis nõ participes. Huic au- *Psal. 73.*
tem nostræ naturæ quinque viri coniuncti fuerũt, vatiæ scilicet leges a deo datæ ei, nempe lex in paradiso, lex quæ tempore Noe, lex quæ data Abrahæ, lex quę data Mosi, lex quæ *Gene. 9.*
data per prophetas. Nam & Noe post diluuium præceptum *Gene. 17*
quoddã suscepit, & Abrahã circunciſionem. Iis itaque quinq; legibus coniuncta natura, & sextam accepit, quam tamen non habebat vt virum. nondum enim coniungebat sibi legẽ noui testamẽti. Intellexerit autẽ quis per sextam legem, quã

vt virum

D vt virum non habebat natura, legem idololatriæ. Hãc enim legem non habebat a deo datam sibi coniugẽ, sed velut adul
Hiere. 2. terum iũgebat sibi. Ideo & propheta dicit, Et adulterabãtur
Ezc. 60. in ligno. Et iterum, Fornicati post omne lignũ. propter sculptilia scilicet & ligna quæ colebant. Eo enim demẽtiæ peruenerat natura, vt & lignis pulchris propter pulchritudinẽ sacrificaret, Cypariſſis videlicet, & Platanis, & similibus. Quando igitur sextum illum adulterum homines dilexerũt & in idololatriam exciderunt, tunc dominus veniens liberauit nos ab ea. Ideo & dicit, quem nunc habes. Nam profecto tempore aduentus Iesu Christi, etiam Iudæorum sapientiores in Gentilium errorem inciderant. Et manifestauit hoc
E pharisæorum hæresis, quæ fato & astrologiæ credebat. Est & Samaritana omnis anima, quæ sensibus quinq; imprudenter subiecta est, deinde periculosam doctrinam veluti sextũ quendam adulterum suscipit, cui Iesus benefacit, vel per baptismum, vel per fontem lachrymarum. Nam & lachrymæ fons Iacob dicuntur, mente nostra supplantante malitiã: ex quo aquam & ipsa mens bibit, & cogitationes eius, quæ filii dicuntur & pecora, ceu irrationales partes animæ, ira & concupiscentia. Lachrymæ enim menti & cogitationibus & reliquis in refrigerium fiunt. *Interea rogabant eum discipuli dicẽtes, Rabbi, comede. Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo comedendum, quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli inter se: Num quis attulit ei quod ederet? Dicit eis Iesus, Meus cibus est, ut faciã quod uult is qui misit me, & perficiam opus eius.* Rogabant discipuli do
F minũ, hoc est, obsecrabant vt comederet: non temeraria quadam mente, sed magna dilectione erga magistrum. Etenim videbant ipsum defatigatum ex itinere, & calore flagrante. Dominus autem sciens Samaritanam fere totam ciuitatẽ ad se euocaturam, & Samaritanos in se credituros, Ego, inquit, cibum habeo comedẽdum, hoc est, salutem hominum: quam tanto desiderio auebat, quanto nullus nostrum sensibilem cibum. Hunc autem cibum quem habeo comedere, vos discipuli mei nescitis. Crassi enim quum vos adhuc sitis, & intelligere nequeatis quę obscurius a me dicuntur, nescitis quod cibũ salutem hominum nominem. Et aliter. Hũc cibum nescitis. ignoratis enim quod Samaritani credituri sunt mihi, & saluabuntur. Quid igitur discipuli? Adhuc dubitabant nũ quis attulisset ei quod comedat. Non autem propter solidã ipsorum

rum reuerentiam erga illum, interrogare audent. Porro ille A
quãuis ipsi non interrogassent, reuelat obscurius dictum, & dicit, Meus cibus est, quod faciam volũtatem eius qui me misit. Voluntas enim dei est salus hominum, & perficiam opus eius. Prophetæ quidem & lex minime potuerunt perficere opus dei. Imperfecti enim erãt, vtpote figuras & vmbras futurorum continentes. at dominus perfecit opus dei, nostram dico salutem & renouationem. Forsitan & per opus dei intelligere potes hominem, quem solus filius dei, ostensa natura nostra nullis peccatis obnoxia, perfecit, hoc est declarauit perfectum & absolutum in omni bono opere per diuinam in carne vitam: & vsque ad finem vicit mundum. Et lex quoq; Deut. 9.
dei opus est, secundum quod digito dei scripta: quam legem B
perfecit dominus. Finis enim legis, Christus: quoniam cessare fecit omnia quæ in lege fiebant, & a corporali cultu ad spi Rom. 10.
ritualem eam transtulit. Cæterũ dominus sæpe loquitur obscurius, vt attẽtiores faciat auditores, & excitet eos ad interrogandum & discendum quod obscure dicebatur. Cibum autem nominans hominum salutem, docet discipulos vt & ipsi quum ordinati sint in magistros orbis, minoris faciant corporalem cibum, omneque desiderium suum eo transferãt, vt saluent homines. Obserua autem quod & dominus ipse accipiebat cibos a quibusdam propositos. Dicunt enim discipuli, Num quis attulit ei vt comedat? non quasi opus habẽs aliorum ministerio (quomodo enim aliorum indigeret mini- Psal. 135.
sterio, qui dat escam omni carni?) sed vt afferẽtes mercedem C
habeant, & assuescant simul & ipsi alios pascere. Et interim
dat exemplum omnibus hominibus, vt nõ erubescamus pau Docentes
pertatem, neque graue putemus si ab aliis pascamur, præser- pascantur
tim ii qui docemus: & maxime necessarium est alios habere a discentibus.
ciborum curatores, vt ipsi non diuulsi curis, ministerio verbi vacemus. propterea & discipulis imperauit vt a discẽtibus pascantur. *Nonne uos dicitis: adhuc quatuor menses sunt, & messis ueniet? Ecce dico uobis, attollite oculos uestros, & uidete regiones: quoniam albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & cõgregat fructũ in uitã æternã, ut & q seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est sermo uerus, quòd alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi uos ad metendum quod uos nõ laborastis. Alii laborauerunt, & uos in labores eorũ introistis.* Incipit

nunc

D nunc manifestius reuelare discipulis ea quæ prius obscurius dixerat. Nam vos quidē, inquit, dicitis, hoc est putatis, quòd messis sensibilis illa quatuor mensibus futura sit: ego autem dico vobis quòd aderit spiritualis messis. Hæc autem dicebat propter Samaritanos, qui iam veniebant ad ipsum. Attollite igitur oculos vestros, vel spirituales, vel sensibiles: & spectate multitudinem Samaritanorum, & animas ipsorum ad fidem alacres & prōptas, quæ quasi regiones albæ opus habēt messoribus. Nam sicut aristæ quum fuerint albæ, paratæ sunt ad messem, ita & hæ ad salutem sunt præparatæ. Et metens mercedem accipit, & colligit fructum in vitam æternam, vt & seminans simul gaudeat, & metens, quod hunc sensum habet, Prophetæ seminauerunt, sed nō messuerunt, neque propterea priuati sunt voluptate, quanuis nobiscum non metant. id

E quod in sensibilibus messibus non est. Illic enim si euenerit quod alius seminat, & alius metit, tristitia est non metenti. In spiritualibus autē non sic est. Sed & prophetæ antea prædicauerunt, & præmolliuerunt hominum mentes: vnde vobiscum gaudent. qui homines ad salutem capitis. Ego autem misi vos vt metatis quod vos non elaborastis. propterea dicit dominus, vt mittendi discipuli ad prædicationē, non turbentur quasi ad rem difficilem: nā quod onerosum erat, prophetæ susceperant: vos autem in præparata mittimini. At sermonem verum dicit, prouerbium vulgo iactatum: Alius est qui seminat, & alius qui metit. Obserua autem quomodo omnia authoritatem & dominium indicent. Ego misi vos ad metendum. Audiant maledicti Marcionitæ & Manichæi, &

F similes, qui vetus testamentum à nouo abalienant. nā & hoc loco relarguuntur. Etenim si alienum fuisset vetus, quomodo Apostoli messuissent ea quæ à prophetis seminata? Vnde quia Apostoli messuerunt ea quæ in veteri, non alienum est ipsum à nouo testamento: sed vtraque vnum sunt. Audiant & Ariani, quomodo tanquam dominus & potestatem habēs mittat discipulos. Mittit autem vt de terrenis metant & excecent eos qui terrenis affixi erāt, tam Gētiles, quàm Iudęos: inuehantque illos in aream, Ecclesiam dico, in qua conculcentur à bobus, hoc est doctoribus: & iaceant sub illis, ac triturentur, quum omnes paleas, & ignis fomitem, & quicquid carneum est, abiecerint, & facti pura grana in cælesti penu reponātur, & deinde cibus fiant dei, qui gaudet in salute eorum

Cōparatio pulchra.

Prouerbiū Marcionitæ.

Manichæi. Ariani.

rum. Ita Paulus messuit, à terra resecans, & docens nos quòd A municipatus noster in cælis sit. Cauillantur autem quidam *Lepidū ex* hoc dicto lepidē senes, videri regiōes quòd albæ sint ad mes- *uillum in* sem, propter canos scilicet, & messem mortis. *Ex ciuitate au-* *senes.*

tem illa multi Samaritanorum crediderunt in eum propter sermonem mulieris testificantis quòd dixisset sibi omnia quæcunque fecisset. Quū uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum ut apud se maneret: & mansit ibi duos dies, ac multo plures crediderunt propter sermonem ipsius: & mulieri dicebant. Iam non propter tuam orationem credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus quod hic est uere saluator mundi Christus. Propter sermonem mulieris multi Samaritani credunt, vtpote prudenter apud se iudicantes quòd vitam suam mulier non vulgasset ad hoc vt gratificaretur alteri, nisi vere magnus quis esset, & super multos, qui ab illa prę B dicabatur. Ideo & fidem operibus commonstrantes, obsecrabant illum valde vt apud se maneat. Manere enim hoc significat perpetuum domicilium apud illos habere. Verum ille in hoc non obtemperat, sed ad duos tantum dies manet: vnde & multo plures crediderunt Propter doctrinam eius. Tāetsi Euangelista non enarret particulatim mirabilia doctrinæ eius verba: euentu tamen docet, vt intelligamus virtutem diuinæ illius doctrinæ. Nam & multa alia transeunt Euangelistæ, eò quòd non ad ostentationem, sed ad veritatem declarandam scribunt. Itaque quum dominus esset apud Samaritanos, verisimile est eum diuiniora quædam docuisse: vnde nullo viso signo credunt, & obsecrant vt maneat. Iudæi autē quanuis plurimis sermonibus & signis fruerētur, adhuc per- C sequebantur. Profecto inimici hominis, domestici eius. Vide item quomodo breui multitudo præcellat eam à qua docta *Mich 7.* fuerat, nō enim prophetam vocant, neque saluatorem Israel, *Mat. 10.* sed mundi: & cum articulo, hic est saluator ille, qui proprie & vere saluauit omnes. Venerunt enim multi vt saluarent, & lex, & prophetæ, & angelus: sed hic est ille verus saluator.

Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipse enim Iesus testatus est quod propheta in sua patria honorem non haberet. Quum ergo uenisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, quum omnia uidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo. nam & ipsi uenerant ad diem festum. Quum exisset à Samaria dominus, in Galilæā digreditur. Deinde ne quis inquirat, & dubitet quare non semper maneat in Galilęa, sed peregrinetur apud eos,

maxime

D maxime quum videatur esse ex Galilæa: dicit quòd propterea non manserit in Galilæa, quia nullum honorem illi exhibuerãt. Ipse enim Iesus testatus fuit quòd propheta in sua patria in honore non sit. Consuevimus enim nos homines contemnere ea quæ valde familiaria, semper magis attendentes alienis insolitis. Quid igitur? Non videmus etiam multos apud suos in honore haberi? sanè hoc valde rarum. Si autem nonnulli inveniuntur qui in patria sua in honore habentur, multo magis in terra aliena: ita vt honor qui eis in patria impenditur, si conferatur cum eo qui in terra aliena, ignominia esse inveniatur. Nam invidia cõpatriotis non sinit cõgruum honorem reddi, sed parum illis tribuunt cives, suam confusionem existimantes gloriam contribulium. Quum venisset igitur dominus in Galileam, crediderunt Galilęi: quia viderant signa facta in Hierosolymis. Atqui Samaritani probatiores erant, & absque signis verbo mulieris crediderunt. Vide autẽ vbiq; eos qui abiecti habebantur, celebrari vt potiores fide, Samaritanos dico & Galilæos. Nam hos contemnebant vt agrestiores: & dicebãt, Propheta ex Galilea non surrexit. Vide autem quòd & hi qui electi putabantur, abiiciuntur, quales fuerunt Hierosolymitani Iudæi. Merito igitur & Gentiles susceptí sunt. Nam in sua patria, hoc est, in synagoga Iudæorum, honorem non habebat propheta Christus, sicut Moses dicit: Prophetam suscitabit vobis dominus. *Venit ergo Iesus iterum in Cana Galilææ, ubi fecerat ex aqua uinum. Et erat quidam regius cuius filius infirmabatur Capernaum. Hic quum audisset quòd Iesus aduenisset a Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut descenderet, ac sanaret ipsius filium: siquidem ir agebat animam. Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Dixit ad eum regius, Domine, descende prius quàm moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem dixerat ei Iesus, & ibat.* Recordari nos facit Euangelista miracnli in Cana, vbi aqua facta est vinum. & interim vt crescat laus Samaritanorũ. Nam & Galilęi quidem, inquit, susceperunt eum propter signa quæ facta sunt in Hierosolymis, & apud se: Samaritani autem ob solius mulieris testimonium, & ipsius domini doctrinam. Ostendit insuper quòd & regius ille ex miraculo quòd in Cana erat factũ, bonam quandam de Christo opinionem conceperat, tametsi minus dignam. Regium autem illum vocat, vel quòd ex regio erat

Pauci apud suos in honore habẽtur.

Ioh. 7.

Deut. 18.

Lucæ. 4.

gio erat genere, vel quòd gerebat dignitatem quandam ob quã sic vocabatur. Nũ igitur, dicet quis, idem est ille cũ Centurione apud Matthæum? Nã & ille ex Capernaum erat. Nõ opinor igitur illum esse, sed alium. Nã ille quidẽ & volentem venire Christũ probibet, dicẽs, Nõ sum dignus vt sub tectum meum ingrediaris. & illius quidẽ puer paralysi detinebatur, seruus videlicet: istius autem filius febri. Et ille quidẽ quum à monte descendisset, in Capernaum ingressus est: nũc autem à Samaria, & non in Capernaum, sed in Cana, In summa, ille Cẽturio, hic aũt regius fuit dignitate. Orat igitur regius ille dominũ vt descendat ad sanandũ filiũ. At dominus perstringit eum. vtpote non perfectam, sed paruam habẽtem fidem. Dicendo enim, descẽde prius quàm moriatur filius meus, infirmitatẽ fidei suæ ostẽdit: quia non credebat q̃ si cõtingeret mori filiũ, potẽs esset eũ suscitare. propterea perstringẽs eum dicit, Nisi signa & prodigia videritis, nõ credetis. Interim autem & alios cives Capernaum accusat. Vidẽtur enim vbique ob multam incredulitatem condemnari. Igitur quoniam infirmæ mentis erat regius, & vrgebat dominum vt descẽderet ad sanandum filiom: ostẽdens ei saluator quòd etiam absens posset sanari, dicit, Vade, filius tuus viuit. Denique pueri quidem sanauit febrem, patris autem incredulitatẽ. Scias autem aliud esse signum, aliud prodigium. Nam prodigium fit prẽter naturam, vt est aperire oculos cæci nati, & excitare mortuum: Signum autem non præter naturam, vt est sanare infirmum. Perficiat autem & nunc hoc miraculum dominus. Omnis homo est regius quidam, nõ solum quòd cognatus propter animam regi omnium, sed etiã quòd ipse regiam dignitatem supra omnes accepit. Inuenitur autem sæpe habẽs quidem mentem quasi filium igne illicitarum voluptatũ & concupiscentiis male laborantem. Si igitur accesserit ad Iesum, & petiuerit ab eo vt descendat, hoc est misereatur & remittat illi peccata prius quàm tota à morbo voluptatum moriatur (si enim nostri non misereretur deus, sed obseruaret iniquitates, & secundum illas vleiscereturquisnam sustineret?) Si igitur accesserit vt dictũ est, assequetur q̃ quærit, & recipiet mẽtem suam sanam. Veruntamen vide & quid dicat ad illum dominus, Vade, filius tuus viuit. hoc est, ne sis immobilis ad bonum: sed vade, & incessibilem motionem ostende ad bonum. Tũc enim filius tuus viuet. Si autem quieueris nõ ambulans, morietur

Ioh. 9. 10

Prodigiũ & signum differunt.

D morietur planè mens tua, eò quòd ad bonum te non pro-
mouerit. *Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, &*
nunciauerunt ei dicentes, Filius tuus uiuit. Scisciatur est ergo
horam ab eis in qua uegetius se habuisset. Et dixerunt ei, Heri ho-
ra septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quod illa hora
erat in qua dixisset sibi Iesus, Filius tuus uiuit. & credidit ipse, & do-
mus eius tota. Hoc iterum secundum signum edidit Iesus quum uenisset
a Iudæa in Galilæam. Obstupefacti serui repētina morbi mu
tatione, occurrunt domino, bonum nuncium afferentes de sa
nitate filii. Non enim simpliciter, & sicut fieri solet, sed subi-
tò liberatus est à febre, vt ita ostendatur miraculum hoc non
fuisse naturæ, sed virtutis Christi. Vt ergo didicit à seruis ho
ram in qua puer vegetius se habuisset, hoc est melius habuis-
E set, & in meliorem transisset valetudinem, plenè credidit do-
mino. Prior enim eius fides imperfecta erat. Ne enim mihi
dixeris quòd non accessisset nisi credidisset. Nam & patres
consueuerunt præ amore erga filios, non solum accedere ad
medicos quibus bene fidunt, sed & ad imperitos, nihil ex his
quæ facere oporteat, intermittentes. Accessit quidem ex fide,
siquidem & hoc dabimus: sed frigida & imperfecta, quā ne-
que fidem quis recte vocauerit. Tunc autem perfecte credi-
dit, quādo & de hora didicit. Et quare Euāgelista dicit quòd
secundum hoc signum fecerit in Cana? Vt ostendat Samari-
tanos multis dignos laudibus. Etenim dicit, & cum secundo
hoc fieret signum, nondum peruenerunt Galilæi ad sublimi-
tatem illorum qui nullum viderant signum.
F

CAPVT V.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus
Hierosolymam. Est autem Hierosolymis ad probati-
P *cam, piscina, quæ Hebraice dicitur Bethesda, quinque*
porticus habens. In his iacebat multitudo languentium,
cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ
motum. Angelus enim descendebat certo tempore in piscinam, & tur-
babat aquam. Itaque qui prius descendisset post turbationem aquæ,
sanus fiebat a quocunque detinebatur morbo. Dies festus erat Iu
dæorum, Pentecoste opinor. Ascendit in eo dominus: partim
ne videretur esse aduersarius legi, sed compareret cum reli-
quis diem festum agens: partim vt plures per signa & doctri
nas alliceret,

nas alliceret, & maxime turbam simplicem. Solebant enim A
conuenire & rustici & opifices qui in ciuitatibus, & aliis die-
bus erāt occupati. Probatica autē dicebatur piscina, eò quòd *Quare pē*
oues illic ad sarificium congregabantur, & intestina earum *stica pro-*
abluebantur. Multi autem opinabantur quòd sola ablutione *batica di-*
intestinorum sacrificalium, virtutem quandā diuiniorem ac- *cta.*
ciperet aqua, & propterea angelus ad aquam vt electam ac-
cederet, & miraculum operaretur. Videbatur vtique diuina
sapientia à longe viam facere Iudæis ad fidem in Christum,
præordinando miraculum piscinæ. Nam quoniam baptisma
daturum erat magnam virtutem, & maximum donum, vtpo-
te purificans peccatum, & viuificans animas, prefigurat deus
baptisma in rebus Iudaicis, & ipsis quoque aquam dat quæ B
purificet sordes, quæ non sordes propriè erant, sed videban- *Piscina il-*
tur esse, vt siquando tetigissent mortuum, vel leprosum, vel *la bapti-*
aliquid tale. Dat autem & piscinæ huic miraculum, quod du- *sma desi-*
ceret eos ad susceptionem baptismatis. Angelus enim tempo- *gnat.*
re oportuno descendebat, & turbabat aquam, & sanatiuam il
li virtutē indebat. nusquàm enim ista natura aquæ est, vt per
se sanet, alioqui hoc perpetuo fieret. sed totū in angelo situm
erat. quicquid erat efficaciæ. Ita & apud nos aqua baptisma- *Aqua ba-*
tis, aqua est simpliciter: quum autem accesserit spiritus san- *ptismatis.*
cti gratia, propter inuocationem dei morbos soluit anima-
rum, & si quis cæcus fuisset, obcęcatis oculis animæ ne possit
diiudicare bonum à malo: & si claudus quis fuisset, qui non
mouebatur ad faciendum bonum, & proficiendum in me- C
lius: & si aridus, & desperati omnino fuisset morbi, nulliusque boni particeps, ab aqua illa curabatur. Et tunc infirmitas impediebat quosdam ne sanarētur: nunc autem in baptismo nullum est obstaculum. Non enim vno sanato alij relinquerentur non curati: sed si totus orbis confluueret, non immi nueretur gratia. *Erat autem quidam homo illic qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc quum uidisset Iesus decumbentem, & cognouisset quòd iam multum temporis morbo teneretur, dicit ei, Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine, hominem nō habeo, ut quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinā: sed interim dū ego uenio, iam alius ante me descendit.* Stupenda paralytici constā-
tia. annos habebat triginta octo, & quotannis liberari à mor-
bo expectans assidebat, & impediebatur à potētioribus præ-
uentus, nec tamen destitit, neque desperauit: ideo & dominus

D interrogat eum, volens mõstrare nobis fortitudinem hominis. non enim interrogat quasi discere quippiam vellet. Hoc enim non solum superfluum esset, sed insipiẽs, quærere an æger velit sanari. Factum ergo vt monstretur nobis hominis patientia. Quid igitur ille? Multa cum mãsuetudine respondet. Etiam, inquit, domine, volo quidem, sed non habeo hominem qui possit me in aquam inferre. Nihil blasphemum respondit, non arguit Christum vt stultam interrogationem interrogantem: non maledixit diei natiuitatis, sicut pusillanimes facimus, idq; quum in leuiores morbos inciderimus: sed mansuetè & placidè responsum dat, tametsi nesciret quisnam esset qui interrogabat. Nãque hoc solum existimauit vtilitatis sibi accedere fortassis, vt inferret ipsum in aquam, & propterea blande Christo loquitur. Non dixit autem Christus,

E Vis? sanabo te: vt ne videretur gloriam quærere. *Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebãt ergo Iudæi ei qui sanatus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum.* Iubet tolli lectulum, volens credibilius fieri miraculum quod faciebat, ne putaretur esse phantasma quoddam. Nisi enim mẽbra firme fuissent solidata, lectum ferre non potuisset. Non autem exegit ab eo fidem antequàm sanasset, sicut in aliis quibusdã: quia ęger ille nondum viderat eum signa facientem. Etenim dominus fidẽ exigere non solebat ab illis antequàm in conspectu eorum faceret miracula: sed postquàm vidissent miracula, exigebat fidẽ. Attende autem quòd simul atque audiuit, credidit. Nõ enim

F secũ murmurauit, & dixit, Me iubes surgere, qui nunc triginta octo annos habeam, & salutẽ nunquàm sim assecutus, & sic repente surgerem? Nihil tale cogitauit, sed credidit, ac surrexit. In sabbato sanat, docens hominem aliter intelligere sabbati obseruationes, & nõ putare coli sabbatum ocio corpora-

Sabbatum quõ colendum.

li, sed malorum abstinẽtia. Nã benefacere alicui lex nõ prohibet, quæ lex est dei semper benefaciẽtis. *Respõdit eis, Qui me sanum fecit, is mihi dixit, Tolle grabatum tuũ, & ambula. Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autẽ qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim subduxit se, quòd turba esset in eo loco.* Admirat cõuenit hominis erga Iudæos in dicẽdo libertatẽ, quãdo vr gẽtibus illis, & dicẽtibus, Nõ tibi licet tollere grabatũ tuum per sabba-

per sabbatũ, ipse cũ fiducia libere prædicat benefactorẽ. Qui A
fecit me sanum, ille mihi, quasi talia dicẽs, dixit: Deliratis &
desipitis iubentes ne obediã ei qui me à tã diutno & difficili
morbo liberauit. At Iudæi non interrogant eũ, quis est qui te
sanũ fecit? sed, quis est qui dixit tibi, Tolle grabatũ? ita ad bo
nũ spõte exæcabãtur, sursumq; ac deorsum rapiebãt sabbati
violationẽ, vt sibi videbatur. At Iesus se subduxerat: primum
quidẽ, vt absente ipso testimoniũ sanitatis illius suspiciõe ma
gis careret, & ne videretur gratificari ei, sed veritatẽ testari.
Insuper vt ne Iudęorũ inuidiã magis accẽderet. Solet enim & *Aspectus*
aspectus eius cui inuidetur, nõ paruã inuidię flãmam immit- *inuidiosi.*
tere inuidẽtibus. propterea pmittit eos de miraculo inquirere
per seipsos. Porro Iudæi reprehẽdentes quũ factũ inquirerẽt,
multis sermonibus celebrius illud reddũt. *Postea eum reperit* B
Iesus in templo, & dixit ei, Ecce sanus factus es: ne posthac pecces, ne
quid deterius tibi cõtingat. Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis quod
Iesus esset qui ipsum fecisset sanũ. & propter hoc persequebãtur Iudæi
Iesum, & quærebãt eũ occidere, quod ista fecisset in sabbato. Ex eo
q; dñs paralytico dixit, Vide, sanus factus es, ne posthac pec- *Ex pecca-*
ces: discimus ex peccatis quidẽ primũ natos hominũ morbos, *tis nascun-*
deinde vera enarrari de gehẽna, æternũque esse supplicium. Igi *tur morbi*
tur vbi nũc sunt q dicũt, ad vnã horã indulsi rei venereæ, qũo
in perpetuũ puniar? Ecce enim etiã hic nõ tot annis peccauerat quot puniebatur, sed ferme integrã hoĩs vitã in supplicij
mensuram amplam impendit. Sane peccata non iudicantur
tempore, sed ipsa delictorum natura. Quin hic & illud discimus, quòd licet grauem luamus pro primis peccatis pœnam, C
si deinde iterum in eadem incidamus peccata, iterum graiora patiemur: idq; merito. Quj enim non emẽdatus est, ad
maiora tormenta ducetur, tanquàm insensatus & cõtemptor.
Et quare (inquit) non omnes sic puniuntur. Et enim multos
improborum videmus bene valentes corpore, & in deliciis ac
prosperitate viuentes. Verum quòd illi nihil hic patiuntur,
viaticum eis erit ad supplicium grauius, quod alibi ferent.
& hoc Paulus manifeste dicebat. Quum enim iudicamur à 1 Cor. 11.
domino, hic scilicet erudimur, vt ne cum hoc mundo condemnemur, alibi videlicet. Nam quæ hic fiunt, admonitionis sunt: quæ autem alibi, supplicíorum. Quid igitur?
nunquid omnes morbi sunt ex peccatis? Non omnes quidem, sed plures. Morbi enim aliqui propter peccata acci-

D dunt, sicut & illius paralytici, & in libris Regum videmus
3.Re..15 quendam laborantem dolore pedum propter peccatum. A-
10b.1.2. liqui autem sunt propter probationem, sicut morbus Iob, vt
monstretur eius virtus. Quidam autem etiã ab ignauia oriũ-
tur, vtpote gula & ebrietas. Sunt autẽ nonnulli qui coniecturam
sumunt ex hoc quod dominus dicit, ne posthac pecces:
& asserunt quòd dominus sciuerit quòd paralyticus ille indi
caturus esset & significaturus Iudæis: postea reperit eũ in tem
plo: & propterea dicit, Ne vltra pecces. Sed nõ est ita. Vide-
tur enim pius homo esse. Nã reperit eum, inquit, Iesus in tem
plo, nisi enim pius fuisset, exposuisset se voluptati & deliciis,
in domum currens, & effugisset Iudæorum insaniam, ne illis
rationem redderet: sed nihil horum terruit eum vt desisteret
E à templo. Sed & postquàm agnouit, vide quanta gratitudine
eum Iudæis prædicet. Non enim dicit, Iesus est qui dixit mi-
hi, tolle grabatum: id quod illi audire volebant: sed, is qui
ipsum sanum fecit: id quod audire non ferebant, pro crimine
habentes sabbati violationem. Quod autem Iudæi perseque-
bantur dominum, quid propterea peccauit homo qui illũ eis
ostendit? Ipse enim grata mente, vt & alios ad fidem attraheret. prædicat seruatorem. At quum illi persequerentur benefa
Quid per probaticã piscinã intelligẽdũ. ctorem, ipsorum erat crimẽ. Porro per probaticam piscinam
intellige baptisma, in quo Iesus dominus noster ouis illa pro
nobis immolata, lotus est & baptizatus pro nobis. Quinque
antẽ porticus habet ista piscina. Quatuor enim virtutes, vna
cõtẽplatiua, in baptismate apparent. Igitur humana natura,
F veluti paralyticus quidã, cuius omnes animales virtutes mor
bo correptæ sunt, iacet trigintaocto annis ægrotans. Neque
enim recte se habebat in fide trinitatis, neque octauum secu-
lum, resurrectionem dico, & iudicium operum huius vitæ
firmiter credebat fieri: ideo & non inuenit curam. Non enim
habebat hominẽ qui inferret in piscinam, hoc est nondũ erat
factus homo filius dei, qui per baptismũ illũ sanaturus esset.
quando autem factus est homo, tunc sanauit quidem naturã
nostram: præcepit autem & lectulum ferre, hoc est, & corpus
Ieue facere & expeditũ, & sustollere à terra, ne grauetur car-
nibus & terrenis curis, sed surgat à desidia ad bonũ, & ambu
let, quod est moueri ad operationem boni. Turbari autem a-
quam piscinæ significat quòd in ipsa turbentur spũs malitiæ,
cõtriti & suffocati gratia spiritus. Vtinam & nos assequamur
sanitatem

sanitatem, qui dissoluti sumus, & ad omne opus bonũ immo- A
biles, neq; habemus hominẽ, hoc est, humanã rationem, vtpo *Precatio*
re comparati cũ iumentis: vt portet nos in piscinam pœnitẽ- *Theophy-*
tiæ lachrymarũ, in quã qui primus ingreditur, sanatur. Nam *lacti.*
qui pœnitentia differt in tempora posteriora, nõ festinat hic
pœnitere, qui procrastinat, nõ assequitur sanitatẽ. Primus igi
tur festina ingredi, ne te mors præoccupet. Hanc autem pisci
nam pœnitẽtiæ angelus turbat, qualis? Ille magni consilij pa
tris Christus & saluator. Nam nisi tetigerit cor nostrũ diui-
num verbum, & turbationẽ fecerit in illo propter memoriã
futurorum suppliciorum, nunq̃ efficax erit piscina ista, neq;
sanitas erit animæ dissolutæ. Probatica autem quædã dicitur
ista. Nam intestina & cogitationes, quæ in sacrificiũ viuum, B
sanctum, beneplacitum deo præparantur, & innocẽtia sunt,
sicut πρόβατα, hoc est oues, in ista abluuntur. Itaq; faxit deus *πρόβατα.*
vt sanitatẽ cõsequamur, & in templo post sanitatem inueniamur, hoc est, ne vltra prophanis cogitationibus inquinemur,
vt ne in grauiorem incidamus pœnam futuram. *Iesus autem respõdit eis, pater meus usque ad hoc tẽpus operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia nõ solum soluisset sabbatũ, sed & patrem suũ dixisset deũ, æqualem se deo faciens.* Iudæi quidem crimen imponũt Christo, nẽpe quòd
operatus sit in sabbato sanationẽ: ipse autem tanquàm æqua-
lis patri, & eiusdẽ authoritatis, dicit, Sicut de⁹ & pater meus
operatur etiam in sabbato, & reprehensione caret, ita neque
ego crimini obnoxius sum. Quomodo autem pater operatur
vique ad hoc tẽpus, quũ Moses dicat q̃ quieuerit deus ab o- C
mnibus operibus suis? Vis discere quomodo operetur adhuc *Q̃o deus*
deus? Vide dispensationem rerum, & disce opera prouidẽtiæ, *etiam nũc*
solem oriẽtem, mare, fontes, flumina, animalia, & simpliciter *operetur.*
omnes facturas, & videbis creaturã opera sua operari, immo *Gene.1.*
operationẽ recipere, & moueri ineffabili prouidentiæ verbo.
Omnino aũt prouidẽtia & in sabbato sua operatur. Atq; ita
quia pater etiã operatur in sabbato, merito & ego, inquit, filiꝰ,
eius opera operor. At illi inuidia correpti quærebãt eũ occi-
dere, nõ solũ q̃ solueret sabbatũ, sed & patrẽ suũ diceret deũ,
æqualẽ se faciẽs deo, Nã quia se filiũ dicebat, necessario hono
re se faciebat parẽ deo. Omnis enim filius eiusdem naturæ est *Arii cæci-*
cũ patre. Vbi hoc loco est Ariꝰ? Profecto cæcus factus est cir- *tas circa*
ca lumen. Filiũ nominans Christum patris, nõ dat ei q̃ eam- *lumen.*

D dem naturam habeat cum patre, sed creaturâ increati patris filium fatetur: tametsi vel Iudæos oportebat in magistros assumere, qui propter hoc persequebatur dominũ, quòd se filiũ diceret dei: vnde necessario colligebant quòd æqualis esset deo: quoniam nisi magna fuisset filij dignitas, & fecisset se æqualem deo, quare persequuti fuissent illum Iudæi. *Respondit itaque Iesus, & dixit eis, Amen amen dico vobis, non potest filius facere a se quicquàm nisi quod viderit patrem facientem. quæcunque enim ille fecerit, hæc itidem & filius facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat.* Non potest filius à seipso facere aliquid, secundum quòd nihil alienum vel nouum habet à pa
E tre, sed per omnia similis est patri: neque aliam habet substantiam, vt & aliam virtutem habeat, & consequenter aliam operationem: sed quia eandem habet substantiam, eandem habet & virtutem: & propter hoc etiam eadem operatur & non potest aliud quid facere præter id quod pater facit. Non enim aliam virtutẽ habet, vel inferiorem, vel superiorem paterna: sed vna est substantia, vna virtus, vna operatio patris & filij. Profecto, inquit, sed pater quasi doctor quidam est filij, quodammodo ei demonstrans quomodo oporteat operari. Nam nisi filius viderit patrem faciẽtem, nihil facit. Igitur interro-
Arius. Eunomi⁹. go talia nugantes, Arium & Eunomium, quomodo docet pater filium? in sapientia, vel non? Omnino in sapientia. Quæ autem sapientia dei? Nonne ipse filius? Etiam profecto. Itaq;
F filius docet seipsum. Papæ quãta vestra insipientia. Siquidem *Vna eadẽ* quasi puerum quendam traditis patri filium erudiendum. E- *q; patris & filii operatio, eadẽ eorũ notat potentiam.* go autem cum dei sapientiam affero, si quid nouit pater, non sine filio nouit. ipse enim est sapientia eius. si quid potest pater, non sine filio potest. Ipse enim est eius potentia. Quòd autem hæc vera sint, audi: quia quæcunque facit pater, eà & filius similiter facit. Si pater cum potestate & virtute, & filius similiter. Non igitur inferior filius patre. Quòd autem humiliter dicta sint, Ostendit ei omnia: &, Maiora his ostendet, non oportet admirari. Nam ad homines loquitur, qui contra ipsum clamabant, & præ inuidia discecabantur. Et nisi vbique humilia summis interseruisset, quid non tandem fecissent? quandoquidem insaniunt quum tam multa humiliter loquitur. Quid autem est, Et maiora illis osten-

lis ostendet? Quoniam paralyticum solidauerat, etiam mor- A
tuum suscitaturus est, idcirco dicit, si admiramini quòd paralyticum sanum feci, maiora his videbitis. Quòd autẽ & hoc verbum monstrabit, humile sit, & per dispensationem dictũ, *Monstra-* vt insaniam illorum demulceret, audi sequentia. Nam sicut *bit.* pater suscitat mortuos, ita & filius quos vult viuificat. Igitur suscitat quidem filius sicut pater, & ideo mõstrat potestatem suam, quæ auferri nequeat. Sed & per verbum, quos vult, indicat suæ cum patre potestatis æqualitatem. Hæc autem omnia Ariani quidem exponunt contra gloriam filij, nos autem orthodoxi pro illa intelligimus. *Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorent filium, sicut honorent patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis, qui sermonem meum au-* B
dit, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam, & in condemnationem non venit, sed transiit à morte in vitam. Monstrarat seipsum posse benefacere per multa signa quę fecerat. Quia autem benefaciendo nõ placauit eos, nec attraxerat vt se honorarẽt sicut dignum erat, dicit quòd pater omne iudicium dederit filio, vt vel timor iudicij illis persuadeat quò ipsum honore prosequantur. Consueuimus enim nos homines, præsertim hi qui crassiore mente præditi sumus, merũ potius quàm *Nota.* beneficiis quod oportet addiscere. Iam quod dicit, dedit iudicium pater filio, sic intellige, quòd iudicem eum genuerit. sic etiam quum audis quòd vitã dederit illi, intelligas quòd viuentem illum genuerit. Quia enim pater author est filio vt sit, omnia quæcunq; habet filius, dicitur accipere à patre, eò C
quòd ex illo naturaliter hæc habeat. Igitur & iudicium habet à patre, sicut habet illud pater: vt ne audiẽtes authorẽ esse patrem filij, intelligamus quòd sic sit author eius, sicut & creaturarum. Et propterea honoris imminutionem introducimus, inquit, q; in nullo minor filius est patre. Nam qui habet potestatem puniendi & honorandi sicut vult, eadem potest quæ pater, ideo & oportet illum honorare eodem modo quo patrem. Dicit enim, vt omnes honorent filiũ, sicut hono
Ariani. rant patrem. & ita Ariani quia veluti creaturã putant honorandum filium, & patrẽ quoq; sicut creaturam honorari debere, redarguuntur. Vel omnino nõ honorant filium, & cum Iudæis ordinantur. Vel si quidẽ honorant eũ, honorant verò vt creaturã, decet autem honorari ipsum sicut & patrẽ: redat

Universidad de Deusto Biblioteca

D guentur omnino & patrem ſicut creaturam honorare. Et alter ſecundum hoc quod ſubditur, Quomodo honorant patrẽ, qui nõ honorant filium? Subdit enim, Qui non honorat filium, non honorat patrem. Qui non ſic honorat, ſicut dixi, dicit, ſicut & patrem. Quia ſi quis dicat q̃ creatura quidem filius ſit, excellẽtiſſima autem omnium creaturarũ, & opmetur tribui filio falſum illum & vanum honorẽ, inhonorat omnino & patrem qui miſit illum. Dixit autem eum qui miſit, ne exaſperaretur, ſicut prædiximus. Nam doctrinam (vt dictum eſt) mirabiliter plectit. Interdum quidem ſublimia de ſe teſtimonia vt dignum erat, fert: interdum autem humilia, propter inſaniam inimicorum Iudæorũ. Nam ſi quum & ſurrexiſſet à mortuis, & aſcendiſſet in cęlos, & per apoſtolos ſuã
E monſtraſſet virtutem, inſurrexerunt Arius & Eunomius con
Arius. tra gloriam eius, & in creaturam ipſum deduxerunt: Iudæi
Eunomi⁹. qui tunc erant, qui videbãt ipſum in carne ambulare cum publicanis & meretricibus, & comedere & bibere ſicut vnum ex multis, quid nõ feciſſent ſi omnia ſublimia de ſe diciſſet, & non admiſcuiſſet etiam humilia? Idcirco & ſubdit, Qui audit meos ſermones, & credit ei qui me miſit, habet vitam æternam. Et mentes eorum etiam per hoc exhilarat, quum audiunt quòd audientes ſermones eius, deo ſint crediturí. Non enim dixit, q̃ credit mihi: ſed, ei q̃ me miſit. Igitur qui credit illi, in iudicium, hoc eſt, in ſupplicium non venit, ſed viuit vitam æternam, non ſuſtinens mortem animæ: vel ęternam, etiamſi naturalem & temporalem non effugiat. *Amen amen*
F *dico uobis, quòd uenit hora, & nunc eſt, quando mortui audient uocem filii dei: & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio in ſemetipſo habere uitam: & poteſtatem dedit ei iudicandi quoque. Quia filius hominis eſt, nolite mirari hoc: quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem eius: & prodibunt qui bona fecerunt, in reſurrectionem uitæ: qui uero male egerunt, in reſurrectionem condemnationis.* Dixerat ſuperius quòd qui non honorat filium, non honorat patrem, ſublimia quædam de ſe loquutus: quæ vt ne videantur per arrogantiam & inanem gloriam dicta, adiungit & demonſtrationem per opera, dicens quòd venit hora. deinde vt ne longum ſuſpicentur tempus, inquit, Et nunc eſt, quando mortui audient vocem filij dei, hoc eſt meam, qui vobiſcum conuerſor. Dicit autem hæc de iis quos ſuſcitaturus erat: vt

de filio

de filio viduæ, filia archiſynagogi. Deinde & rationem aA fert dictorum demonſtratiuam. dicit enim, Sicut pater vitam habet in ſemetipſo, ita dedit & filio vitam habere in ſemetipſo, vt viuificet audientes vocem eius. Non ſolum autem poteſtatem dedit ei viuificandi, ſed & faciendi iudicium, & puniendi. Sæpe autem in medium affert ſermones de iudicio, vt auditores excitet. Cui enim perſuaſum eſt quòd ſuſcitandus ſit recepturus delictorum pœnas, omnino currit ad ipſum, placãtque vt ſuum futurum iudicem. Ne admiremini autem quòd filius hominis eſt: nam quanuis filius hominis ſit, eſt tamen & deus. Et ita iudicium meritò habet ſicut filius dei. *Samoſate*
Si autem & homo appareat, ne admiremini. Sciẽdum autem *nus redar*
quòd Samoſatenus docens dominum purum eſſe hominem, *guitur.*
ſic legit hunc locum, Et poteſtatem dedit ei iudicium facienB
di, quia filius hominis eſt. Hoc autem loco punctum faciẽs, ab alio principio legit, Ne admiremini hoc. Valde autem ſtultum eſt ſic legere. Non enim dedit pater filio iudicium quòd filius hominis ſit, ſed quia deus, Vnde ille non recipiẽs vt Chriſtus dicatur deus, ſed filius hominis, ſic cogitabat iudicem illum eſſe, non vt deum, ſed vt filium hominis. Nos autem ſic intelligimus, vt dictum eſt. Poſtquam autem dixit de particulari reſurrectione, Lazari videlicet, & aliorum qui iterum mortui ſunt: nunc dicit de vniuerſali, Quia venit hora in qua hi qui in monumentis ſunt audient vocẽ dei. Nam de vniuerſali reſurrectione hic loquitur. Quoniam dixerat ſuperius, Qui credit, in iudicium nõ venit: ne putemus quòd fides ſola ad ſalutem ſufficiat, dicit, quòd reſurgent hi qui C
mala fecerunt, in reſurrectionem condemnationis: qui autem bona, in reſurrectionem vitæ. Non igitur ſola fides abſ- *Nõ ſola fi*
que operibus iuſtificat, ſed oportet etiam opera adeſſe. tunc *des iuſti-*
enim proprie fides eſt. Vide autem geminam doctrinam fi- *ficat.*
ri per metum & lætitiam. Nam quum dicit condemnari impia facientes, deterret. Quum autem dicit reſurgere ad vitam eos qui bona fecerunt, per lætitiam exhortatur. *Non*
poſſum ego ex meipſo facere quicquam: ſicut audio, iudico: & iudi- *Patris &*
cium meum iuſtum eſt: quia non quæro uoluntatem meam, ſed uolun- *filiã uolun-*
tatem eius qui miſit me patris. Sicut & in ſuperioribus dictum *tas una,*
eſt, eadem patris & filij poteſtas oſtenditur hiſce verbis, Nõ *poteſtas*
poſſum ego facere ex meipſo quicq̃: & quęcunq; huius gene- *una, unde*
ris ſunt. Nihil enim alienũ & peregrinũ à patre ego poſſum *iudicium.*

facere.

D facere. neq; enim voluntatẽ aliam habeo prꝛeter paternã, neq; aliam poteſtatem. Verum ſicut audio à patre, ita iudico: hoc eſt, ſicut ipſe pater iudicat, ita & ego. Hæc autẽ dicit vt oſtendat (ſicut ſæpe diximus) in nullo ſibi deeſſe aliquid à patre, ſiue in ſermonibus, ſiue in operibus, ſiue in iudictis. Nam vt ne quidam homines videntes eum offenderentur, quomodo
Pſal. 115. quum appareat homo, iuſtũ faciat iudicium, quum Dauid dicat, Omnis homo mendax: prꝛeuenit quidem, dicẽs, Ne admiremini de eo qꝛ filius hominis ſum: nam & deus ſum. Dicit autem, Et nunc iuſtũ iudicium meum eſt, eo qꝛ iudico ſicut audio patrem meum iudicantem. Non enim meam volũtatem quæro, ſed patris. Nam qui ſuã voluerit ſtabilire, fortaſſis ſuſpectus erit quòd corrumpat quod iuſtum. qui autem nõ ſua
E ſpectat, quo prætextu poſſet iniuſte iudicare? Ego igitur non
Iohan. 1. quæro voluntatem meam, neque enim ego habeo voluntatẽ, ſed quod vult pater. illud & ego. *Si ego teſtimoniũ perhibeꝛẽ de meipſo, teſtimoniũ meũ nõ eſſet uerũ. Alius eſt qui teſtimoniũ perhibet de me. Et ſcio uerum eſſe teſtimonium quod teſtatur de me. Vos miſiſtis ad Iohannem, & is teſtimoniũ reddidit ueritati. Ego non ab homine teſtimoniũ accipio, ſed hoc dico, ut uos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardẽs & lucens, uos autẽ noluiſtis ad tempus exultare in luce*
Iohan. 4. *eius.* Apparet hic cõtraria dicere dñs. Etenim alicubi videtur teſtari de ſe, ſicut Samaritanæ dicebat, Ego ſum Chriſtꝰ, & cæco, & aliàs ſæpe. Si igitur hæc falſa ſunt, quę nobis ſalutis ſpes? Non autẽ hæc ſola videtur eſſe contrarietas, ſed & alia nõ minor. Nam & ſuperius dixit, Si ego teſtimoniũ perhi
F beo de meipſo, teſtimoniũ meum verum eſt. quomodo igitur conueniunt quę pugnare videntur? Id quidem quod dicit, Si ego teſtificor de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum, dicit ad opinionem Iudæorum. quoniam enim illi dicturi erant ei, Tu teſtimonium perhibes de teipſo, nullus autẽ qui de ſeipſo teſtificatur, fide dignus eſt: dicit vrgendo illos, Nõ teſtimonium perhibeo ego de meipſo, alioqui iuxta veſtram ſententiam non dignus eſſem cui crederetur. Alius enim eſt qui teſtimoniũ de me perhibet, Iohannes ſcilicet. Quod autẽ dicit, Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo, teſtimonium meũ verũ eſt, ſecundum cõceſſionem dicit. Accedens enim ſermoni Iudæorum, dicit, Eſto qꝛ ego teſtimonium de meipſo perhibeã. etſi ego igitur teſtimonium de meipſo perhibeã, teſtimoniũ meum verũ eſt. Nam quum deus ſim, fide dignus ſum. Atque ita pri-

ita primum dixit illos vrgendo, Non ego teſtimoniũ perhi- A
beo, ſed prꝛecurſor. Secundum autem ſe illis opponendo, vel etiã concedendo, dicẽs, Si etiam ego teſtimonium perhibeã, *Tria Chriſto teſtimonia.* teſtimonium meum verũ eſt. Porrò tria, inquit, habeo teſtimonia, Iohãnem, opera mea, patrem meum. Et primum ponit Iohãnem: deinde vt ne quis dicat ei, quid igitur ſi ille ad gratiam teſtificatus eſt tibi? dicit, Vos ipſi miſiſtis ad Iohannem. Omnino autem nõ miſiſſetis interrogantes, niſi fide dignum habuiſſetis. Atq; ita etiam vos ipſi teſtes eſtis qꝛ verax fuerit Iohannes: quanuis ego quidem quum deus ſim, humano teſtimonio opus non habeã, & dominus ſerui teſtimonio. Quia autem vos digniorem illum fide putaſtis, & ipſi magis q̃ mihi attẽdiſtis, & ad illum quidem acceſſiſtis, mihi autem neq; miracula facienti creditis: propterea vobis in memoriã B
reduco Iohannis teſtimonium, & recipio etiam indigna mea deitate, vt vos ſalui fiatis. Lucernam autem ardentem Iohan- *Quare Iohannes lucerna ardens.*
nem dicit, eò quòd de terra habet formationem, & non per ſeipſum eſſet lumen, ſed à gratia ſpiritus, ac temporarium. At vbi apparuit dies domini, hoc eſt doctrina, occultata eſt lucerna. Cæterum vos ad horam quidem recepiſtis ea quę ab illo dicta ſunt, & exultaſtis in ipſo, & deinde obliti eorum quę de me dixit, manſiſtis in priori incredulitate. Nã ſi illi ſemel firmiter credidiſſetis, quamprimum vos ad meam adduxiſſet fidem. *At ego teſtimonium habeo maius teſtimonio Iohannis. Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiã ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me quòd pater me miſerit. Et qui miſit me pater, ipſe teſtatus eſt de me: neque uocem eius unq̃ audiſtis, neque ſpeciem eius uidiſtis, & ſermonem eius non habetis in uobis manentem, quia quem miſit ille, ei uos non creditis.* Teſtatus quidem C
eſt Iohãnes de me: veruntamen quia veriſimile eſt fore quoſdam qui fortaſſis dicent, Et quid ad nos ſi Iohannes gratificari tibi voluerat, & propterea blandiora quædam atteſtatus ſit? Vos, inquit, miſiſtis ad Iohãnem, & interrogaſtis, veracẽ per omnia illũ exiſtimantes. Veruntamen & ego aliud teſtimoniũ habeo maius Iohãne. Opera enim quę dedit mihi pa- Iohan. 9.
ter, hoc eſt, quæ ſtatuit mihi pater vt perficiã: ea teſtantur de me. Dicit autẽ opera, mirabilia illa ſcilicet, quale fuit paralytici reſtitutio, &c. Verũtamen quia arguebant eũ qꝛ in ſabbato hęc faceret, dicẽtes, Hic nõ eſt ex deo, quia ſabbatũ nõ ſeruat, oſtẽdit eis qꝛ faciat ea quę à patre decreta, & qꝛ magis à deo

D deo, sit, eo q̃ iniuncta sibi a deo opera faciat. Opera enim, inquit, quę dedit mihi pater vt perficiã ea. Quia igitur pater dedit mihi illa, vos estis deo aduersarii, qui illis operibus ad uersamini: & qui misit me pater, ipse testatur de me. Vbi autem testatus est de eo pater? Quidam dicunt quod in baptis-
Mat.17. mate, quando dixit, Hic est filius meus dilectus. Opinor autem quod magis intelligat quod per omnem scripturam testatus sit de eo deus, tam per legẽ, quam per prophetas. Sed vos, inquit, neque vocem eius audistis, patris inquam, neque speciem eius vidistis. Ideo omnibus modis incognitus vobis
E est. ideo & sermonem eius non habetis manentem in vobis, hoc est, scripturas quæ de me testãtur, nescitis: tametsi videamini scire, & gloriari in eloquiis dei, quæ vobis concredita sunt. Hinc autẽ manifestum quod nesciatis scripturas, quia ei quem ille misit, non creditis. Igitur sicut neq; vocem dei
Specie & figura ex audiuistis (non enim habet deus vocem sensibilẽ) neque speciem eius uidistis (specie enim & figura caret) ita neque ser-
ret deus. monem eius, scripturas dico quæ de me testantur, habetis in vobis. *Scrutamini scripturas, quia uos uidemini in ipsis uitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testantur de me: nec uultis uenire ad me ut uitam habeatis. Gloriam ab hominibus nõ accipio, sed cognoui uos quod dilectionẽ dei non habeatis in uobis.* Dixerat eis, Sermo dei, hoc est scripturæ quæ de me testantur, nõ sunt in vobis. Igitur quomodo poterũt habere sermonem dei? inquit, Scrutamini scripturas: in illis enim vos putatis habere vitã.
Vide autem quomodo non dixerit, habetis vitam: sed, vide-
F mini, monstrans quod nullum verum fructum percipiant, si a lectione expectent saluari, non accedente fide. Nam illæ testimoniũ quidẽ ghibent de me, sed vos nõ vultis venire ad me vt vitã habeatis. Vñ hinc discim⁹ q̃ ex ꝓposito fuerunt mali. Nõ enim dixit, nõ potestis venire, sed nõ vultis venire.
Manichęi liberũ arbitriũ negant cõ futantur. Audiant Manichæi, quod nõ natura malũ, sed voluntate cõstet. Postquam autem eos memores fecit testimonii Iohãnis, & patris, & operum suorum quæ propter salutem illorũ tam faciebat, suspicari poterant multi quod hæc amore gloriæ diceret. idcirco inquit, Gloriam ab hominibus non accipio, hoc est, non indigeo, neque talem habeo naturam quæ opus habeat humana gloria. At vos me persequimini, quasi propter amorem dei hoc faciatis, sed non est ita. Noui enim vos quod dilectionem dei non habeatis in vobis, etiãsi valde hoc

de hoc iactetis, q̃ me persequamini propter deũ. Merito igi- A
tur Iudæi dicuntur dilectionem dei non habere, quia perse quebãtur ipsam dilectionem, filium dei. Vnde merito etiam dicuntur non habere sermonem dei manentẽ in semetipsis. Sermonẽ enim & deum reiiciebãt. *Ego ueni in nomine patris mei, nec recipitis me: si alius uenerit in nomine suo, illũ recipietis. Quomodo uos potestis credere, qui gloriam a uobis inuicem accipitis, & gloriam quæ a solo deo proficiscitur, non quæritis? Nolite putare quod ego accusaturus sim uos apud patrem, est qui accusat uos Moses, in quo speratis. Si enim credidissetis Mosi, credidissetis utiq; mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis nõ creditis, quomodo uerbis meis credetis?* Ego quidem, inquit, veni in nomine
patris mei. Nam & vbiq; patrem celebrat, & ab ipso se dicit B
missum esse, & nihil posse facere a seipso: & prorsus humilia multa loquitur, volens e medio tollere omnem ingratitudinis rationem. Alius autẽ veniet, Antichristus scilicet, qui se monstraturus est quod ipse solus sit deus. Igitur me quidem, qui in nomie patris veni, hoc est dico me missum a patre, nõ recipitis, illum autem recipietis. Porro hoc ideo eueniet vobis, quia ille vobis gloriam vitæ pollicebitur, quam vos quæritis, cupientes gloriam mutuum accipere, & respuentes veram gloriam, quæ a solo deo est. Ego autem nihil prælarũ *Infidelita*
vobis polliceor, sed videtis multam difficultatem in his quæ *tis origo,*
a me dicuntur, & propterea, inquit, mihi non creditis. Nihil *sed nõ fo-*
enim quod iucundum est in hac vita, expectatis vos habitu- *la.*
ros a me. Et aliter, Nõ creditis mihi, qui gloriam a vobis in- C
uicem accipitis. Nam principes quidem & magistri ipsi soli volentes haberi apud vulgus, non accipient me, ne imminuatur eorum gloria. Populi autem quærentes diligi a principibus, non me accedere volunt, vt ne excidant propter me ab honore quem a principibus habent. Quoniam autem & Moses multum iactabant, inquit, ipse accusabit vos, nam de me ille scripsit. Vbi autem scripsit de eo? Etenim dictũ hoc, Pro- Deut. 18
phetã suscitabit vobis dominus, de Christo erat, & alia multa tam in verbis quam in signis & symbolis, vt miraculũ ru- Exo.3.
bi. Nam & ignis quidem, deitas: rubus autem spinosus, peccatrix natura: quã suscepit ignis deitas, & incombustam seruauit luce fulgidam, & suos quidem radios illi communicauit, imperfectiones autem illius in se nõ suscepit. Etiam hoc Moses dicit, quod conducebat valde ad fidem Christi: nam Deut. 13.
inquit,

D inquit, Si propheta surrexerit signa faciens, & recedere faciens a deo, ne credatis illi, qualis erit Antichristus: Si autē surrexerit propheta faciens signa, & ad deum & patrem ducēs, & non recedere faciens, illi credite. Igitur Christus in nomine patris venit, & signa quidem faciens, & non recedere iubens eos à dei cultu, ipse erat qui a Mose prędictus. Itaque si Mosi scriptis non creditis, quomodo meis verbis credetis? Ille, inquit, & scripsit, & sunt libri semper ante oculos vestros, & ita vt etiam si obliuiscamini, possitis iterum facile in memoriam reducere. Attamen non creditis scriptis, & quomodo credetis verbis meis non scriptis? Cur igitur hæc dicis ō domine, quum scires quod non crediturī essent? Quāuis sciā inquit, quod non credant, dico tamen, vt ne habeant postea
E quod prætexant, Si dixisses, credidissemus. Et aliter, Illi qui dem qui tunc erant, vtpote ingrati, non credebant: ab his autem qui postea crediturī, non erat verisimile neque iustū auferri verborum Christi vtilitatem.

CAPVT VI.

Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9.

Post hæc abiit Iesus trās mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum turba multa, quia videbant eius signa quæ faciebat super his qui infirmabā
P *tur. Subiit autem in montem Iesus, & ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autem prope pascha, dies festus Iudæorum.* Postquam dominus loquutus est Iudæis duriori
F bus verbis quibus in inuidiam accendebantur & stomachabantur, demulcet nunc eos secedēdo, & abiit trans mare Tyberiadis. Mare autem dicit stagnum. Congregationes enim aquarum, maria vocauit diuina scriptura. Et aliter, Descendit de loco in locum, probans multitudinis studiū. Ignauiores etiam manebāt in suis locis, studiosiores autem sequebātur eum. Veruntamen vide quod etiam sequentes non ppter doctrinam, sed propter corporalium miraculorum vtilitatē sequuti sunt. Nam propterea dicit, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Meliores autem fiunt, & sapientiæ auidiores. Obstupescebant enim, inquit, in doctrina eius, quia docebat illos tanquam potestatem habens. Ascēdit autem in montē propter miraculū futurū. Nō enim arrogans erat, & vanæ gloriæ cupidus, vt in mediis ciuitatibus

bus miracula operaretur: sed fugiens vanā hominum gloriā A
solitudinem quærebat, etiā nos erudiens. Insuper volens mystica quædam discipulis cōmunicare, ascendit in montem, id quod semper solebat facere, quia & opus est vt ab omni tumultu liberetur, & locum quærat ab omni strepitu purum si quis talia loqui velit. Erat enim prope, inquit, dies festus Iudæorum, nec tamen ascendit, sed in Galilæam ascendit. non enim vltra præceptis legalibus erat obnoxius, vt & festos dies legis perficeret. Et aliter, Persequente ipsum malitia Iudaica, occasionem apprehendit vt paulatim legem abroget, ostendens animaduertētibus cessasse figuram vt aduenit veritas. Obserua autem quod festum fuerit Iudęorum, non autem fuerit dies festus Christi. *Quum sustulisset ergo oculos Iesus, & uidisset quod multa turba ueniret ad se, dicit ad Philippū, Vn-* B
de ememus panes ut edant isti? Hoc autē dicebat tētans eū. ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque pusillum quippiam accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ipsius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer unus hic, qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos? Quare dixit, quum sustulisset oculos suos? Vt discamus quod non solitus sit hinc & *Christus nō*
inde vagari oculis, sed compositus & attentus sedere, vtpote *solitus diua*
docens discipulos diuiniora quędam. Denique vidit discipu *gari oculos,*
los, & rogat de turba quomodo alenda sit. Nō alium autem *lis.*
interrogat, quam Philippum. Ipse eū maiori indigebat eru- *Iohā. 14.*
ditione, qui postea dicebat, Ostēde nobis patrem, ac sufficit
nobis. & propterea antea illum instruit, & per interrogatio- C
nem inducit eum, vt miraculi semper sit memor. Nam si qui dem miraculū simpliciter fuisset factum, non vsqueadeo visum fuisset illi miraculum: nunc autem prius quam fieret, illum compellit fateri paucitatem panum, vt euidentius addiscat futuri miraculi magnitudinem, & non è memoria reiiciat ea quæ confessus est. Ideirco dicit, Vnde ememus panes vt comedant hi? Dicit autē hæc tētans Philippum, volēs notum facere quam haberet ille fidē. Neq; enim vt ignorās de sententia Philippi interrogabat, sed aliis mōstrare volebat. Nā ipse dominus sciebat qd facturus esset. Igitur vt tētauit Philippū nūquid haberet ille fidē, & inuenit ipsum adhuc affectū vt hominē: insup & Andreā quoq; talē inuenit, tametsi sublimius quiddā Philippo sentientē. illo eū dicēte q̄ ducentorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

D centorum denariorum panes non sufficiunt, ille quinque panes ordeaceos & duos pisces commonstrauit, cogitans for-
4.Re.6. te prophetarum miracula, & Helisei in panibus signum, qui Samaria in extremam veniisset inopiam. Redarguitur tamẽ & Andreas nihil dignum domino cogitans. dicit enim, Sed hæc quid sunt inter tã multos? Existimabat enim quod multiplicaturus quidem panes esset domin⁹, sed si essent plures, maior & multiplicatio futura esset, periculose omnia intelligens. Nam dominus etiam ex nihilo potuisset panes facere, qui turbæ sufficerent: attamen ne videretur creatura nõ esse ex ipsius sapientia, ipsa creatura vsus est in materiam miracu
E lorum, & acceptis quinq; panibus vti materia quadam, præclarum istud miraculum fecit. Confundantur Manichæi, di
Mira Manichæorũ improbitas, seu potius impietas. centes quod panis & omnes creaturæ factæ sint a malo deo: & propterea si quis dederit eis panem, non accipiunt illũ de manibus illius, sed procul quidem illum abiici iubent, stãtes autem, & maledicentes ei qui dedit, dicũt, Qui seminauit te, dispergatur: & qui pinsuit te, pinsatur carne, & similia. Confundantur itaque dicentes quod boni dei filius Christus panes multiplicarit. Nam si mala fuisset creatura, beatus deus illam vtique non multiplicasset: vt taceam interim quod & ipse panes comedit. Cæterum si quis interrogauerit, nũ idẽ sit hoc miraculum panum cum eo quod apud Matthæũ de-
Mat.14. scribitur: dicimus, certe idem est. Quãuis autem illic quidã discipuli accedunt admonentes de turba vt dimittatur, hoc autem loco ipse Iesus interrogat vnde pascatur: non opus est admirari. Verisimile enim est vtrunque factum esse, & disci
F pulos prius admonuisse dominum de turbis dimittendis, & tunc Philippum interrogatum esse a domino vnde alantur.

Dixit autem Iesus, Facite ut homines discumbant. Erat autem gramen multum in eo loco. Discubuerunt viri numero ferme quinquies mille. Accepit autem panes Iesus, quumque gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli uero discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum uolebant. Vt autem impleti sunt, dicit discipulis suis, Colligite quæ superfuerunt fragmenta. Collegerunt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerant his qui comederant. Iussit eos facere discumbere, quasi parata mensa. Discipuli autem quãuis prius incredu li, attamen alacriter recumbere faciunt homines. Erat autẽ gramen, quoniã ver erat. Erat enim, inquit, pascha, quod in primo

mo mense veris perficiebatur. Porro soli viri numerantur ab A
Euangelista, qui legis sequitur consuetudinẽ. Etenim & Mo Nu.26.
ses a vicesimo anno & supra numerauit populum, nulla men 32.
tione facta mulierum: quo docetur omne quod virile & inne *Viri cur*
nile est, dignum censeri vt numeretur apud deum. Et acce- *tantum in*
ptis panibus gratias agit, ostendens quod ante cibum gratiæ *scriptura*
agendæ sint deo. Insuper quia turba erat, ideo coram turba *numerã-*
gratias agit, vt omnibus persuadeat quod secundum volita- *tur.*
tem dei aduenerit, quod non sit aduersarius deo, sed omnia referat in patrem. Nam quãdo seorsum facit miraculum, nihil tale facit, etiamsi maius quoddam faciat: quando autem coram multis miraculum operatur, tunc ad deum respicit.
Ostendit autem quod non ex infirmitate sanat, sed propter B
dispensationem quam diximus, ex eo quod maiora faciat au thoritate quadam, & tanquam dominus. Dicunt insuper quĩ dam quod etiam propter hoc gratias egerit, vt ignoraretur à principe mundi vsque ad tempus passionis, & ex hoc dæmõ non cognosceret ipsum esse deum, sed deciperetur, & ineseretur, atque sic per crucem conficeretur. Cæterum permittit dominus vt superfint tot fragmenta, non propter ostentationem, sed ne credatur per phantasmata satiatos esse homines, appareat autem omnibus quod vere satiati fuerint, quandoquidem tot residua fuerunt: atque propter hanc causam iussit etiam fragmenta colligi, vt videtes ea, miraculi facti magis essent memores. Oportet autem non solum mirari quod superfuerint, sed etiam quòd non plures neque pauciores, q̃ qui numero pares essent discipulis cophini reliquiarum, vt C
omnes gestent, & neq; Iudas ipse expers relinquatur, sed habens etiam hoc miraculum quod mõstret sibi deum esse magistrum, inde vtilitatem capiat: quãuis etiã hoc propter malitiam eius in condemnationem ipsius cesserit. cum enim quãtas reliquias fecerat, de quibus & ipse cophinum portauit, prodidit. Non enim sine causa imperauit apostolis vt cophinos gestarent, sed vt memores essent miraculi, vtpote magistri orbis futuri. Nam multitudo quidem non magnã vtilitatẽ perceptura erat. statim enim obluiscebatur miraculi. At discipuli non vulgare lucrum inde habituri erãt. Discamus item ex hoc miraculo ne pusillanimes simus in angustiis & paupertate, neque timidi simus in hospitalitate & cõmunione: sed credamus q̃ etiam si vnum tãtum panem habeamus,

D illum multiplicaturus sit, qui ex quinque panibus tantum superesse fecit. Per allegoriam autem dominus quando exiuit
Hier. 12. Hierosolyma, secundum quod in prophetis dictum est, Dereliqui domum meam, reliqui hæreditatem meam: tunc iam in Galilæam gentium vadit, Gentiles suscipiens: & turba illum magna sequitur. Ascendit autem in montem, hoc est crucem, vt ad se rapiat omnes vel in cœlum, & honorem & gloriam deo dignum. Vt enim ascendit in cœlos, & glorificari cœpit a nobis vt deus, & non vt nudus homo: in montem ascendisse dicitur. Sublimis enim de illo opinio, mons est.
Dat autem nobis, qui quinq; sensibus subiecti sumus, rationales panes quinque, quia & ipsi quinq; sunt, vnicuiq; enim
1. Co. 14. sensui conuenientem panem dat, hoc est sermonem: sicut &
E Paulus dicit, Volo quinque sermones in ecclesia loqui, qui quinque sensuum ædificationi conueniant. Nō possumus autem quinque sermones integros capere, sed ex eis abundant reliquiæ. Nullus enim potest integros mysteriorum sermones capere: sed quæ nos capere & comedere, vtpote carnales non possumus, Apostoli gestant quasi in quinque cophinis suis iustis animabus. Cophini ex foliis palmarū sunt. Iustus
Psal. 91. autem vt palma florebit. *Illi ergo homines quum uidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: quia hic est uere propheta ille qui uēturus est in mundum. Iesus ergo quum cognouisset quod uēturi essent ac rapturi ipsum ut facerent ipsum regem, secessit iterum ipse in montem solus.* Vide gulam vulgi. quum fecisset innumera miracula, & mirabiliora, non admirabantur, & ecce propter cibū
F dicunt, Hic est ille propheta. Non amplius eū de sabbati violatione arguunt, non vltra legem vindicant, sed adeo illū ꝓpter panes colunt, vt & eum non solum prophetā prædicēt, sed & dignum regno cēseant. At ille fugit, erudiens nos mūdanas contemnere dignitates. Secedit autem in mōtem ipse solus nullo discipulorum assumpto, quo illorum probaret desiderium, num ferrēt sui absentiam. *At ubi iam uespera esset, descenderunt discipuli eius ad mare, & conscensa naui uenerūt trans mare in capernaum. Iamque tenebræ erant, nec uenerat ad eos Iesus. Mare autem uento magno flāte intumescebat. Quā remigassent ergo ferme stadia uiginti quinque ac triginta, uident Iesum ambulātem super mare, & appropinquantem naui, ac timuerūt. Ille autem dixit eis, Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo recipere eum in nauim, & illico nauis appulerat terræ ad quam ibant.*

Dominus

Dominus quidem ascendit in mōtem solus, vt (sicut diximus) probet desiderium discipulorū. At illi expectabāt vsq; A
ad vesperam venturū ipsum, & quū nō veniret, nō tolerabāt, sed desiderio quærendi illum accensi conscēdunt in nauim. Non enim temere & forte Euāgelista tempus manifestauit, sed per hoc vehemētem illorum charitatē declarauit, ꝙ neq; vespera eos retinuerit. Permisit autem eos tempestate pericli
tari, vt facta post tempestatem tranquillitate, miraculo magis lætarentur, & indelebilis memoria sui, illorū pectoribus insideret. Assistit autē illis quum tēpestas esset, & sermone ti
morem eiiciens, & tranquillitatē in mari facient, duplicem serenitatem operatur, sedando tam animarum q̄ maris turbationem. Porro in nauem nō ascendit, miraculum maius face B
re volēs. Vide enim tria miracula: vnum, ꝙ ambularit super mare: secundum, ꝙ compescuerit fluctus: tertium, quōd statim nauem fecerit esse in terra in quā ibant, quānis multum abesset a terra quum assisteret ei dominus. Igitur transierūt quidem Iudæi mare rubrū duce Mose. Verum ille vt seruus omnia faciebat, & prædicabat: at hic omni cum potestate. Et illic flante vēto cedebat aqua, vt quasi in arida daret transitum: hoc autē loco maius miraculum fit. Manēs enim in sua natura mare, in superficie sua ferebat dominum, vt implere- *Psal. 65.*
tur propheticum, Qui ambulat super mare vt super pauimentū. Multi aūt & nunc sumus in spiritualibus tenebris, & peri- *secundum aliā trās-*
clitamur in spirituali mari submergentes: sed excipiamus *lationem.*
Christum, & omnino a periculis saluabimur. Et quāuis sæpe C
tumultus excitent nobis quidā vel diaboli vel homines tentantes nos, & per terrores molientes nos cōcutere, audiamus tamē Christū clamantē. Ne timeatis, ego sum. Quod autem dicit, hūc habet sensum. Terribilia quidē prętereunt, ideo ne timeatis ea quę prætereūt: ego aūt sum, hoc est, semp manēs, & sum sicut deus ille, qui est. Itaque quia terribilia quidē tēporaria sunt, & nō vere sunt, ego autem sum, hoc est, maneo, & nūquam prætereo, & vere sum: ne perdatis vestram in me fidem propter temporalia. Vide autem, obsecro, quomodo non statim ab initio periculi, sed in feruore apparet Christus, & soluit metū. Sinit enim nos in mediis esse periculis, vt quū certauerim⁹ in tribulatione, & pressi fuerim⁹, ꝓbatio
res fiamus, & vt quū mouerimus omnē nostram virtutem & sapientiam, inuenerimusq; eā infirmam, ad illū cōfugiamus

D solum, qui ex inexpectatis saluare poterit. Nam quū humana mens fatigata fuerit, tunc diuina salus repente subuenit, ac parat nos vt ad illum solum fugiamus, qui saluare potest, & non nobisipsis asscribamus salutem. Si voluerimus autē & nos in nauim nostram suscipere Christum, hoc est, habitationem dare Christo in corde nostro, statim inueniemur in terra in quam abimus. Quæ autem terra ista? omnino terra promissionis cœlum, quæ est terra mitium, & eorum qui liberati a malitia, in pace viuunt. *Postero die turba quæ stabat trans mare, vidit quod nauicula alia non esset ibi, nisi una illa in quam ingressi fuerant discipuli eius, & quod non introisset Iesus cum discipulis suis in nauiculam, sed soli discipuli eius abissent. Aliæ uero superuenerunt nauiculæ a Tyberiade iuxta locum ubi comederant panem,* E *postquam gratias egisset dominus. Quum ergo vidisset turba quod Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt & ipsæ in nauiculas, & uenerunt Capernaum, quærentes Iesum. Et quum inuenissent eū trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc uenisti? Respondit eis Iesus, & dixit, Amen amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia comedistis de panibus, & saturati estis.* Iesus quidem pedestri itinere super mare abiit in regionem quæ trans mare. Turbæ autem die postero quum quæsiuissent illum, & vidissent q̄ vna tantum nauis affuisset, in quam ingressi fuerant discipuli, & non Iesus ipse, cogitauerūt apud se hoc miraculum, & suspicati sunt quod mare pedes transierit. Nam si quidem & alia nauis affuisset, verisimile potuisse eos cogitare quod cum discipulis non nauigarit, sed in aliam ingres- F sus transfretarit. Nunc autem quum vna tantum fuerit, quæ discipulos solos, & non dominum exceperit, manifestum est miraculum. Igitur turbæ hæc intellexerunt: & post inuenerunt alias naues quæ traiecerant, & ascēderunt in illas, & in Capernaum tranfretarunt. Illic autem inuento domino, nō supplicant & rogant vt discāt quomodo transierit, neq; quæ runt de hoc signo, sed remisse dicūt, Quomodo huc venisti. Nam qui quærebant illum rapere & facere regem, inuēto eo nihil tale deliberant: sed abiecto miraculo inquirunt magis frui mensa qua & prius: propterea exprobrat eis dominus, Quæritis enim me, inquit, eo quod de panibus comedistis: & ideo mei tenemini desiderio, vt iterum vobis mensam parē. Obserua autem quod quanuis redarguat eos, non tamen dura vtitur reprehēsione. Non enim dixit, o mancipia ventris, & gulosi: sed cum mansuetudine corripere volens, arguit illos iterum per hoc quod detegit occulta cordis illorū, ad maiorem illos adducere volens fidem. Quod autem emendatio illorum fuerit reprehensio, manifestum ex sequentibus. Vtilissimam enim eis doctrinam facit, & dicit, *Operemini non ei bum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. hunc enim pater consignauit deus.* Vos quidē, inquit, quæritis me propter panes, quia cibum illum desideratis. Oportet autem vos non omnino deditos esse ventri, sed maxime spiritualem agere curam, & non omnem solicitudinem in corporalem cibum insumere. Nam illum vocauit ci *Quid cib*
bum qui perit. Nam quia multi sunt cupiētes ignani viuere, *q pereat.* B & maxime Masseliani, qui vsi sunt hoc dicto ad patrocinū fuæ ignauiæ, operæpreciū fuerit declarare hoc dictum. Non *Masseliz.* enim hoc dixit dominus noster Iesus Christus vt corporalē *ni hæreti* quidem operationem ab eis velit amouere, & ipsos ad ocium *ci ocio de* cogere. Omnem enim malitiam docuit ociositas: & si opor- *diti.* tet euidenter dicere, ipsum ocioſe velle viuere, cibus est qui *Eccle. 33.* perit: & ita eum qui Christū sequitur, oportet operari vt habeat quod & aliis communicet. hoc enim habet mercedem, & promissionem futuri regni. Et quomodo igitur (inquiunt) dicit dominus quod non oporteat operari cibum qui perit, continuum circa cibos studiū reiiciēs, & ad spiritualia non parum inducēs? Profecto dicunt, quod per hoc dominus corporalem operationem excludit: id quoque manifestū ex hoc quod ad Martham dicit, Martha solicita es & turbaris, vno C autem opus est: Maria bonam partem elegit. Et iterum, Ne *Luc. 10.* soliciti sitis in crastinū. Et hæc quidē afferūt hi qui per igna *Mat. 6.* uiam pasci vellent. Nos autem quid dicimus? Dictū ad Martham non de opere est & operatione vel ocio, sed de temporis obseruatione, & ne tempus audiendi insumatur in occupationes parādorum ciborum. Persuadet igitur ei ne perdat tempus doctrinæ frustra propter occupationem in his quæ *Aliud soli* veatris sunt. Quod autem dicit, ne soliciti sitis: neque hoc di *licitudo,* cto operationem reiecit. Aliud enim solicitudo est, & aliud *aliud ope* operatio. Fieri enim potest vt solicitus non sit qui operetur. *ratio.* Docet igitur nos dominus ne addicti simus curis vitæ, neq; *Curis ui* habeamus curam quomodo cras refocillemur: & vult vt vno *tæ ne si* quoque die operemur, dicens, Ne soliciti sitis de crastino: *mul addi* quasi in hunc modum diceret, Ne soliciti sitis quomodo ho- *ti.*

D die operando, cras quiescatis: sed quotidie cibum quotidiana operatione parantes, ne soliciti sitis de crastino. Cibū autem manentem, mysticam dicit sumptionem carnis domini, quam nobis ipse dat filius hominis factus. Quem pater obsignauit, hoc est, ostendit & cōfirmauit quod sit filius suus. & ipse quidem Christus ostendit se per miracula: sed quia cum Iudæis loquitur, vt ne turbentur, ad patrem recurrit, & dicit ab illo se signatum esse, hoc est, monstratū & testimoniis cōfirmatum esse. quia & imago est patris filius, & signaculū & character, intellige ab illo hunc signatum, sicut imago sigillum est: & ita se habet quod dicit, Hunc enim qui videbatur filius hominis, signauit pater, hoc est, signaculum suū & imaE ginem genuit, quæ haberet in se omne quod ipse habebat, & naturalem cum ipso identitatē. *Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus ut operemur opera dei? Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus dei, ut credatis in eum quē misit ille. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum ut videamus & credamus tibi? quid operaris?*

Quærunt Iudæi discere opus dei, nō vt hoc faciant, sed vt occasionem apprehēdant. Dominus autem quāuis sciret eos nullam vtilitatem percepturos, respondit tamen per doctrinam communem omnibus, & ostēdit eis, immo omnibus hominibus, quod hoc sit opus dei, credere in eum quem ille mi

Opus dei est credere, qđo. Iaco. 2.

sit. Nam fides erga illum, opus profecto est sanctum & perfectum, & sanctificans eos qui illam habent. Dux enim fit diligens fides ad omnem bonam operationem, & bona operatio conseruat fidem. Nam & opera sine fide mortua sunt, & fiF des sine operibus. Vide autem ingratitudinem insensatorum. Signum iterum quærunt, quāuis tanta & talia viderint & maxime panum quibus saturati fuerant. Vere gastrimargi qui iterum signum tale quærunt, quod ventri prodesset, & quod hoc sit verum, manifestum est ex sequentibus.

Fides dux est.

Psal. 77. *Patres nostri manducauerunt manna in deserto: sicut scriptum est, Panem de cœlo dedit eis ad edendum. Dixit eis Iesus, Amen amen dico uobis, Non Moses dedit uobis illum panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim dei est, qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem istum.* Non frustra diximus quod ventri seruientes quærebant signum, quale erat signum panum. Ecce & mannæ mentionem faciunt, & nō alterius miraculi vel in Aegypto, vel in mari rubro. Volētes eū incitare eū vt

& ipse

& ipse tale signum faceret quo carnaliter pascerentur, recor- A
dantur mannæ propter immodicam gulam. Quid igitur immensa dei sapientia dominus noster Iesus christus respondet eis? Non Moses dedit vobis panem, hoc est, verum panē non dedit vobis Moses. typi enim fuerunt eorum quę nunc fiunt, Moses enim figuram habebat dei veri, spiritualium Israēlitarum ducis. Panis autem ille figura est mei, qui de cælo descendi, & vere pasco, & vere sum. Cæterum dicit seipsum verum panem, non quòd manna falsum fuerit, sed quia illud figura fuit & vmbra, non ipsamet veritas. proprie enim manna vnigenitus filius dei factus homo, verbum & auditio obstupescere facieus. Nam manna interpretatur quid hoc? Iudæi enim *Exod. 16.*
viso illo, quod cumulatim deplutum esset ante cuiusque tabernaculū, obstupefacti insolito & peregrino spectaculo, in- B
terrogabant se inuicem, quid hoc? Dominus igitur factus homo filius dei, ipse est manna, quod stupefacit omnes, ita vt dicant: Quid hoc? Quomodo filius dei, & filius hominis? Quomodo ex duobus diuersis vna persona? quod hoc mysterium? Hic igitur panis vita secundum naturam existens, vtpote viuentis patris filius, facit quod sibi propriū est. Viuificat enim omnia. Igitur sicut qui ex terra panis, infirmā naturā carnis *Resurrectio ex mortuis hūanæ naturæ per Christum concessa.*
continet, non sinens illam corrumpi: ita & Christus per spiritus operationem animam viuificat, atque etiam ipsum corpus ab incorruptione conseruat. Per Christum enim humanæ naturæ resurrectio ex mortuis, & incorruptio corporum est concessa. Sed Iudæi adhuc dediti ventri, & toti terreni, de sensibili pane intelligunt dicta, & dicunt, Da nobis semper C
panem hunc. Sic igitur stulte loquentes redarguebantur, & dicunt, Semper da nobis panem hunc, non ad vnum vel ad duos dies. Hoc autem præ auaritia dicebant. Vt enim nō opus sit multa impendere in cibos, dicunt, Da semper hunc facilè parabilem panem. *Dixit autem Iesus, Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam: sed dixi uobis quòd etiam uidistis me, nec credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me uenit: & qui uenerit ad me, non eiicio foras, quia descendi de cælo ut faciam non quod ego uolo, sed quod uult qui me misit.* Quum Iudæi, vtpote terreni, de sensibili pane Christum loqui putarent, & propter hoc vrgerent & quærerent: redarguens eos dominus, monstrat quòd quandiu sensibilem panem expectent, accurrant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

D quando autem discunt quòd spiritualis sit, non vltra accurrant. Vnde dicit, Ego sum panis vitæ. Non dixit autem, panis alimoniæ, sed vitæ. Nam quum omnia mortificata essent, viuificauit nos per semetipsum Christus, qui est panis, eò ꝙ fermentum humanæ conspersionis credimus coctũ esse igne deitatis. Panis autem vitæ non huius solitæ, sed immutatæ, & morte non deficientis. At qui credit in illum panem, non esũrier, neque famem feret audiendo sermonem dei, neque sitiet spiritualem sitim, eò quòd habeat aquam baptismi, & sanctificationẽ spiritus. Nam qui nõ baptizatus est, sitim patitur, & magnã ariditatem, expers aquæ sanctæ refrigerantis. Baptizatus autem spiritum habet, per quem semper refrigeratur. Ostendens autem quòd fides quæ in Christum, non vulE garis quæpiam res sit, sed donum dei dignis & rectis corde à patre datum, dicit quòd omne quod dat mihi pater, ad me veniet, hoc est, illi credent in me, quos dat mihi pater. Vos autem Iudęi, quum indigni sitis, non damini mihi à patre: propterea neque venitis ad me, neque habetis rectum cor, vt vos diligens deus & pater ducat ad meam fidem. Ego autem eum qui venit ad me, non eiiciam foras, hoc est, non perdam, sed saluabo, & magna cura illum resocillabo. Descendi enim de cælo, non vt aliud quidam faciam præter voluntatem patris. Cæterum hæc dicit, vt discant non esse aduersarium voluntati patris. Quia enim illum aduersarium dei dicebant, ipse crimen in illos vertit, tametsi nõ manifestè, & dicit, Vos estis aduersarij dei, qui me non recipitis, qui facio voluntatem paF tris. Vbi est Nestorius hoc loco, qui dicit quòd post resurrectionem deificatus sit Christus? Non audis miser quòd descendit de cælo? Iam qui de cælo descendit, non vtique nudus erat homo. Nudus enim homo non descẽdit, sed siquidem ascendit in cælum, hoc illi concedit propter virtutem deus. Solius domini descensus præuenit ascensum. Ipse igitur & descendit de cælo sicut deus, quandoquidem incarnari dignatus est: & ascendi in cælum cum carne, vt homo scilicet, vbi erat prius vt deus. Non igitur nudus homo erat Christus postea deificatus, sicut delirabat Nestorius, sed deus ante secula, incarnatus nouissimis temporibus. *Hæc est autem voluntas eius qui misit me patris, ne quid perdam ex omnibus quæ dedit mihi, sed ut resuscitem illa in nouissimo die. Hæc est autem voluntas eius qui misit me,*

Fides, dei donũ præclarum.

Nestorij

misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æA ternam: & ego suscitabo eum in nouissimo die. Subinde ponit, Dedit mihi pater, vt perstringat corda illorum vt agnoscant se dei munere indignos. Nam si pater dat vt magnum quiddam, dignam in Christum fidem, ipsi autem illam nõ habẽt, manifestũ est quòd dono dei exciderint. Igitur ego (inquit) non perdam quos dat mihi pater, hoc est, eos qui credunt mihi, sed resuscitabo illos, hoc est, in resurrectiõe claritate illos dignabor. Duplex enim est resurrectio: vna quidem communis & generalis, qua omnes etiam peccatores resurgunt: alte- *Duplex resurrectio.* ra, qua soli iusti assumuntur in occursum domini in aëra, & prius cum magna fiducia domino occurrũt. Hanc autem resurrectionem Paulus ἐξανάστασιν, hoc est exurrectionem nominat, propter eleuationem à terra. Peccatores enim resurgent B quidem ex sepulchris in terram, de terra autem non exurgẽt in aërem. Infrà enim manebant sicut condemnati. At iusti resurgunt & exurgunt, qui rapiuntur in nubibus in occursum domini in aëra. Peccatores autem resurgunt tantum. Por ro dominus interpretans quid sit, Omne quod dedit mihi pater, dicit eandem sententiam aliis verbis. Vt omnis qui videt filium, & credit, habeat vitam æternam. Nihil enim aliud dicit, quàm id quod dixit superius. Nã hoc quidẽ, omne quod dedit mihi pater, idem est cum illo, qui videt filium & credit. Hoc autem quod dicit, nõ perdam, idem est cum eo quod dicit, habet vitam æternam. Sæpe autẽ memor est resurrectio- C nis, vt persuadeat hominibus, ne iis solum quæ videntur, dei prouidentiam circunscribant, sed sciant esse & alium statum in quo absque dubio fruituri sint remunerationibus virtutis: quanuis nunc nõ sit perspicua in hac vita retributio, & propterea non connectitur cum virtutis cursu. *Murmurabãt er mineri.* *go Iudæi de illo quod dixisset, Ego sum panis ille qui de cælo descẽdi, & dicebant, Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit hic, de cælo descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis, Nolite murmurare inter vos: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eũ, & ego suscitabo eum in nouissimo die.* Murmurabant igitur Iudæi dicente domino, ego sum panis. Nam hucusque quidem existimabant de pane sensibili cum loqui, & mãuete ipsum ferebant, sperantes quòd daturus esset panem hunc, ventri ipsorum gratificaturus: nunc autem quia reuelauit eis quòd non de

Refurrẽ. cur Christ. dominus sæpe meminerit.

sensibili

D sensibili pane, sed spirituali sermonem haberet, contempto illo murmurant. Vbi enim illi intelligerent spiritualem cibum, & vitam, & resurrectionem? Scandalizabantur itaque in eo, videntes eius matrem, audientes autem dicentem, de cælo descendi. Igitur non intelligentes quòd ipse esset deus, sed in hoc respicientes quod apparebat, murmurabant vt con tumelioſi contra dominum, & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph? Ipse autem saluator non respõdit eis, Non sum filius Ioseph. Non enim poterant intelligere panem ineffabilem qui erat ex virgine. Et quia non capax fuit meus illorum natiuitatis secundum carnem, multo minus eius quæ ante secu-

Caute. Liberũ arbitrium.

E la ex patre. Quid autem respondet eis? Nullus potest venire ad me, nisi pater traxerit eum. Hoc autem dicit non vt libertatem tollat arbitrij, absit, sed vt ostendat quòd multa habeat opus cooperatione à deo is qui crediturus est. Et aliter, illos trahit pater, qui habent voluntatis aptitudinem. Eos autem

Cõparatio magnetis

qui seipsos non faciunt idoneos, nõ trahit ad fidem. Nam sicut magnes non omnia, sed solum ferrum attrahit: ita & deus ad omnes quidem appropiat, eos autem qui magis idonei, & familiaritatem erga ipsum præ se ferunt, trahit. Igitur pater quidem trahit & adducit ad filium, filius autem resuscitat & viuificat, in bonis vitam & spirationem, hoc est, spiritum sanctum tribuens. Itaq; sancta trinitas benefacit iis qui credũt, & non pater solus, vel filius solus: sed sicut vna natura, ita vna operatio beneficentiæ patris adducentis, filii viuificantis, spiritus sancti qui fit iis qui viuificantur, pro spiratione.

F Omnis enim qui viuit, etiam spirationem habet. Vide autem authoritatem filij. Ego (inquit) suscitabo. Non dixit enim, pater meus suscitabit: sed, ego. Non enim per omnia humilia loquitur, sed nonnunquam sublimia suæ deitatis detegit. Est

Hiere. 31 *scriptum in prophetis, Et erunt omnes docti a deo. Omnis ergo qui audit a patre, & didicit, uenit ad me: non quòd patrem uiderit quisquam, nisi qui est a deo, hic uidit patrem. Amen amen dico uobis: qui credit mihi, habet uitam æternam.* Dixit superius quòd is quem pater traxerit, ad me veniet. Volens autem hoc docere & confirmare, in prophetas refert sermonem. Est enim (inquit) scriptum in prophetis, Erunt omnes docti à deo. Omnes autem, qui voluerint videlicet. Communis enim doctor pater per reuelationem notũ facit dignis filium suum. Tangit enim corda simplicium, & dolo carentium, sicut & Petro

Petro reuelauit se. Igitur qui audit à patre, hoc est, qui patris A reuelationẽ accipit, hic venit ad me, & discipulus illius vere *Mat. 16.* efficitur, & reuelationem suscipit, hic venit ad me. Vide autem quomodo cum diligentia loquitur omnia. Non enim dixit, qui audit à patre, ille venit ad me: sed addit, & didicerit. Non enim sufficit audire, sed oportet audisse & discere. Quid igitur? nunquid in veteri non fuerunt docti à deo? Fuerunt quidem, sed non sic. Hic enim excellentia est, in nouo dico testamento. Nã quidam discebant per homines de deo. Nunc autem vnigenito incarnato, ab ipso patre in sancto spiritu scientia fit, vt ita impleatur propheticum dictum, In lumine *Psal. 35.* tuo, patris scilicet, hoc est spiritu, videbimus lumen, quod est filius. Merito nũc omnes docti sumus à deo, qui fidẽ in Christum suscepimus. Quòd autem dixit, qui audit à patre, ille ve- B nit ad me: vt ne quis suspicetur quòd de carnali patre dicat, inquit, Nõ hoc dico, quòd videat quis patrem, nisi filius, qui vere ex illo est, & natus ex substantia illius. Non omnes quidem ex deo sumus, sed proprie filius vnus est, qui & patrem nouit. *Ego sum panis ille uitæ. Patres uestri comederunt manna in eremo, & mortui sunt. Hic est panis qui de cælo descendit, ut quis ex ipso edat, & non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. si quis ederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita.* Comparat cum manna alimoniam quam ipie dat. Nam ego quidem, inquit, sum panis vitæ. Verùm qui comederunt manna, mortui sunt. Non absque causa autem addit, in solitudine, sed volens monstrare quòd non valde diu datum fuit patribus C manna, sed tantum in solitudine, & non contigerit eis in terra promissionis. Verum hic panis non est talis, sed perpetuo durans, & ita Iudęi multo plura bona accepturi erant, si quidem voluissent, quàm patres sui. Quomodo autem non maiora, quæ dantur à Christo? Nam etsi quis gustauerit mortem, viuit tamen propter spem resurrectionis. Manifeste autem nobis hoc loco de mystica communione corporis sui dicit. Nam panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Porro potestatem suam indicans, quod non vt seruus & minor patre crucifigendus sit, sed voluntarie, inquit, ego dabo carnem meam pro mundi vita. Nam quamuis & à patre dicatur esse traditus, attamen & seipsum tradidisse dicitur: & illud quidem

D quidem est vt discamus eius cum patre concordiam: hoc au-
Panis q in tem, vt liberam voluntatem filij non ignoremus. Attende au
sacris edi tem quòd panis qui à nobis in mysteriis manducatur, nõ est
tur myste tantum figuratio quædam carnis domini, sed ipsa caro domi
rium, nõ tã ni. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis:
tũ figura sed, caro mea est. Transformatur enim arcanis verbis panis
est sed ea ille per mysticam benedictionem, & accessionem sancti spiri
ro domini tus, in carnem domini. Et ne quẽ conturbet quòd credendus
sit panis caro. Etenim & in carne ambulante domino, & ex
pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in
corpus eius mutabatur, & similis fiebat sanctæ eius carni, &
in augmentum & sustentationem conferebat iuxta humanũ
morem. Igitur & nunc panis in carnem domini mutatur. Et
E quomodo (inquit) non apparet nobis caro, sed panis? Vt nõ
abhorreamus ab eius esu. Nã si quidem caro apparuisset, in-
suauiter affecti essemus erga communionem. Nunc autem cõ
descendente domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis
mysticus cibus, qualibus alioquin assueti sumus. Pro mundi
autem vita carnem suam ad mortẽ dedit. moriens enim mor
tem soluit. Intellige autem per vitam mundi etiam resurrec-
tionem. Mors enim domini generalem resurrectionem toti
hominum generi operata est. Fortassis autem & in sanctifica
tione & in beatitudine vitam, mũdi vitam nominauit. Nam
quanuis non omnes acceperint sanctificationem & vitam in
spiritu, dominus tamen seipsum pro mundo dedit, & quantũ
in ipso erat, mundus seruatus, naturãque sanctificata est, eò
F quòd accepit virtutem vincendi peccatum per vnum homi-
Roma. 5. nem dominum nostrum Iesum Christum, sicut & per vnum
peccatum Adam ceciderat. *Decertabant ergo Iudæi inter se, dicentes, Quomodo hic potest nobis dare carnem suam ad edendum? Dixit eis Iesus, Amen amen dico uobis, nisi ederitis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitã in uobis. Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus.* Iudæi quum audissent de esu car-
nis illius, discredunt. Ideo & verbum incredulitatis dicunt,
quomodo? Nam quando cogitationes incredulitatis ingre-
diuntur in animam, ingreditur simul, quomodo? Propterea
ipse volens hoc ostendere quòd nõ sit impossibile, sed etiam
valde necessarium, ait, Nõ potest aliter haberi vita, nisi meã
carnem

carnem comedatis &c. Ita & Nicodemus ex incredulitate di A
cebat, Quomodo potest homo intrare in ventrem matris?
Oportet igitur nos quum audiuerimus, Nisi ederitis carnem
filij, non habebitis vitam, in sumptionibus diuinorum myste
riorum indubitatam retinere fidem, & non quærere quo pa-
cto. Nam animalis homo, hoc est, qui sequitur cogitationes *Animalis hõ.*
humanas & animales, non est capax eorũ quæ sunt super na- *1. Cor. 2.*
turam, & spiritualiũ. Atq; ita & spiritualem esum carnis do-
minicæ non intelligit: cuius qui non sunt participes, nõ erũt
participes æternæ vitæ, eo quòd non susceperunt Iesum, qui
est vita æterna. Non enim nudi hominis caro est quæ mãdu-
catur, sed dei, & quæ deificare valet, vtpote cõtemperata dei-
tati. Ista etiam vere est cibus, eo quòd non ad paruum tem-
pus duret, neque corrumpatur sicut corruptibilis cibus, sed B
æternæ vitę sit subsidium. Similiter & potus sanguinis domi
ni vere est potus: quia non ad tempus sufficit siti, sed semper
absque siti conseruat, nec indigere permittit bibentem: sicut
& ad Samaritanam dicebat, Qui bibit ex aqua quam ego da- *Iohan. 4.*
bo, nõ sitiet. Nam quisquis gratiam sancti spiritus per assum
ptionem diuinorum mysteriorum susceperit, neq; famẽ spiri
tualem neq; sitim patietur, qualem increduli. *Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuẽs pater, ita & ego uiuo propter patrẽ. Et qui ederit me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis qui de cælo descendit: non sicut comederũt patres uestri manna, & mortui sunt. qui edit hũc panẽ, uiuet in æternũ.* Hoc loco discimus sacramentũ cõmunio-
nis. Nam qui edit & bibit carnẽ & sanguinẽ domini, in ipso C
manet domino, & dominus in ipso. Contemperatio enim fit
noua, & super rationẽ, ita vt sit deus in nobis, & nos in deo.
Non audis terribilem auditũ, nõ deum nudũ manducamus.
tangi enim nequit, & incorporeus est, & neq; oculis neq; ma
nibus apprehendi potest, Iterũ nudi hominis caro nihil pro-
desse potest: sed quia deus vniuit sibi carnem secundũ ineffa-
bilem contemperationẽ, viuifica est & caro, non quòd in dei
naturam transierit, absit, sed ad similitudinẽ candentis ferri,
quod & ferrũ manet, & ignis ostendit operationẽ. Sic igitur
& domini caro manẽs caro, vluifica est, sicut dei caro. Igitur
quẽadmodũ ego, inquit, viuo propter patrẽ, hoc est, sicut na-
tus sum ex patre, qui est vita: ita & qui mãducat me, viuit, p-
pter me, dum quodammodo miscetur mihi, & transelemẽta-
tur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tur in me, qui viuificare possum. Quando autem audis, Ego viuo, ne existimes eum iuxta participationem vitæ viuere, alioqui animal diceretur deus: sed non est, neq; enim deus animal nominatur, neque creatura quædam vita vocabitur. Sæpe autem & multum in ore versat, Patres vestri comederunt manna in solitudine, vt persuadeat hominibus. Nam si possibile quadraginta annis sine messe & semente pasci homines, & conseruari illorum vitam: multo magis nunc conseruabit nostram spiritualem meliori pane dominus carne sua, quæ absque semine viri ex virgine est constituta. Vbiq; autem vitæ meminit, & crebro hoc nomẽ addidit, quia nihil ita suaue
E hominibus, vt res illa. Igitur & tu potes non solũ secundum mysticam cõmunionẽ comedere & bibere carnem & sanguinem domini, sed & alio quodam modo. Etenim & carnẽ quidem manducat aliquis quando per practicen incedit. Caro enim operatiua est, sicut & practice laboriosa. Sanguinẽ vero bibit vt vinũ, quo cor cõtemplatiui lætificatur. Labore enim caret contemplatio, immo & laborũ requies est, & potui similatur, quia & potus minori labore eget quàm cibus. *Hæc dixit in synagoga docens in Capernaum. Multi ergo his auditis ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum quòd murmurabant de hoc discipuli ipsius, dicit eis, Hoc vos offendit? Quid igitur si videretis filium hominis ascendentem eò ubi prius erat?* Quare in synagoga docuit? Partim quòd volebat venari multitudinẽ, partim quòd ostendebat se non esse cõtrarium legi quę legebatur in syna-
F gogis. Quare autem tales sermones in medium proferebat quanuis sciebat nullum inde vtilitatẽ percepturum, sed multos etiam inde magis offendi. Nam & discipuli eius his auditis dixerunt, Durus est sermo hic, quis potest illum audire? Igitur quod lucrũ ex his verbis? Immò plurimum & maximum. Nam quoniam memores erant subinde cibi corporalis, ostendens eis quòd omnia illa figura fuerint & vmbra, quæ autem ab ipso nunc introducuntur, veritas sint: eius gratia hæc dicit, & spiritualis cibi recordatur, vt faciat eos à sensibilibus aliquantum emergere, cõtemnereque figuras & vmbras, & accurrere ad veritatem. Sed illi quum nihil possent intelligere quod supra sensum, meliores non fiunt, sed magis resiliunt, & dicunt, Durus est sermo hic, hoc est, asper, & qui suscipi nequeat. Quis enim quum carnalis sit, posset

suscipere

suscipere spiritualem cibum, & panem qui de cęlo descendit, A
& carnem quæ comeditur? Quando autem audis quòd discipuli eius recedunt, ne intellexeris eos qui vere sunt discipuli, sed eos qui sequebantur in ordine discipulorum, & videbantur figuram quidem gerere discipulorum, quum docerentur ab eo. Etenim & inter discipulos erant quidam, qui ad reliquam turbam collati dicebantur eius discipuli (manebant enim apud eum longiore tempore quàm turbæ) ad alios autẽ veros discipulos collati, nullius erant momenti, eò quòd ad tempus credebant ei, & frigido quodam (vt sic dicam) calore. Vide autem insipientiam illorum. Nam debebant interrogare & discere ea quæ ignorabant: at illi resiliebant, & nihil spiritualiter exponebant, sed omnia vt videbãtur. Nam quia carnem audierant, putabant quòd eos cogeret carnis & B
sanguinis fieri deuoratores. Quia autem nos spiritualiter intelligimus, neq; carnium voratores nos sumus, immo sanctificamur per talem cibum. Volens autem ostendere eis quòd sicut deus nihil ignoret quod sit in cordibus ipsorum, dicit, Hoc vos offendit? Quid igitur si videritis ascendẽtem in cælum me, qui vobis filius hominis esse videor, vbi eram prius sicut deus? Nam ipse ascẽdit vt homo, vbi erat prius vt deus. Hoc autẽ dixit vt abducat eos ab opinione qua putabãt eum filiũ esse Ioseph. Nam qui credit quòd in cælo erat prius, omnino credet eum neq; Ioseph esse filium, sed dei, & fidem habebit iis quæ ab eo dicuntur. Quum autem audieris quòd filius hominis erat in cælo prius, ne putes quòd ex cælo descẽderit corpus, vt Marcellus & Appollinarius hæresiarchæ de- C
lirarunt: sed quia vnus & idẽ erat filius hominis, & deus ver Marcell⁹
bum: dicitur, sicut diximus, ascẽdere vt homo, vbi erat prius & Apolli
vt deus. *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Nouerat enim ab initio Iesus qui essent non credenter, & quis proditurus esset ipsum.* Quoniam (vt sæpe diximus) carnaliter exponentes ea quæ dicebantur à Christo, offendebantur: dicit quòd spiritualiter intelligenda sunt ea quæ dicuntur à me, hoc est prodesse. Caro autem, hoc est, carnaliter illa exponere, nihil prodest, sed offendiculi occasio fit. Sic igitur illi qui carnaliter audiebant quæ à Christo dicebantur, offendebantur. Subdit igitur, Verba quæ ego loquor, spiritus sunt, hoc est, spiritualia sunt, & vita, nihil

carnale

narius hæresiarchæ

D carnale habentia, & vitam afferentia æternam. Ostẽdens autem deitatis esse dignitatem, reuelare quæ occulta sunt, dicit ad eos, Sunt quidam ex vobis qui non credũt. Dicens autem, quidam, discipulos excepit. Et Euangelista volens ostendere quòd ab initio mundi omnia cognouerit, dicit, Ab initio nouerat Iesus qui essent non credentes. Iusuper & proditoris malitiam indicat, quo certè monstrabatur deitas. Nam pro-
Danie. 3. pheta inquit de deo, Qui sciebat omnia ptiusquam ipsa fierent. Et dicebat, *Propterea dixi uobis quòd nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex eo tempore multi discipulorũ eius defecerunt ea relicto, nec amplius cum illo ambulabãt. Dixit ergo Iesus ad discipulos, Num & uos uultis abire?* Sæpe diximus, quãdo audieris quòd pater dat fidem in filium, ne existimes
E quòd aliis benefaciat pater quos segreget, aliis autẽ nõ: hoc enim iniuste gentis esset: sed illis benefacere puta patrem, & illis dare donum fidei, quibus cooperatur electio & volũtas. Nam qui à volũtate non adiuuatur, etiamsi à deo assumitur, non percipit vtilitatem: vt exempli gratia quid dicam: Omnibus dat deus, sed hoc quidam & sumunt bene, & vtuntur eo quod datur, & custodiẽtes illud, ostendũt dei donũ. Quidam autem recipiunt: sed ea quæ dantur, disperdunt, ita vt nihil accepisse videantur. Quãdo igitur Euangelista dicit, nisi fuerit alicui datum à patre, non poterit venire ad filium: hoc dicit, ille venit ad filium, cui daturus est pater, hoc est, à quo custoditum fuerit donum à deo quod illi datum est. Abierũt igitur multi discipuli retrorsum, hoc est, diuiserunt se à magi
F stro, & progressi sunt non proficiẽtes, sed retrorsum, hoc est, in incredulitatem. Nam reuera qui seipsum à Christo diui-
1. Cor. 6. dit, retrorsum vadit: qui autem secundum Paulũ adhæret domino semper se extendit ad anteriora. Ipse autem ostendens quòd nullius vel ministerij vel curæ quòd sibi impendebãt, indigeat, dicit eis, Num etiam vos vultis abire? Quare autem non magis laudauit duodecim, quòd non cũ aliis amissi fuerunt? Partim quia seruabat dignitatem doctori conuenientẽ: partim quia hoc modo magis attrahi poterant. Nam si quidẽ laudasset, forte humanum quiddam passi fuissent, factiq; arrogantiores existimassent se illi gratificari propter comitationem. Per hoc autem quòd demonstrauit eis se nullius indigere comitatu, magis potuit eos continere, eo quòd beneficium potius accipiant, quàm præstant: & accipiant magis, q̃ dent.

dent. Et considera quàm prudenter dixerit. Non enim dixit, A
abite, hoc enim repellentis fuisset: sed interrogauit, nũ vultis abire? quo verbo eis liberum faciebat, sequerẽtur, nec ne: *Liberũ ar-*
& demonstrabat quòd nollet eos reuerentia erga se, comita- *bitrium.*
ri se: sed vt scirent beneficium esse quòd se sequantur. *Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus quod tu es Christus filius dei uiui. Respondit eis Iesus, Nonne ego uos duodecim elegi? & ex uobis unus diabolus est. Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota. Hic enim proditurus erat eũ, quum esset unus ex duodecim.* Petrus quum esset amator fratrum, pro toto choro respondet. Non enim dixit, Domine, ad quem ibo? &, cognoui & credidi, sed ad quem ibimus? &c. Vitæ autem æternæ verba dominũ habere dicit, quia audiuerat eum dicentem, Eum qui credit in B
me, resuscitabo, & habebit vitam æternã. Iam enim illi resurrectionem receperãt, & omnem doctrinã: & audientes alios, non verba offenderant, sed attendendi negligentia & ignauia, imprudentiáq;. Nam hi duodecim eadem audierunt, nec tamen sunt offensi, sed manserũt. Quid igitur Christus? Nũquid laudat Petrum, sicut alio loco facit? Minime, vt ne videretur blandiri illi q̃ apud se maneret. Sed quid dixit ad Petrum? Ego quidem vos elegi duodecim, verũtamen neq; vos omnes estis electione digni, sed vnus ex vobis diabolus est. Hoc autem bifariã est intelligẽdum. vel enim, qui nunc mea omnia calumniatur, & nihil illorum recipit: vel, quia calumniaturus est me. Etenim re ipsa talis apparuit Iudas, calumnians apud Iudæos dominum, & mysteria eius illis efferens, C
ficut & Dauid de ipso dicit, Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Dicit autem hæc ad Petrum dominus, emendans eum. quia enim dixerat Petrus, & cognouimus & credidimus: ne hoc putes, inquit, nó enĩ omnes estis fideles, neque omnes me cognouistis. Vide autẽ quomodo antea dominus; proditoris malitiam repellens & refrenans hæc dicit. sciens quidẽ quòd nihil profuturus esset, nihilo minus tamen quod suum erat faciens, neque illum manifestauit, neque omnino occultũ esse permisit. Illud quidem, vt ne impudentior & cõtentiosior fieret: hoc autem, vt ne licenter facinus patraret, occultum illud putans. Ex illo autem etiam hoc discimus, q̃ non coactione & vi quadam meliores facere consueuerit deus, neq; eius electio cogat voluntatem nostram quum sit ma- *Electio dei*

Dla, vt fiat bona: sed electio quidem fit à deo, qui adhortatur nos ad bonũ, & suã nobis impertit bonitatẽ. In mẽte autẽ nostra & volũtate sitũ est saluari, & digne ad electionẽ ambulare, vel ediuerso. admirare autem q̃diabolus in tantũ infestus est, vt potuerit etiã vnũ ex duodecim abripere, qui suscitabat mortuos, & faciebant miracula, & fruebantur spirituali & vnifica doctrina domini. Et vbi posthac salutis spes nobis, qui sponte à iuuentute nosipsos malitię mãcipamus? Ideo & Euangelista quasi admirans dixit, Quum esset vnus ex duodecim. Quanuis enim, inquit, esset è sancto illo choro, attamen
Manichei mala sua voluntate indignus inuentus est. Ita homo animal est suapte natura vertibile. Valeãt igitur posthac Manichæi. Non enim à natura sumus mali, alioqui omnia operaretur in
E nobis malitia. Nunc autem non semper erat Iudas malus, sed fuit etiã aliquando sanctæ voluntatis. Igitur mala & nascuntur & crescunt.

CAPVT VII.

Ambulabat Iesus post hæc in Galilæa. Non volebat enim in Iudæa versari, quia Iudæi quærebant eũ interficere. Erat autẽ in propinquo dies festus Iudæorũ Scenopegia. Dixerunt igitur ad eũ fratres eius, Trãsi hinc, vade in Iudæam, vt discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto facit aliquid. & quærit ipse palãm esse. Si hæc facis, declara teipsum mundo. Nã ne fratres quidem eius credebant in eũ. Noluit Iesus in Iudęa ambulare, propter
F homicidas Iudæos, nõ vt timens mortẽ, poterat enim in medio illorum ambulare: sed si hoc semper feciisset, nõ creditus fuisset homo, sed habitus fuisset phãtasma. Vnde nunc quidẽ secedit, cõfirmans q̃ vere homo: & confutans omnes qui dicũt eũ secundũ apparentiã tantũ incarnatũ, sicut Manichæi.
Manichei Marcion, & Basilides, & similes dicũt. Aliàs etiã quũ esset in
Marcion. medio ipsorum insanientiũ contra ipsum, manebat illęsus, &
Basilides ostendebat suam deitatẽ: confundens Paulum Samosatenũ,
Paul. Samosatenus & docens omnes q̃ nõ purus homo, sed & deus fuerit. Secedit in Galilęam nunc. Nam quia nondum aduenerat tempus passionis vanum & superuacuum erat in medio inimicorum suorum versari, & maioris semper rabiei illis authorem fieri.
Exodi. 23 Erãt autem, inquit, Scenopegia. Operęprecium fuerit dice-
Deut. 18. re de festis quæ faciunt Iudæi. Tria enim erant: vnũ pascha, quod

quod fecerunt egressi ex Aegypto, quod & primum apud ip- A
sos erat: secundum pentecosten, quod celebrabãt quidem vt li *De tribus*
berati à malis quibus in solitudine afligebantur: ingressi au *Iudæorũ*
tem in terram promissionis, manipulos in festo illo tanq̃ pri- *festis.*
mitias offerebant: tertium Scenopegia, quod celebrabant in
gratiarũ actionem propter connectas fruges mense Septembri. Tunc enim gratias agebant domino, connectis omnibus
fructibus. Ideo & tabernacula fiebant, & quasi sub dio agentes lætabantur. vnde psalmos quosdam Dauid qui inscripti *Psalmi*
sunt pro torcularibus, quidam cõpositos esse dicunt in hoc fe *Dauidpro*
stum. Nam tunc torcularia sua implebant, & vuas premebãt, *torcularibus*
propterea q̃ agebant gratias, & psalmis vtebãtur atq; aliis in *b. inscripti*
gratiarum actionem. Talis est psalmus. viij. ideo & prophe- *pr. 80.*
ta in ipso meminit bonorũ homini à deo datorum. Significãt B *83.*
autem hæc, Pascha trãsitum nostrum ex infidelitate ad fidẽ: *Significat*
Pentecosten, ingressum in ecclesiam, vt terrã aliam promissio- *tio festorũ*
nis, quando scilicet & panem manducamus sumentes diuina *Iudaicorũ*
mysteria. Non enim simul atq; crediderimus, trãsiuerimúsq;
ab incredulitate, mox & panem comedimus, sed oportet primum baptizari, vt digni fiamus qui stemus cũ baptizatis in
ecclesia, & tunc de pane participemus. Scenopegia autem resurrectionem, quando omnes quidẽ fructus nostrorum operum cõsummantur, tabernaculaq; nostra per mortem destructa, iterum construuntur. Sũt & alij diminiores sermones de
his festis, at de his nunc non est dicendi tempus. Exponimus
enim hoc quod multis vtilius. Itaque quum esset festum Iu- C
dęorum quod vocatur Scenopegia, quia viderunt eum fratres eius non apparatum ad iter, inuidentes ei dicunt, Transi
hinc, & vade illuc, vt discipuli tui, hoc est turbę quę te sequũtur, videant quæ facis. Non enim de duodecim dicit, sed de
iis qui illum aliàs sequebantur. Arguebãt autem eum fratres
eius, filij scilicet Ioseph, propter duas affectiones, timorẽ, & *Christi fra*
vanam gloriam. ideo & dicunt, Nullus enim in occulto facit *tres, filii*
aliquid, id quod est formidinis: & quærit ipse palam esse, id *Ioseph,*
quod vanæ gloriæ. si hæc facis, manifesta teipsum mundo.
Hoc autem loco insinuant, Haud bonam opinionem habemus de his quæ à te fiunt. Nam si hæc facis vt bona, manifesta teipsum. si autem te occultaris, manifestum q̃ mala faciẽs
occulteris. Cuius autẽ gratia in his quinq; mensibus, quum
nihil aliud narrasset Euangelista, q̃ signum hoc de panibus,

D & sermonem domini ad comedẽtes, quem postea ingrati irridebant, alia transiliit, dicens, Erat autẽ prope festum Iudæorum Scenopegia? Nam quod opera quinq; mẽsium in intermedio siluerit, manifestum hinc. Quum enim miraculum panum faceret, pascha erat, quod habebatur apud illos primo mense, quem Romani Martium vocant: nunc autẽ Scenopegia mense sunt Septembri. Quare igitur hoc fecit Euangelista? Eo q; non erat opus omnia enumerare. Et aliter, Euangelistæ illa studuerunt dicere, propter quę reprehensio aliqua vel cõtrouersia apud Iudæos subsequebatur. Dignum autem est feritatem illorũ admirari, quomodo non erubescant dicere illa quæ videbãtur afferre ignominiã quandam magistro. Vnde Euangelista multa miracula & verba domini transcurrens, infidelitatem fratrum, & ea quę illi opprobrant, narrat. Vnde autem illa incredulitas? Ex voluntate & inuidia. Solẽt enim cognati semper inuidere. Veruntamen attende quod q tanta infidelitate affecti erant in illum antequã crucifigeretur, illi ipsi erant qui vbi glorioſum eum viderunt, & miracula facientem, post crucem & ignobilitatem quæ videbatur, testati sunt, apostoli & prædicatores & episcopi facti. Vnde sine contradictione illum resurrexisse viderũt. Non enim exposuissent se pro illo, nisi certa quædam & solida habuissent argumenta de eius resurrectione. *Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum adest, tempus autẽ uestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse uos: me autem odit, quia ego testimoniũ fero de illo quòd opera eius mala sint. Vos ascendite ad diem festum hũc, ego nondum ascendo ad festum hoc, quia meum tempus nondum impletum est.* Fratres quidem domino inuidentes, arguunt eum metus & arrogantię. Ille autẽ quid dicit ad eos? num durè loquitur? minimẽ, sed mansuete. Nõ enim dixit, Vos qui estis qui talia mihi consulitis, & ita docetis? Sed quid inquit? Tempus meũ nõdum adest, hoc est crucis & mortis. Tempus autem vestrũ semper est paratum. Vos, inquit, etiamsi semper cum Iudæis conueneritis, non occident illi vos, qui eadem sectamini quę illi: me autem statim occisuri sunt, si quidem viderint ad festum venientem. Vel & aliter hoc intelligendum, Nam qui beatos facit lugentes in hoc seculo, similia & nunc loquitur, & quæ ad omnes sanctos pertinere possunt. Nõ est enim, inquit, tempus festiuitatis, quum videam in plenitudine Iudęorum omnem vigere malitiam. Luctus enim & lamenti tempus est

Nõ omnia scripserũt Euangelistæ.

Nota.

pus est, quum veritati quidem obsistitur, diuina autem voluntas non seruatur. Igitur propter hæc mihi non est tempus festiuitatis: at vobis quidem, vtpote his qui cum Iudæis conspirant, & mundo addicti sunt. Non mirum si festum agatis cũ his qui vobis similes sunt. & vos quidem mundus non potest odio habere, hoc est, hi qui mundana sapiunt, veluti (sicut dictum est) sui similes: me autem odio habet, quia redarguo opera eius. Liberior enim reprehensio odium parit. Mittit igitur fratres ad festiuitatem, ostendẽs quòd non cogat eum eo manere, si quidem nolint. Attende autem quomodo ad duo crimina quę intentabant illi, metum dico, & vanam gloriam, duo etiam responsa dat. Ad metum quidem dicendo, arguo opera mundi, hoc est eorum qui mundum sapiunt. Nõ autem arguissem, si quidem meticulosus essem, vt putatis. Ad vanam autem gloriam, non compellendo eos vt secum maneant. Nam si inanis gloriæ crimini fuisset obnoxius, neutiquam illos à se dimisisset: quia arrogantibus magnæ pompę cordi sunt. Itaque quia duo hæc opprobrauerant, meritò contra duo illa restitit, ostendens grauem illorum suspicionem. Tempus enim meum nondum impletum est, significat quòd nondum est tempus mortis & crucis. oportet enim me adhuc in carne viuere, vt plura signa faciam, & plures doctrinas exponem, atque ita vt plures turbas in fide instruam, & discipulos meos confortem tam per plura signa, quàm per doctrinas. Nõdum igitur, inquit, vrget tempus mortis, vt obiiciam me his qui contra me insaniunt: propterea neque ad festum ascendo. *Hæc autem quum dixisset illis, mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad festum, non manifestè, sed uelut in occulto.* Quare dicens fratribus, Non ascẽdo ad diem festum, ascendit? Non dixit simpliciter, nõ ascendo: sed. nunc, hoc est vobiscũ. Nam principio quidem ascendere detrectabat, vtpote feruentibus furore Iudæis. Post hęc autem quum festum soluendum esset, ascendit, quando & insaniam illorum verisimile erat mitigatam esse. Et aliter quoque, Non fecit contraria his quæ dixit. Non enim ascendit diem festum acturus, sed docturus: & non cum hilaritate qua solent celebraturi ferias, sed clam. Delitescit autem, vt confirmet se hominem. Nam si comparuisset, insaniissent vtiq; cõtra eum, occidere illum cupientes: & si nõ permisisset eis hoc facere, eo quòd nondum instaret tempus passionis, sed ẽ me-

Quib⁹ pã cordi sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D dio eorum effugisset passionem, haberi potuisset quòd nó vere sed apparenter tantum fuisset incarnatus: & propterea fugit & secedit vt homo, quod hominis erat faciens. *Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidam enim dicebant, Bonus est. Alii autem dicebant, Non, sed seducit turbam. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.* Præ multo odio Iudæi etiam nomen eius non proferunt. Non enim dicunt, Vbi est Iesus? sed, vbi est ille? Ita & paruo eius nomini aduersabantur. Considera autem quàm auidi fuerint cædis, quum neque per tempus festiuitatis illi parcerent, sed venari illum per illud volebant: ideo & quærebant. Tam paruam reuerentiam diei festo exhibebant, taliáque illorum erant opera. Murmur
E autem multum de eo erat in turbis, quoniam variæ de illo erãt sententiæ: dicentibus quidem principibus, Seducit turbas: multis autem dicentibus, bonus est. Qui autem eum bonum dicebant, de turba erant. Et quòd hoc sit verum, manifestum est ex eo quod Euangelista dicit nullum fuisse ausum libere loqui propter metum Iudæorum. Manifestũ enim quòd iam multo tempore de illo palam loqui aũsi non fuerint, & timẽtes principes Iudæorum siluerint. Sed & eos qui dicebãt, Seducit turbam, coniectura est ex principibus fuisse, qui illum calumniabantur. Nam si fuissent ex turba, dixissent, Seducit nos. nunc autem quũ dicunt seducit turbam, ostenditur quòd non fuerint de turba, sed ex principibus, qui talia dicebant. Vide autem vbique principes corruptos, subditos vero incor-
F ruptos. Veruntamen quia viriliore animo carebãt, adhuc imperfecti manebãt, & libere nihil audebant. *Quum autem iam dimidium festi peractum esset, ascendit Iesus in templum, ac docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, quum non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit.* Quare ascendit quum esset dimidium festi? Vt leniret illorum animum, & insuper vt maiori attentione audirent ea quę ab ipso dicebantur, ne festi strepitus illorum aures occluderet. nam in principio festi verisimile est eos in his quæ festi erant, occupatos fuisse. Quum igitur repente apparuisset eis, simpliciter audierunt omnes: partim illum bonum, partim impostorẽ dicẽtes: & alij quidem vt lucri quiddam inde perciperent, & admirarentur: alij autẽ vt illũ inuaderent & cõprehenderẽt veluti seductorem. Porrò quid docuerit, non

uerit, non dixit Euangelista. quod autem mirabilia quædã A
dixerit, per quæ illos cohibuerit, & mentem illorum in miraculum mutauerit, manifestauit per hoc quod dicit, Admirabantur quomodo literas sciret, qui nunquam didicisset. Veritamen quãuis admirarentur, attamen neq; sic liberata est mens illorum a malitia. Non enim doctrinam admirabãtur, neque quæ dicebantur suscipiebant, sed admirabantur quomodo sciret literas, hoc est obstupescebãt: id quod solet in- *Cõparatio*
uidis accidere, veluti si pauper quispiam vicinus repente in *iuidiæ Iu*
splendidiore vestitu prodeat, & videat eum vicinus inuidus, *dæorum.*
dicit, Quomodo hic tam sumptuosis vestib⁹ indutus est, qui dudum pauperrimus erat? Vnde huic vestis illa? Hæc autem dicit non quod re ipsa admiretur, sed q; aduratur inuidia, vsus talibus sermonibus. Omnino enim dicit, furatus est vestem. B
Sic igitur & Iudæi: Quomodo hic scit literas? profecto ex Beelzebul habet. Tametsi inde illos coniectare potius oportebat non esse hoc humanum: sed quia hoc ipsi fateri noluerunt, ipse respondet eis, docés quod a deo & patre sit doctrina illa. Nihil meum est, inquit, neque a meipso tanquam aduersarius deo loquor, sed quæcunque illa fuerint, patris hæc & mea verba sunt. *Si quis voluerit voluntatem ipsius facere, sciet de doctrina utrũ ex deo sit, an ego a meipso loquor. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit ipsum, hic verax est, & iustitia in eo nõ est.* Dixerat, Mea doctrina non est mea, hoc est aduersaria deo: sed patris mei est, inquit. Si quis voluntatem dei fecerit, hoc est, si virtutem amplexatus fuerit, & inuidiæ non seruierit, neque vano con C
tra me odio obtenebratus fuerit, sciet meorum sermonũ virtutem, num ea quæ patris sunt loquar, vel aliena & indigna quædam. Voluntatem autẽ dei facit & qui scripturas & pro- *Quis volã*
phetas scrutatur. Igitur qui talis est, poterit scire de doctri- *tatem dei*
na domini quod ex deo sit. Nam prophetæ non inducũt do- *faciat.*
minum deo aduersarium, & a seipso loquentem, sed omnia quæ deo congruunt, dicẽtem & facientem. Insuper & aliam rationem subdit, dicẽs, Qui a seipso loquitur, hoc est, q̃ vult propriam statuere doctrinam, propter nihil aliud hoc facit, q̃ vt gloriam quãdam inanem inde percipiat. Si autem ego (inquit) gloriæ propriæ fructũ nolo, sed gloriã eius qui me misit quæro, cuius gratia velim alia docere: verax igitur sum, & non est iniustitia in me: hoc est, non rapio gloriam alteri debitam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ri debitam. hoc enim iniustitię foret. atque ita doctrina mea & veritatem complectitur, & iustitiam in se. Nō enim ex ar-
Arrogans quis. rogantia fit, vt mendacium habeat ac iniustitiam. Arrogans vero & mentitur, eo quod de se plus quam meretur dicit: & iniuste agit, quia alienam & sibi non cōuenientem gloriam rapit. At dominus quia quæ patris sunt quærebat, & nihil de se arroganter dicebat, omnino & verax est & iustus. Sæpe autem diximus, & nunc quoq; dicimus, quod quādo dominus humilia quædam dicere videtur, non existimandum hæc illū dicere quod natura minor sit patre, sed ne habeatur aduersarius deo, & propter auditorum imbecillitatem, & propterea carne amictum sese, docereque nos modestos esse, & nihil
E magnum de nobisipsis dicere. Quādo autem sublimia & de sua diuina gloria loquitur, oportet credere nos quod grādia hæc vt æqualis patri loquatur, propter magnitudinē suæ naturæ. *Nōne Moses dedit uobis legem? & tamen nemo ex uobis facit præstat legem. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes, quis te quærit interficere?* Videntur quidem hæc cum superioribus non cohærere, bene autem cō sideranti & valde consequentia apparent. Nam quum crimi narentur eum quod sabbatum solueret, & legē præuaricaretur, ad hoc vrget, ostendens eis quod ipsi magis præuaricato
Exo. 20. Deut. 5. res sint legis. Nam lex quidem inquit, Noc occidas: vos aūt quæritis me occidere: & ita vos soluitis legem, non ego. Igitur quum a vestra cōdemnatione desistitis, me calumniamini quasi prǫuaricantem legem, eo quod hominem in sabbato curauerim. Nullus autem ex vobis facit legem, dixit, eo
F qp omnes cum quibus loquebatur, quærebant eum occidere. Vide autem quomodo ipse quidem mansueta voce eis loquatur, illi autem contumeliose & audacter dicunt, Dæmonium habes: eo quod putabant se terrere illum, & animam eius cō tumeliis cruciari. Cæterum Moseu dicit dedisse legem, quāuis ipse qui erat dominus Mosi, & legis dator, dedisset propter infirmitatem Iudæorum, & quod insensati erant. Nam quomodo sustinuissent dicētem, Non Moses dedit vobis legem, sed ego, qui dominus Mosis & legis? *Respondit Iesus,*
Supra. 5. Leui. 12. *& dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini: propterea Moses dedit uobis circūcisionem, non quod ex Mose sit, sed ex patribus: & tamen in sabbato circūciditis hominem. Si circumcisionē accipit homo in sabbato, ut non soluatur lex Mosi: mihi indignamini quod totum hominem*

minem sanum fecerim in sabbato? Nolite iudicare secundum aspectū, A
sed iusto iudicio iudicate. Syllogismo quodam ostendit eos si ne causa odio sui laborare, & dicit, Vnum opus feci in sabbato, paralytici videlicet sanationē, & omnes admiramini propterea, hoc est turbamini & tumultuamini: quanuis Moses il le legislator sabbatum soluerit, eo quod iusserit omnem animam die octauo circūcidi. Sæpe enim accidit, octauum diē, in quo necesse circūciditur puer, diem sabbati esse: atque ita sabbatum solutum est ab ipso Mose propter circuncisionem, & nihil prohibebat sabbati die circūcidi hominem: sed etsi sabbatum fuerit, vel octauus dies, soluitur lex de ocio sabbati, vt ne soluatur lex circūcisionis. Si hæc igitur ita se habēt, quid mihi succensetis & irascimini quod in sabbato hominē B
Integrum sanū feci? quāuis circuncisio non Mosis fuerit, sed patrum: attamen illa etiam eam quæ nō est Mosis, legem de sabbato a Mose datam soluit. Et circūcisio quidem quæ dolorem affert, non prohibetur in sabbato: ego autem qui liberū feci hominem a dolore, & sanum feci, arguor. Ne iudicate secundum faciem, sed iuste & absque personarum acceptione iudicate. Neque Mosen qui soluit sabbatum propter circūcisionem, extra reprehensionē ponitis, si me iudicaueritis maxime bene faciendo homini, sabbatum non obseruantē. Manifestum enim est quod personā recipiatis, si me propter humilitatem condemnatis, & Mosen porpter eius dignitatē nō condemnatis. *Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis, Nonne hic est quem quærunt interficere? Atqui ecce palam loquitur, &* C
nihil ei dicunt. Num uere cognouerūt principes hunc esse uere Christum? Sed hunc nouimus unde sit: Christus autem quum uenerit, nemo scit unde sit. Nō simpliciter & absque causa adiecit, Quidam Hierosolymitanorum, sed vt ostendat quod quum maxima illis miracula euenissent, omnium fuerint miserrimi. Quomodo enim non miseri, qui viso magno deitatis illius signo, adhuc corruptum habent iudicium? Etenim magnū quidem habuissent signum, si voluissent, quod inuitis & insanie tibus ipsis contra eum, libere in medio ipsorum ambularet, neque patereturab eis, Sed nolebāt hoc signo virtutem eius cognoscere. Dubitant autem dicentes, Num forte & principes cognouerūt quod hic est vere Christus? & neque in hac sententia permanent, sed colligunt quod nullus quidē sciat vnde venturus sit Christus. illum autem scimus vnde sit. nō

igitur

D igitur hic est Christus. Cæterum vide malitiam, quomodo & illi sibi aduersarii sint. Principes enim ipsorum quum interrogarentur ab Herode: dicũt in Bethleẽ Iuda nasci Christum. Illi autem dicunt quod nullus sciat vnde sit Christus. Vides dictorum contrarietatem? Et iterum alibi quidem dicunt, Nos scimus quod Mosi locutus est deus, hunc autẽ nescimus vnde sit. Porro hoc loco dicunt, hũc scimus vnde sit. Vidisti insanientium sermones, scimus & nescimus? Quid huic pugnantię verborum par? Ad vnum enim spectabant, ne credant. Itaque quando in illorum rem erat dicebant, Scimus: quando vero minus, negábant. Vnde malitiæ fuerit hæc sententiarum varietas. At si quis quæsiuerit, vnde moueantur illi: dicunt quod Christus quãdo venerit, nullus sciet vnde sit. Neque, nisi testimonium quoddam & ex scripturis habuissent, vel solidam traditionem, ita manifeste contraria dixissent scribæ Herodi, qui clare dixerant quod in Bethleem Iuda nascatur, & iterum dicũt quod ex Bethleem ciuitate Christus veniet. Quid igitur dicendum? Ex scripturis vtraque dicebant, & quod nasceretur in Bethleem, & de ciuitate Dauid esset, Habebant enim testem prophetam Micheam, sicut & Matthæus dicit, Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda. ex te enim egredietur dux. Et iterum ex eadem sententia eundem Micheam citant, Quia egressus eius ab initio, a diebus seculi. id quod ignotum eius egressum, hoc est natiuitatem declarat. Nullus enim hominũ scit quomodo ab initio & a diebus seculi extum, hoc est natiuitatem habeat. Homines enim in tempore, ille autem in diebus seculi, & ab initio. Quod autem æternum, quomodo hi qui sub tẽpore, cognoscent? Sed & Esaias dicit, Generationem eius quis enarrabit? Ex his igitur persuasi dicebant, Nemo scit vnde sit Christus. Non enim intelligebant quod duplex esset dominus Iesus: & secundum natiuitatem e carne erat e virgine, & sciebatur vnde erat, nempe quod in Bethleem natus: secundum incorpoream vero eius natiuitatem, qua ineffabiliter a patre ante secula natus est, supra omnem sermonem natiuitas eius est. Hierosolymitani igitur illi natiuitatem in carnem fatentur se scire vnde sit: illam autẽ quæ ante secula est, secundũ quam nemo scit Christum vnde sit, non fatentur. Idcirco quum non intelligerent esse eum duplicis naturæ, & vna quidem sciebatur, altera vero non: dicunt quod non sit Christus.

Mat. 2.

Iohã. 9.

Mat. 2.

Mich. 5.

Esa. 53.

Clamauit igitur in tempio docens Iesus, & dicens, Et me scitis: & scitis unde sim: & a me ipso nõ ueni, sed est uerax qui misit me, quẽ uos nõ nouistis. Ego uero noui eum, quia ab ipso sum, & ille me misit. Quoniam non alia de causa dicebãt, Hunc vnde sit scimus, quàm vt ostendere vellent quód de terra sit, & quòd fabri filius, propterea reducit eos ad cœlum, dicẽs, Et me scitis, & scitis vnde sim, nempe quod ex cœlo. hoc est, quanuis propter malitiam reticeatis, scitis tamen vnde sim, & quod ab illo missus sim, qui est verus. Quia autem ille verus, ideo & ego vtique verax, & nõ mendax. Non enim verax impostorem & mendacem mittere vellet. Hunc autem qui misit me, vos quidem nescitis, & ignoratis, quandoquidem id operibus non declaratis. Nam (sicut Paulus inquit) in scientia ignorantia est. Deũ, inquit, fatentur scire, opere autem inficias eunt. Et vos quidem Iudæi nescitis patrem meum, propter opera vestra mala, & pessimum animum. Ego autem illum scio, neque enim obstant mihi vel mens mala, vel opera quæ illi displicent, quo minus illum cognoscam. ab ipso enim sum, hoc est, ex ipso, non ab alia substantia, vel alienus ab eo: & ille me misit. Vide autem & hoc loco duas naturas in Christo manifestari.

A

B

Tit. 2.

Duæ naturæ in Christo.

Quærebant igitur illum apprehendere, & nemo misit manus in illum, quia nondum uenerat hora eius. Multi autem ex turba crediderunt in eum, & dicebant quod Christus quum uenerit, num signa plura edet iis quæ hic edidit? Ostendens Euangelista quod inuisibiliter cohiberentur, & quod spõte pateretur, & nõ ex imbecillitate, dicit, Quærebant illum apprehendere, nullus autem misit in illum manus. Quod autem nondum venerit hora eius, dixit non quod temporibus esset obnoxius, sed quòd omnia tempore opportuno & hora conuenienti fecerit. Quãdo enim tempestiuum existimauit quod pateretur, tunc & crucifixoribus se permisit. Omnia enim temporibus opportunis & accommodis facit ac moderatur: & sicut & legem dari cõueniebat tempore congruo, ita similiter & prophetas, & euãgelium. Vnde nomen horæ ostendit euidentem prudentiam & sapientiam saluatoris. Multi autem crediderunt ei, dicentes, Nunquid Christus plura signa faciet, q̃ hic fecit? Dictũ aũt de vino in Cana Galilææ, de filio regis, de paralytico, de panibus, & in summa de aliis omnibus de quibus neque euangelistæ propter multitudinẽ ipsorũ mentionẽ fecerunt.

C

Verũtamen

D Veruntamen quum audieris quòd multi crediderint, scias illorum fidem exactam nõ fuisse, sed qualem verisimile est esse in vulgari multitudine subinde mutante sentẽtiam. *Audierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt pharisæi ac principes sacerdotum ministros ut apprehenderent eum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc pusillum tẽporis vobiscum sum, & abeo ad eum qui me misit. Quæretis me, nec inuenietis. Et ubi ego sum, eo vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi inter sese, Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Num in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes. Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis? & ubi ego sum, eo vos non potestis venire?* Quia murmurabat turba, manifestum quòd affectionem habuerit blandiorem, & fidem quandam erga dominum diminutam. nam à principibus separari volebat: id quod illi sentiẽtes miserunt ad comprehendendum Iesum, ob eam duntaxat causam, quòd Christus esse crẽdebatur. Miserunt autem, sed non ipsi venerunt, metuentes turbam, ne tumultuaretur: & propterea ministros mittunt, seipsos subducentes, ne quid periculi suboriretur, illos autem furori populi exponentes. Ita vndequaque quod suum erat, sectabantur. At dominus verba humilitate plena loquitur. Adhuc paruo tempore vobiscum sum, quid anhelatis ad occidendum me? quid persequimini? ad paruum expectate tempus, & neque impediam vos si me tenere volueritis. Cæterum quum dicitur, Vobiscum sum, sensum habet hunc: Etiamsi persequuti fueritis, etiam si abnegeritis, ego adhuc vobiscum sum: hoc est, pro vobis curam gero, & loquor ea quæ ad salutem vestram spectant, & vado ad eum qui me misit. Nam qui eum qui missus est, ignominia afficiunt, manifestum quòd impingunt in eum qui misit. Dicẽdo autem, Vado significauit mortem suam voluntariam. Porro monstrans quòd mors sua non sit talis qualis communis, dicit, Quò ego vado, vos non potestis venire. Nam si communis & similis omnibus fuisset mors eius, & mansurus fuisset in morte: non dixisset, vos non potestis venire. Omnes enim ad communem mortem abimus. Igitur monstrare volẽs, id quod dicebam, quòd mors sua non sit talis qualis est mors communis, dicit, Quò ego vado, vos non potestis venire. Et dicendo, Quæritis me, & non inuenietis: indicat se eis fore desiderabilem. Quando autem quæsierunt eum? Lucas dixit quòd multæ mulieres lugebant super eo. Verisimile autem &

Qualis fuerit fides illorũ q̃ viderunt signa fubito crediderunt.

Quid per vado significetur.

Luc. 24.

tem & aliis multis hoc euenisse: & dũ caperetur ciuitas, eius atque miraculorum fuere memores, quæsieruntque præsentiam eius. Porro hæc omnia dicebat volens illos sibi conciliare, & demulcere. Nam vbi ministri eorum venerunt volentes comprehendere eum, ostendit quòd sciat causam profectionis illorũ, & quòd vellent ipsum occidere. Ideo prædicit eis mortem suam, quòd paruum tempus sit, & vadat ad patrem. Prædicere autem mortem, magnum est, & non humanum. Idcirco & Dauid dicit, Notum fac mihi domine finem meum. Dicebant autem Iudæi, Num in dispersionem gentium abiturus est? Vide quomodo euenerit eis, & cõfracti sint ad ea quæ ab illo dicebãtur: id quod manifestum ex eo quod interrogabant. Nunquid in dispersionem gentium abiturus est? Nam si hoc erat, dixissent vtique, Vult abire, nos hoc precabamur, hoc nobis gratũ erit. Nunc autem nihil tale dicunt, sed quasi dolentes ne illo priuarentur, quærunt quò sit abiturus. Manifestum etiam hoc quia dicunt, abiturus est ad gentes, & docturus eas. non enim dixerunt, seducturus illas, sed docturus. Dispersionem vero vocabant Gẽtiles, vtpote in omnem locum dispersos. Iudæi enim olim nullis commiscebantur, sed vno loco Palæstinæ coacti opprobrabant gentilibus, id quod postea in illos versum est. Ipsi enim Hebræi facti sunt dispersio. *In nouissimo autem die magno festi stabat Iesus, & clamabat dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.* Primum diem festi, & nouissimum hunc septimum, magnum dicebãt: quia & lex septimum diem festi vocatum, sanctum nominauit. Illam igitur sequens Euangelista, nouissimum diem magnum nominat. Merito autẽ in nouissimo die loquitur cum turbis, quasi viatica illis dans domum reditu-ris. Cum his enim qui in diebus intermediis deliciis erãt intenti, intempestiuum erat colloqui. neque enim attendissent. Clamauit autem Iesus, partim vt magis audiretur, partim vt libertatem suam in dicendo manifestaret, & quòd nullum aspernaretur. Quid autem dicit? Qui credit in me sicut dicit scriptura. Hoc enim loco punctum oportet facere: deinde aliud faciendum est principium: flumina fluent ex vẽtre eius. Quia enim multi propter signa credebant, ostendit non propter signa credẽdum esse, sed propter scripturam. Fides enim rẽcta ex scripturis est. Eius gratia inquit, Qui credit in me sicut scri-

Exod. 35.

Fides rẽcta unde.

D cut ſcriptura dicit, hoc eſt, quẽadmodum teſtatur de me ſcriptura, quòd filius ſum dei, quòd creator, quòd dominus vniuerſi. Multi enim putãt ſe credere, ſed non vt dicit ſcriptura, atque ita ſuas ſequuti ſunt ſectas, quales ſunt omnes hæretici.

Vẽter tropo hebraico cor. At flumina dixit ex vẽtre eius qui vere fidelis eſt, fluere. Ventrem quidem cor nominans tropo Hebraico, ſicut & Dauid inquit, Et legem tuam in medio ventris mei, hoc eſt cordis mei. Flumina autem fluere dicebat, & non flumen aquæ viuæ, ſpiritus liberalem gratiam & largitatem inſinuans. Talis enim eſt ſpiritus, vt in quancunque animam introierit, & in qua reſederit, faciat illam ſcaturire quouis fonte largiorem. Et diſcet quis quomodo fluant flumina ex ventre credẽtis ſecundum ſcripturam, ſi quidem Petri linguam, & Pauli impetum, & Stephani ſapientiam conſiderauerit, quos dicentes ni

E hil effugit, ſed omnes ſequuntur tanquàm à fluminibus quibuſdam impetu ruẽtibus rapti. *Hoc autẽ dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in ipſum. Nondum enim datus erat ſpiritus ſanctus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.* Interpretans Euangeliſta quæ ſint flumina aquæ viuæ, dicit, Hoc autem dixit de ſpiritu. Nondum enim datus erat, inquit, ſpiritus ſanctus. Sed hoc loco quæ fuerit quiſpiam, Quomodo inquit Euangeliſta quòd ſpiritus ſanctus nondũ fuerit datus? An non & prophetę ſpiritu loquuti ſunt, & apoſtoli quoque? Quomodo ſanitates perfecerũt, Dicimus igitur quòd prophetæ abſq; controuerſia ſpiritu loquuti ſunt, ſed donum hoc contractum erat, & à terra receſſerat: atque ideo quanuis in temporibus prophetarum operabatur, tunc tamen propter populi indi-

F gnitatem, quando inquam Chriſtus in carne ambulabat, non familiaris erat prophetia, neque illorum ſancta & templum reſpiciebat gratia. Quia igitur tunc quidem non erat operatio ſpiritus: ſed erat danda: propter hoc inquit, quia nondum datus erat ſpiritus ſanctus, hoc eſt, non verſabatur in Iudæis, nec apparebat per operationes. apoſtoli autem nõ in ſpiritu, ſed in poteſtate domini miracula faciebant. Audi enim euan

Mat. 10. Luc. 10. gelium quid dicat, Qui miſſurus illos dedit eis poteſtatẽ, ſed non ſpiritum ſanctum: atque ita quæcunque faciebant miracula, non ſpiritu, ſed poteſtate & nomine domini faciebant. Nam quum reſurrexiſſet è ſepulchro, tunc dixit eis, Accipite

Ioh. 20. Actu. 1. ſpiritum ſanctum. Et in pẽtecoſte venit ſuper eos ſpiritus ſanctus. Et aliter, Erat & in prophetis ſpiritus virtus, & in apoſtolis

ſtolis ante crucem: ſed non ſic vt poſt aſſumptionem, largus A ſcilicet ac copioſus, ita vt fluminibus cõparari debuerit. Atque ita merito Euangeliſta dixit quod nondum fuerit datus ſpiritus ſanctus, hoc eſt, nondum ita lagiter effuſus ſicut poſtea: quia & ante crucem erat datus quidem, ſed non tam largus. nondum enim Ieſus glorificatus erat, gloriam hoc loco crucem nominante Euangeliſta. Per crucem enim deiecit tyrannum, & regnauit. Nondum igitur cruce firmata, neque peccato abolito, neq; natura noſtra in Chriſto victrice mundi, & cõciliata deo, merito non datum fuiſſe largum ſpiritus donum dicitur. Oportebat enim nos prius fieri amicos dei, id quod per crucem conſummatum eſt. Inſuper ſic accipiendum donum dei, ſicut & mũdanum. Primũ quis ſpectat quis ſit amicus regis, deinde accipit dona. Gratia deo, qui tantum B nobis largitus eſt beneficium, quantum neq; prophetis. Nam prophetæ gratiam quidem habebant ſpiritus, ſed aliis non abundabant, vt apoſtoli, qui innumeris pleni erant. *Multi ergo de turba quum audiſſent hunc ſermonem, dicebant, Hic eſt uere propheta. Alii dicebant, Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant, Num a Galilæa ueniet Chriſtus? Nonne ſcriptura dicit quod ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello, ubi erat Dauid, ueniet Chriſtus? Diſſenſio itaque orta eſt in turba propter eum.* Verborum libertate placati quidam de turba, nõ ex principibus (nam principes ſemper propter inuidiam reluctabantur) cõfitentur quòd *Mat. 5. Mat. 2.* hic ſit propheta ille qui expectabatur. Alij autem qui erãt ex imperita & incircunſpecta turba, dicebant, Chriſtus eſt, non intelligentes quòd idem eſſet & non alius & alius Chriſtus C & propheta ille. Ingratiores autem, Non, inquiunt, ex Galilæa Chriſtus venit, ſed ex Bethleẽ, & ex ſemine Dauid. Hoc autem dicebant maligna mente, & non ſicut Nathanael, qui *Iohan. 1.* vt legiſperitus & ſtudioſus dicebat, Ex Nazareth poteſt quid boni eſſe? Ideo & dominus laudat eum ſicut non doloſum ſed magis ob legis ſtudium hoc dicentem. Hi aũt doloſe hoc dicunt, quia non ex Galilæa Chriſtus venit. Videntur enim ſcire quidem quòd ex Bethleem ſit Ieſus. Nã licet in Galileę duntaxat enutritus fuerit, præ inuidia tamen nolebant fateri natiuitatem ex Bethleem, ſed Galilæum nominabãt. Eſto autem quòd ignorarint eũ ex Bethleẽ eſſe, at ex ſemine Dauid eſſe quomodo dubitarũt? An non manifeſte ex Dauid Maria traxit genus? Ex hoc igitur manifeſtũ q; doloſe hæc dicebãt.

Diſſenſio

D Dissensio autem facta est in turba, non in principibus. Nam principes vnius sententiæ fuerũt, ne susciperetur ipse vt Christus. *Quidã aũt ex ipsis uolebant apprehendere eũ, sed nemo coniecit in eũ manus. Venerunt ergo ministri ad põtifices & pharisæos & dixerũt eis illi, Quare non adduxistis illũ? Responderunt ministri, Nũquam sic loquutus est homo sicut hic homo.* Qui non tantæ malitiæ erant, solis sermonibus gloriæ Christi erant aduersatij: at qui impudẽtiores, etiam manus in eum iniicere volebant: ligabantur tamen inuisibiliter, cohibente illos diuina virtute: & neque hoc miraculo cohibebantur. Profecto Dauid de
Psal. 34. his dixit. Disciſſi sunt, & non sunt compũcti. Ministri autem missi vt ipsum adducerent, videamus quid responderint pharisæis: quoniam valde sapienter. Nam pharisæi quidem & sapientiores videbantur esse, & scripturas legentes, & miracula
E videntes sæuiebant contra Iesum, & interrogabant quasi de latrone. Quare non adduxistis illum? At illi etiam absque signis à sola doctrina persuasi fuerunt. Ita ad bonum erãt idonei. Quod autẽ non à signis, sed à sermonibus capti fuerint, quod maius est, manifestum est inde. Non enim dixerunt, Nunquam tale miraculum fecit homo: sed, sic loquutus est. Ita compositi & alacres erant ad susciendum verbum salutare. Oportet autem non solum sapientiam illorum admirari, sed & libertatem. Neque enim curauerunt iram pharisæorum, neque quia vt serui missi fuerant, quæ placita erant prin
1. Re. 22 cipibus, dixerunt, sed testabantur veritati. Hos omnes principum ministros imitari oportebat, & non obedire in his quę deo sunt aduersa, sicut & Sauli non obtemperatum est quum
F adstantes iussissent contra legem sacerdotes interimi. *Respõderunt ergo eis pharisæi, Num & uos seducti estis? Nũ quis ex principibus credidit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, execrabiles sunt. Dicit Nicodemus ad eos, it qui nocte uenerat ad eum, qui unus erat de numero eorum, Num lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?* Quã ob causam ministris nõ iracunde, sed mãsuete loquũtur
Iohã. 3. pharisęi, placide sic dicentes, Num & vos seducti estis? Quia timebant ne illi prorsum auellerentur, & sequerentur Christum: ideo mitius & adulantius eos alloquuntur. Num & vos qui ex nostris sapientiores, & nobis legisperitis semper adhæretis, seducti estis? Tentant autem & illis persuadere stulto valde argumento. Dicunt enim, Num quis principum credidit in illum? Tametsi cuius hoc crimẽ? Christi an eorum qui non crediderunt? Omnes enim illi maledicti, qui non crediderunt. Maledictam autem turbam aiunt eò quòd credidit, ipsi innumeris maledictis digni, vtpote increduli, & aliis incredulitatis authores. Cuius autem gratia Euangelista assignauit de Nicodemo, eò q̃ nocte venerat ad Iesum, & q̃ ex ipsis erat? Vt ostendat eos mendaces. Quia enim dixerant q̃ nullus principum credidit in illũ, ostendit quòd in hoc mentiantur. Ecce enim Nicodemus quum princeps esset, & vnus ex eis, credidit in Christum. Quomodo Nicodemus loquitur cum eis? Num lex nostra, inquit, iudicat hominem, nisi prius audiat? Ostendit igitur hinc quòd neque legẽ cognoscebant, neque faciebãt quæ legis erant, tametsi de lege multum gloriarentur. Nam lex quidem nullum iubet incondẽnatum occidi, hi autem ad cædẽ eius qui non auditur, ruunt: vnde manifestè legis sunt præuaricatores. Dicendo igitur, & cognouerit quid faciat: ostendit quòd non perfunctorie, sed perfectè ac diligẽter audire oporteat, vt cognoscatur quid faciendum, & non incognitus ita condemnetur. *Responderunt & dixerunt ei, Nũ & tu Galilæus es?* Scrutare & vide quod à Galilæa propheta non surrexerit.

A

CAPVT VIII.

C

I *Terum igitur eis loquutus est Iesus dicens, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris sed habebit lumen uitæ.* Nicodemo prudentissime pharisæos redarguente, vtpote iniqua perpetrantes, illi perplexi facti, agrestius, immo ferocius responderunt, dicentes: Num & tu ex Galilæa es? Qualẽ enim consequẽtiam habet hoc ad ea quæ à Nicodemo dicta? Ille dixit quòd non oporteat absque examine & iudicio condemnare Iesum, sed legitime: & ministros miserunt ad comprehendendum illum, & omnia vt dicebat fecerunt. Et hic dicunt, Num & tu ex Galilæa es? Vides insipientiam? Vides quàm nulla verborum consequẽtia? Deinde ignominia eum afficientes quasi imperitum, dicunt, Scrutare, & vide quòd propheta ex Galilæa non surrexit. hoc est, vade, disce, quia vsque ad hoc tempus nõ didicisti, quòd propheta ex Galilæa non surrexit. Hæc autẽ dicunt imperitiam illi adscribẽtes. Quid autem dixit Nicodemus ò

Omissum est hic fræmẽtũ nõ parvulum de mulierre illa in adulterio deprehen sa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D phariſei? Nũ dixit quòd propheta eſſet Ieſus? Dixit quòd iniudicatum occidere non liceat. quomodo igitur vos ei qui talia dixit, ſic reſpondetis? At Chriſtus, quia crebrò Galilæam ei obiectabant, & quaſi de vno prophetarum dubitant, oſtendens eis quòd non ſit vnus ex illis prophetis, dicit, Ego ſum lux mundi. proprie lux, non prophetica, quæ particularem & paruum ſplendorem habet: ſed vera lux, quę non Galileæ vel Palæſtinæ terminis circunſcribitur, ſed mundi lux ſum, & omnium hominũ dominus, & de me propheta dixit, Ecce poEſa. 42. ſui te in lucem gentium. Vtaris autem & contra Neſtorium
Neſtori⁹. etiam preſenti dicto. non enim dixit, In me eſt lux mũdi, ſed, ego ſum lux mundi. Ipſe enim qui apparebat, homo erat, & ſi
E lius dei, ac lux mundi: nõ ſicut Neſtorius delirat, quòd in puro homine habitet filius dei, abſit. Vnus enim (ſicut dictum eſt) erat Mariæ & dei filius. Qui autem ſequitur, inquit, me, non ambulat in tenebris, hoc eſt, non manebit in errore, ſed liberabitur ab errore & tenebris. Interea & Nicodemum laudat, & miniſtros quòd tam libere dixiſſent, nẽpe quòd in luce eſſent. Taxãtur autem & phariſæi, quòd in errore & tenebris eſſent, & clàm dolos ſtruerent. *Dixerũt ergo ei phariſæi, Tu de teipſo teſtaris, teſtimonium tuum non eſt uerum. Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Et ſi ego teſtimonium perhibeam de meipſo, uerum eſt teſtimonium meum, quia ſcio unde ueni, & quo uado: uos autẽ neſcitis unde uenio, & quo uado.* Quia dixerat, ego ſum lux mundi, criminantur eum quaſi de ſeipſo teſtaretur. O inſipientiã.
F Ipſe ſurſum deorſumque ſcripturas trahit quæ teſtentur, & ipſi arguunt eũ quaſi de ſe teſtaretur. ideo ad malignitatẽ ipſorum etiam reſpondet illis, Eſto ipſe de me teſter, quanuis hoc non faciam, ſed tres habeam teſtes, patrem meũ, & opera, ac ſcripturas, ſicut & ſupra dictum eſt: attamen ponamus quòd ipſe de me teſter: igitur licet etiam ego mihiipſi teſtarer, teſtimonium meum eſſet verum, quia ſcio me eſſe filiũ dei, & non hominem purum, ſed ſuperne veniẽtem vt deum. Quomodo igitur mendax erit teſtimonium meum, quũ deus ſim, & propterea dignus cui credatur? Nam omnino deus ſibiipſi teſtis maxime idoneus eſt: ſed & volens ire ad deum verũ, quomodo mentirer ad non mendacem abiturus? *Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam. Porro & ſi iudicem ego, iudicium meum uerum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me pater.* Ego quidem, inquit, quum deus ſim, & è ſupernis veneris

rim: vos ſolum ſpectatis ad hoc quod apparet: & quia in car- A
ne ſum, carnem contemptam me eſſe ſuſpicamini, & non deũ, ac à deo veniſſe ſecundum carnem iudicatis, hoc eſt, periculoſe. Nam ſicut qui in carne viuit, improbe viuere dicitur: ita & qui ſecundum carnem iudicat, iniuſte iudicare dictus eſt.
Deinde quemadmodum dixiſſet quiſpiam, ſi nos Iudæi iudicamus iniuſte, quare non punis? quare non condemnas? dicit, Non ad hoc veni, vt iudicem: ego enim nullum nunc iudico. Et ſi iudicem, iudicium meum verum eſt. Etenim cõdemnati eſſetis, ſi quidem voluiſſem iudicare: ſed quia nunc non eſt tempus, in aduentum ſecundum differam condemnationem veſtram: quemadmodum & alio loco dicit, Quia non veni *vt Iohã. 12.* iudicem mundum, ſed ſaluem. Quod autem ipſe ſit omnium iudex, audi os quod mentiri neſcit, Pater iudicium omne de- B
dit filio. Atque ita quãdo audis quòd ego nullũ iudico: non *Iohan. 5.* de futuro aduentu, ſed de præſenti dictum intellige. Dicẽdo autem, Non ſum ſolus, ſed & pater meus mecum eſt, oſtendit ꝙ nõ ego ſolus cõdẽno vos: ſed & pater. Nõ enim aliter quidẽ ego iudico, aliter vero pater: ſed ſicut ego, ita & ille: & ſicut ille, ita & ego. *Qui & in lege ſcriptũ eſt, quod duorũ hoim teſti- Deu. 17.*
moniũ uerũ eſt. Ego ſum qui teſtimoniũ fero de meipſo, & teſtimoniũ &. 19.
fert de me ꝙ me miſit pater. Dicãt hoc loco Ariani & Eunomia- 1. Cor. 13.
ni dicẽtes non eſſe cõſubſtantialẽ patri filiũ: ſi nõ fuiſſet eiuſ- Heb. 10.
dem ſubſtantiæ, quomodo auſus fuiſſet dicere, eiuſdẽ authoritatis ſum cum patre, & ſimiliter dignus cui fides habeatur? Nam quemadmodum quum duo homines de eadem re teſtãtur, & verum eſt illorum teſtimonium, manifeſtum eſt quòd C
vtriuſque eadem eſt idoneitas in teſtando: ita & hoc loco nihil minus habere declarat ſuum teſtimonium patris teſtimonio. Audi enim quòd conſequenter magna authoritate dicitur, Ego ſum qui teſtimoniũ fero de meipſo, & teſtimonium fert de me pater. Vides æqualem authoritatem, & quomodo ſe æque ad teſtimonium facit idoneum atque patrem? Id quod non auſus fuiſſet dicere, ſi quidem dignitate patre fuiſſet inferior, & non æqualis illi ac conſubſtantialis. Nam ſi voluiſſet ſubiectionem & imminutionem quandam oſtendere, non ſeſe patri connumeraſſet, nec ſuum cum patris teſtimonio locaſſet, ſed ſeruus quum eſſet (vt blaſphemant hæretici) in vnum conſeruorum reſpexiſſet, & illum conteſtari feciſſet, vt Iohannem dico vel prophetas: & in ſumma, ſi quidem

D tale voluisset testimonium, testimonium inuenisset: nunc aũt volens se ostendere cõsubstantialẽ patri, se patri cõnumerat.

Iohan. 5. Ne mireris autem si alio loco & Iohannem & Mosen & prophetas adducit de se testantes. Hoc enim facit ad auditorum sententiam. Et quoniam illi Iohannem & Mosen suum præponebãt, eius gratia eos qui apud illos magni & nobiles existimabãtur, in testimonium trahit: & ita quia de deo & patre magnam habebant opinionẽ (quid enim aliud glorificabant vt deum?) adducit nunc & illum ipsum in omnibus testem. Et quia seipsum ad talem testem qui nec falli nec mẽtiri potest, adordinat, manifestissimum quód authoritatem & potestatem eandem cum patre habeat. Confundantur qui seruum illum, & per omnia minorem patre dicunt. *Dicebant ergo ei,*

E *Vbi est pater tuus? Respondit Iesus, Neque me nostis, neque patrem meum. Si me nouissetis, & patrem meum nouissetis. Hæc uerba loquutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius.* Quia vt tentantes interrogabant eum de patre, & non discendi gratia, propterea neque responso dignatur illos, sed dicit, Neq; me nostis, neque patrem meum, hoc est, non potestis scire patrem absque me: atque ita si putatis coleré deum, nõ creditis autem ipsum patrem esse meum, qui verus sum filius: nihil proderit vobis: neque nouistis vt oportet agnoscere: quia si cognosceretis, & honoraretis, etiam me: nunc autem quia me nescitis, nec honoratis, illum quoque nescitis, nec honoratis, etiamsi putetis. Quod autem me nescitis, non alia vobis causa est, sed vos

F vobisipsis. Audis qui filium impie patri subiicis? nisi consubstantialis esset patri, quomodo dixisset, Si me sciretis & patrem meum sciretis vtiq;? Si enim (vt vos dicitis) creatura est filius, quomodo qui nouit creaturam, nouit & deum? Non enim qui nouit substantiam angeli, nouit & substantiam dei. Quia igitur qui scit filium, & patrẽ scit: sequitur eiusdẽ substantiæ esse patrem cum filio. Etiam, inquit, & is qui creaturam nouit, nouit deũ. Minime. Multi enim, immo omnes creaturam quidem & vident, & sciunt, deum autem neque vidit quis, neque nouit. Hæc autem loquebatur Iesus in gazophylacio in medio templo, & ita libere loquebatur. Attamen qui occidere illum quærebãt, & in manibus illum habebant, non audebant apprehendere eum. Et neque sic intellexerũt, quod reuera diuinæ virtutis erat opus, stipatum hostibus in medio illorum

illorum illæsum manere ac intactum, maxime quum illi ante A
pascha eum quæsiuerint, & insidiati ei fuerint. Quem igitur quum non adesset, quærebant, contra quẽ ferociebant vel absentem, hunc in mediis retibus habentes, habere nequeunt, & virtutem eius neque sic agnouerunt: quia nondum venerat hora eius: hoc est, idoneum mortis tempus quo se traditurus erat, nondum vrgebat. Etenim neque tunc potuissent aliquid aduersus eum, nisi fuisset tempus opportunum, quod ipse sibi delegerat. Nõ enim impotẽtiæ erat crucifigi, sed permissiõis. Permisit enim quando voluit: quia illi iamptidem desiderabant occidere illum, sed tenebantur inuisibilibus vinculis virtutis suæ. Oportebat enim eũ diutius versari in vita secũdum carnem, vt hominibus maioris vtilitatis fieret author, monstrando signa, & sermones, & doctrinas. Quidam autẽ illud, B
Vbi est pater tuus? sic intelligunt dictum à Iudæis ad dominum, quasi ad iniuriam & probrum. Opprobrabant enim ei quasi ex fornicatione natus esset: & quasi nõ cognosceret patrem suum, hæc dicebant. Et aliter, Patrem eius vt vilem habebant Ioseph: & dicunt, Vbi est ille pater tuus? quasi diceret, obscurus est & ignobilis pater tuus, quid illum tãtopere iactas? *Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Quo ego uado, uos non potestis uenire. Dicebãt ergo Iudæi, Num interficiet semetipsum, quia dicit, Quo ego uado, uos non potestis uenire? Et dicebat eis, Vos ab infernis estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego de mundo hoc non sum. Dixi ergo uobis, quód moriemini in peccatis uestris. Si enim non crediderit is quód ego sum, moriemini in peccatis uestris.* Qua de causa crebro illis dicit, Ego vado, & quęretis me? Vt ita cõ C
cutiat & terreat animos eorum. Et vide quàm statim incidérint in curas, & perplexi animo dicebant, Nũquid interficiet seipsum? Quanuis cupiebant se ab illo liberari, & illum è medio tolli optabant, atque etiam occidere moliebãtur: attamen ita magnum quiddam de hac re imaginabantur, vt perplexo redderentur animo. Insuper sæpe dicebat, Ego vado, vt monstret quód præsciat suam mortem, & quód nõ illorum virtutis opus crux sit, sed eiusdẽ volũtatis suæ. Vado enim, inquit: non vos me ducitis, ego sponte vado. Dicendo aũt, Vos non potestis venire quò ego vado: ostẽdit q; resurrecturus sit ipse quidem in gloria, & consessurus ad dexterã patris: ipsi autem in suis peccatis morituri sint. Illi igitur quid ad hæc dicunt?

D Nunquid occidet seipsum? Dominus autem tollés hanc illorum suspicionem, ostendit quòd non careat condemnatione se occidere. Vos ab infernis estis, nihilque diuinum cogitare valentes, ita cogitatis. Ego autē quū non sim ex hoc mundo, hoc est, nihil mundanum & terrenum sapiā nūquàm in tantam perueniam insaniam, vt meipsum occidā. Hoc enim diaboli-
Apollinarius. cum est, & non diuinum. Hoc loco Apollinarius occasione sumpta Manichæos omnes sequēns dicit, Vides quòd non
1.Cor.15. erat ex mūdo hoc corpus domini, sed de supernis, ac de cęlo:
Iohā.15. sicut & diuus Paulus dicit quòd secundus homo dominus de cælo? Quid igitur est dicendū? Interrogare oportet illū quomodo ītelligat quod ad apostolos à domino dicitur, Vos nō
E estis ex hoc mundo: num & illi corpus habuerunt cæleste, & non huius creationis? vel quòd non sapiant quę huius mundi sunt, dixit dominus hoc? Manifestum quòd ideo, quia non sapiebant quę huius mundi. Ita & nunc intelligendū, Ego non sum de hoc mundo, hoc est, non sum vnus ex vobis, qui mundana sapitis: sicut & Paulus ad quosdā dicēs, Nō estis in car-
Roma.8. ne: nō incorpereos eos esse dicit, sed testatur quomodo virtutum studiosi sint, & à carnalibus affectionibus liberi. Quid igitur vltra dicit eis dominus? Si non credideritis, inquit, mihi, in peccatis vestris moriemini. Quum enim propter hoc venerit, vt tollat peccata mundi, haud aliter remissionem pecca-
Infidē baptizari impossibile. torum accipere possumus, quàm per baptismum. Impossibile autem est baptizari eum qui nō credidit. Omnino igitur necessarium postea in suo peccato mori infidelem. Non enim
F exuit veterem hominem, quia non baptizatus fuit. Idcirco &
Iohan.3. alio loco dicit dominus, Qui nō credit, iam iudicatus est: nō propter hoc tantum, quòd non credidit, sed & quia priora peccata habens moritur. *Dicebant ergo ei, Tu quis es? Et dixit eis Iesus, In primis, quod & loquor vobis. Multa habeo quæ de vobis loquar ac iudicem, sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mūdo. Et nō cognouerunt quòd de patre eis loquutus esset.* Post tantum tempus, post tantorū miraculorum ostentionem interrogant eū, Tu quis es? Ita fuerunt insipientes & irrisores. At dominus īquit, In primis, quod & loquor vobis: vos, inquit, indigni estis vt audiatis à me sermones, & discatis qui sim. Omnia enim tentantes dicitis, & nhil ex his quæ loquor, auditis. Ego autem possem vos etiā arguere, & non solum arguere, sed & punire. Hæc enim duo insinuat dicens,

Quia

Quia multa possem vobis loqui, & iudicare: per loqui, repre- A
henſionem: per iudicare, cōdemnationem intelligens. At qui
me misit, inquit, non ad hoc misit me, vt iudicem ac arguam.
Non enim misit deus filium suum vt iudicet mundum, sed vt
saluet mundum. Igitur quia pater meus ad saluandum me mi
sit, verax autem est, merito nullum iudico nunc, sed solum lo
quor quæ audiui de patre meo, ea quæ ad salutem scilicet spe
ctant, non ad reprehensionem. Hæc autem dicebat vt ne pu-
tent quòd vt impotens non puniat eos: ostendens quòd non
puniat eos tanq̄ impotens. sed non volens: quia nō ad punien
dum, sed saluandum venerit. Hæc autem illo dicente, tā insi-
pientes erant, vt nō cognoscerent, inquit, quòd patrem suum
eis diceret, quanuis tanta de patre eis dicta essent: atqui vere
obtenebratum erat insipiens cor eorum. Quidā autem sic in- B
telligunt. Qui misit me, verax est. Possem, inquit, & nunc iu-
dicare vos, sed reseruo in futurum seculum. Non creditis au-
tem, & retributionis tempus non suspicamini. Sed quāuis vos
non credatis, saltem vel pater meus est fidelis, qui statuit diē
quo retribuatur vobis, qui & misit me vt prędicem illa, & ma
nifestem mundo eius & iustitiam & virtutem. *Dixit ergo Ie
sus, Quum exaltaueritis filiū hominis, tunc cognoscetis quòd ego sim,
& à meipso faciā nihil, sed ita ut docuit me pater, hæc loquar. Et q̄ me
misit, mecū est. Non reliquit me solū pater, quia ego quæ placita sunt
ei, facio semper.* Postq̄ multa signa eis fecit, & non attraxit il
los, nūc de cruce eū eis loquitur. Vos enim, inquit, tunc puta
bitis vos extra omnē solicitudinē & metū fore, & à me libera
tos, quū me crucifixeritis: ego autē dico q̄ tunc scietis q̄ ego C
sum, hoc est, Christus filius dei, qui omnia porro & duco, &
nō sum contrarius patri, neq; à memetipso facio vel loquor.
non enim habeo voluntatem propriam separatam à uolun-
tate patris. Quomodo autem cogniturī sunt ipsum in cruce?
A signis quæ tunc fient, & à resurrectione, & captiuitate. o-
mnia enim hæc poterant declarare eius fortitudinem. Vtrū-
que igitur scietis, & fortitudinem meam quando crucifigetis
me, & concordiam meam cum patre. Neque enim pater vl-
tus esset me data ciuitate vestra Romanis, vel signis in cælo
factis, nisi filius eius essem, & eiusdem scientiæ, & nō contra-
rius. Tunc igitur scietis quod quæ doceo & dico, ab illo sint,
diuina omnino, & verba dei: ac non mea, sed eius qui misit
me. Deinde vt ne putēt q̄ missum esse, subiectionē significet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D dicit, Pater meus mecum est. Nam quanuis miserit me vt hominem, nō tamen separatus sum ab eo, sed mecum ille est, vt deus cum deo. Et iterum ad humiliora sermonem deducens, inquit, Et nō misit me solum, quia ego placita illi facio. Propter Iudæos autem tam humilia verba loquitur. Quia enim illi dicebant quòd non sit ex deo, quia sabbatum non seruat: dicit, quia quæ beneplacita sunt illi, facio: & ita quanuis sabbatum soluam, placitum hoc illi est. Ex his autem humilibus verbis ipse quidem nihil nocebat suæ gloriæ, auditoribus autem vtilitatem afferebat: immo & gloriam suam per hæc cōstituebat. nam audiētes eum quòd omnia in patrem referret, adiiciebantur & credebant in illum, & ita humilia magis exaltabant illum. Vides opera beatæ humiliationis. Et ꝙ hæc
E sic se habeant, audi sequentia. *Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant ipsi Iudæos, Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei estis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos.* Vt dicebā per humilia verba plures aduenisse auditores, ita & Euangelista significat. Hæc enim (inquit) illo loquente, multi crediderūt. Hæc humilia scilicet verba, & indigna gloriæ suæ: & ita sem
Auditorū gratia, humilia sæpicule de se Christꝰ loquitur. per quando audis eum parū quiddam & humile de se loqui, ne turberis. Propter auditores enim talia loquitur, nō valentes sublimius quiddam capere, sed statim ferocientes. Quid autē non euenisset si ad profunditatem theologici sacramenti pertingere nequiuissent, quum & Christianis virtutē eius agnoscentibus, & per ipsum saluatis, sublimitas gloriæ eius impertingibilis sit? Audiens autem quòd multi crediderint,
F sic intellige, quòd vulgariter crediderint, & nō vt oportebat, sed sicut placati & demulsi verborum humilitate: quia non fuerunt tot vere fideles: id quod manifestū est. Dicebat enim (inquit) ad eos qui crediderant Iudæos, Si vos manseritis in sermone meo. Significat enim eos superficialiter credidisse, & propterea non permansuros in fide. Hac quoque reprehēsione indicat se nosse illorum pectora, & quòd sit deus. Quia autem & recesserant qui prius putabantur discipuli eius esse, ideo ad eos qui nunc crediderunt, dicit ꝙ illi quidem recesserunt. Si autem vos manetis in sermone & fide, agnoscetis veritatem, hoc est, me. Ego enim sum veritas. quasi dicens, Nūc quidem non agnoscitis veritatem. Non enim veritas, sed vmbra & typus sunt omnia quę vos in lege tenere creditis. At si me agnoscitis, qui sum veritas, veritas liberos vos reddet, hoc A
est, ego, à peccatis scilicet. Qui enim credit in eum qui tollit peccatum mundi, omnino liberatus est à peccatis. Sicut igitur his qui non credunt, dixit, In peccatis vestris moriemini: ita his qui manent in fide, promittit libertatem à peccatis. Nam legales quidem aspersiones & sacrificia non liberant à peccatis. figura enim fuerunt. Spirituale autem & verum sacrificium per fidem & agnitionem liberat nos, qui vltrà seruti non sumus, sed filij Dei efficimur. *Responderunt ei, Semen Abrahæ sumus, neque cuiquam seruiuimus unquam. Quomodo tu dicis, Liberi reddemini? Respondit eis Iesus, Amen amen dico uobis, quòd omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo filius uos liberos reddiderit, uere liberi estis.* Iterum arrogantes B
ad ignobilem suam nobilitatem respicientes insolescunt, Semen Abrahæ sumus: quanuis de alio eos indignari oportebat. Dixerat enim eis, Veritatem scietis: quapropter oportebat dicere, Quid autem? veritatem igitur nescimus? mendaciúmne sunt omnia nostra? sed nihil horum eis curæ erat, sed suspicabantur opprobrari sibi seruitutem & ignobilitatem in mundanis negociis, Semen, dicentes, Abrahæ sumus. Nusquam memores sunt suorum operum, sed ad patres recurrunt. Ideo & Iohannes ad eos dixit, Ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. Quanuis manifeste mentiti sint dicentes, Nullis seruiuimus. Seruierunt enim, quoties in captiuitatem ducti sunt, & Aegyptiis, & Babyloniis, & aliis multis. Non autem arguit eos dominus mendaces, quia non stu- C
debat ostendere seruos hominum, sed peccati, quæ grauior seruitus est, à qua solus deus liberare potest. Remittere enim peccata, solius dei est. Ideo dicit, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, & vos igitur serui estis: quia peccatores. Insuper quia verisimile erat illos dicere, quanuis tali seruituti obnoxij sumus, sed sacrificia habemus, sed sacerdotes, qui purgabunt nos à peccatis: dicit quòd & illi serui sint. Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria dei. Et sacerdotes vestri quum & ipsi serui sint, non habent potestatem aliis dimittendi peccata: quod & ipse Paulus manifestius dicit, Opus habet sacerdos pro seipso offerre, sicut etiā pro populo, quia & ipse infirmitati obnoxius est. Seruus (inquit) nō manet in domo, hoc est, non habet potestatē expendendi, eo quòd

Cuius sit remittere peccata.

Rom. 3

Hebr. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

D quòd non sit paterfamilias, hoc est dominus domus. Filius autem dominus domus est, & manet in domo. Domum autè dicit potestatem, sicut alio loco principatum ita nominat, In
Iohan. 14 domo (dicens) patris mei mansiones multæ sunt. Igitur ve-
Sacerdo- stri quidem sacerdotes quum serui sint, potestatem non ha-
tes Iudæo bent remittendi peccata: at filius ego maneo in domo, hoc
rũ remittẽ est, potestate & principali authoritate: & quum sim domi-
dipeccata nus domus, libertatẽ vobis concedo. Omnia enim mea sunt,
potestatẽ & æqualis potentiæ & potestatis cum patre sum: & si ego li-
non habẽt beros vos reddidero, tunc vera libertate redimemini. Sic nũc quidem falsam libertatem celebratis: vere autem & re ipsa liberi à me eritis. *Scio quòd semen Abrahæ sitis, sed quæritis me*
E *interficere, quia sermo meus non habet locum in vobis. Ego quod vi-*
di apud patrem meum, loquor: & vos quod vidistis apud patrem ve-
strum, facitis. Vos quidem, inquit, vosipsos facitis semen Abrahæ: & ego vobis assentior q; carnalem nobilitatem quę est ex illo sancto, seruetis: veruntamen spiritualis cognatio à vobis abest. Ille iustus, & misericors, & hospitalis: vos autem (vt aliam vestrã vitam præteream, hoc ipsum autem quod manifestum est, & quod nunc operamini, examinem) homicidæ estis, & immisericordes. quæritis enim me occidere, & mortis reum me esse dicitis. Igitur quomodo illius filij vere estis, qui ita paternos characteres reliquistis? Si gitur de eius genere gloriamini, debetis & virtutem illius imitari. Deinde vt non possint dicere, iuste te quærimus ad occidendum, ponit causam. Non enim propter aliud insanitis contra me,
F quàm propter sermonem meum, qui sublimior est vestra cogitatione, & à vobis capi nequit: quanuis non propter hoc oportebat occidere, sed magis orare vt doceam dogmatum sublimitatem & colere, & obseruare. Insuper vt ne dicant, quia & merito te odio habemus propter sermonem tuum: non enim dicis à deo, sed à teipso, & propterea non possumus capere doctrinam tuam: dicit: Non à meipso loquor, sed quæ apud patrem meum vidi, hæc loquor: vos autem quod vidistis apud patrem vestrum, facitis. Nam ego quidem (inquit) diuina & cælestia loquor: & patrem meum per hæc exprimo: & vos patris vestri imaginem perfectam refertis, diabolum scilicet. Quando autem audis, Quod vidi loquor, non intellige corporalem visionem, sed naturalem cognitionem & veram. Nam sicut oculi bene videntes vi-

tes vhlent quod verum est, & non mentiuntur: ita & ego ve- A
re illa loquor, quæ cognoui apud patrem. *Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus, Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis loquutus sum, quam audiui à deo. hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos è stupro non sumus nati, unum patrem habemus deum.* Ipse quidem patrẽ eis adscribit diabolum, cui similes eos operibus videt. Contrà illi multum se de Abraham iactant. At dominus sanguinariq; eorum voluntatis meminit, & à genere iusti eos abducit, vt nimiam gloriationem eorum tollat: & persuadeat ne in hac vana carnalis nobilitatis spuma spem habeant, sed in voluntatis similitudine. Et profecto sicut medicus animarum, comprimit feruorem B
& huscus quod ex opinione generis Abrahæ natum, prohibebat accedere ad Christum, putantes sufficere ad salutem hanc nobilitatem. Vbi igitur estis filij Abrahæ, quum sitis homicidæ, & quæratis me occidere? Propterea ne quis dicat, iuste quærunt te occidere: inquit, hominem non aduersarium deo, neque suam quærentem gloriam, sed quæ audiui à patre meo, illa, nempe veritatem, dicentem. Qualis autem erat veritas ista? Vel quòd æqualis sit patri, & non seruus sicut vnus prophetarum, sed filius: nihil proprium vel faciens vel docens, sed omnia quæ patris. Nam propter hæc quærebant illum occidere. At illi rursum dicebant: Nos ex fornicatione non sumus nati. Vide stultam inflationem. Dominus & à cognatione Abrahæ eiicit eos, at illi sic arrogantes sunt, C
vt præ arrogantia seipsos etiam dei filios faciant. Nam quia *Exodi. 4.*
audiuerant, Filius primogenitus meus Israel: gloriabantur de diuina adoptione. Tametsi eos etiam audire oportebat quod deus alio loco dicit, Filios genui & exaltaui, illi autem *Esaiæ. 1.*
sprenerũt me. Quanuis autem dominus potuisset eos arguere quòd ex stupro multi eorum fuissent nati (nam contra legem admiscebantur Gentilibus Hebrææ mulieres, & Iudæi Gentilibus) non tamen facit. Non enim studebat reprehendere eorũ carnalem ignobilitatem, sed in hoc toto studio incumbebat, vt degeneres eos secundum spiritum ostenderet.
Dixit eis Iesus, Si deus pater uester esset, diligeretis utique me. ego enim ex deo processi, & ueni. neque enim à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meam nõ agnoscitis? Quia non potestis

audire

D *audire sermonem meum.* Postquam eiecit eos a familia Abrahæ, ipsi in arrogãtia proficiẽtes, faciunt deum patrem suũ. Vbi enim opprobrauit eis quod homicidæ essent, ipsi pro defensione afferunt quod deum vindicent, & propterea cõsultant contra eum, & talia dicunt. Ideo & dominus mõstrans quòd plane non deum vindicent, neque filii sint dei, meditãtes eædem contra se, sicut illi arbitrabantur, sed magis aduersarii essent deo, dicit, Si de⁹ pater vester esset, diligeretis me. Ego enim ex deo exiui, in mundum videlicet, iuxta aduentũ in carne. Non enim sum aduersarius deo, a quo veni, & ita illius vos estis inimici, me impugnantes. Quare sermonẽ meũ non cognoscitis, neque intelligitis, neque cogitatis quæ dicam? Omnino plane propter nihil aliud, quam quod non po

E testis audire sermonem meum, hoc est, non vultis. Non pos-

Non posse pro non uelle.

se enim, pro non velle ponitur. Quandiu enim in vobis odiũ fuerit, & mens sanguinaria, quomodo poteritis audire quæ dico. *Vos ex patre diabolo estis, & desideriis patris uestri uultis obsequi. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia nõ est ueritas in eo. Quum loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius: Ego autem quia ueritatem dico, non creditis mihi.* Dixerat, non potestis audire sermonem meum, hoc est, non vultis. Deinde subdit etiam causam propter quã non volebant, eo quod, inquit, ex patre illo vestro estis, quod dico diabolo. Nam vos quidem ascribitis vobis patrem deum per arrogantiam, & opera vestra testãtur diabolum patrem vestrum magis germanum. Nam eius desideria vultis face-

F re. Et non dixit opera, sed desideria: ostendẽs mire affectos

Homicidii & mẽdacii maxime pro pria mala diaboli.

homicidii mendaciique libidine, quæ maxime propria mala sunt diaboli. Ille enim homicida fuit ab initio, atque ita vos quoque quærentes me occidere, similes facti estis illi q Adã occidit, quia & ille in veritate non stetit, sed mendacii pater est. Igitur & vos mentientes & dicentes quod nõ sim ex deo, & non stantes in veritate, neque manentes in vero sermone, illius filii estis, qui mẽdacium peperit. Nam ille & deũ apud homines criminatus est, Heuæ dicens, Inuidens vobis prohibuit vos a ligno. Et iterum apud deũ homines accusauit falso, vt Iob, dicens, Non gratis Iob colit deum. Quum igitur loquitur mendacium, ex propriis loquitur: hoc est, homines quidem mẽdacio vsi, quasi re aliena vtuntur eo. diabolus autem quum mendacio vtitur, re propria vtitur. Nam ipsius est

Iob. 1.

proles,

proles, & ipse proprie est mendax, & pater ei⁹, hoc est, mẽ- A
dacii ipse est pater. Dixit enim ad Heuam, Quacunque die
comederitis, eritis sicut dii. At hi mortem magis vindemia- *Gen. 3.*
runt. Ego autem, inquit, quia veritatem dico, nõ creditis mihi. Nihil enim aliud potestis in me arguere, quàm solam veritatem: & hinc est illa vestra contra me rabies, quia filii patris mendacii estis. *Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico uobis, quare uos non creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit: propterea uos non auditis, quia ex deo non estis. Respõderunt igitur Iudæi, & dixerunt ei, Nõne bene dicimus nos quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus, Dæmonium nõ habeo, sed cohonesto patrem meum: & uos ignominia affecistis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet.* B

Quia dei filios seipsos nominabãt, inquit, Si dei estis filii, vtique peccantem debetis odio habere. Si igitur & me quem odio habetis, potestis arguere peccantem, manifestum quod iuste odio me prosequimini. quod si nemo me potest arguere, manifestũ quod propter veritatem exosum habetis. Quã autem veritatẽ? Omnino quia dixerat se dei filium, id quod verissimum est. Sicut autẽ is qui ex deo est, verba dei audit: ita etiam vos si dei filii essetis, non a me audiendo declinaretis, neque ad mortem quæreretis eum qui e supernis venit filium dei, & ea quæ dei erant loquentem. Igitur dominus qui dẽ ita mansuete cum eis locutus est: at illi ad cõuicia pergũt. Nonne bene (inquiunt) dicebamus quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Samaritanum ipsum dicebant, quod C
morem Iudaicum destrueret, nempe sabbatum. Samaritani enim non egregie iudaizabant. Dæmoniacum autem illũ vocant, fortassis quidem & hoc modo, quo eum eiicere dæmonia dicebant in principe dæmoniorum. Semper enim calum *Luc. 11.*
niabantur eum eiicere dæmones in Beelzebul quum faceret miracula. Fortassis autem secũdum quod reuelauit ipsorum cogitationes, dæmonium eum habere cogitabant, putantes a dæmonibus ei reuelata cordis arcana. Quando autem dixerunt eum Samaritanum? Nusquàm enim euangelista hoc dicit. Manifestum igitur quod multa prætermiserint euange- *Nõ omnia scripserũt euangelistæ*, & non omnia scripserint, sicut alio loco assignauimus. Igitur illi quidem talia per ignominiam proferunt: ipse autẽ patienter in se iniurias suscipit. Nam quum seipsos filios dei sæ, dicerent, vehementer eos arguit, veritatem vindicans: quãdo

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

D autem ipsum iniuria afficiunt, non vlciscitur: docens etiam nos, quæ contra deum sunt, vindicare: quæ autem cõtra nos, mansuete ferre, sicut & ipse mansuete dixit, Ego, inquit, dæmonium non habeo, sed honoro patrem meum. Quomodo autem honorabat patrem? Vlciscens illum, & non sinens eos qui homicidæ erant ac mẽdaces, saluatoris & veritatis filios nominari. Vos igitur, inquit, eo quod honoro patrem meũ, quẽ vos iniuria afficitis, dum falso affirmatis ipsum esse pãtrem vestrum, propterea me ignominia afficitis: sed quanuis ego meipsum non vindico, sed quũ iniuria afficior, sustineo: ne existimetis inultam fore iniuriam hãc. Est enim pater qui me vlciscitur, quia propterea iniuria afficior, quod ipsum vl-
E ciscor, & non patior vos, qui vos illius filios asseritis. Est igitur qui quærit gloriam meam, qui & potest iudicare, & condemnare eos qui me iniuria afficiunt. Sæpe enim quis quærit vlcisci, & nequit ipse iudicare. Igitur pater & quærit filii gloriam, & potest iudicare, propterea dixit, Est qui quærit, & iudicat. *Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternũ. Dixerunt ergo illi Iudæi, Nunc cognouimus quod dæmonium habeas. Abraham mortuus est, & prophetæ: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.* O misericordiam. Illi quidem iniuria

Quẽ vlciscendũ de inimicis.

afficiunt, ipse autem quæstionem de gloria sua, & defensionem patris omittens, ad admonitionem & doctrinam vertitur, benefaciens his qui iniuria prosequũtur. ita oportet etiã nos vlcisci inimicos. Si quis sermonem meum seruabit, hoc est, credendo simul & vitam habet puram. Tunc enim quis vere tenet doctrinam domini, quando & puram habet vitã.

Quãdo q; doctrinã domini teneat.

Talis igitur non videbit mortẽ, qua peccatores in futuro se-
F culo immortali supplicio traduntur, & vera vita excidunt. Insuper etiam significat eis quod si quis sermonem meũ seruauerit, non moritur, quanto minus ego? Quid igitur sæuitis contra me? a quo tam procul abest vt detineat a morte, vt & aliis magis veram conferam vitam. Nam qui credunt, quanuis moriantur naturaliter, attamen in deo viuunt. Sed Iudæi quid ad hæc dicunt? Dæmonio ipsum agi putant, quod aliena quædam quasi mente captus diceret. Nam qui sermones dei auribus perceperunt, mortui sunt, Abraham & prophetę, & qui tuos auscultant, non morientur? Profecto nunc, aiunt, cognouimus multis & copiosis argumentis quod dæmonijs actus

actus hęc dicas. *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui* A *mortuus est, & prophetæ mortui sunt? Quẽ te ipsum facis? Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quẽ vos dicitis deum uestrum esse, & tamẽ nõ cognouistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero quod non nouerim eum, ero similis uobis mendax: sed noui eum, & sermones eius seruo.*

Insipientes illi quum nõ intelligerent de qua morte dominus diceret quæ credentes in se læturа non esset, loquũtur ad eum stultissima quædam & insipientissima verba. Vide enim quomodo respondent: Num tu maior es patre nostro Abraham? Et vtiq; sic oportebat dicere, num tu maior es deo? Hi sermone dei audito mortui sunt: & qui tuum audiunt, nõ moriuntur? sed non sic: & quid dicunt? Volentes eum ostendere B & Abrahamo minorem. Ipse autem dominus nõ reuelat eis de qua morte dixerit: quod autẽ Abrahamo melior sit, persuadet eis paulo post. At quod dicunt, Quem teipsum facis? contumeliose dicunt. Tu qui nullius momenti es, qui fabri filius, qui ex Galilæa, quem teipsum facis? Neque opera, neq; veritas, neque scriptura, sed tu, quem teipsum facis? rapis eũ gloriam. At dominus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, sicut vos putatis: nunc autem est alius qui glorificat me, pater meus. Glorificat enim ipsum semper, atque id per prophetias de illo, & per testimonia de cœlis, & per innumera & immensa miracula. Hunc autem vos patrem, inquit, dicitis quod sit deus vester. Sed neque vt meum patrem ipsum agnoscitis, neque vt deum vestrum. Nam si vt patrem meum C illum agnosceretis, honore vtique filium eius prosequeremini: nunc autem dum filium non colitis, manifestum quod nõ cognoscitis illum vt patrem meum. Sed neque vt deũ cognoscitis illum, alioqui timeretis sermones eius vt dei: nunc autem vsqueadeo contẽnitis eum, vt quum ille præceperit, Ne Exo. 20 occidas: vos meditemini mortem meam, idque cum non pos- Deut. 5. sitis me arguere de peccato. Ex his igitur manifestum quòd eum modis omnibus ignoretis. Ego vero scio eum naturaliter, omnem eius notitiam habẽs. Qualis enim sum ego, talis & pater. Igitur quia scio meipsum, & ille scit. Si autẽ dixero ꝙ nescia eũ, ero similis vobis mẽdax. Nam vos quidẽ per arrogantiam dicẽdo ꝙ eũ sciatis, mentimini: atqui ego quum sciam eum, si dixero me nescire, negabo veritatem. Quã igitur coniecturam affers quod scias eum? Quia, inquit, sermonem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dnem eius seruo. sermonē vocando mandata. neque enim aduersarius sum illi, neque aduersarius deo arroganter loquor, neque mandata eius soluo. Vos autem quia sermonum eius tranigressores estis, captique malis concupiscentiis constringimini, & cædes sitis, & alia multa lege interdicta cōcupiscēdo facitis: manifeste declaratis vos ignorare illum. Nam si cognouissetis, seruaretis vtique sermonē eius, hoc est, mandata. Quidam autem sic intelligunt, seruo sermonē eius, hoc est, propterea scio eum, quia habeo in meipso sermonē essentiæ eius in nullo diminutum, hoc est, definitionem: & eadem natura sermonem quem pater habet, hunc ego sermonem in nullo minorem & ipse habeo. Nam eadem est natura & idē
E sermo substantiæ patri & filio, & ita scio patrem. Nam & sermonem eius substantiæ conseruo in nullo minorem. Est au-
Psal. 59. tem hæc figura cōsueta in scriptura, vt quum dicitur, Da no-
Et pro eni bis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis. Hoc loco enim coniunctio &, pro enim ponitur, vt quod dicitur, hūc habeat sensum: Da nobis auxilium, vana enim salus hominis. Sic etiam hoc loco, Scio illum, & sermonem eius seruo: cōiunctio &, pro enim ponitur. Inquit, Sermonem enim eius seruo. *Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meū: & uidit, atque gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Dixit ei Iesus, Amē amen dico uobis, antequam Abraham esset, ego sum. Tollebant ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit è templo, transiens per medium ipsorum, & præteriit sic.* Hoc loco do
F cet quod maior sit Abrahamo. quia enim illi dicebant ei, Nūtu es maior patre nostro Abraham? dicit hoc loco, Etiam maior sum. Etenim ille exultauit vt videret diem meū, hoc est, desideratum & optatum habuit illum, & gaudii authoré scilicet, eo quod in beneficium cederet, & nō parui alicuius cō-
modi neque vulgaris esset dies, sed magni. Diem autē dicit
Gen. 22. crucē. Nam præfigurabat illum Abrahā in oblatione Isaac,
Quē Abrahā, Isaac offerens, præfigurarit. & arietis sacrificio. Sicut enim illic Isaac ligna, ita dominus crucem portauit: & sicut relictus quidē est Isaac, immolatus autem aries, ita & deus quidem alienus est a passione, in humana autem natura & carne passus est. Hūc diem crucis quū præuidisset Abraham, gauisus est, eo quod futurus esset in salutem mundi. Insuper hoc loco ostendit eos alienos esse ab Abraham. Siquidem de quibus ille gaudebat, hi insaniebāt.

Significat

Significat autem quod non inuitus passionem aggrediatur: A siquidem laudat eum qui exultauit propter crucem. Nā inde (vt dictum est) salus orbis. Alii autem intelligunt per diem omne tempus aduentus Christi, quod quum Abraham præuidisset, gauisus est, quod ex ipso & semine eius surrecturus esset saluator. & fortassis non solus Abraham gauisus est, sed & omnes, sicut Dauid dicit, Hæc est dies quam fecit domi- Psal. 117.
nus, exultemus & lętemur in ea. Et ipse quidem hæc dixit: at illi non poterant pertingere ad sublimitatem dictorum, neque dignabantur interrogare vel discere quis esset dies ille quem vidisset Abraham: immo irridentes eum vt insana quędā loquentem. Quinquaginta enim, inquiunt, annos nondū habes, & Abraham vidisti? Hoc autem dicebant existimantes B dominum ferme quinquaginta annorū esse: tametsi tunc triginta & tres tantum annos haberet. Quare autem non dixerunt, quadraginta annos nondum habes, sed, quinquaginta? Curiosior sane hæc interrogatio. Nam simpliciter sic incidit eis, vt memores essent quinquaginta annorum. Veruntamen dicunt quidam, quinquagesimum eius annum ad hono- Annus iu
rem anni iubilei dictum, quo & seruos liberos dimittebant, bileus.
& possessiones emptæ reddebantur, & omnia alia perficiebā
tur quæ ad honorem dei constituta. At dominus dicit, An- Leui. 25.
tequam Abraham esset, ego sum. Vide, non dicit, antequam Nu. 36.
Abraham esset, ego eram: sed, sum. Istud enim verbum sum, Sē, uerbū
deo proprie conuenit, eo quod perpetuus sit & sempiternus, cui conue
id quod hoc verbū significat. Itaq; sicut pater eius in veteri niat, &
lege hoc verbo vtitur, Ego sum qui sum: ita de Abrahā dixit qd significi
esse, merito, tanquam de corruptibili. Nam qui factus est, & cet.
corrúpitur. Verbum autem sum, diuinam & ab omni corru- C
ptione alienam sempiternitatem significat. quapropter & Iu Exo. 3.
dæi existimantes hoc blasphemum verbum, tulerunt lapides contra eum. At ipse iterum delituit, se humilians, ne ante tempus moriatur. Quomodo autem se occultat? Non in angulum tēpli se coniecit, neque in domunculam quandam fugit, neque post parietem vel colūnam se incutauit, sed sua magna potestate inuisibilem se fecit insidiatoribus, quanuis per mediū illorū exiret. Et præteriit sic, hoc est, trāsiuit simpliciter sic & absque labore. Vide autem quomodo ipse quidem omnia quæ debebat, impleuit. Nam ipse quidē satis eos docuit & de se, & de patre, & monstrauit eis nobilitatē & li-

S bertatem

D bertatem veram, quæ a peccatis libera est, & quòd sola seruſtus peccati fœda: & in summa, nihil eorum quæ oportebat, reliquit: illi autem lapidãt eum. Ideo relinquit illos, quia nõ vltra correctionem recipiebant. Annota autẽ quod lapidantes illum, hi erant de quibus dixit Euangelista quod crediderint in eum. Nam sic fides illorum non erat fides, sed temporaria quædam & frigida affectio in his quæ a Christo dicebantur.

CAPVT IX.

T præteriens Iesus vidit hominem cæcum a natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius dicentes,
E E *Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, ut cæcus nasceretur?* Exiuit quidẽ de templo dominus, vt furor Iudæorum mitigaretur: ad sanandum autem cæcum cõuertitur, etiam per hoc signum duritiam & impersuasibilitatem eorum frangere conans, tametsi nihil illis prodesset. Insuper & ostendit eis quod nõ sine causa neq; arrogãter dixerit, Priusquam Abraham esset, ego sum. Ecce esñ miraculum facit, quale nullus vnquam prius. Nam & si quis aperuerit oculos cæci, nõ tamen cæci nati. Manifestum igitur quod deus sit, & ante Abraham, qui fecit hoc quod a seculo non factum est. Dedita autem opera ad cæcum venit, non ille ad ipsum. Proinde & discipuli quum vidissent eũ tã intente spectantem cæcum, interrogant, quis peccauit, hic,
F vel parentes eius, vt cæcus nasceretur? Nam apparet quidem interrogatio frigidior. Quomodo enim peccasset priusquam nasceretur? Neque enim apostoli gentiles nugas receperunt, quod anima ante corpus in alio mũdo versans peccet, ac deinde pœnam quandam recipiat in corpus descendens. Piscatores enim quum essent, neque audiuerant tale quiddã, quia hæc philosophorum dogmata erant. Videtur igitur insipiẽs quæstio, sed ei qui non attẽdit. Disce enim quod apostoli di-
Iohã. 5. cente Christo ad paralyticum, Ecce sanus factus es, nõ vltra pecces, vt ne deterius quiddam tibi fiat: vbi cęcum viderunt, dubitabant. & quasi talia dicũt, Esto ille propter peccata paralyticus fuerit: de hoc vero quid dixeris? nũquid ipse peccauit? Sed hoc dicere non potes, nã a natiuitate cęcus est. Num parẽtes ei°? Neq; enim filius pro patre punitur. Igitur nõ tã interrogãt,

interrogant, q̃ dubitando hæc dicunt. At dominus soluẽs du A
bium illorum, dicit, Neque hic peccauit (nam quomodo peccasset priusquam nasceretur?) neque parẽtes eius. Non dicit autem hoc quòd liberauerit eos a peccatis. Non enim simpliciter dixit quòd non peccauerint parẽtes, sed addidit, vt cæcus nasceretur. nam peccauerant quidem parẽtes eius, sed nõ inde huic cæcitas. Neque enim iustum est propter parentum peccata affligi filios qui non insuste agunt, & hoc deus docet per Ezechielem, dicens, Patres comederũt vuam acerbã Ezec. 18.
& dentes filiorum obstupescunt. Legẽ item ponit & per Mosen, Non morietur pater pro filio. Sed dixerit quis, Quomodo scriptum q̃ reddat peccata patrum in filios in tertiam & Exo. 20.
quartam generationem? Dicẽdum igitur quòd primũ quidẽ non sit generalis hæc sententia, neq; contra omnes dicta, sed B
solum contra eos qui egressi sunt de Aegypto. Insuper attende mentẽ sentẽtiæ. Nõ enim hoc dixit, q̃ pro peccatis patrũ puniantur filii, sed quòd peccata patrum, hoc est pœnæ pro peccatis, irrogandæ sint etiam filiis ipsorum, vtpote his qui similia deliquerint. Nã vt ne putẽt hi qui ex Aegypto egressi sunt, quòd quãuis grauius peccauerint q̃ parẽtes, non iisdẽ tã fuerint supplicijs puniantur, inquit, Nõ sic erit, sed peccata patrum, filii pctõ hoc est pœnæ, etiam ad vos pertinent, quia non facti estis rã sectatores meliores, sed eadem ac deteriora peccastis. Quod autẽ sæpe videres pueros mori, idq; ppter parentũ pœnam, scias q̃ deus rã ferunt propter misericordiam præripiat illorũ vitã, vt ne quum superuixerint, deteriores parentibus fiant, & in malum suarum animarũ & multorum viuant. Verũtamen hæc, abyssus diuiiudiciorum apud se continet. Nos ad sequentia per- C
gamus. *Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. Oportet me operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quãdiu fuero in mundo, lux sum mundi.* Ecce iterum alia dubitatio. Quæret enim quispiam quomodo hoc dictum sit. Iniustitia enim affectus est homo priuatus lumine, vt manifestentur opera dei? Num potuerunt illa aliter manifestari? Quali iniustitia affectus est? luce, inquit, priuatus est. Et quale damnum ex eo quod sensibili luce priuatus, oculis animæ illuminatus est? & ita cæcitas in bonum ei cessit per sanationẽ cognoscentiũ verum iustitiæ solem. non igitur iniustitia affectus est, sed beneficiũ accepit cæcus natus. Insup & hoc scias

Universidad de Deusto Biblioteca

ἵνα & ὅπως, hoc est apud nos ut, qd in scriptura posite designent

Dquisquis diuina scrutaris, ꝙ verbū ἵνα & ὅπως, hoc est apud nos, vt, sæpe in scriptura ponuntur nō vt causam, sed vt euentum designent: sicut & apud Dauid, Vt iustificeris in sermonibus tuis. Nō enim peccauit Dauid vt iustificetur deus: sed quia ex opere peccantis Dauid cōtigit iustificari deum. Nā quum deus quidē tanta illi dedisset, quanta accipere dignus non erat, ipse autem mandatum dei transgressus esset, & cædem cum adulterio commisisset, & regno in cōtemptum dei abusus esset, quid aliud ex facinore accidebat, quam omnino vt deus iudicabatur & disceptabat cū Dauid, iustificaretur, & victor appareret condemnato rege? Quia à quo regnū acceperat, illi leges reiecit propter istud ipsum, quòd rex erat.

2. Reg. 11.

Nam si priuatus fuisset, non duo illa mala facile simul committere potuisset. Vides quomodo hic, vt iustificeris, nō causam, sed euentum dicat: & innumera alia etiam apud apostolum.

Roma. 1.

Manifesta enim dei notitia est in gētibus ad hoc, vt sint inexcusabiles: quanuis non ideo deus gentibus dederit scientiam, vt inexcusabiles peccent. Nam ipse quidem dedit vt non peccent: deinde quia peccauerunt, ex facinore cognitio cessit eis in hoc, vt sint inexcusabiles. Et iterum, Lex subintrauit vt abundaret condemnatio: quanuis propter hoc data sit, vt magis comprimeretur peccatum. Quia autem non voluerunt illud reprimere hi qui legem susceperant, facta est eis lex in abundantiam peccati. amplius enim & magis imputatum est eis, quòd & legem habentes peccauerint. Sic igitur & hoc loco, Vt appareant opera dei in illo: nō causa, sed

Rom. 5.

F euētus designatur. Ex hoc enim quòd sanatus est cæcus, intelligit glorificari deum. Nam sicut sæpe architectus domū partim quidem elaborat, partim imperfectam relinquit: vt si quis forte ei non credat quòd ipse sit ille qui partem extruxerit, possit per hoc quod conditum est, & imperfectum, ostēdi quod ipse extructi opifex sit: ita & deus noster Iesus excæcata membra sanans, & in suam naturam constituens, ostendit quod ipse sit qui & alia mēbra condidit. Dicens autē, vt manifestetur gloria dei, de seipso dicit, non de patre. Nam illius gloria manifesta erat, suam autem oportebat manifestare, quòd ipse erat ille qui ab initio fecerat hominem. & plane non parua erat gloria vt manifestaretur quod ipse qui nunc apparuit homo, sicut deus condiderit hominem. Quod autem de seipso hoc dicat, audi sequētia. subdit enī, Oportet

Compara tio.

me

me operari opera eius qui misit me. Oportet me, inquit, manifestare meipsum, & facere opera quæ possunt me ostendere facere eadem quæ pater. Vide autem quomodo non dixerit quod talia opera quæ faciat pater, oportet & me operari, sed illa ipsa quæ facit pater. Nā oportet me, inquit, operari opera illa. Opera illa ipsa, quæ is qui misit me, facit. Hæc autem oportet me operari quandiu dies est, hoc est, quādiu præsens vita agitur, vt homines possint in me credere: quia ventura est nox, in qua nullus poterit operari, hoc est credere. Opus enim fidem nominat. Itaque in futuro seculo nullus potest credere. Nā dies quidē præsens vita est, eo quod possumus nunc sicut in die operari: quanuis & Paulus hanc noctem nominet, eo quod in ea ignōretur quis virtutem vel peccatum operetur, & quod ad comparationem futuræ lucis minus circumfulgeat iustos. Nox autem est futurum seculū, eo quod nullus illic poterit operari: quanuis, & Paulus hoc diem vocet, eo quod tunc vt in luce refulgebunt iusti, & apparebunt vniuscuiusque facta. Itaque in futuro seculo fides non erit, sed & voluntarii & inuoluntarii obedient. Quādiu igitur in mundo ero, lux sum mundi, propterque doctrinam & miraculorum ostentationem illustro animas, atque ita oportet me multorū animas illuminare, per hoc ꝙ sano cæcū & pupillas oculorū ei⁹ illustro. Nā quia lux sum, oportet me & sensibiliter & spūaliter illuminare. *Hoc quū dixisset, exputt in terram, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutū super oculos cæci, & dixit ei, Vade, laua in piscina Siloæ. quod si interpreteris, sonat missus. Abiit ergo, & lauit, & uenit uidens.* Dicens, inquit, hæc Iesus, non his verbis contentus est, sed & opus addidit. Exputt enim in terram, & lutum fecit, inunxitque oculos cæci: ostendens per lutum quod ipse sit qui & Adā de luto formauerit. Dicendo enim, Ego sum qui Adam formaui, arrogantius visum fuisset audiētibus: quod per opus monstratum nō ita offendit: propterea & de luto oculos illi format more opificii quo & Adam formatus est. Non formauit autem tātum oculos, neque aperuit tantum, sed & videre concessit: vnde signum est quod & Adæ animam inspirauerit. Nam quum illa non operatur: etiamsi oculus sit, nō videt. Porro sputo ungit oculos, quia missurus erat eum ad Siloam, vt ne aquæ fontis asscribatur miraculū, sed discamus quod virtus egressa ex ore eius, ipsa formauerit & aperuerit oculos eius: pro-

Fides ī futuro seculo nō erit.

Gene. 2.

Dpterea expuit in terram, & ex ore fecit lutum. Deinde vt ne putes quòd terræ fuerit miraculum, iubet vt omne deponatur lutum. Quidam autem dicunt quod & lutum non sit depositum, sed formatum in oculum. Cæterum iubet eum ad Siloam ire, partim vt discamus cæci fidem, & quam obediẽs fuerit. Non cogitauit, quum lutum & sputum adhibitum oculis, quid opus mihi Siloa? quid vt lauer? sed obtemperauit præcipienti. Insuper vt & confundat Iudæorum ingratitudinem. Verisimile enim erat multos illũ luto super oculos vnctum vidisse, & eum diligenter obseruasse, & ita non potuisse postea dicere, Hic est, hic nõ est. Et tertio ostendens se nõ esse iniquum legi veteri, mittit ad Siloam. Propterea & euangelista interpretationem Siloæ ponit, vt discas quod & illic Christus eum sanarit, & quòd Siloa figura sit Christi. Sicut enim spiritualis petra est Christus, ita & spiritualis est Siloa. Et sicut torrens ille Siloæ repentinus, & vehemẽtior apparebat terribili quodam fluxu, ita & aduentus domini occultus, & angelis incognitus, omne peccatum virtute diluit.

Cur ad Siloã cæcus missus.

Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quod mendicus esset, dicebant, Nonne hic est qui sedebat, & qui mendicabat? Alii dicebant, Hic est. Alii rursus, Similis est ei. Ille dicebat, Ego sum. Dicebant ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille, & dixit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad piscinam Siloæ: & laua. Vt autem abii & laui, visum recepi. Perculsi admirabili miraculo vicini, increduli erant: & quanuis abitio ad Siloam oculis eius luto inunctis ad hoc erat, vt multi eum viderent, & non postea negarẽt, quasi nescientes vnde, attamen adhuc increduli sunt. Non temere autem hoc adnotauit Euangelista, quòd mẽdicus fuerit, sed vt ostendat ineffabilem domini misericordiam, quæ se ad infimos usque demittat, ita vt & mendicum summa diligentia curaret, & vt inde etiam ipsi discceremus ne contemnamus minimos. Cæcus autem neque priorem erubescens cæcitatem, neque populum timens, confitetur, Ego sum, prædicãs benefactorem: & dicit, Homo quidam qui dicitur Iesus. Hominem dominum vocat, eo quòd de illo nihil vnquam magni cognouerat. fatetur autem quantum tunc cognouit. Vnde autem cognouit illum quòd Iesus esset? ex colloquio ad discipulos. Nam quia discipuli quidam eum interrogauerant de illo, & ipse multa loqueretur eis, Nempe, Oportet

Oportet me operari opera eius qui misit me, &, Lux sum mũdi: talia autem nullus alius docebat, nisi solus Iesus, & illis verbis crebro vsus est: inde agnouit eum cęcus quòd Iesus esset. Nam facientem lutum, & inungentem oculos, ex contactu agnouit, spuentem non item. Non enim sciebat, eo quòd nondum admouisset, neque apposuisset. Ita erat vere homo. *Dixerunt ergo ei, Vbi est ille? Ait, Nescio. Et ducit ad pharisæos eum qui dudum cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quum lutum fecerat Iesus, & aperiret oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum & pharisæi quomodo visum recepisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi imposuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex pharisæis quidam, Non est hic homo a deo, quia sabbatum non obseruat. Alii autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa edere? Et dissensio erat inter eos.* Quoniam dominus sanans & miraculum faciens, cõsueuerat, eo quòd alienus esset ab ostẽtatione, secedere: interrogatus cæcus dicit, Nescio: verum omnino loquens & in hoc. Ducunt autem illum ad pharisæos, vt diligẽtius & exactius interrogaretur. Porro Euangelista assignauit sabbatum esse, vt ostendatur malitia illorum, quòd contra Christũ apprehẽderint occasionem & arguerint illum propter violationem sabbati, & ita tẽtarint adubrare miraculum. propterea neque interrogant illum quomodo viderit, sed quomodo oculos eius aperuerit, per omnia calumniãtes dominũ, quòd in sabbato operatus fuerit, cogentes illum cæcum commemorare quòd lutum fecerit, in sabbato scilicet. Ipse autem, sicut ad eos qui audierant iam loquẽs, neque nominis Iesu memor est, neque quid ad ipsum dominus dixerit, sed solum, lutũ imposuit super oculos meos, & laui, & video. Verisimile enim fuit quòd audierit pharisæos ab iis qui adducebant ipsum ad illos, quòd forte accusauerint Iesum, & dixerint, Ecce qualia facit in sabbato Iesus. Operepræciũ autem est videre cæci in dicendo libertatẽ, vt & pharisæos impauide alloquitur. Nam illi quidem cogebant eum, vt metu perculsus negaret sanationem. At ille clarius exclamat, Video. Dicebãt igitur quidam ex pharisæis, non omnes, sed impudentiores, Hic homo non est ex deo. Alij autem dicebant, Quomodo potest homo peccator talia facere? Vides multos à signis mulceri? Ecce & hi pharisæi & principes erant, attamen à figuo placantur, & dissensionem suscipiunt. Et dissensio erat in eis. Hæc dissensio prius orta fuit in turba. nam alij quidẽ dicebãt, alij autẽ non.

D Nunc autē & in principibus oritur, & multi ex pharisæis di-
,uisi ab eis sunt,& patrocinantur miraculo. Verūtamen quā-
uis diuisi fuerint,negligentius tamen instant pro Christo,&
dubitādo,& duplici animo magis quàm firmiter. Audi enim
quid dicāt, Quomodo potest homo peccator talia facere? Vi-
des quàm leuiter vrgeāt? Vide autem & malitiam eorum qui
criminantur. Non enim dicūt, Hic nō est ex deo, quia in sab-
bato sanat: sed, quia sabbatum nō seruat: sursum deorsumque
non beneficium, sed dici violationem pronunciantes. Anno-
ta autem & hoc, quomodo principes segniores quàm turba
sint in bono. Nam turba quidem prius diuisa erat sententiis,
& non omnes dura loquebantur propter Christū: Principes
autem posterius in hanc laudabilem dissensionem venerunt.
Mat. 10. E st autem & bonum dissentire, sicut & dominus dicit, Gla-
E dium veni mittere super terram, quo sententiæ in omni bono
& pietate diuiduntur. *Dicunt cæco iterum, Tu quid dicis de illo
qui aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit, Propheta est. Non cre-
diderunt ergo Iudæi de illo quod cæcus fuisset, & uisum recepisset, do
nec uocauerunt parētes eius qui uisum receperat, & interrogauerūt
eos, dicētes, Hic est filius uester, quem uos dicitis cæcum natum esse? &
quomodo ergo nūc uidet?* Qui fuerūt interrogantes cæcum,
Tu quid dicis de illo? Erant planè ex benevolorum sorte.
Nam postquàm dixerunt, quomodo potest peccator talia si-
gna facere? vt ne videantur ipsi frustra patrocinari, eum qui
beneficium acceperat, in testem adducunt: vt per eum qui vir
tutem senserat, confutarent calūniatores. Vide enim quomo-
do benevole interrogant. Non enim dixerunt, Tu quid dicis
F de illo, quia lutum fecit, quia sabbatum non seruauit? sed mi-
raculi recordantur, quia aperuit oculos tuos: quasi exacuen-
tes curatum vt pro Christo quæ digna erant, diceret. In me-
moriam enim ei reducunt: Quia aperuit oculos tuos, benefi-
cio te prosequutus est, dicunt: & ita debes illum prædicare.
Ideo & cæcus confitetur tūc id quod potuit, quòd non sit pec
eator, sed ex deo. Propheta enim est, dicit. quanuis alij dice-
Sabbatum rent quòd non esset ex deo, eò quòd sabbatum non seruaret:
tota manu tametsi Christus vno digito, quia lutum inunxerat, sabbatum
soluentes soluere videbatur: ipsi autem tota manu soluentes, in sabbato
Iudæi, re mactantes animalia in vsum, videbātur pij esse. Vocāt igitur
prehēdāt. duri & impersuasibiles parentes eius, volētes illos perplexos
Christum. reddere, & ita negare cęcitatem filij. Nam quia illius gratum
os obstruere

os obstruere non poterant, parentes eius ambiguos reddunt: A
quos statuūt in medio, & cum multo furore interrogant, im-
mo cum multa malitia. Non enim dixerunt, Hic est filius ve-
ster, qui dudum cæcus, sed, quem vos dicitis: quasi dicentes,
quem vos cæcum fecistis, vbique sermonem illum seminātes,
fingentes & mētientes. Verum o scelesti pharisæi, quis pater
talia contra filium suum mentiretur? Duobus autem illos an-
gustis locis vrgent, & cogūt negare filium, dicēdo, quem vos
dicebatis, &, quomodo igitur nunc videt? Vides enim quòd
signum hoc, quòd postea ille viderit, ita narrant, quasi prius
eum cæcum fuisse mentiti illi essent. Nam mendacium est vel
illud quod ipse nunc dicit, vel illud quod cæcus fit. sed illud
veritas, videt enim. mendacium igitur quòd vos prædicastis
cæcum illum fuisse prius. *Respondērunt autē eis parentes eius,* B
*& dixērūt, Scimus quod hic est filius noster, & cæcus natus est: quo-
modo autem nunc uideat, nescimus: aut quis eius oculos aperuerit, nos
nescimus: ipse ætatē habet, ipsū interrogate, ipse de se loquetur. Hæc
dixerūt parētes eius, quod timerēt Iudæos. Iā enim conspirauerāt Iu-
dæi, ut si quis eū cōfiteretur esse Christū, e synagoga eiiceretur. Pro-
pterea parētes eius dixerūt, Aetatē habet, ipsum interrogate.* Tres
interrogationes obtulerant pharisæi parētibus cæci, nū filius
eorum esset, num cæcus natus esset, & quomodo visum rece-
pisset. Et illi quidem duo fatētur, quòd filius eorum, & quòd
cæcus fuerit, modum autem sanationis ignorēt: & hoc omni-
no vt confessio veritatis firmior fieret, & ita ipse qui benefi-
cium sensit, & fide dignior erat, testaretur illa, sicut & paren-
tes eius dicunt, ipse ætatē habet. Nunquid stultus est, vel stu- C
pidus, vt non intellexerit quomodo sanatus sit? Hæc autem
dixerunt parentes eius, timentes pharisæos, inquit. ita adhuc
erant inexercitati, & ignobiliores filio. Nā ille veritatis man
sit imperculsus testis, ita & illustrati erāt mētales oculi. *Vo-
cauerunt ergo sursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da
gloriam deo. Nos scimus quod hic homo peccator est. Respondit ergo
ille, & dixit, An peccator sit, nescio: unum scio, quod cæcus cum essem,
nunc uideam. Dixerunt ergo illi iterum, Quid fecit tibi? quomodo ape
ruit tibi oculos? Respondit eis, Dixi uobis iam, nec audistis, cur iterū
uultis audire? Num etiam uos uultis discipuli eius fieri? Cōuitiati sunt
ergo ei, & dixerūt, Tu discipulus illius esto, nos autem Mosi discipuli
sumus. Nos scimus quod Mosi loquutus est deus, hunc autem nescimus
unde sit.* Postquàm parētes incitarant vt filius suus interro-
garetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

D garetur, hoc faciunt importuni, & adducũt illũ non vt interrogent, sed vt calumniandi medicũ materia suppeditetur. Da enim gloriã deo, hoc significat, confitere quòd Iesus nihil operatus sit in te. Gloriã enim esse dei putant, de Iesu nihil bonum attestari. Nos enim scimus, inquiunt, quòd sit peccator. Quomodo igitur non arguistis eum quando vocauit vos di-
Iohan. 8. cens, Quis ex vobis arguet me de peccato? At cęcus inquit, Si quidem peccator est, nescio, hoc est, non nunc examino hoc, neque affirmo: illud quidem manifeste scio, quòd miraculum in me perfecit: res ipsa nũc per seipsam cõsideretur, & sentẽtiam de se ferat. Deinde quia sæpe interrogantes illum, quid
E fecit tibi, propter vnctionẽ luti quæ facta erat in sabbato, insidiabantur saluatori: sensit homo non ad discendum, sed ad interrogationem captandam compositos, & austerius eis respondit, Neque enim sermone vltra vos dignor. Nã quoties vobis dixi, & non attendistis? Deinde quod maxime illos eruciabat, subdit, Num & vos vultis discipuli eius fieri? Declarat autem quòd ipse quidẽ discipulus eius esse velit. Cæterũ incessens eos placide hæc dicit, quod sane fuit animæ liberæ & intrepidæ, & non curãtis insaniam illorũ. Ad cuius cõuitium illi, Tu discipulus illius sis, nos aũt Mosi discipuli sumus. Vi-
Iohan. 5. dentur autem & in hoc mendaces. nã si fuissent discipuli Mosis, & Christi fuissent discipuli, sicut & ipse dicebat eis, Si crederetis Mosi, crederetis vtique mihi. Non dixerũt autem, nos audiuimus: sed, nos scimus q; Mosi loquut⁹ sit deus. quãuis à parentibus suis audissent, exactam se habere scientiã dicebãt
F de iis quę per auditum receperant. Eum autem quẽ oculis viderant miracula faciẽtem, & quẽ audierant superna loquentem, impostorem vocabant. Vides insipiẽtiam à malitia profectã. *Respõdit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile quoddam est, quod uos nescitis unde sit, & tamẽ aperuit oculos meos. Scimus autem quod peccatorem deus non audit, sed si quis dei cultor est, & uoluntati eius obtemperat, hũc audit. A seculo non est auditũ quod quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic a deo, non potuisset facere quicquam.* Vos, inquit, ò Iudæi reiecistis eum qui me sanauit, quasi nescientes eum vnde sit: ego aũt dico quòd propter hoc magis est mirabilis, quia homo nõ est ex nobilibus apud nos, neq; ex honore præditis, qui talia potest. Et ita vndique manifestum est quòd sit maioris cuiusdam potentiæ, neq; humano indigeat auxilio. Insuper quia prius dixerant quidã ex eis, quo-

eis, quomodo potest homo peccator signa facere talia? iam & illorum assumit iudicium, in memoriã eis ipsorũ verba reducens. Scimus enim (dicunt omnes) quòd deus peccatores non audit, sed si quis dei cultor fuerit, & voluntatem eius fecerit, hunc audit. Considera hoc loco quomodo non solum dominum alienum faciat à peccatis, sed & ostendat eum valde placere deo, & facientem omnia quæ ad illũ pertineãt, dicendo: sed si quis dei cultor fuerit, & voluntatẽ eius fecerit. Insuper quia cognoscebat eos adumbrare velle miraculum, beneficẽtiam prædicat. Nisi enim hic à deo fuisset, nõ fecisset tale miraculum, quale nullus à seculo. Nam aperti fuerunt fortassis cæcorum oculi, sed illi nọn fuerunt à natiuitate cæci, sed alio quodam euentu: hoc autem rarum, quod nũc factum est. Manifestum igitur quòd maior quàm homines sunt, talis est, qui miraculum fecit. Sed quærunt quidam frigidam & sophisticam quæstionem, quomodo dixerit quòd peccatores deus nõ audiat, quũ audiat eos peccantes vt remittãtur peccata? Nam misericors est. Quid igitur est (dicunt) quod hoc loco dicit, peccatores non audit? Oportebat autem ad talia ne respõdere quidem, respondẽdum tamen. Quod deus peccatores non audit, hoc significat, quòd deus non cõcedit peccatoribus fignorum operationem. Non enim habitat spiritus in corpore subdito peccatis. Audit igitur petentes remissionem peccatorum vere & ex corde, non vt peccatores, sed vt pœnitentes. Nam simul atque petiuerint remissionem, transferuntur ab ordine peccatorum in ordinem pœnitentium. Verisimiliter igitur dictũ est quòd deus peccatores non audiat. Neq; enim peccatoribus dat gratiam signorum. Quomodo enim audiret quos odio habet, etiãsi petiuerit aliquãdo de re quapiã, attribuẽtes eis ea quę sibi nõ cõuenisunt? Et quãuis audiat petẽtes remissionẽ, non tamẽ vt peccatores, sed vt pœnitentes audit. Considera autẽ quomodo dixerit, q; si quis dei cultor fuerit, mox apposuerit, & volũtatem eius fecerit. multi enim cultores quidem sunt, voluntatem autem dei non faciunt. Oportet autem vtraque adesse, dei cultum, & voluntatis diuinæ adimpletionẽ, hoc est, fidẽ & opera: vel (vt Paulus nominat) fidẽ, & bonam conscientiam: vel breuius dicendo, theoriã & praxin. Tũc enim reuera viuit fides, quãdo opera habet deo placẽtia, è quib⁹ bona cõscientia nascitur, sicut à malis operibus mala conscientia. & rursus opera tunc viuunt, quando fidem habuerint,

A *Quos deus exaudiat, quos non.*

B *Quid signi ficet quod deus peccatores non audit.*

C *Sapien. 1.*

Fides & opa in dei cultu exquirũtur.

1. Tim. 1.

habuerint, separata autē abinuicem mortua sunt, sicut quando est fides sine operibus, mortua est, & opera sine fide mortua sunt. Vide autem quomodo veritas mendicō nullius motum sese iustificant. Iacobi. 2

D

menti conferat libertatem dicendi, & redarguēdi eos qui apud Iudæos magni & honorati. Ita magna eius virtus, sicut & mendacium libertatis carentia & humiliatus sermo sequitur. *Responderunt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu docer nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quòd eiecissent eum foras: quumque inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filium dei? Respōdit ille, & dixit, Quis est domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait, Credo domine, & adorauit eum.* Quandiu sperabāt ab homine quòd ad eos loqueretur, aduocabant eum, & interrogabant, idque sæpe. Vbi autem agnouerunt eum ex responsis nō sapere quæ illorum, sed fauere veritati: contemnunt quidem illum, vtpote in peccatis natum, insipienter omnino cæcitatem ei obiicientes, & existimantes quòd quasi maledictus, & ante natiuitatem condemnatus esset vt cæcus nasceretur: id quod ratione carebat. Eiiciunt autem illum extra templum, vt cōfessorem veritatis, filij mēdacij. Sed vide lucrum. Eiectus est ex templo, & statim inuenit eum dominus templi. Contemptus fuit opinione illorum propter Christum, & honoratus est agnitione filij dei. Inuenit enim illum, inquit, Iesus, quodammodo dedita opera ad hoc veniens, vt illū consolaretur quasi agonothetes athletam qui multum laborauerat, & coronatū suspiciens. Et quid dicit? Credis in filium dei? Quid post tantam contradictionem cum Iudæis, post tanta verba rogat, nū credis? Non ignorans hoc facit, sed volens cæco seipsum notum facere. Quia enim non bene viderat eum etiam ipsum sanantem (& quomodo potuisset, qui à pessimis canibus Iudęis huc & illuc trahebatur?) eius gratia nunc illum interrogat: vt si ille interroget quisnam sit filius dei, consequēter se ostēdat. Insuper & indicat ei quod fidem illius valde colat, quasi in hunc modum dicens, Contumelia te afficit populus talis, sed nulla mihi illorum cura. Vnius fidei rationem habeo. At ille. Quis est domine filius dei? Desiderante anima verbū loquutus est. Cæterū ille, & vidisti, inquit, eum, & qui loquitur tecum, ille est. Non dixit, ego sum qui te sanaui, qui dixi tibi. vade lauare: sed submisse quidem primum & obscure, Et vidisti, inquit, eum: deinde & manifestius, Et qui loquitur tecū, ille est.

Opa & fides mutuatim sese iustificant.

E

F

ille est. Videtur autem dominus dedita opera dicere, vidisti eum, vt omnino in memoriam suæ sanationis illum reducat, & quòd à se virtutem receperit videndi. Et ille statim credit, opusque ferentis & veræ fidei ostendit adorans, confirmās sermonem opere, quòd vt deū glorificet Christum. Nam soli quidem deo adorationem impendendam lege cautum. Intellige autem hoc miraculum etiam spiritualiter impletum. Nam cæcus quidem erat omnis homo à natiuitate, hoc est, ex eo tempore quo erat sub generatione cui omnino coniuncta est corruptio, à qua mortalitati condemnati sumus & adiudicati, dum crescimus à natiuitate illa passionibus obnoxia. Nam ex tunc crassa quædam nebula, & pellicea fortassis tunica (vt dicunt sacra eloquia) effusa est super mētis nostræ oculos. Vel etiā cęcus est gentiliū populus. Nam & hic à natiuitate erat cæcus, eo quòd excæcati, ea quæ genita & corruptibilia, deificabant, secundum quod obtenebratum est insipiens cor eorum. Tales erant Persarum magi, vitam suam natiuitatibus & futurorū prædictioni insumentes. Hunc igitur cęcum, siue simpliciter omnē hominē, siue etiam gētilem populum, vidit Iesus. Quia enim non potuit conditoré videre, ipse per viscera misericordiæ visitauit nos oriens ex alto. Quomodo autem vidit? præteriens, hoc est, non in cælo existens, sed progrediens sermonibus euacuationis, & prospiciens è cælis iuxta prophetiam, vidēsque omnes filios hominum. Et aliter, Præteriens vidit populum gentilem, hoc est, non primùm ad illum veniens. Venit enim ad oues quæ perierant de domo Israel. Deinde quasi obiter in via fecit visitationem eius populi, qui omnino sedebat in tenebris omnis ignorantiæ. Quomodo autem sanat cæcitatem? Quum expuisset in terram, & lutum fecisset. Nam sicut stilla quę descendit in terram, in sanctam virginem, sermone huius spiritales oculi vnguntur ex sputo & luto terræ, hoc est, vnico Christo, qui ex deitate, cuius symbolum stilla & sputum: & humanitate, cuius symbolum est terra, ex qua domini corpus. Num igitur finis sanationis in credendo est? Neutiquā, sed oportet & ad Siloam abire, fontem baptismatis, & baptizari in Christo. Quotquot enim baptizati sumus spiritualiter, in Christo baptizati sumus. Verum vbi baptizatus quis fuerit, tunc & tentationibus subiacebit. Ducetur enim ad reges propter Christum, qui sanauit illum. Oportet igitur firmiter

A

B

C

Deut. 6

Luc. 1.

Psal. 13. & 52.

Mat. 15.

D miter se gerere,& stare in confessione cõstanter,nec propter metum negare,sed & si opus fuerit, excommunicatum fieri:
Iohan. 16 iuxta illud,Exosi eritis omnib⁹ propter nomen meũ,& extra synagogas facient vos,etiam eiicient confitentẽ,homines veritatem odio habentes, & persequentur propter illas quæ eis sacræ & venerabiles,diuitias dico & gloriã. Tales enim inueniet Iesus. Et tunc magis quando ab inimicis ignominia notatus fuerit, à Christo honorabitur agnitione, & certiore fide. Nam tunc magis adorabit Christum, qui apparet vt homo,est autẽ & filius dei. Non enim alius est dei,& alius Ma-
Nestorii impietas. rixæ(nam hæc Nestorij impietas) sed vnus quidem est dei filius & hominis. Vide enim quomodo dominus dicẽte cæco, Quis est filius dei,vt credam in eum? Et vidisti(inquit)eum,
E & qui loquitur tecum,ille est. Quis igitur erat loquens? Omnino ille qui ex Maria natus quidem & filius dei, non alius
Maria quare. ergo & alius,vnde proprie θεοτόκος sancta Maria,vtpote quæ filium dei carnem factum genuerit,indiuisibilem existentẽ,
θεοτόκος. dicta. & vnum duplicem,qui est Iesus Christus. *Et dixit Iesus,In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex pharisæis hæc qui cum ipso erant, & dixerunt ei, Num & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus, Si cæci essetis,non haberetis peccatum: nunc vero dicitis,videmus,idcirco peccatum vestrum manet.* Postquam vidit dominus pharisæos ex miraculo magis offendi,quàm vtilitatem percipere, & propterea maiori cõdemnatione dignos,dicit,sicut videtur & euenit,In iudicium ego veni,hoc est,in maiorem condemnationem & in pœnam:vt qui non vident,videant:& qui vi-
F dent,pharisæi scilicet,cæci oculis animæ fiant. Ecce enim ille quidem à natiuitate non videbat, & nunc videt anima & corpore. Qui autem videntur videre, mente excæcati sunt. Duos enim visus, & duas cæcitates hoc loco dicit. Pharisæi autem,qui semper ad sensibilia sunt intenti, existimãtes eum de sensibili cæcitate loqui, hanc solam corporalem erubescunt cæcitatem. At dominus ostendere eis volens quòd melius esset eis esse cæcos corpore,& non incredulos, inquit, Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nam si per necessitatem naturæ excæcati essetis, venia daretur vobis incredulitate laborantibus: nunc autem quia dicitis vos videre,& plane etiam ipsi facti spectatores huius miraculi in cæco,incredulitate laboratis adhuc, non digni estis venia. Nam peccatum

tum vestrũ indelebile manet. Et magis puniemini, eo quòd A
ex miraculis quæ videtis, ad fidem non trahimini. Forte autem quis etiam sic intellexerit, si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nam vos quidem, inquit, de corporali cæcitate interrogatis,ego autem de animi cæcitate dico, quòd si essetis cæci,hoc est imperiti scripturarum, nõ haberetis tale peccatum,quia per ignorantiam peccaretis: nunc autem dicitis quòd videatis, & prudentes vosipsos & legisperitos facitis, & ita per vosipsos condemnati estis,& maius habetis peccatum,quia scienter peccatis.

CAPVT X.

B

Men amen dico vobis: qui non intrat per ostium in
A *stabulum ouium,sed aliunde ascendit, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouiũ. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et quum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur,quia nouerunt vocem eius. Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo, quia non nouerunt vocẽ alienorum.* Postq̃ illis incredulitatem obiecit,dicens, Vere cæci estis secundum animam propter incredulitatis morbum: vt ne possint dicere,nõ auemur quasi cæci,sed vt seductorem te fugimus, de hoc nunc facit prolixũ sermonẽ:& quid facit? Indicia ponit veri pastoris,& lupi & pernicios,& sic seipsum ostendit à parte bono- C
rum esse, testimonium ab operibus sumens. Et prius indicia ponit pernicios. Ille enim(inquit) non ingreditur per ostiũ, *Scripturę ostiũ sunt intraturis ad deum.* hoc est, per scripturas. Non enim vtitur scripturis testibus, neque prophetis. Nam profecto scripturæ ostium sunt per quas adducimur ad deum,illę lupos non permittunt intrare. Prohibent autem hæreticos,vt nos securi simus: & de omnibus rationem dant, de quibus voluerimus. Fur igitur est qui non per scripturas ingreditur in stabulum ouium, & ita per illas deprehenditur:sed ascendit aliunde, hoc est, aliam sibi viam & insolitã parat,sicut & corrupti sunt. Talis erit Antichristus. Non enim ex scripturis illius testimonia. Insuper & scribas notat. Nam hi quidẽ mandata legis paruifaciebant, mandata autem hominũ & traditiones docebant diligenter.

Dicit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Dicit, qui ascendit, id quod furis est, sepem transilientis, &
Indicia latronis. omnia cum periculo facientis. Viditi indicia latronis? vide
& quæ sint pastoris. Pastor enim per scripturas ingreditur,
Indicia pastoris. & ei ostiarius aperit. Ostiarium autem vel Mosen intelligit,
cui diuina eloquia concredita fuerunt. Aperit autem Moses
domino, de ipso omnino dicens, sicut & ipse dicit, Si credere
Iohan. 5 tis Mosi, crederetis vtique mihi. Vel spiritus sanctus est ostia
rius. Nam quia in spiritu sancto intelliguntur & aperiuntur
scripturæ quę ostendunt nobis Christum, merito ostiarius di
citur spiritus sanctus, in quo vt spiritu sapientiæ & scientiæ
scripturæ aperiuntur, per quas ingreditur dominus ad nostri
curam, & per quas ostenditur pastor. Vocem autem eius pa-
storis audiunt oues. Nam quia illi sæpe eum dicebant dece-
E ptorem, & hoc ex incredulitate confirmabant, dicētes, Num
quis principum credidit in illum? ostendit Christus quòd
nō oporteat haberi se pro damnoso eo quòd illi non credāt,
sed ipsos abiiciendos esse ex ouium genere. Nam si ego qui-
dem (inquit) per ianuam ingredior, manifestum quòd vere
sum pastor. Vos autem qui non secuti estis, videmini non es-
se oues. Vnde autem educit oues proprias? Vel ex medio in-
fidelium, sicut & cæcum de medio Iudæorum, qui & audiuit
eum, & agnouit eum. Et ante oues quoque vadit, quanuis se-
cus sit cum corporalibus ouibus, post illas enim vadunt pa-
stores. Sed illo loco ostendit quòd omnes ducat ad veritatē:
quia & discipulos quasi oues in medium luporum mittit. sic
igitur rarior est pastoralis cura Christi. Alienum autem non
F sequentur. cognoscunt enim alienorum vocē. Iterum hoc lo-
co Theudan & Iudam notat, quos nō secutæ sunt oues. Nam
paucos quosdam suffurati sunt: & hi post mortem illorum di
scesserūt. Post christum autem viuentē & mortuum maxime
totus mundus est secutus. Notat autē & Antichristum. Hic
enim quum seduxerit ad paruum tempus, nō habebit eos qui
sequantur suam perditionem. Nam quòd non sequantur, hoc
manifestat: quia post mortem seducentium non erit qui at-
tendat vel sequatur. Ianua quidem scriptura est. Educit autē
ad pascua dominus oues per ianuam hanc. Quod autem pa-
bulum? Vel futuræ deliciæ, vel sedes in quam nos introducit
dominus. Quanuis autem & alio loco seipsum ostium nomi
Infr. codē nat, non est mirandum. Quum enim curam suam vult demō-
strare erga nos, pastorem se nominat: quando autem ostēn-
dere

dere vult quòd ipse sit ille qui ducat ad patrem, tunc ianuam A
se dicit: quia ipse iuxta alium & alium sensum ouis est & pa-
stor. Insuper si quidem sermones diuinarū scripturarum sunt
ostium, & dominus ipse esse dicitur sermo, merito vocatur &
ostium. *Hanc parœmiam dixit eis Iesus, illi autem non cognouerūt*
quæ essent quæ loqueretur eis. Dixit igitur iterū eis Iesus, Amē amen
dico uobis, ego sum ostium ouium. Omnes quotquot ante me uenerūt,
fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Hanc (inquit)
parœmiam, hoc est parabolam, dixit eis Iesus, obscure illis lo
quens, vt attentiores illos faceret. Postquā igitur hoc docuit,
soluit nunc obscuritatem, sic dicens, Ego sum ostium. Quod
autem dicit, Omnes qui venerunt, non de prophetis dicit, si-
cut Manichæi delirāt. Nam illi volentes ostendere vetus te- *Manichei*
stamentum non esse à deo, & prophetas nō esse missos à deo, B
vtūtur hoc dicto, Omnes qui venerunt ante me, fures sunt &
latrones. Non igitur de prophetis hoc dicit, sed de aliis sedi-
tiosis. Quod autem de his dicat, manifestum. Non audiue-
runt enim (inquit) illos oues. Seditiosos enim illos non audi
uerunt oues, prophetas autē audiuerunt, & per illos credide
runt. Et aliter, Non audiuerūt illos oues, laudās dixit. Nusq̄
autē videtur laudare inobedictes prophetis, sed è diuerso ve
hementer accusat & persequitur. Insuper diligenter attende
verbū ipsum, Quicūq; venerūt (inquit) nō quicūq; missi sunt.
Nā prophetæ quidē missi aduenerunt: pseudoprophetæ au-
tem, quales & seditiosi illi dicti, à nullo missi venerunt, si-
cut & dominus dixit, Currebant, & ego non mittebam eos. C
Ego sum ostium. per me si quis intrauerit, seruabitur, & ingre- *Hier. 23.*
dietur & egredietur, & pascua inueniet. Qui ingressus, inquit, *& 27.*
per meum ostium, & oblatus patri, & ouis illius factus fue-
rit, saluabitur: & non solum saluabitur, sed & sicut domi-
nus, magnam habebit securitatem. Hoc enim significat per
hoc quod dicit, & ingredietur & egredietur, sicut & Apostо
li ingrediebantur & egrediebantur, coram tyrannis libere
loquentes. nam & electi, læti erant, & inuicti. Et pascua, in-
quit, inueniet, hoc est, copiosum cibum. Et aliter, Quia du-
plex est noster homo, internus & externus, vt dicitur à Pau- *Roma. 7*
lo: ingreditur qūidem ille, dixerit quis, qui curam gerit in-
terni hominis: & egreditur iterum, qui mortificarit membra
super terrā, & opera corporis in Christo. Talis igitur pascua
inueniet & in futuro seculo, secundum quod dicit propheta,

D Dominus regit me, & nihil mihi deerit, &c. *Fur non uenit ni-*
Psalm. 22 *si ut furetur, & mactet ac perdat. Ego ueni ut uitam habeant, &*
abundantius habeant. Ego sum pastor ille bonus. Bonus pastor animã
suã ponit pro ouibus. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius
non sunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, ac deserit oues, fugit-
que, & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit,
quia mercenarius est, & oues non sunt illi curæ. Quoniam Theu-
Actu. 5 das & Iudas etiam cum cæteris apostolis abducti, occisi fue-
runt & perierunt: propterea subdit dicens, Fur non venit ni-
si vt furetur & mactet, ac perdat. Illos & similes eis fures vo-
cans, ego autem, inquit, veni vt vitam habeant. Illi occiderũt
& perdiderunt eos qui secuti sunt, ego veni vt vitam habeãt,
& abundantius habeant, sancti spiritus communionem, per
E quam & regnum cælorum intelligere oportet. Habent igi-
tur omnes fidẽ in Christo. Omnes enim resurgent & viuent,
sed iusti quid amplius habent? regnum scilicet cælorum. In-
super & de passione differit, ac inquit, Animam meam po-
no pro ouibus: declarans quòd non inuoluntarius, sed volun
tarius ad passionem accedat. Pono enim significat, nemo ra-
pit ex me eam, sed ego eam depono. Notat autem & sæpe cõ-
memoratos seditiosos. Illi (inquit) non posuerunt animam
pro ouibus, sed reliquerunt eos qui ipsos secuti sunt, mercena
Iohan. 18 rij enim fuerunt. Ipse autem dominus è diuerso quum com-
prehensus est, inquit, Si igitur me quæritis, sinite illos abire,
vt impleatur sermo, quòd nullus ex ipsis perierit, idq; sic vr-
gentibus Iudæis, vt nulli lupi in oues magis sæuiant. Nam
F cum gladiis, inquit, & lignis venerunt comprehẽdere illum.
1. Pet. 5. Potes & hic intelligere per lupũ, spiritualem inimicum, quẽ
Psal. 90 & leonem scriptura nominat, & scorpium, & serpentem: qui
Gene. 5 rapere quidem oues dicitur, quãdo per mala opera quasdam
deuorat. Dispergere autem, quando per malas cogitationes
confundit animam. qui & fur merito dicitur, furans per ma-
las cogitationes. mactans per consensum, perdens per opus.
Confertur enim malitiæ cogitatio furto, consensus autem in
malam concupiscentiam diabolicæ mactationi, opus autem
malum perditioni. Et hoc est forte quod fur nõ venit nisi vt
furetur, & mactet, ac perdat. Dominus enim contraria quãm
fur ille facit. Dat diuinam vitam, sanctificans nos & cogita-
tiones per aduentum bonorum desideriorum, & corpora per
bona opera. & quiddam etiam abundantius dat, vt etiam
aliis

aliis prodesse possimus docendi gratia. profectò & regno cæ A
lorum vt abundantiori quadam remuneratione nos præmi-
at. Sic igitur est pastor bonus, sed non mercenarius, vt Iudæo
rum principes, negligentes scilicet populum, & ad solam mer
cedem recipiendam spectantes. non enim quærebant vtilita-
tem ex Aegypto, sed turpe lucrum. *Ego sum pastor ille bonus,*
& cognosco oues meas, & cognoscor ab eis. Sicut nouit me pater, ita
& ego noui patrem, & animam meam pono pro ouibus. Et alias oues
habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: illas oportet me quoque adducere,
& uocem meam audient, & fiet unum ouile, & unus pastor.
Etiam hoc loco agnoscens differentiam pastoris & mercena-
rij. Nam mercenarius quidem nescit oues, quod contingit
quia non sæpe illas inuisit. nam si sæpe inuiseret, cognosce-
ret illas. At pastor qualis dominus, cognoscit suas oues, quia B
curam illarum agit: & rursus cognoscitur ab illis quos visita
tione dignatur, propter consuetudinem agnoscentium suum
curatorem. Vide autem quòd primus ille nos cognoscit, de-
inde nos illum. Neq; aliter potest cognosci deus, nisi cogniti
fuerimus ab illo. Etenim primum ipse familiaris factus est
nobis, carne factus homo: deinde nos illi familiares facti su
mus per deificationem, recepta gratia. Volens autem ostẽ-
dere q; increduli indigni sint qui cognoscantur â deo, quia
reuera oues non sunt, dixit, & cognosco meas oues, & cogno
scor ab eis: iuxta id, Cognouit dominus eos qui sunt eius. 1. Tim. 2
Porrò ne quis putet q; sicut homo cognoscat, subdit dicens,
Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrem, quasi di-
ceret, ita euidenter illum scio, sicut ipse me. Sæpe autem C
ponit, Animam meam pono pro ouibus, declarans quòd
non sit impostor. Dicere enim, Lux sum & vita, apud in-
sipientes inflationis esse videbatur. Dicere autem, Mori vo-
lo, nullam inuidiam habet, sed magnam potius curam in-
dicat, quam exhibere volebat lapidantibus. Cæterum quum
dicit, Et alias oues habeo, de gentibus dicit. Non sunt ex
hoc ouili, quod sub lege: neque enim gentes lege conclu-
duntur. Et illas quoque oportet me congregare. Dispersæ
sunt enim & hæ & illæ non habentes pastorem. Nam & qui
inter Iudæos melius sapiebant, & ad credendum propen-
siores erant, pastore carebant: & multo magis Gentiles.
Oportet igitur & illas quæ ex Gentibus, congregare. Vet-
bum autem oportet, hoc loco non est necessitatis, sed plane Oportet.

 euentus

D cuentus significatiuum. Et erit vnum ouile, & vnus pastor.
Coloss. 3. In Christo enim Iesu non est Græcus, neque Iudæus, neque vlla differentia. Vnus enim character omnibus, vnum sigillum baptismatis, vnus pastor, verbum dei & deus. Confundantur Manichæi, qui vetus testamentum abiiciunt. Au-
Manichæi diant, quòd vnum ouile, & vnus pastor. *Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego ponam eam à meipso. Potestatẽ habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Dissensio igitur iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmoniũ habet, & insanit: quid eum auditis? alii dicebant, Hæc uerba non sunt dæmoniũ habentis. Num dæmonium potest cæcorũ oculos aperire?* Quoniam alienum eum à patre dicebãt, & seductorem, & pernicioſum, non saluatorem animarũ, ostendit per ea quę dicit, Non sum
E vobis pernicioſus, sed ad sustinenda omnia pro vobis paratus, quanuis propter nihil aliud, quàm quòd vos intantũ diligit deus, vt & ego propter hoc ab ipso diligar, quia pro vobis moriar. quomodo igitur seduco vos, quos scio dilectos dei? An non magis pro vobis mori quæro, vt si propter nihil aliud, saltem propter hoc, quòd magis diligar à patre meo? Hæc autem nunc tam humilia dicit, se illis attemperans, eo quòd si diceret de se sublimia, auditores illum non caperent: quia si aliter dictum consideretur, absurdum videbitur. Cur enim priori tempore non diligebatur, sed nunc dilectionem cœperit pater, & mors pro nobis, illi dilectionis author fuerit? Non ita est, sed, vt dixi, sese illis attemperans hæc dicit. Dixerit autem quis & hoc, quoniam dilectio dei & patris er-
F ga nos ex confesso erat. Vidit autem deus & pater etiam filiũ suum eandem erga nos declarantem bonitatem, atque ita voluisse pro nobis mori, & diligenter obseruare characteres bonitatis paternæ. Dilexit merito, non quasi mercedem quandam mortis pro nobis dilectionẽ dans filio, sed spectans inadulteratam substantiam in filio, & quodammodo quibusdã naturę vinculis necessariis & ineuitabilibus ad hoc vocatus. An non magnæ dilectionis opus filius suscepit ignominioſo moriens pro nobis? & non solum moriens, sed & iterum accipiens animam, vt occidat mortem, & nobis immortalitatem per resurrectionem pariat? Hoc igitur significat quando dicit, Pater diligit me, eo quòd morior pro vobis: quasi exultet & gaudeat pater quòd filius sibi similis sit, & seruet characte A
res suę erga homines charitatis. Porro quod dicit, Nullus tollit animam meam à me, propter eos qui mortem eius meditabantur, dicit. Vos enim, inquit, fititis meum sanguinem, sed bene scitis quòd me inuoluntario nullus prævalebit. Insuper vt ne quis putet quòd minister & subditus moriatur ab alio missus, & illi cedens, Potestatem, inquit, mortis meæ ipse habeo, vt dominus mortis. Itaque propterea dicit, Potestatẽ habeo ponendi animam meam. quanuis & vnusquisq; vestrum potestatem habeat ponendi animam suam. nam vnicuiq; volenti possibile est se interficere. sed non de hoc modo dicit do
minus, sed quòd me inuito nullus poterit hoc facere. id in ho
minibus non fit. Nam etiam præter voluntatem nostram ab
aliis interficimur. At dominus nunquam inuoluntarie passus B
est, eo quòd non aliter morti obnoxius erat, nisi quantum libebat. Habet & maius, quòd animam iterũ accipiat. Hoc autem mandatũ inquit acceptum esse à patre, vt moreretur pro
mundo. Vsqueadeo, inquit, non sum aduersarius deo, vt & istucipsum mori, à patre mihi demandatum sit. Porró primum quod sublime est, dicit, Potestatem habeo accipere animam meam. Dominum enim mortis se per hoc ostendit, & ducem vitæ. iterum humile verbum ponens, ita mirabiliter vtraque connectit, & quod non habeatur minor, ac seruus patris, & non sit aduersarius illi, sed eiusdem potentiæ & voluntatis. Et ita quoque multis ex auditoribus etiam sic profuit, eo quòd & dicebat, atque ita, vt & dissensio fieret. Nam dum nonnulli quibus hæc verba obscuriora videbantur, putabant C
illum dæmonio actum loqui quæ nõ intelligeret: alij qui vel mediocriter intellexerant, Hæc, aiunt, verba non sunt eius qui dæmonio agitur. Insuper quia verbis non poterant confutare illos: quum enim benevoli non satis tenerent ea quæ à domino dicebantur, neque illis persuasissent verbis, sed Christo operibus patrocinãri tentant, & dicunt quòd hæc verba non sint dæmoniaci. Vnde autem hoc manifestum? Ex operi Iohan. 3
bus. Dæmonium enim non potest oculos cæcorum aperire. Quia igitur opus diuinũ, ergo & verba eiusmodi sunt. Quare autem Christus nihil respondet his qui dicebant ipsum dæmonio agi? Quia iam satis illos confutarat, & fide digniores aduersabantur illis, & pro ipso rationem reddebant. Igitur quia dissentiebant inter se, quid vltra opus erat contradicere

D his qui criminabantur, præsertim quum neq; sic fidem quidē habituri essent? *Facta sunt autem encænia Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Solomonis. Circundederũt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, Quousq; animã nostam suspendis? Si tu es Christus, dic nobis ingenue. Respõdit eis Iesus, Dixi uobis, nec creditis. Opera quæ ego facio nomine patris mei, hæc testimoniũ reddunt de me. Sed uos non creditis, quia nõ estis ex ouibus meis, quemadmodum dicebam uobis.* Quæ encænia facta sunt in Hierosolymis? Quidam dicunt quòd quo die ædificatum fuerit templum à Solomone, eodem celebrauerint encænia. Alij autem non hoc dicunt, sed Euangelistam aiunt dicere encænia constructi templi post captiuitatem. Præclarum autem & celebre agebant festum. Nam ciuitas quasi suum ornatum abie-

E cerat, postque longam illam captiuitatem iucundum diem encæniorum faciebat. In hoc igitur festo aderat & Iesus. Nũc autem frequentius versatur in Iudæa, quia passio in foribus

Quo tpe anni passꝰ sit Christꝰ erat. Hyems enim erat, qua hyeme in primo mense veris passus est dominus, ostendens quòd prope sit tempus passionis. propterea versatur in Hierosolymis. Et apparenter quidem ex desiderio quodam discendi interrogant, dicentes, num ipse sit Christus? Reuera autem ex corrupta & curiosa mente profecta est interrogatio. Nam quum opera prædicarent illum esse Christum, isti ex verbis quærebant discere: quod ludentium magis est & deridentium.. Omnino autem quæstio magna ingratitudine plena est, & fallacium illorum malitiam ostendens. Dic enim, inquiunt, nobis libere.

F Sane vbique dicebat libere, & cõparebat in festis, & nihil in occulto loquebatur, filiúmque dei se nominabat, & lucem, & viam, & ostium, adhibito etiam teste Mose. Præterea argués eos dominus, vtpote malo animo loquentes, Dixi vobis inquit, sæpius, & nõ creditis. Et aliter, Quid ita simulatis quod nudo verbo persuademini: Opera quæ facio, non vt aduersarius dei, sed in nomine patris mei, non recipitis, & quomodo nudis verbis crederetis? Omnino enim maior est virtus operum quàm verborum ad persuadendum: quod & fatebantur hi qui melius inter ipsos sapiebant, dicentes. Non potest

Iohan. 9 homo peccator signa talia facere. Propterea dicit, Non creditis mihi, quia non estis ex ouibus meis. Nam ego quidem vt pastor bonus quæ oportebat facere, feci: vos autem non sequimini. Non ego pastoris, sed vos ouium vocatione indi

indigni estis. Da & tu operam, dum hyems est, præsens di- A
co vita, quæ semper à malis spiritibus turbatur, vt celebres
encænia spiritualis templi, semper nouus factus, & ascensiones in corde ponens. Aderit enim tunc tibi Iesus, qui simul
celebret encæniorum festiuitatem in portico Solomonis, cu-
stodia sua te muniens, & pacificum te faciens ab affectioni-
bus. Ipse enim pacificus Solomon est. Quisquis igitur in pro
tectione Christi pacifici moratur, habet & dominum simul
diem festum agentem encæniorum animæ, quandiu hyems
vitæ huius durat. Ver enim futurum seculum est, quo omnia
reuiuiscunt, quo nullus animam innouare potest. Nam præ
senti seculo omnia talia concluduntur. *Oues meæ uocem meã*
audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternã B
do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam de manu
mea. Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest
rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Postquã
dixit eis, Non estis ex ouibus meis: nunc hortatur eos vt fiãt
oues eius: ideo & subdit, dicens, Oues meę vocem meam audiunt, & sequuntur me. Deinde demulcens eos, dicit quæ cõ
secuturi sint ipsum sequentes. Vitam enim, inquit, æternam
do eis, & ne pereant in æternum, &c. Et omnino per verba
hæc excitat illos, zelumque ac desiderium iniicit, qui concedit quòd & alii se sequantur sicut illæ. Propterea autem di-
cit, Nõ peribũt, quia nullus potest rapere eas de manu mea,
eo quòd pater meus qui dedit mihi eas, maximus omnium
est, & de manu eius nullus potest eas rapere, & ita neque de C
manu mea. manus enim mea etiam manus patris mei est. Nã
ego & pater vnum sumus, secundum potestatem scilicet &
virtutem. Manum enim potestatem & virtutem dicit. Igitur
ego & pater vnum sumus secundum substãtiam & naturam,
& potestatem ac robur. Id quod & Iudei quoque quum intel
lexissent, quod seipsum consubstantialẽ deo faceret, lapida-
re volebant eum, vtpote qui se filium dei faceret. Sed inteero
gauerit quispiam, Quomodo dicit dominus, nullus ex manu *Obiectio.*
patris rapit eas, quum tamen multos videamus perire? Dicẽ-
dum quòd rapere quidem nullus potest de manu patris, deci
pere autem multi. Nam vi quadam & tyrãnide nullus potest
auellere a deo, deceptione autem quotidie supplantamur.
Quomodo autem dixit, Oues meæ me sequuntur, & nõ pe-
reunt. Videmus enim q; Iudas perierit: sed ꝓpter hoc periit,

D quia non secutus est, neq; ouis manſit vſq; ad finē dominus de iis qui ſecuti ſunt eum, & oues ſunt, inquit, quia non pereant. Quod ſi quis ex ordine ouium exciderit, & non ſecutus fuerit paſtorem, ſtatim perit. Vtaris autē & hoc de Iuda exē
Manichęi plo cōtra Manichęos. Etenim quum ille ſanctus eſſet, & ouis dei, & vertibilis voluntate, ſua ſponte excidit. Non igitur natura ſunt mala, ſed voluntate & conſtituuntur, & ſoluuntur.

Sustulerunt ergo rursum lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum operum me lapidatis? Responderunt ei Iudæi dicentes,
Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, & quia tu homo quum sis, facis teipsum deum. Respondit eis Iesus, Nonne scriptū
Pſal. 81. *est in lege uestra, Ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo*
E *dei factus est, & non potest solui scriptura de eo quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis me blasphemare, quia dixerim, filius dei sum?* Quum diceret, Ego & pater vnum ſumus per omnia ſecundum poteſtatem & virtutem, & indicaret vnam eſſe patris manum, & ſuam: putabant Iudæi blaſphemum, & apprehendebant lapides, quòd faceret ſe æqualem deo. Igitur dominus admonens & oſtēdens quod nullam iuſtam furoris erga ſe cauſam habeant, ſed abſque cauſa inſaniant, reducit eis in memoriā miracula a ſe facta, &, Multa bona opera, inquit, oſtendi vobis: propter quod eorum lapidatis me? Illi autem dicunt, Propter blaſphemias lapidamus te, quia ſi
Lex, ōnis ſcriptura lium dei teipſum facis. Cæterum ipſe non negat hoc, neque dicit, non facio meipſum deū, vel non ſum æqualis patri: ſed magis confirmat illorum ſententiam, & aſſerit ſe deum eſſe,
F ex his quæ ſcripta ſunt in lege. Legem autem dicit & librum Dauid, ſicut ſimpliciter & omnem ſcripturam. Quod autem dicit, hunc ſenſum habet. Si hi qui gratia deificationem acceperunt, dii ſunt, & nemo illos criminatur: quomodo ego iuſte a vobis increpor, qui natura ſum deus, quem pater ſanctificauit, hoc eſt ſegregauit, vt occideretur pro mūdo? Sanctū
Sanctum quidnā di cātur. enim dicitur, quod deo ſegregatū eſt. Manifeſtū enim quia me ſanctificat, & ſegregauit pater in ſalutem mundi, & ideo non ſum æqualis aliis diis, ſed deus verus. Vere enim opus dei eſt ſaluare, & non hominis gratia deificati. Si igitur illi ad quos dei ſermo factus eſt, hoc eſt ego: (nam ego ſum ſermo dei, & habitauī in illis, conceſſiq; ets vt adoptarentur in filios) ſi igitur illi filii dei, multo magis ego extra omnē no-

xam

xam ſum deum vocans meipſum, qui & natura ſum deus, & A
aliis hoc concedo. Confundantur Ariani & Neſtoriani. Nā *Ariani &*
& filius dei, & deus ſubſtantia naturaque eſt Chriſtus, & nō *Neſtoriāi*
creatura, & aliis dat deitatem ad quos fit. nam ſermo eſt dei, *cōfutāt̄ur.*
ſed non ipſe gratia deificatur. Nam manifeſte ſeparat ſe ab his qui gratia deificantur, propter ea quæ illic dicuntur, & oſtendit quòd etiam illis ipſe ſit author deificationis. nā ſermo dei eſt, & inhabitat in eis: quod ſignificat per hoc quod dicit, ad quos ſermo dei factus eſt, hoc eſt, in quibus habitauit. Quomodo igitur blaſphemo dicēs filium dei meipſum? Quāuis enim & carnem feram, & ex ſemine ſim Danid: ſed ignoratis ſacramentum, & quòd non aliter potuerit carnalis hominum natura dei recipere familiaritatem, quam per car- B
nem, quaſi in velamento ei familiaris fuiſſet. *Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi: ſin uero facio, & ſi mihi non creditis, operibus credite, ut cognoſcatis & credatis quod pater in me eſt, & ego in eo.* Vultis, inquit, ſcire æqualitatem eum patre? A
ſubſtantia non poteſtis ſcire (impoſſibile enim eſt ſcire ſubſtantiam dei) ſed accipite ex operum æqualitate & identitate indicium identitatis ſecundum virtutem. Ex his habebitis deitatis meæ teſtimonium, & ſcietis & credetis quod nihil ego aliud ſum q̄ id quod pater. Eandem enim ſubſtantiā habeo maneṇs filius, & differens. Similiter & pater manens pater, & differēs hypoſtaſi, nihil aliud eſt q̄ pater ſecundū ſubſtantiam ſcilicet ac naturam. quanuis autem per hypoſtaſes differimus, at non ſeparantur hypoſtaſes, ſed in ſeipſis alter in altero ſunt abſque confuſione pater & filius. Etenim ſicut C
apud nos pater ſeparatus eſt à filio, quanuis natura vnū ſint, ita & in diuinis pſonis: ſed in ſeipſis alter in altero ſunt abſque in confuſione. Propterea nos tres quidem homines dicimur, vtpote ſubſiſtentes ſeparati, & non vnum proprie exiſtentes. In diuina aūt triade vnus deus, ſed non tres dii, propter perſonarum inconfuſam circūinceſſionem, adde, & eandem volitionem. *Quærebant iterum eum apprehendere, & exiit de manu eorum, & abiit iterum trās Iordanem in eum locum ubi fuerat Iohannes baptizans primum, manſitque illic. Et multi uenerunt ad eum, ac dicebant: Iohannes quidem ſignum edidit nullum: omnia autem quæcunque dixit Iohannes de hoc, uera erant. & crediderunt multi illic in eum.* Quæritūr quidem apprehendere dominum, non ferentes eum quod tam ſublime de ſe teſtimoniſi

perhibe-

D perhiberet. neq; enim ferebant sublimiorem eius theologiã. Ipse autem inde transit, illorum furori cedẽs, & absentia sua illorum morbum mitigari faciẽs. Secedit autem inuitis illis: monstrans (vt sæpe diximus) quòd neque in cruce detentus fuisset, nisi sponte se tradidisset. Quo autem concedit? Trãs Iordanem, vbi Iohannes baptizauit. Non absque causa se illuc contulit, sed in memoriam reduxit multa quæ illic facta & dicta a Iohanne de se. Quod autem illius quæ illic cõuersatio, multos lucrifecerit, subdit Euangelista, dicens, Et multi venerunt ad eum, & recordati loci, dicebant, inquit, Iohãnes quidem signum fecit nullum. Cæterum quod dicit, ita se habet: Si illi credidimus qui nullum vnquam fecit signum, multo magis ei qui toc tãtaque operatus est signa. Quòd autem Iohannes testatus quidem sit de Christo, signum vero
E nullum fecerit, & propter hoc fortassis non tantam fidẽ meruerit, subdidit, dicens, Omnia autem quæcunque Iohannes dixit de hoc, vera erant. Non vltra hunc ab illo, sed illum ex his quæ Christus fecit, fidelem affirmant. Idcirco multi, inquit, illic crediderunt. Dicendo illic, signat quòd locus ille mire profuerit: quandoquidem & de hac causa dominus populum in solitaria loca a consuetudine malorum hominum libera eduxit, quo magis illis prodesset: sicut & in veteri lege fecisse apparet. Eductis enim illis ex Aegypto, in solitudine aptauit & formauit sibi populum, dãdo illi legem. Attende autem & secessionem Christi, quę spiritualiter fit. Nã secedit quidem a Hierosolymis, hoc est, Iudaico populo, in locum autem habentem fontes, Ecclesiam videlicet ex gen-
F tibus, in qua fontes baptismatis. Vnde multi accesserunt ad eum, Iordanem transeuntes, hoc est, baptisma. nam transmissio Iordanis, significat baptismatis transitum. Non aliter enim quis accedit ad Iesum, & vere sit fidelis, nisi baptisma transeat, quod per Iordanem significatur.

Baptismꝰ per transitũ Iordanis significatur.

CAPVT XI.

A *Egrotabat autem quidam nomine Lazarus, Bethanienſis, à caſtello Mariæ & Marthæ huius ſororis. Maria autem erat ea quæ unxit dominum unguẽto, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus ægrotabat. Miſerunt ergo ſorores eius ad eũ, dicentes,*

dicentes, Domine, ecce quem amas, ægrotat. Solus quidẽ Iohan A
nes huius de Lazaro meminit historiæ. Meminit autem, vt nos erudiat ne quis grauatim ferat si boni & deo amici viri morbo teneantur, quia & Lazarus quũ esset amicus Christi, ægrotauit. Neque hoc ignorandũ est, quod non erat ista Maria quæ vnxerat dominũ vnguento, meretrix quæ apud Lucam, vel Matthæum, sed alia nõ meretrix, honesta autem, & *Lucæ. 7.*
religiosa, & officiosa. Et enim diligẽter ministrabat suscepto Christo, sicut Iohannes testatur, quin & bonam partem elegisse testimonium habet. Ita autem claræ & admirabiles fuerunt sorores, vt & Lazarus ipse notior factus sit per eas. Erat enim, inquit, Lazarus Bethanienſis a castello Mariæ & Marthæ. Quare autem mittentes accersunt Iesum, & non ipsę vo B
niunt, sicut Centurio & Regius? Quia plurimum fidebant *Mat. 8.*
Christo: & quia mulieres erant, non oportebat eas ita facilè *Lucæ. 7.*
è domo progredi, & quia in luctu erant, occupatæque circa *Iohã. 4.*
fratrem. Nam quod hoc non fecerint ex contẽptu, manifestum est ex his quæ sequuntur. Magnum enim honorem, & pietatem & precum constantiam præ se ferunt. Dicentes autem, Ecce quem diligis, ægrotat, ad miserationem dominum mouere volebant, eo quod memores erãt nominis amicitiæ. Declarat autem & fidem quandam verbum hoc mulierum. Ita enim multam domino inesse virtutem cognouerunt, vt admirarentur quomodo infirmitate laboret vir ab illo dilectus. Admirationem enim quodammodo habere videtur, Ecce quem diligis, ægrotat. *Audiẽs autem Iesus, dixit: Infirmitas hæc nõ est ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius, & La-* C
zarum. Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum quidem temporis mansit in eodem loco duobus diebus Quoniam illic mansurus erat duobus diebus, eius gratia inquit, Infirmitas hæc non est ad mortem, quanuis esset ad mortem. Sed, quod dicebam, nuncios volens consolari, ne nimium mœrerent, dicit, Infirmitas hæc non est ad mortem Et aliter, Si bene consideraueris, neque ad mortem fuit infirmitas, qua moriuntur qui diu vixerũt, sed temporalis & quatriduana. Nã quia surrexit quatriduanus, ad finem spectantes rei, dicimus non esse ad mortem infirmitatem, sed pro gloria dei: vnde subdit, vt glorificetur filius dei. Itaque gloria dei, patris dico, in nullo maior est, q̃ filii. Deus enim est & filius, sicut & pater, proprie

ac vere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dac vere. Nam cum vna gloria etiam vna est substantia. Quo-
Ariani. circa confundantur & ex hoc loco Ariani. Verbum autem, vt
Vt particularis significatio. glorificetur, ne putes causæ significatiuũ, sed euentus, vt sæpe diximus. Non enim vt glorificetur deus, propterea ægrotauit Lazarus, sed alia quadam de causa infirmitas accessit, qua tamen dominus in gloriam dei vsus est. Mansit autem diebus duobus, donec expiraret & sepeliretur: ne quis dicere posset quòd grauatio quædam fuerit vel extasis, & non fuerit mortuus. Et propterea tanto tẽpore manet, vt & corrumperetur, diceretque soror illum fœtere. *Deinde post hoc dicit discipulis, Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli, Rabbi, modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respondit Iesus, Nonne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lux est in eo.* Nusquàm alio loco prædicit quò sit profecturus: hic autem solum prædicere videtur, quia valde timebant discipuli in Iudæam ire. Et idcirco prædicit, vt ne repentina abitione turbentur, si abducerentur in regionem quam timebant. Igitur quia timebant & illi, & sibiipsis magis (nondum enim perfectam de Christo scientiam habebant) dicunt, Modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? At ipse animat illos, & dicit, Sicut qui videt lucem, non offendit: qui autem in nocte ambulat, ille offendit: ita & qui bonum facit, & in lucidis operibus ambulat, nihil graue experietur: qui autem mala facit, patietur. Et ita nõ oportet nos meticulosos esse. Nihil enim morte dignũ fecimus. Vel etiam aliter. Si is qui videt lumen, non offendit: multo magis is qui mecum est, nisi à me defecerit, non offendit. Atque ita etiam vos cum sitis mecum, qui lumen sum, frustra timetis. Alij autem diem quidem intelligũt tempus ante passionem, noctem vero tẽpus passionis. Vos igitur, inquit, quandiu dies est, hoc est, quandiu nõdum instat tempus passionis, non offendetis. Non enim persequutionem patiemini à Iudæis, neque aliud quid graue euenìet vobis. Quum autẽ nox venerit, passio inquam mea, tunc certe humiliabimini quidẽ, in vnam domunculam vos recipientes propter metum Iudæorum. Ex eo autem tempore afflictiones & tribulationes, & multa offendicula & aduersitates habebitis. quum ego qui lux sum, non vltrà vobiscum corporaliter cõuersabor, noctem afflictionum habebitis. *Hæc ait, & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut a somno excitẽ illũ. Dixerunt ergo discipuli eius,*

Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: at illi putauerunt quòd de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis quòd non fuerim ibi, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad discipulos, Eamus & nos, ut moriamur cũ eo. Quoniam illi formidauerant ire in Iudẽã, dicit eis dominus, Quanuis quærebant me Iudæi lapidare, & hoc faciebãt quia loquens illis arguebam eos: nunc autem non vado vt illis loquar, sed vt amicum inuisam, atque ita nõ oportet trepidare. Non enim ad ea abeo ad quæ prius, vt periculum ex Iudæis expauescam, sed amicum ex somno excitabo. At illi volentes eum ab itinere impedire, Satis (inquiunt) est: si dormit, saluus erit. Igitur non opus est vt nos abeamus. non enim necessariũ est. Vnde ipse adiecit, Amicus noster: vt ostẽdat necessarium iter illuc. verum illi dicunt non esse necessarium, quandoquidem saluus factus sit, eo quòd dormiat. Immo nõ solum non necessarius est aduentus tuus, sed & amico damnosus. Nam si somnus est ei ad salutẽ (vt nos opinamur) tu autem profecturus es vt excites, saluti eius obfuturus es. non igitur opus est vt eas & excites illum. damnosum enim hoc ei. Itaque vbi vidit eos adhuc tardos, tũc manifestè inquit, Mortuus est. Cui autem grætia etiam prius non manifestè dixit, sed occulte, mortem somnum nominans? Propter multa. Vnum quidem, quia à fastu erat alienus, nolebat enim ad ostentationem facere, sed occulte resurrectionem excitationem à somno nominauit. Quomodo autẽ hac dictione vsus fuisset, nisi mortem somnum appellasset? Quòd autem hoc verum, propter modestiam inquam occulte loquutum, manifestum est ex eo quod sequitur. Nam dicens, mortuus est, non addidit, vado vt resuscitem illum. Vides quomodo abhorruerit à fastu, quomodo noluerit celebrari ea quæ facturus erat? Interim etiam docet nos ne tam faciles simus ad promittendũ. Nam quanuis Centurioni hoc fecerit, dixit enim, Ego veniens sanabo eum: illi tamẽ hoc dixit, vt illius fidem ostẽderet. Igitur hæc vna quidem causa est propter quam mortem appellauit somnum. Alia autem est, vt ostendat nobis quòd omnis mors somnus sit & requies. Tertia vero, quanuis aliis mors fuerit, Lazari tamen defunctio somnus videtur, eò quòd eum dominus resuscitaturus erat. Et sicut nobis facile est excitare dormientem, ita illi, immo innumeris modis facilius est resuscitare mortuum.

A
B
C
Mortem cur appellauerit Christus somnum.
Matt. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tuum. Gaudeo autem, inquit, propter vos, vt credatis mihi magis nunc vt deo, quia nō eram illic: & quum longe absim, prædico vobis mortem in Bethania, de qua non audiui, sed sicut deus video quæ longe eueniunt. Intellexerunt autē quidam hoc etiā sic. Gaudeo, inquit, vestri causa. Nā quòd ego illic non sum, conducit fidei vestræ: quoniam si adfuissem, ægrotantem sanassem: parum: autem hoc fuisset ad ostensionem potentiæ meæ. Cæterum quum absente me mortuus est, absens autem ipsum suscitaturus sum, id magis vestram firmabit fidem, quum videritis me & hoc posse, quod antea nondum ostendi, quòd mortuus iterum liberatur, & qui fœtens fuit, apta sua membra recipit, & resuscitatur. Hæc quum dixisset dominus, & ostendisset suum illuc accessum necessariū,

E Thomas aliis meticulosior, Eamus, inquit, vt moriamur cum eo. Non fiduciæ, sed formidinis & tristis animi verbum est. Nam vt alios condiscipulos moraretur, memores eos facit mortis, & dedita opera hoc apponit, vt moriamur, quasi talia dicens: Eamus & nos stulti & insipientes, & nō curātes propriam vitam, vt moriamur cum eo. Esto, inquit, ipse vitam suam non magni faciat: nos autem cur ita stulti essemus? Hæc timidi verba sunt, sed vide eum postea quomodo pro veritate vt Apostolus occisus sit. ita illum diuina gratia roborauit,

2. Cor. 3. vt hoc Pauli de eo sit dictum, Sufficientia nostra ex deo. &,

Origenis de Thoma somnium. Non ego, sed gratia. Origenes autem dicit de Thoma somnium quoddam. Thomas enim quum audisset prophetias de

F Christo, & didicisset quòd & cum anima in infernum descenturus esset ad liberādas animas, postquàm audiuit Christum dicentem, Vado vt exuscitem Lazarum, putauit non aliter suscitari eum, hoc est liberari animam eius, nisi & ipse corpore deposito in infernum descendisset. Ideo vt verus Christi discipulus, neque in hoc volens à magistro auelli, vult & se & alios condiscipulos deponere sua corpora vt descendant cum Iesu, qui positurus erat animam suam, sicut suspicabatur, vt ex inferno reduceret amici animam. Hanc ridiculam enarrationem apposui, vt pudore suffunderem eos qui Origenica commendant. Tu autem vide quomodo dominus quanuis Lazaro mortuo, dixerit, Eamus ad eum, quasi ad viuentem. Etenim Lazarus viuebat Christo, vt deo. *Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento iacentem. Erat autem Bethanię iuxta Hierosolymam fere stadiis quindecim: multique ex Iudæis uenerant ad Martham ac Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quòd Iesus uenisset occurrit illi: Maria uero domi residebat.* Dedita opera expectauit dominus vt Lazarus fieret quatriduanus: deinde venit vt miraculum faceret, quod nulla ex parte calūniari posset quispiā. Quare autem apponit Euangelista quòd quindecim stadiis abfuerit Bethania à Hierosolymis? Vt ostenderet quòd multi Hierosolymitanorū merito affuerint. Non enim longe aberat Bethania. Consolabantur autem mulieres, non quòd dilegebantur à Christo (erenim conspirauerant vt si quis confiteretur Christum, extra synagogam fieret) sed propter calamitatis necessitatem, vel quòd reuerebantur eas vt nobiliores, vel quòd non erant pessimi qui aduenerunt: vnde & multi crediderūt ex eis. Cæterum Martha sola occurrit primum, B & non simul assumit secum sororem: quia seorsum illi occurrere, & factum annunciare volebat. Vnde vbi illam in spem bonam adduxit, tunc abit & vocat sororem. Prius autem non dixit sorori Marię. Nam si Maria audiuisset quòd Iesus veniret, surrexisset in occursum, & comites fuissent ei præsentes Iudæi, quos nolebat Martha scire aduentum Christi. *Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nūc scio quod quæcūq; poposcerit a deo dabit tibi deus. Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quod resurget in resurrectiōe in nouissimo die. Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet. Et oīs qui uiuit, & credit in me, nō morietur in æternū. Credis hoc? Ait illi, Etiā domine. Ego credo quod tu sis Christus ille filius dei, qui in mūdū uenturus erat.* Et quū hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariā sororē suā clā C culū, dicēs, *Magister adest, & vocat te.* Fidē quidē habebat Martha in Christū, sed nō quantā oportebat: ideo & dicit, Dñe, si hæc fuisses hic frater meus nō fuisset mortuus. Quod sanè dixit vt non credens absentem potuisse, si quidem voluisset: depellere mortem fratris sui. nam & in sequentibus maiorem infirmitatem declarat fidei. Quæcūque enim petieris, inquit, deum, dabit tibi. Vides quòd illum sicut virum quendam virtute præditum & deo probatum habuerit. Non enim dixit, Quæcunq; volueris, facies, sed quæcunq; petieris, dabit tibi. Ipse autem hanc eius suspicionē subuertit. Resurget enim, inquit, frater tuus. Nō enim dixit ei, Etiā, petā, deum, & dabit mihi. Non consensit sermoni eius, sed medio quodā verbo vsus est: veruntamen

Martha

Iohan. 9.

D veruntamen per sequentia authoritatem & potestatem suam
clariorem facit, Ego sum, dicēs, resurrectio & vita Quoniam
enim mulier adhuc incredula erat, & dictū, Resurget frater
tuus, non agnoscebat, sed in nouissima resurrectione intelli-
gebat illum resurrecturum: sciebat autem & vltimam resurre
ctionem futuram, & hoc quidem ex diuinis scripturis, & in
primis ex continuis Christi sermonibus de resurrectione: igi
tur quia adhuc mulier erat mulier, mētem eius excitat domi-
nus, & quodammodo mortuam fidem eius suscitat, dicēs ma-
nifestius: Tu quidem dicis quòd quæcunque petiero deum,
dabit mihi: ego autem manifeste hoc tibi dico, quòd ego sum
resurrectio & vita: & ita virtus mea loco non circūscribitur,
E sed tā absens quàm præsens sanare possum. Ego enim bono-
rum suppeditator sum, & non quasi alius det, sed ipse sum re-
surrectio & vita, valeoque resuscitare & viuificare. Et qui cre
dit in me, etiā si mortuus fuerit naturali hac morte, viuet. Et
omnis qui vidit, & credit in me, non morietur morte natura-
li: & ita ne turberis. Nam quanuis mortuus sit frater tuus, vi-
uet. Et quid dicam de fratre tuo? Neque vos, si quidem credi-
tis in me, moriemini, sed prævalebitis grauiori animarū mor
ti. Et qui à grauiore liberat, multo magis liberabit fratrem
tuum qui mortuus est, à minori & corporali. Interrogauit au
tem & mulierem num credat. At illa quanuis hæc audiuisset,
attamen non intellexit quid ei dixerat dominus, præ dolore,
opinor, extra mentem constituta. Nam quum ille interrogal-
F set aliud, aliud ista respondit. Nam ille quidem volebat, num
credat quòd ipse sit resurrectio & vita, & quòd qui credit in
ipsum, non moriatur in æternum siue de corporis siue de ani-
mæ morte intelligas. Nam fideles propter spem resurrectio-
nis neque mori dicuntur. At illa quid respōdet? Ego credidi
q; tu es Christus filius dei, qui in mundum venisti. Bene qui-
dem testata fuit, & vere: sed non interrogationi congruū red
didit responsum: & tunc lucrata est vt vehementiam dolo-
ris mitigaret, ac luctus nimietatem prohiberet. Clàm autem
vocat sororem, valde prudenter hoc faciens, propter eos qui
illic aderant Iudæos. Si enim cognouissent illi quòd occursu-
ra esset Christo, abiissent, & caruisset testibus insigne miracu
lum. Quia aūt existimabant Mariā ad sepulchrū lachrymatū
proficisci, propterea simul abierunt cū ea, miraculiq; spectа-
tores fuerunt ac testes. Quomodo autem Martha inquit ad
Mariam

Mariam, Magister vocat te: tametsi Euāgelista non assigna- A
rit quod vocarit eam dominus? hoc scilicet latenter insinuat
mandatum Marthæ à domino vt vocet sororem. vel aduen-
tum Christi, vocis loco habebat. Dicit igitur, Vocat te magi-
ster. Quomodo enim Christo præsente nō debebat ad illum
etiā illa venire? Itaq; aduētū dñi q necessario illā petebat vt
occurreret ei, vocē dicit Euāgelista. Magister enim, inquit, ad-
est. Istuc ipsum adesse, pro voce factum est ad te. Detrectare
enim non potes quin illum præsentem & tu accedas. *Ita ut
audiuit, surgit cito, & uenit ad eum. Nondum autem uenerat Iesus in
castellum, sed erat in eo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo
qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, quū uidissent Ma-
riam quod cito surrexisset, & exisset, sequuti sunt eam, dicentes, Va-
dit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo quum uenisset eo ubi* B
*erat Iesus, uidens eum, accidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si
fuisses hic, non esset mortuus frater meus.* Quumprimum audi-
uit adesse Iesum, non segnis fuit Maria, sed surgit, & ad eum
venit. Vnde manifestum quòd non præuenisset illam Mar-
tha, neque prius, si quidem cognouisset ista Iesum venturum.
Nondum autem Iesus venit in castellum. Tardius enim ibat,
ne videretur ad miraculum properare, sed precibus illarum
exoratus hoc facere. Et quandoquidem magnum erat futu-
rum miraculum, & quale rarius fecit, erantque multi acqui-
rendi per illud, propter hoc dispensat vt multi fiant miraculi
testes. Dicit enim Euangelista quòd Iudæi qui erant cum il-
la in domo, sequuti sint illam. Maria autem maiori feruore
quàm soror sua Martha accessit ad Christum. Viso enim il- C
lo, inquit, procidit ad pedes eius, non reuerita turbam, neque
suspicata adesse nonnullos qui inimico erga Christum essent
animo. Ad nullum autem hominum respiciebat præsente ma
gistro, idque vnum curabat, vt illi summum impenderet ho-
norem. dicit enim, Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus
frater meus. Martha autem nihil tale fecit. neque enim pro-
cidit, sed magis Christo promittente ei de fratre meliora,
apparuit incredula. Tametsi & ipsa Maria adhuc imperfe-
cta videatur, dum dicit, Si fuisses hic, non fuisset mortuus
frater meus: attamen Christus ad hanc non dicit quod ad so-
rorem eius, eo quòd multa turba aderat, & non erat tempus
eiusmodi verborum, sed se illi attemperat, & denudat humā-
nam suam naturam, & humanæ naturæ proprietatem indi-

V cat Audi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dcat. Audi enim quid dicat Euãgelista: *Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cũ ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit, Vbi posuistis eũ? Dicit ei, Domine, ueni, & uide. Lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum. Quidã autẽ ex ipsis dixerãt, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci facere ut hic non moreretur?* Ad lachrymas quidẽ natura mota est, & cohibebatur propter Marthã flentẽ, & illã, & eos qui aderant. Dñs infremit in affectionẽ spiritu, hoc est increpat per spiritũ cõfusionẽ, & cohibet illã, & sic rogat, vt non cũ vlulatu esset interrogatio. Quia enim cõtristatus fuit (homo eñ erat vere) vt credibilis esset humana natura, permisit illi proprium operari, & aspere tractat carnẽ, increpatque eã spiritus sancti virtute. Itaq; caro nõ ferẽs increpatio-
E nem, turbatur & fremit, & cum mœrore pugnat. Hæc autẽ omnia dominus naturam pati permittit, vt cõfirmet q; vere & nõ apparẽter tãtum sit homo, & vt doceat nos & terminos & modũ tristitiæ ac mœroris ponere. Nã absq; cõpassione & lachrymis esse, bestiarum est: multũ autem lachrymari, plorare & cõtristari, mulierũ. Igitur quum nostræ carnis & sanguinis
Absq; cõpassiõe est se, bestiarum est.
particeps esset, particeps quoq; fuit humanarũ & naturalium affectionũ. Interrogat aũt, Vbi posuistis, nõ vt ignorãs: quomodo enim ignoraret, qui sciebat & mortuum quũ procul esset? verũm vult omnia ab eis discere, ne seipsum miraculo temere ingerere videatur, sed exoratus facere, quó & omnis suspicionis signa tolleret. Quia autem nulla adhuc coniectura
F nisse vt resuscitaturus illũ, sed vt deploraturus, dicunt ei, Domine veni & vide. Maligni autem Iudæi iterum maligitatẽ contexunt, tametsi tanta calamitas ante oculos ipsorum sita erat. sed quid dicũt? Non potuit hic qui aperuit oculos cæci, facere vt hic nõ moreretur? Vellicabãt autẽ miraculũ cęci illuminati, quum deberent signũ illud admirari. Et hi à morte illius etiam illud quasi non esset factũ, calũniantur, eleuãdoque ac taxando præoccupant, non expectarunt finem rei. Ita ipsorum mẽtes corruperat inuidia. *Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumẽtum. Erat aũt spelunca, & lapis impositus erat ei. Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam olet quatriduanus enim est. Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi quod si credideris, uisura esses gloriam dei? Sustulerunt ergo lapidem a loco ubi is mortuus fuerat positus. Iesus autem attollens*

attollens sursum oculos, dixit, Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti A
me. Ego autem sciebam quod semper audis me, sed propter turbã quæ circunstat, dixi, ut credãt quod tu me miseris. Quare Euangelista sursum deorsumq; vertit quòd lachrymatus sit Iesus, & infremuerit passioni? Vt nos discamus quòd vere natura nostra a- *Humanitas Christi aliàs ab aliis Euãgelistis ipsa.*
mictus fuerit. Nam quũ super omnes Euangelistas sublimiora de domino loquatur, & magna diuitiarum eius mysteria tradat, eapropter & in corporalibus humiliora loquitur: vnde & in luctu dicit quòd valde se hominem ostẽderit, ex hoc monstrans carnis veritatẽ: vt tu discas quòd quãuis deus fuerit, fuerit & homo. Nam sicut Lucas ab agonia & guttis sanguineis & sudore, ita & hic à luctu credibile facit q; carnẽ vere gestauerit. At cuius gratia nõ superposito lapide resuscitauit Lazarum, sed dicit, tollite lapidem? Etenim quũ mouerit B
mortuum corpus voce, & cõfirmatum animauerit, multo magis lapidem mouere potuisset voce. Tollite (dicit) lapidẽ, vt illi testes fiant miraculi, & ne iterum dicant sicuti de cæco: Hic est, non est hic. Nam & adesse in loco, & tollere lapidem *Lucæ. 22. Iohan. 19.*
suis manibus, sufficientia erant ad obturanda ingratorũ ora, qui testes signi facti erãt. Porro Martha male credula dixit, Iam fœtet, quatriduanus enim est. quasi ipossibile existimãs propter dierum multitudinem fratrem suscitari. ita adhuc humi reptabat. At Christus eam recordari faciens eorũ quæ antea dixerat, & ferme vt male memorem increpans, dicit, Nonne dixi tibi quòd si credideris, visura sis gloriam dei? Dicitur igitur dicebat, Propter hoc mortuus est Lazarus, vt glo
rificetur filius dei. Marthæ vero inquit, gloriam videbis dei, C
de patre dicens. Infirmitas enim audientium in causa est vt hæc variè dicantur. Nam quum Iudæi adstarent ibi, non dignum erat dicere dominum, Videbis gloriam filij dei. Alioqui visus fuisset de seipso arroganter loqui. Nunc autem de patre cœlesti dicens, sermonẽ facit modestiorẽ, minusq; reprehẽdum. Quare autem præcatus est, immo præcãtis figurã suscepit, ipsum dominum dicentem audiuimus. Inquit enim, Propter circunstantem turbam dixi, vt credant quòd tu me miseris. Quod autem dicit, ita se habet, Vt ne aduersarium dei me putent, vt ne dicant, non est ex deo, vt ostendam opus hoc fieri secundum tuam voluntatem. Quod autem hoc fit, & non propter alium vium, sed propter circunstantes videatur orare, vide orationem, Gratias ago tibi, qui audisti me.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Quis autem orauit sic vnquàm? Prius enim quàm dixisset ali
quid, inquit, Audisti me. Et ita non oratio, sed figura oratio-
Oratione Christũ opus nõ habuisse. nis est, & indicium solum. Quod autem non opus habeat ora
tione, manifestum est ex multis aliis, quæ absque oratione fa
ciebat. Tibi dico dæmonium, egredere ab illo. &, Volo, mun
Lucæ. 4. dus esto. &, Remittãtur tibi peccata tua, quod maximum o-
Mat. 8. 9 mnium. Et, Marce file, & quiesce. Igitur vt circunstantes cre-
Lucæ. 12. dant quòd è supernis sit, & non contrarius deo. Nam hæc fa
Mat. 8. ciens, omnibus modis ostendebat suam erga patrem gratitu-
Lucæ. 8. dinem, Et quum nihilominus dicerent, Non est ex deo, quid
non dixissent si nihil tale feciſſet? *Atque quum hæc dixisset, no*
ce magna clamauit, Lazare, ueni foras. Et prodiit qui fuerat mortu⁹,
manus & pedes habẽs reuinctos fasciis sepulchralibus. Et facies illius
E *sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus, Soluite eũ, & sinite abire. Mul-*
ti ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam, & uiderant quæ fecisset
Iesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad phari-
sæos, & dixerunt eis quæ fecisset Iesus. Quum gratias egisset
patri dominus potius quàm orasset, vt dictum est (non enim
egebat oratione, & orationis subsidio, vtpote æqualis patri
potentia) clamat voce magna, vt authoritatem & potestatem
habens. Nõ enim dixit, In nomine patris mei Lazare veni fo
ras: neq; , Resuscita eum pater, sed cum authoritate, vt dictum
est, omnino ora eorum obturans qui illũ patre minorẽ dicũt.
Quid enim par potestati huic fuit vnquã, dum loquitur mor-
tuo tanq̃ viuẽti, & dicit, Lazare veni foras? Ecce nunc opere
Iohan. 6. impletũ est hoc quod dixit, Venit hora quum mortui audient
F vocem dei: & qui audierint, viuent. Nam ne quis existimet q⁹
Iesus ab alio acceperit operationẽ, prædicit q⁹ hoc per opera
Vox Christi suscitãtis Lazarum. mõstraturus sit. Cæterũ magna vox saluatoris quæ Lazarum
suscitat, symbolũ est magnæ tubæ quæ sonatura est in cõmu-
ni resurrectiõe. Magna autẽ voce clamauit dũs, & id propter
hoc, vt obstrueret ora gẽtilium dicẽtiũ in sepulchris esse ani-
mas. Vocat enim illam vt procul absentẽ. Quẽadmodum aũt
resurrectio ista particularis, ita etiã vniuersalis in momẽto &
nictu oculi erit. Egressus aũt est, inquit, q̃ mortuus erat, obuin
ctus manus & pedes. Nõ minus enim videbatur esse mirabile
vinctum egredi, q̃ suscitari. Et miraculũ erat vere vinctũ mo-
ueri, cõiunctũ miraculo resurrectionis. Iubet vero illũ solui,
vt prope facti & accedẽtes videãt q⁹ ille ipse sit. Ire aũt illum
dicit, ad fugiendã ostentationẽ. Nõ enim ducit illũ secũ, neq;
iubet

iubet vt secum ambulet, vt sic sese ostentet. Facto autem mira A
culo, spectantium alij quidem crediderunt, alij autem annun
ciauerunt phariſæis, nimirũ vt prophanã rem, quia ausus fue-
rit imperare vt effodiatur sepultus. *Congregauerunt ergo pon*
tifices & pharisæi concilium, ac dicebãt, Quid facimus, quia homo hic
multa signa facit? Si dimiserimus eũ sic, õnes credẽt in eũ, & uenient
Romani, & tollent nostrũ tum locũ, tum gentem. Obstupescendus
& admirabilis erat qui tãta facit miracula. Phariſæi autẽ eum
magis quærebant occidere, id quod extremæ insipientiæ fue-
rit, quòd morti se traditurus existimabãt eum qui mortem in
aliorum vincebat corporibus: conabanturque ita gloriã eius
obscurare, atque post tanta miracula parum hominem esse ar
bitrabantur. Quid faciemus, dicẽtes, quia hic homo multa si-
gna facit? Et quale hoc crimen, q⁹ signa facit? Oportebat er- B
go credere & admirari, & non adhuc habere pro homine pu-
ro. Vide autem malignitatem Iudæorum, populum cõmoue-
re studẽtium, quia rationem afferunt quasi populi multitudo
periclitatura esset, & à Romanis perdenda ob tyrannidis su-
spicionem. Nam si permiserimus eum sic, turbam multam ha
bebit post se, quę signorũ exhibitione sequetur, & nos omnes
de tyrannide suspectos habebunt Romani, & tollent nostras
ciuitates, & enertent. Hæc autẽ (vt dixi) præ malitia dicebãt.
Vt enim non videantur insidiari Christo propter inuidiam,
commune periculum in medium afferunt, concitantes popu- Spũalis
lum contra Christum, quasi perditionis author ille esset futu *textus di-*
rus. Accipe autem & aliter miraculum hoc. Est enim mens no *scussio.*
stra amica Christo: sæpe autẽ ab humana vincitur natura, & C
incidit in peccatũ, & moritur morte animæ miserabili, digna
cui misereat Christus. Amic⁹ enim est ei quę est mortua. So-
rores igitur & cognatæ mentis mortuę, caro vt Martha (cras-
sior esti & corpulẽtior est Martha) aïa aũt vt Maria (quę ma-
gis pia & honesta) accedãt ad Christũ, & procidãt, habentes
& cõfessiõis cogitatiões, quæ vt Iudęi illã sequãtur. Iudas esti *Iudas.*
confessio dicitur. Et omnino dũs vbi adstiterit ad sepulchrũ,
& cæcitatẽ quasi lapidẽ quendã iacentẽ super sepulchrũ, tol-
li iusserit, in memoriam reducendo futura & bona & suppli-
cia, clamauerit q; magna voce turbæ euãgelicæ, Lazare veni
foras ex sepulchro: ne si sepultus in tẽporalibus distractioni-
bus & affectionib⁹: sicut & discipulis dicebat, Nõ estis ex mũ *Iohã. 15.*
do, sed ego vos elegi de mundo. Et iterũ Paulus, Et nos ex ea- *Hebr. 13.*

Dmus ad eũ extra castra, hoc est mũdum. Atq; ita excitat à peccato mortuum. corruptæ enim fuerunt malitia cicatrices, sed quæ propter hoc fœtebant. Idcireo quatriduanus mortuus erat quatuor diurnis & lucidis virtutibus priuatus, & ad illas immobilis & ociosus existẽs. Verũtamẽ quãuis & immobilis fuerit, manusq; ac pedes vĩctus, ac propriorũ peccatorũ catenis cõstrictus, & ad õne op⁹ bonũ inutilis declaratus, quãuis etiam faciẽ sudario obtectus, ita vt nihil diuinũ videre queat à carnali velaméto impeditus, & in summa pessimè affectus, & secundũ virtutẽ practicã, quæ per manus & pedes: & secũdum contẽplatiuam, quæ per contectam faciem significatur: quanuis inquam sic misere habeat, audiat tamen, Soluite illũ, boni & cooperarii salutis angeli vel sacerdotes, & remissionẽ ei date peccatorum, ita vt ire ac moneri possit ad operandum bonum. Quidam autem per Marthã quidem intellexerũt synagogam Iudæorum: Mariam vero, ecclesiam ex Gentibus. Et synagoga quidem Iudęorum turbatur circa plurima (multa enim sunt mãdata legis, & operatu difficillima) at ecclesia ex Gẽtibus nõ multis opus habet mãdatis, sed paucis, in quibus tota lex & prophetę pẽdent, quę de charitate posita sunt. Per fratrẽ aũt illaru, qui ex mortuis surrexit, animas quę propter peccatũ i infernũ descẽdunt, iuxta illud, Cõuertatur peccatores qui in infernũ. Illas eñ animas resuscitat dñs. Vnus autẽ ex ipsis Caiphas, quẽ esset pãtifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicq̃ nec perpẽditis quòd expedit nobis ut un⁹ homo moriatur pro populo, ac nõ tota gẽs pereat. Hoc aũt a semetipso nõ dixit, sed quũ esset pãtifex ãni illius, uaticinatus est quòd Iesus moriturus esset pro gẽte, & nõ tantũ pro gẽte, sed ut filios dei qui erãt dispersi, cõgregaret in unum. Ab illo ergo die consultabant inuicem ut interficerent eum. Cũ aliis apud Iudæos & pontificatus dignitas erat corrupta, simoniae venalitii facti fuerunt principes, ne vltrà per omne tempus vitæ vnus, sed duntaxat in annum vnum sacerdotio fungeretur. Et quanuis ita corrupta foret dignitas, adhuc tamen aderat spiritus sanctus operans in his qui vncti erant. Postquam autem manus iniecerunt in Iesum, tunc omnino gratia dereliquit illos, & trãsiit ad apostolos. Igitur alij quidem in cœtu concilij mortem Christi meditabantur, pontifex autem ita erat sanguinarius vt & nudo (quod aiunt) capite, contra Christum impudẽtissime sententiã ferret. Immo & alios quidem reprehendit, quòd non intelligerent quod oportebat,

Angeli et sacerdotes cooperarii Christi

Vsal. 9.

Caiphas sanguinarius.

oportebat, & ignaui essent in dispiciendo quid ad rem conducat. Nam vos, inquit, nescitis quicquam. Desides, inquit, estis ad intelligendum, & non cogitatis quòd expediat vnum mori, & saluari omnem populum. Hoc autem ipse quidem siniſtro animo dixit. Veruntamen gratia spiritus ore illius vsa est ad prædicendum futura, tametsi pollutum cor eius non attigerit. Vide igitur quanta potentia spiritus. Fecit enim vt à mala mente procederent verba mirabilem habentia prophetiam. Nam mortuo Christo, omnes qui crediderunt ex Gente, à magno & æterno supplicio liberati fuerunt. Et non pro gente solum Iudaica mortuus est, sed & vt alij filij dei, hoc est gentes, in vnum congregarentur. Filios autem dei nominat gentes, quemadmodum & alio loco inquit, Et alias oues habeo: quas postea vocat, vel secundum quòd omnium pater est, creando nos generans, vel secundum quòd decoranit nos ad imaginem & similitudinem propriam condens. Igitur sicut & in Actis Paulus ad Athenienses concionans inquit, Genus igitur quum simus dei. Itaque quia homo animal est principale, & secundum hoc assimilatum deo, filius dei dicitur omnis. Proinde quum dispersos nos variis modis satanas à deo & ab inuicem diuulsit, vt vnusquisq; sequiret contra proximum propter diuitiarũ amorem, & vanam gloriam: Christus ita in vnam nos collegit ecclesiam, & sub vnum coegit iugum tam eos qui prope, quàm eos qui longe erant, vnum corpus faciens, vt is qui *Ioan. 10* *Actuũ. 17* *ecclesia, singuli mẽbra Christi* Romæ habitet, cum qui in India est, suum membrum esse *sunt uero* credat, & omnium vnum caput fateatur esse Christum. Et *caput.* ab illo die consultarunt vt interficerent Iesum. Manifestum C quòd ab illo die sententiam confirmarunt: & antea quidem eædem eius meditabantur, sed remissius, & quæstio magis erat quàm sententia, nunc autem postremum iudicium, & firma sententia. Prius enim, inquit, quærebant occidere illum. Et ipse quoque eos arguens inquit, Quid me quæritis occidere? Considera igitur pontificalis dignitatis virtutem, quomodo plena sit gratia spiritus, tametsi indigni sint qui *Honorãdi sacerdotes ob græ tiam etsi mali.* illam gerant. Et honora sacerdotes dignè propter gratiam in eis, non propter eorum voluntatem. Igitur non solus Caiphas prophetat, sed & alij multi indigni futura dixerunt, *Gen. 41* Pharao de fertilitate ac sterilitate, Nabuchodonosor de re- *Daniel. 2* gnis & Christo, & Balaam de Christo. Non autem cõtinuo *Num. 24*

D si quis prophetat, propheta dicitur, sed si quis propheta, ille
Danie. 1. & prophetat: sicut neque omnis qui medicinam parat, medi
Nu. 24. cus: neque iustus, iustum quiddam faciés, sed qui iuste facit,
iuxta dictum illud, Iuste quod iustum est persequere. Prophe
Deut. 10. tat & Caiphas, sed non prophetica mente, & propterea non
propheta. *Iesus ergo iam non propalam ambulabat inter Iudæos, sed abiit in regionẽ iuxta desertum, in ciuitatẽ quæ dicitur Ephræm, & ibi uersabatur cum discipulis suis. Instabat autem pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierusalem è regione ante pascha, ut purificarent se. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur inter sese in templo stantes, Quid uidetur uobis quòd non uenit ad diem festũ? Dederant autem pontifices & pharisæi præceptum, ut si quis cognouisset ubi esset, indicaret, ut comprehenderent eum.* In condem-
E nationem Iudæorum secedit dominus: interim & nos do-
Periculis nemo se temere ingerat. cens, ne uos temere periculis ingeramus etiam pro pietate: sed stemus quidẽ fortiter deprehensi. non deprehensi autem ne in voluntarium periculum propter incertum euentum ruamus. Vide autem stultam Iudæorum sententiam. neque tempore festiuitatis à cæde abstinent, sed cædem committere consultant. Et ascenderunt vt purificarentur. Qui peccarant vel sponte, vel inuiti, non agebant pascha, nisi prius purificati essent, iuxta consuetudinem loci & ieiunantes, & rasi, & deputata quædam sacrificia offerentes. Illi igitur optimi insidiabantur domino, & dicebant. Quid videtur vobis quòd non veniat ad festum? Hoc est, Necessario aderit: & si nihil aliud, tempus coget illum illaqueari. Quum ma-
F gis oportebat condemnatos propter festiuitatem absoluere, tunc absque causa insidiantur domino. Et si quidem priuati hæc soli fecissent, visum fuisset imperitiæ dandum: nunc autem pharisæi præcipiunt vt prodatur & cõprehendatur. Recte igitur abscedit ab illis. Nam verbum dei prius quidem habere ambulabat in Iudæis, quum per prophetas annunciaretur: nunc autem non vltrà, sed secedit in solitudinem, Gen-
Esa. 54 tium ecclesiam, de qua dictum est, Filij desertæ plures, q̃ eius quæ habet virũ. Porrò prope Ephræm erat solitudo illa. Ephræm autem dicitur fertilitas, Frater hic posterior erat Ma-
Exodi. 4. nasse, qui natu maior erat. Manasse vero interpretatur obli-
Hier. 31. tio. Itaque Iudæorum populus, quum maior natu, filius dei. Filius enim meus, inquit, primogenitus Israel. sed venit in oblionem coram deo. Ephræm autem, hoc est fertilitatem ex gen-

ex gentibus, secũdum filium facit dominus per euangelicum A verbum, derelicta Iudæa.

CAPVT XII.

Esus ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi Matt. 26
Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit à mortuis. Mar. 14
I *Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat de numero discumbentium cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosæ, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis. Domus autem impleta est ex odore unguenti.* Decima quidem mensis accipiunt ouem immolandam in pascha, & ex eo tempore requirere incipiunt quæ necessaria ad festum. B Denique & cœna quę ante sex dies, quæ est nona mensis, lau- Exodi. 12
tius epulantur, & initia festiuitatis illo die faciũt. Ideo & Iesus simul cœnauit in Bethaniam veniens. Ostendere autem volens Euangelista veræ resurrectionis Lazari signum, dicit, Lazarus autem vnus erat recumbentium. Nõ enim vt apparuit, statim mortuus est, sed mansit multo tempore, solita faciens, comedens ac bibens, atq; alia agens. Dicendo autem quòd Martha ministrarit, significauit q̃ in domo eius cœna fuerit. Obserua autem fidem mulieris, quomodo non permiserit ancillis ministerium, sed per seipsam ministret. Et Pau- 1. Tim. 5
lus de muliere vidua dicit, quæ sanctorum pedes lauerit. Igi-
tur ipsa omnibus ministrat: Maria autem soli Christo hono- C
rem impendit, quoniam eum non accedebat vt hominem, sed vt deum. Nam vnguentum propterea effudit, & capillis capitis tersit, quòd nõ haberet opinionem de illo, qualem multi, tanquam de puro homine, sed vt domino & deo. Assumitur Expositio
autem Maria in anagogica expositione ad deitatem patris & anagogi-
domini omnium. Maria enim domina interpretatur. Igitur ea. domina omnium deitas patris vnxit pedes Iesu, carnem dico verbi quæ in nouissimis, vnguento spiritus, sicut & Dauid di- Psal. 44.
cit, Propterea vnxit te deus tuus oleo exultationis. Et ma- Actu. 2
gnus ille Petrus, Cognoscat omnis domus Israel, quia dominum & Christum illum deus fecit, hunc Iesum quem vos crucifixistis. Nam caro à verbo assumpta, diuino spiritu, qui accessit ad vterum virginis, vncta est, & facta id quod verbum, hoc est deus: impleuitq; mundum sua fragrantia, sicut & vnguentum

D guentum Mariæ domum omnem bono odore repleuit. Qui autem capilli quibus exterſit pedes? Vel certe qui ornant caput dei, & principalem eius ſubſtãtiam, ſancti. Hi enim quia ſunt in gloria dei, mundus & ornatus eius vtiq; dicũtur: quia & participes facti ſunt vnctionis carnis domini, quos & Da-
2. Cor. 1 uid participes vocat, & Paulus quoque ad Corinthios dicit,
Qui Chriſti dicãtur Qui cõfirmat nos vobiſcum in Chriſto, & vnxit nos deus. Et alio loco, Chriſtos ſcimus dici eos, qui ſecundum Chriſtum vixerunt. Igitur per capillos Chriſtiani intelliguntur, qui pẽdes exterſerunt Ieſu, & participes facti ſunt diuinæ vnctionis. Mortuum quiddam capilli ſunt, mortui ſunt & hi qui
Galat. 5. Chriſti. Carnem enim ſuam crucifixerunt, & mortificarunt membra quæ ſuper terram: mundóque mortui ſunt. Ornant
E caput capilli, & gloria ſunt illius. Gloria dei ſunt & ſancti
Matth. 5 quorũ lux coram hominibus fulget, & glorificatur propter eos pater. Illi & edunt ac bibunt in gloriam dei, & in membris glorificant eum. Et tu quoque quia mortem tuam tanquam alterũ Lazarum reſuſcitauit Ieſus, & ſuſcipis illum in domum animæ, & conuiuium habet cum eo mens quæ reſurrexit: vnge pedes domini ante ſex dies paſchæ, priuſquã veniat paſcha futuri ſeculi, quandiu in mundo hoc verſaris, qui in ſex diebus eſt conditus. Pedes Chriſti, apoſtolus & Euangelium. Affer igitur vnguentum variarum virtutum, quarum optima eſt tanq; nardus, feruida fides, in vnum collectis affectionibus. Niſi enim feruidam & ſtudioſam virtutibúſq; prę
ditam habitudinem erga mandata oſtenderis, mortuiſq; tuis
membris quaſi capillis exterſeris, & niſi illum receperis, non
F poteris domum tuam benedictione replere. Nam pedes domini, minimi fratres, per quos vadit Chriſtus ad vniuſcuiuſque ianuam quæreus quę vtilia ſint: quos vnge eleemoſynæ vnguento. Atq; multi quidem miſerentur ad oſtentationem:
Matth. 6 ideo nullam in ſe vtilitatem recipiũt. Receperunt enim mercedem in hac vita. At tu exterge capillis capitis, vtilitatẽ in anima tua accipe, in principali parte lucrum eleemoſynæ cõgrega: & ſi quid mortuum habes, & inanimatum, ſicut ſunt
Danic. 4 capilli, in hoc bonum vnguentum intingito. Peccata enim tua, inquit, eleemoſynis dele. *Dicit ergo unus ex diſcipulis eius, Iudas Simonis Iſcariotes, qui erat ek proditurus: Quare hoc unguentum non uenit trecentis denariis, & datum eſt egenis? Dixit autem hoc non quia pauperes illi curæ eſſent, ſed quia fur erat, & marſupium*

pium habebat, eaque quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Ieſus, A
Sine illam, in diem ſepulturæ meæ ſeruauit iſtud. Pauperes enim ſem per habetis uobiſcum: me uero non ſemper habetis. Iudas quum eſſet auarus, reprehendit honoris modum. Quare enim non obtuliſti pecuniam, inquit, vt poſſem ſcilicet furari, ſed vnguentum? Quomodo igitur alius Euangeliſta dicit quòd o-
Matt. 26 mnes diſcipuli hoc dixerint? Dicendum igitur quòd omnes quidem dixerint, ſed non tali mente alij, quali ille. Non reprehendit autem eum dominus, quanuis ſciret furaci animo hoc illũ dixiſſe (nolebat enim illũ confundere, docens & nos longanimes debere eſſe erga tales) ſed occulte opprobrat ei proditionem, tametſi propter auaritiam traditurus eſſet eum in mortẽ. Ideo & ſepulturæ meminit, perſtringẽs inſipientiã eius, ſi quo pacto corrigatur. Et quod ſubditur, talẽ quendã B
ſenſum habet, Pauperes enim, inquit, ſemper habetis vobiſcũ, me autem nõ ſemper habetis, eo q̃ breui abiturus ſum, te mihi mortẽ machinante. Igitur ſi oneroſus tibi ſum, & moleſtus ille in me honor, expecta pauliſper, & eris liber à me: & tunc ſcies nũ propter pauperes opus habeas vnguenti venditione. Quare autem, ſi quidem auarus erat & fur, pecuniarũ diſpenſationẽ ei permiſit dominus? Propter iſtucipſum q̃ fur erat, vt omnem ei occaſionẽ auferret. Non enim poterat dicere q̃ propter pecuniarum amorem eum prodiderit. Nam ſatis cõſolationis ex marſupio habebat, & neq; marſupium gerẽs fidelis erat. Portabat enim, hoc eſt furabatur, quę mittebãtur. ſacrilegus erat, in ſuum vſum rapiens ea quæ in diuinum dabantur. Audiant ſacrilegi quarum partium ſint. Et caput ma C
litiæ eſt, q̃ poſtea vẽdidit dominũ. Vides quò ſerat auaritia? Ad proditionẽ. Bene igitur Paulus radicẽ omniũ malorũ hãc 1. Tim. 6
vocauit, vtpote quę prodiderit dominum, & quotidie hoc fa Radixom
ciat. Nonnulli aiunt ideo creditam Iudæ pecuniarũ diſpenſa niũ malo-
tionem, ceu minorẽ aliis. Nam pecunijs miniſtrare minus eſt rum auarì
q̃ doctrinæ: ſicut & in Actis dicũt Apoſtoli, Non licet nobis tia.
relicto ſermone miniſtrare menſis. *Cognouit ergo turba multa Actuũ. 6*
ex Iudæis quod eſſet illic: & uenerunt non propter Ieſum tãtum, ſed ut Lazarum quoque uiderent, quem ſuſcitauerat à mortuis. Conſultabant autem principes ſacerdotum ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum. Beneuoli fuerunt hi qui ad Ieſum venerunt, & nó ſicut alij, maleuoli & inſani. Venerunt enim, inquit, non propter Ieſum,

ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

D sed vt & Lazarũ viderent. Nam quum reuera maximum miraculum esset, multi cupiebãt eius qui surrexerat spectatores fieri: fortassis expectantes audire a Lazaro de iis quæ in inferno. Pharisæi autem tam inhumani erant, vt non solum Iesum, sed & Lazarum occidere cuperent, eo quod multis authors salutis fieret, & miraculo suo ad fidem simpliciores adduceret. Ita apud illos crimen erat si cui benefieret: imo hoc male habebat eos, quod instante die festo omnes ad Bethaniam currerent, fierẽtque auditores miraculi, & spectatores eius qui resurrexerat. *Postero die turba multa quæ uenerat ad*
Mat. 23. *diem festum, quum audissent quod uenisset Iesus Hierosolymam, acce-*
Mar. 14. *perunt ramos palmarum, & præcesserunt obuiam ei, & clamabant,*
Luc. 19. *Hosanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel.* Quũ
E secessisset paululum in solitudinem domin⁹, vt restringueret furorem homicidarum, iterum libere accedit, & iterum comparet. Instabat enim nunc tempus passionis, & non vltra oportebat eum latere, sed dare se pro salute mundi. Vide autẽ consequentiam passionis. Suscitauit Lazarum, miraculo hoc maximo omnium ad finẽ reseruato: ea propter multi cõfluebant & credebant: credentibus multis maior nascebatur inuidia: inuidiam autẽ secutę sunt insidiæ & mors. dicit enim, Quum audissent turbæ quod veniret Iesus, occurrerunt ei cũ gloria, propter miraculum Lazari maiorem illi impendentes honorem, quam homini puro debeatur. Non enim vltra vt prophetam habebant illum. Quem enim prophetarum sic venerati sunt olim vnquam? Vnde & dicebãt, Hosanna, be-
F nedictus qui venit in nomine domini. Ex his autem verbis colligimus primum quidem quod deus sit. Nam hosanna interpretatur, salua obsecro: sicut & in centesimoseptimo psal-
Hieronym⁹ è 117 sumptum indicat. mo a LXX in Græcũ versum est, vbi Hebraice habet, Hosanna. Græcè dicitur, O domine, salua obsecro, Saluare obsecro. Saluare autem solius dei est, & ad ipsum dictum est, Salua nos domine deus noster. Et ex omnibus locis colleget quis quod salutem soli deo scriptura tribuat. Igitur primum quidem hoc ostendũt, quod dicta Dauid de Christo, docẽt quod deus sit, deinde quod & proprie deus. Nam qui venit, inquit, non qui ducitur. nam hoc seruitutis est, illud autẽ potestatis. Dicendo vero, in nomine domini, ipsum docet, quod ipse verus sit deus. non enim dicit eum venisse nomine serui, sed domini. Et insuper asserunt quod non sit aduersarius

eius deo, sed in nomine patris venerit, sicut & ipse dominus A
inquit, Ego veni in nomine patris mei: alius autem veniet in *Iohã. 5.*
nomine suo. Porro regem Israel appellauerunt eum, fortassis sensibile quoddam regnũ imaginantes. expectabãt enim vt surgeret rex maior supra quam fert humana natura, qui liberaret eos a Romanorum imperio. *Nactus autem Iesus asellam, sedit super eam: sicut scriptũ est, Noli timere filia sion, ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinæ. Hæc autem non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quod hæc essent scripta de eo, & quod hæc fecissent ei.* Quo modo alii quidem Euangelistæ dominum dicunt ad discipulos dixisse, Soluite, & adducite mihi: Iohannes autem hic nihil tale dicit, sed tantum inquit, Nactus Iesus asellam. & cur hoc? Nunquid inter se dissident? Cæterum quod illi dixerũt B
fusius, hic quodam compendio dixit. asellam enim a discipulis & adductam inuenit, & sedit super eam, & propterea etiã prophetiã impleuit Zacharię, qui dixit, Ne timeas filia Siõ, ecce rex tuus venit tibi sedẽs super pullum asinæ. Quia enim vt in plurimum reges Hierusalem iniusti & auari fuerunt, dicit propheta, Ne timeas Syon, nam rex de quo prædico tibi, non talis est, sed mitis & modestus, & nullam præ se ferens arrogantiam: idque ostenditur ex eo quod insidens asino ve-
niat. Non enim exercitum post se trahẽs ingressus est, sed asi-
no vectus. Erat & futuri symbolum quod ipse sederit sup asi- *Asini sym-*
na. Immũdum enim animal hoc in lege, symbolum erat im- *bolũ in le-*
mundi Gentilium populi, super quo insedit dei verbum Ie- *ge.*
sus, subiiciẽs indomitum & ineruditum illum quasi pullum, nouum dico populum: & adduxit in Hierusalem verã, quum C
factus esset subditus ei. An non & eos qui ex Gentibus, congregauit in cœlum dominus, factos sibi in populum, & obedientes eius prædicationi? Declarabant autẽ & palmæ, quod fortis quidam, & quod victor fuerit mortis, resuscitato Lazaro. Palma enim in certaminibus datur victoribus. Fortassis *Palmæ ui-*
autem significabant eum qui laudabatur, cœlestem esse, & è *ctoribꝰ tri-*
summis venisse. Sola enim aliarum arborũ erigit se in ipsum *buta.*
cœlum, vt sic dicam. In summitate autẽ folia habet, alba germina in folio ferens. Porro in trunco & mediis vsque ad fastigium aspera est, & vix ascensilis: in ramis autem virgas erectas promittẽs. Ita & qui ad cognitionem verbi & filii dei properat, asperam quidem illam inueniet, ambulãs per labores

D res virtutis. Veniens autem ad summitatem scientiæ, assequetur fulgidissimum lumen Theologiæ, & reuelationem inuisibilium & ineffabilium, quasi candidissima palmarum germina. Cæterum admirare hic euangelistã quomodo nõ erubescat, sed inuulget primum Apostolorum ignorantiã. Hæc enim, inquit, non cognouerunt discipuli eius primũ, sed quãdo Iesus glorificatus est. Gloriam autem dicit ascensionem post crucem & passionem. Tunc enim cognouerunt in aduẽtu spiritus, quod de illo essent scripta. Nam fortassis sciuerũt quod fuerint scripta: quod autem de Iesu, ignoraueruntː idque vtiliter, alioqui scandalizati fuissent quum crucifigeretur, si quidẽ rex a scriptura annunciatus fuisset talia patiens.

E *Testabatur igitur turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quod audierant eum edidisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt inter se, Videtis quod nihil proficitis, ecce mundus post eum abiit.* Turba, inquit, quæ viderat miraculum de Lazaro, ideo & occurrerunt ei cum gloria hi qui audierant hoc factum signum, scilicet credentes. Neque enim nisi credidissent, ita repente inde abiissent. Pharisæi autem dicẽtes, Videtis quod non proficitis quicquam, non ex malitia hæc loquuntur, non enim fuerunt ex his qui mortem meditati erant Iesu, sed beneuoli quidem esse videntur, sed nondum libere loqui audentes, eo quod non audebãt manifeste resistere his qui contra dominum sæuiebãt: & per occasionem tentant reprimere illos. Quæ vestra vtilitas ex multis cõtra hominem hunc insidiis? Quantum enim insidiamini, tantũ hic

F crescit, & augetur gloria eius. Nam mundus, hoc est, omnis multitudo, post eum vadit: atque ita quia nihil efficitis, cessate ab insidiis, vt ne frustra iniustitiam patretis.

Erant autem quidam Græci ex his qui ascenderant ut adorarent in festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ, & rogabant eum dicentes, Domine, uolumus Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens, Venit hora ut glorificetur filius hominis. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti decidẽs in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si uero mortuum fuerit, multum fructum affert. Propter pulchritudinem templi, & cã

Proselyti qui. quæ de Iudæis dicebantur, multi etiam Græcorum ascenderunt adoraturi. Hi autem propẽ fuerũt, eo quod & proselyti fiebant,

fiebant, hoc est, accesserunt ad Iudaismum. Igitur fama com A
municata de Iesu, accedunt ad Philippum, & rogauerunt eũ
vt viderent Iesum, hoc est, petiuerunt. At ille (sed vide modestiam, & bonum ordinem) Andreæ dicit, tanquam ei qui ante se erat: & ille non arrogat sibi suggestionem, non enim in authoritate erat, sed simul accipit & Philippum, & ita fideliter domino referunt. Tãtus ordo, amorque mutuus inter eos erat. Quid igitur dominus? quum discipulis interdixisset ne in viam gentium abirent, videretque gentes se iam accedere Mat. 10.
(Græci enim qui volebant eum videre, omnino Gentiles erant: Iudæos autem sciebat sibi insidiari) Tẽpus, inquit, nũc Luc. 19.
est accedendi ad passionem. Venit enim, inquit, hora crucis, vt glorificetur filius hominis. Nam quid opus est Gẽtes quę B
nos accedunt, nõ suscipere, & accurrere ad Iudæos, qui oderunt & persequuntur? Igitur quia ex Gẽtibus veniunt ad nos, nunc est tempus vt crucifigar. Igitur permittam Iudæis vt insidiandi finem faciant, & permittam eis vt crucifigãt me, vt certe nullam habeant excusationem posthac, quum iuste reliquero eos vt crucifixores & interfectores meos, & contulero me ad gentes, quæ nunc venire inceperunt ad doctrinã meam. Nam valde iniustum est nihil dari Gentibus, quæ verbum ac salutem sitiunt: Iudæis autem qui respuunt sibi data, & insidiantibus benefactori, luxum suppeditare. Insuper ne scandalizentur discipuli quod quando & gẽtes accedere inceperunt, tunc moriatur, dicit quod suum mori, fidem gẽtiũ magis auctum sit. Nam sicut granum frumenti quum semi
naueris, moritur, & tunc multum fructum affert: ita vtiq; & C
mea mors magnum fructum in fide gentium apportat: & ita nullus scãdalizetur quod adductio gentium per mortẽ meã prohibeatur, sed ab exemplo grani credat rasum in morte mea, incrementum eorum qui crediderint, allaturum. Nam si hoc in grano fit, multo magis in me. Quum enim mortuus fuero, & resurrexero, multo magis ostendam virtutem meã. quum enim resurrexero, omnes credent mihi vt deo.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodiet eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater. Quoniã ppe erat passioni dominus, & sciebat discipulos mœrore plenos fore: ideo dicit q. vsqueadeo non oportet vos in mea morte mœrere,

vt etiam

D vt etiam vos quoque nisi moriamini, nullum lucrum habebi-
tis. Et in summa, omnis homo qui præsentem vitam diligit,
& animam suam amat, hoc est, sua desideria absurda facit, &
permittit ei quod non oportet, nec contenit mortem, perdit
eam: qui autem odit illam, hoc est, qui non concedit ei, neq;
ab illa flectitur, custodit illam in vitam æternam. Volens au-
tem ostendere magnam auersationem quę habenda est erga
concupiscentias animæ, dixit, qui odit. Et enim non sustine-
mus vt videamus faciem vel audiamus vocem eorũ qui odio
habétur. Igitur sic oportet esse affectos in absurdos animæ
appetitus, vt extremo odio illos habeamus. Quod aũt dicit,
qui odio habet animam suam in hoc mundo, declarat tem-
E poralem rem esse. Nã quia videtur crudele præceptũ & grau-
ue, mitigat illud per hoc quod adiicit, in mũdo hoc. Nõ eñ,
inquit, in immẽsum tempus iubeo haberi odio animã, sed in
hoc transitorio mundo auersari eam quæ tibi tã absurda im-
perat. Subdit autem & lucrum, dicens, In æternam vitam cu
stodiet eam. Odio quidem habes ad tempus, in secula autẽ
seruat viuentem diuinam vitam. Quum autẽ adhortatur eos
magis ad contẽptum præsentis vitæ, & contra mortem ani-
mat, dicit, Qui mihi ministrat, me sequatur: ita promptus sit
ad mortem, vt ego. Imitationem autem hic per opera dicit.
Deinde & consolatio sequtur, Vbi ego sum, & minister meus
erit. Vbi autem Christus? In cœlis: & ita qui per mortẽ eum
sequitur, & non adhæserit huic mũdo, illic erit in cœlis. Op
ponuntur enim inter se sursum & deorsum. Qui diligit infra
F esse, sursum non erit: qui autem fugit quæ infrà sunt & mun-
dum, sursum & in cœlis erit. Nam si quis mihi ministrauerit
inquit, honorabit eum pater. Non dixit, ego honorabo eum,
sed pater: commendans per hoc quod verus filius sit. Pater
Exhorta- enim honore prosequetur talem, vt ministrum veri filii. Præ
tio. terea per hoc docet quod non sit contrarius deo. Deus enim
& pater non cohonestaret eum qui sibi aduersatur. Igitur ne
amemus animam nostram, vt seruemus eam a pericu-
ver'tate, vt nolimus a ffligi pro bono: sed si quidem mi-
Christi sumus, exponamus eam periculis pro veritate.
mus omnino vbi nunc est Christus. Non de diuinis loc
dignitatibus, nam ille natura est deus, sed in quibus hu
na naturã ornari potest, vt ille deus natura sit, nos dii g
tia & adoptione. *Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pa-*
ter,

ter, serua me ex hac hora, sed propterea ueni in horam hanc. Pater, A
illustra nomen tuum. Venit ergo uox de cœlo: Et illustraui, & rursus
illustrabo. Quid est quod dicit? Videtur enim sibiipsi cõtra
ria loqui. Nam qui superius videtur admonere vt exercea-
mur & parati simus ad mortem, & odio habeamus animam,
hic nunc turbatur, inquit, moriturus: quod non est exhortan
tis ad mortem, sed auertentis. At si recte consideraueris, in-
uenies quod turbari ipsum, adhortatio sit ad contẽptũ mor-
tis. Vt enim ne quis possit dicere quod ipse extra humanas
passiones constitutus, facile de morte philosophetur, & ipse
extra pericula alios admoneat: ostendit quod & ipse ab hu-
manis ꝓprietatibus tentatus sit, & nostræ naturæ fuerit par
ticeps, quãuis absque peccato. Idcirco quãuis mœreat & tur B
betur vt homo, qui natura vitæ amans est, non tamen mortẽ
deuitat. Docet autem per hæc nos, vt nos etiam si turbemur
& mœreamus, non fugiamus mortẽ: quia & ego, inquit, quũ
turber (homo enim vere sum, & permitto naturæ vt sua ostẽ-
dat) attamen non dico ad patrem vt saluet me ex hora hac.
Sed quid dico? Illustra tuum nomen, hoc est, probetur tibi vt
ego suscipiam crucem & periculum pro salute omnium. Vi-
de autem quod gloriã dei nominauit mori pro veritate. ideo *Mori pro*
& pater, Et illustraui, inquit, & iterũ illustrabo. Nam & mi- *ueritate,*
raculis quæ ante crucem, quæ & in meo nomine perficiebas, *gloria dei*
illustraui: & iterum factis per te miraculis in ipsa cruce illu
strabo, & post sepulturam quum resuscitauero te, & spiritum
misero, magis gloriosum & meum nomen & te constituam. C
Sunt autem qui intelligunt hoc dictum. Nunc cor meum tur
batum est: non quod dominus timeat mortem secundum hu
manam naturam, sed præuideat eiectionem generationis Iu
dæorum exasperatricis, & dolens ac parcens eis turbatur ꝓ-
pter eos. & misericors doloré in se accipit. Neq; enim dicã,
quod mortem timeat. Non enim ignorabat quam ob causam
ad nos profectus esset, sicut & ipse dicit, Propter hoc veni in
horam hanc. Alioqui quomodo adhortatus fuisset alios, Ne
timeatis eos qui occidunt corpus? *Turba ergo quæ stabat &*
audierat, dicebat tonitruum esse factum: alii dicebant, Angelus ei lo-
quutus est. Respondit Iesus, & dixit, *Non propter me hæc uox* Mat. 10.
uenit, sed propter uos. Nunc iudicium est mundi huius: nunc prin-
ceps mundi huius eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra,
omnes trahã ad meipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte

D *esset moriturus.* Plures quum crassiores essent & imperitiores, putauerunt tonitruum esse vocem, quanuis articulata vox esset, & cognoscibilis. Statim enim obliti erant verborum vocis, & solum eius sonum tenebant. Alii autem & verba vocis tenebant, quæ dicebat, illustraui, & iterum illustrabo. Non intelligentes autem quis verborum sensus, ab angelo dicta esse putabant, & ideo intellectu difficilia, vt pote ab angelo dicta. Iesus autem, Non propter me, inquit, facta est hæc vox, sed propter vos. Equidem non opus habeo vt discam quod illustrauerit pater, iterumque illustraturus sit nomen suum: vos autem opus habetis, vt discatis quod non sim aduersarius deo, sed in gloriam nomi-
nis dei. Nam si per me nomen dei illustrandum, quomodo
E sum aduersarius dei? Propter vos igitur facta est vox, vt scia
tis quod in gloriam sim dei. Quanuis autem scire non possitis, saltem interrogate, & discite quod ignoratis. Dicendo autem, Nunc est iudicium mundi huius, videtur quidem superioribus male cohærere. Qualem enim consequentiam habet hoc ad illud quod dictum est, Et illustraui, & iterum illustrabo? Omnino autem recte sequitur. Nam quia superius dixerat pater, Illustrabo, ostendit nobis dominus modum illustrationis. Et quis ille? Vt eiiciatur quidem foras mundi dominus, & vincatur: iudicetur autem mundus, hoc est, de eo vltio sumatur. Quod autem dicit, hunc sensum habet. Nunc iudicium & vltio mundi fit. Quia enim diabolus mundum morti subiecit, peccato omnibus homi-
F nibus obnoxiis factis: ad me, inquit, quum venerit, & peccatum in me non inuenerit, morti autem ex æquo submiserit, condemnabitur a me, & sic ego vltionem de mundo sumam. Esto enim quod aliis mortem propter peccatum attulerit: in me quid tale videt quod in reliquis, vt occidat? Igitur mundi iudicium, hoc est vltio, nunc a me fit. quia enim ego occidam eum qui omnes occidit, & me quoque insontem inuasit, vltor ero omnium qui ab ipso occisi sunt, & eiicietur foras tyrannus, per mortem meam condemnatus. Nam eiicietur foras, metaphora est sumpta ab his qui in iudiciis condemnantur, & a tribunali exiguntur. Vel & sic intelligas, eiicietur foras, hoc est, in externas tenebras: sed & iterum erit extra potentiam hominum, & non vltra regnabit sicut prius in illis, & illorum animabus, ac mortali corpore.

corpore. Sed omnes ego traham ad me, quum exaltatus fuero in cruce. Nam omnes, etiam qui ex gentibus, ad fidem A
in me trahentur. Etenim quia ipsi non possunt ad me venire, eo quod a tyranno detenti sunt, ego victo illo, & foras eiecto, & resectis neruis potentiæ eius contra homines, traham etiam nolente illo. Id alio loco etiam rapinam nominauit. Nullus enim potest vasa mali diripere, nisi alliget fortem. Dicebat autem, Et si exaltatus fuero, significans Luc. 15.
qua morte esset moriturus, hoc est, crucifigendus. Nam hoc significat altitudo crucis. *Respondit ei turba, Nos audiuimus ex lege quod Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus, Adhuc breue tempus lumen uobiscum est. Ambulate donec lucem habetis, ne uos tenebræ occupent. Et qui ambulat in te-* B
nebris, nescit quo uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Existimantes reprehensuros se dominum, & confutaturos eum quasi non esset verus Christus, dicũt, Si Christus quidem immortalis est, tu autem de te dicis quod sit exaltandus, quomodo igitur credemus te esse Christum? Hoc autem immerito dicebant. Nam scriptura, quam legem appellant, non solum resurrectionis, sed & passionis meminit. Etenim Esaias vtrunque ponit, passionem quidem & mortẽ, Esa. 53.
sic dicens, Vt ouis ad occisionem ductus est. Resurrectionẽ autem, dicendo, Et dominus voluit eum purificare a plaga, & ostendere ei lumen. Dauid quoque & mortis & resurrectionis mentionem facit. Non derelinques inquit, animam Psal. 15.
meam in inferno. Et patriarcha quoque benedicens Iudam, Gen. 49.
de Christo prophetizat, Recubuit & dormiuit vt leo, & si- C
cut catulus leonis: quis excitabit eum? Atque ita qui hic negabant passionem, & immortalitatem Christo tribuebant, maligna id mente faciebant. Nos didicimus ex lege, hoc est scriptura (dicitur enim omnis scriptura, vt sæpe dixim⁹, lex) Scriptura
quod Christus maneat in æternum. Verisimile hoc didici- lex dici-
stis. manet enim in æternum, & vt deus manet etiam post re- tur.
surrectionẽ, passionem aũt eius nõ didicistis? Et qũo vtraq; Vt ostendimus iisdẽ scripturis. Quomodo igitur, dicunt, tu dicis quód oporteat exaltari filium hominis? Vides q⁹ multa & eorũ quæ a dño obscure dicebantur, intelligebãt, quẽad modũ & exaltari intelligebãt de cruce dei. Igitur multa qdẽ sic intelligebãt, sed voluntaria malitia ignorãtiã prætexebãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Considera insuper & quid dicant, Quomodo tu dicis quod oporteat exaltari filium hominis? Quis est hic filius hominis? Malitia enim plenus est sermo illorum, quasi ita dicentium, Neque putes quod de te dicamus, & dicas quod propter inimicitiam aduersarii tibi simus. Ecce enim neque scimus de quo dicas, & quis sit filius hominis: attamen affirmamus veritatem, quod quisquis ille est exaltandus, is non sit Christus: aut quomodo, quum scripturæ dicant Christum immortalem esse? Quid igitur dominus? Obturat illorũ ora, & ostẽdit quod passio non prohibet quin ipse maneat in æternum. Adhuc ad breue tempus, inquit, lux vobiscum est. Lucẽ eũ nominauit seipsum. Igitur sicut lux solaris non omnino aufertur, sed quum occiderit, iterum exoritur, ita & mea mors
E non est corruptio, sed occasus & translatio, & iterum exorior per resurrectionem, atque ita nihil prohibet passio quin æternus sim. Scripturæ autem testantur de Christo q̃ æternus sit. Ego igitur sum Christus, etiamsi passionem sustinuero. Lux enim sum, & si occidero, iterum exoriar. Vos igitur ambulate quãdiu lucem habetis, hoc est credite in me. Quale autem tempus hoc loco dicit? num hoc quod ante, vel post crucẽ? Vtrunque. Ambulate enim, inquit, & credite, & priusquam crucifigar, & post crucem. Hoc enim significat dicendo, quãdiu lucem habetis, hoc est, quãdiu potestis in me credere. Potestis autem & ante crucem & postea credere in me, qui sum lux. Qui autem ambulat in incredulitate, nescit quo vadat. Omnia igitur quæ Iudæi nunc faciunt, nesciunt quid
F faciant, sed in tenebris quidem ambulantes videntur rectam viam incedere. Omnino autem secus euenit, dum sabbata seruant, & circuncisionem. Sed non ita his euenit qui crediderunt. Omnia enim quæ salutem continent, faciunt. Vmbram enim legis & tenebrosa ænigmata effugerunt, & accesserunt ad lucem quæ occultabatur, & nunc refulsit, & facti sunt filii lucis, hoc est Christi. Nam, vt dicit, filii lucis fiatis, hoc est mei filii. Tametsi in exordio euãgelista quosdam ex deo
Iohã. 1. natos dicat, hoc autẽ loco lucis filios nominat, hoc est Chri
Arius. sti. Itaque confundantur Arius & Eunomius. Vna enim ope
Eunomi⁹. ratio patris & filii etiam hoc loco indicatur. *Hæc loquutus est Iesus, ac digressus abscondit se ab eis. Quum autem tam multa signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Esaiæ prophetæ impleretur quem dixit, Domine quis credidit sermoni nostro? & brachium*
Esa. 53.

brachium domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere A
quia iterum dixit Esaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor Esa. 6.
eorum, ne uideant oculis, & ne intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Quare occultatus est ab eis? Non enim nunc lapides tulerunt contra eum, neque blasphemauerunt sicut prius. igitur quare occultatus est? Ingrediens corda eorum, videbat indignationem cordium ferocium, quanuis nihil loquerentur. Itaque abscondit se, mitigans illorum inuidiam. Nam quod inuiderint, & voluntaria malitia nõ crediderint, insinuat Euangelista. Quum autem ipse tanta fecisset signa, non crediderunt in eum. Omnino non paruæ malitiæ opus, tantis signis non credere, Tanta enim signa, inquit, quæ præ termittit Euangelista. Abscondit igitur se Iesus, inuidiam il B
lorum mitigans, interimque eis tempus dat & ocium, vt per quietem de sermonibus & operibus eius considerare queant. Ita enim, si quidem voluissent, peruenire ad cognitionẽ deitatis illius potuissent. Quanuis enim incredulitatem illorum prænosset: attamen omnia quæ ad se attinebant, faciebat, & secedit, vt dictum est, dato eis tempore dignoscendi. Quòd autem non crediderunt in eum vt sermo Esaię impleatur, nõ *Vt, euẽtũ*
est sermo causæ, sed euenti significatiuus, vt sæpe diximus. *nõ causã*
Non enim Christo discrediturí erant eo quod prædixit hoc *semper si-*
Esaias, sed quia illi discrediturí erãt, ideo prædixit Esaias. *gnat.*
Et non potuerunt credere: & quod dixit iterum Esaias de eis, eandem habet sententiam. Per omnia enim hęc vult asserere quod scriptura non sit mendax, & quod ea quæ prædixit Esaias, non aliter euenerunt quam dixit Vt ne quis possit dicere & dubitare, Quare venit Christus, si sciebat quod C
Iudæi non erant sibi crediturí? introducit & prophetas qui hoc prædixerant, & quod non ignorarit Christus increduli tatem illorum, & nihilominus venerit: neque possint dicere quod si venisset, credidissemus. Hoc autem quod dicit, Non *Nõ posse,*
potuerunt credere, significat, intelligere noluerunt. Nam *pro non*
malus & improbus homo non potest credere, quandiu talis *uelle.*
fuerit, mala scilicet eligens ac volens. Porro quum audieris quod excæcarit oculos eorũ deus, & exęcauerit cor eorũ: ne putes quod simpliciter hos quidem deus bonos fecerit, il *Dei reli-*
los autem malos, abstit: sed dei relictionem excæcationem totã *ctio, excæ-*
intellige: vt exempli gratia quid dicam: Est quispiam non *catio dici-*
valde malus, cum quo videtur adhuc esse deus. spes enim est *tur.*

D quòd conuertatur: quando autem malitia repletur homo, tunc derelinquit eum deus propter malam eius voluntatem. dicitur autem homo vt cæcus priuatus diuino lumine in tenebris malitiæ ambulare, & tũc cæcitas videtur ei diuini luminis absentia: & cordis cæcitas, priuatio diuini verbi, quod corda sapientium se mulcet. Excæcatur consequẽter, qui nullos suscipit radios diuini verbi: & cæcus fit, qui mulcẽs cor, verbum auribus suscipere non vult: & omnino absentia dei excæcat & obtenebrat. Quum igitur audieris quod excæcet deus, sic intellige, quod excæcet quum præsens non sit. Sieni affuisset deus, non excæcatus fuisset homo. Si erat sol, non vtique erant tenebræ. Nunc autem sol facit noctem, sed quo pacto? occidens. ita & deus cæcos facit homines, quum non adest eis. Non adest autem propter illorum malitiam,

E & tunc vt cæci peccant, non se conuertentes, & absque correctione prolabuntur. Videamus autem & Esaiæ dicta, Domi

Quis pro nullus. ne quis credidit auditui nostro? hoc est, nullꝰ credidit. Quis enim sæpe in scriptura vsurpari solet pro nullus: quasi ex persona Christi hoc dicat propheta, dicente Christo scilicet ad patrem, Domine nullus credidit sermoni nostro, & prædica

Iohã. 8. tioni meæ. Prædicationem auditũ nominauit. Et enim quæ audiui a patre meo, inquit, illa dico. Et, brachium autem cui reuelatum est? hoc est, potẽs signorum virtus, quam brachium nominat, nulli ingratorum Iudæorum reuelatum est: sed & hæc signa quæ facio, vellicant. *Hæc dixit Esaias quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Veruntamen etiam ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos non con-*

F *fitebantur, ne è synagoga eiicerent. dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei.* Hæc dixit Esaias quando vidit gloriam eius. Cuius? filii, quamuis patris gloriam videatur spectare, iuxta consequentiam prophetiæ. Hoc autem loco

Rom. 10. gloriam filii dicit vidisse Esaiam: Paulus autem spiritus. Vna igitur gloria sanctæ trinitatis: & quæ patris, etiam filii est: & quæ filii, etiam spiritus est. Gloriam autem dicit vidisse Esaiam, fumum illum qui apparuit, Seraphim, carbones, altare, thronum. Vidit igitur Esaias hanc gloriam, & loquutus est de illo, filio videlicet. Quid autem loquutus est de illo? Ea quę supra dicta, quod excæcarit illorum oculos, & indurarit corda illorum. Assignauit autem Euangelista quod ex principibus multi crediderint in illum, ostendens quòd & in

& in hoc mentiti sint pharisæi dicentes, Nunquis principum A credidit in illum? Ecce multi crediderunt etiam principum, Iohan. 6. sed propter pharisæos non confitebãtur. Dilexerũt enim gloriam hominum. Hoc autem Christus eis prędixit, Quomodo Iohan. 5. potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes, gloriam à deo solo non quærentes? Itaque Euangelista ostendit hoc eis accidere quod ante prædixit eis Christus. Sic ergo nõ fuerunt principes, sed serui, extremam vilissimamque seruitutem seruiẽtes. Ex hoc discę q; vanæ gloriæ sectator, seruus est, & ignominiosus. *Iesus autẽ clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me. Et qui uidet me, uidet eũ qui misit me.* Occultauit quidẽ se ad tẽpus Iesus, cedẽs paulisper ob irã Iudæorum. Iterum autem comparet, ac clamat liberẽ & publicè. Ostendens autem semetipsum Iesus patri & deo non con- B trarium, dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Quasi hoc dicẽs, Quid timuistis credere in me? fides illa quæ est in me, ad patrem transit. Vide autem & sermonis euidẽtiam. Non dixit, Qui credit mihi: sed, qui credit in me, quod fidem in deum significat. Aliud enim est credere *Credere* cuipiam, & aliud credere in quẽpiam. Nam is qui credit ali- *cuipiam.* cui, potest intelligi quòd credat ei vt vera dicenti: qui autem *Credere ĩ* credit in quempiam, omnino vt in deũ credit. Ideo recte quis *quẽpiam.* crediderit Apostolis, at nõ item in Apostolos. Eapropter dominus non dixit, Qui credit mihi. hoc enim Paulus fortassis Iohan. 5. & Petrus poterat dicere. Qui credit mihi. Sed & Hebræis q; non crediderint Mosi, opprobratur. Maius autem est quod dicit, Qui credit in me, per quod ostendit se esse deum: sicut & C discipulis dicit, Creditis in deum, & in me credite. Atque ita, Iohan. 14 quoniam qui credit in illum, fidem ad patrem transmittit: & qui discredit ei, patri discredit. Qui antẽ videt me, videt eum qui misit me. Num qui videt lineamẽta corporis eius? Nonneq; enim pater habet corpus, vt qui corporaliter videt Christum, videre dicatur & patrem: sed intellige hic visionẽ mentalem: sicut si ita diceret. Qui meam substantiam, vt possibile est homini, comprehenderit per contemplationem mentis, & patris quoque substantiam apprehendit. Qui cognouit me vt deum, etiam patrem omnino: quandoquidẽ imago sum patris. Per omnia autem hæc manifestatur eandem esse substantiam patris ac filij. Audiãt qui Arianorũ morbo laborãt- *Ariani.* Qui credit in filium, non credit in eum, sed in patrem: atque

D ita neq; creatura pater, neq; & filius, quemadmodum dixerit quis: Qui haurit aquam ex flumine, nõ quod fluuij, sed quod fontis sumit, ita & qui credit in filiũ, non in filiũ credit fluuiũ (neq; enī alterius subſtātię eſt filius neq; habet aliquid prę- ter patrẽ) ſed in fonte boni credit, patrẽ inquam. *Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit uerba mea, & non crediderit, ego non iudico eum. Non enim ueni in mundum ut iudicem mũdum, ſed ut ſeruẽ mundum.* Iterũ & perhoc ſe conſubſtantialem patri declarat. Nã quia pater vbiq; lux dicitur, eapropter & de ſeipſo dicit, Ego lux in
Hebr.1. mundum veni. Vnde & Paulus deradiationẽ eum nominat, oſtendẽs hoc loco quòd nihil mediet inter patrem ac filium: ſed vbi pater, ibi filiꝰ: ſicut vbi lux, ibi deradiatio. Lux igitur
E eſt filius, & quia ab errore liberat, & ſe manifeſtam facit, ac cætera viſibilia: ita & filius qui venit & apparuit nobis, ſeipſum notum reddidit ac patrem, & omni ſcientia corda ſuſcipientium ſe illuſtrauit. Si quis audierit me (inquit) & non crediderit, ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluem mũdum. Huius dicti talis ſenſus eſt, ei qui diſcredit homini, illi ego non ſum condemnationis author. neque enim ad hoc primum veni, tametſi hoc ex conſequenti eueniat. Ego enim, inquit, veni vt ſaluem, & propter hoc docuit. Quod ſi quis diſcredit, non ego ei condemnationis ſum author, ſed ipſe ſibi eius author eſt: id quod per ea quæ ſequũ
F tur, magis euidens erit, quæ audi. *Qui reiicit me, nec accipit uerba mea, habet qui iudicet ipſum. Sermo quem locutus ſum, ipſe iudicabit eum in extremo die: quia ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar: & ſcio quòd mandatum eius eſt uita æterna.* Quæ ergo ego loquor, *ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.* Ego, inquit, nullum iudico: ſed qui non credit, habet iudicantem ſe: ſicut & nos ſæpe dicere conſueuimus quando puerum incompoſitum verberaturi ſumus, quòd non nos verberemus eum, ſed eius negligentia & diſſolutio: & non nos condemnamus eum, ſed admonitiones noſtræ, quibus non paruit, illæ arguant eum vt inobedientem. Ste igitur & dominus, Non ego iudico, ſed ſermo quem locutus ſum, ille condemnat. Quare enim non crediderunt? Num vt aduerſario dei, & propriam gloriam quærenti? Et planè ego â meipſo locutus non ſum, ſed omnia

omnia à patre dixi. Nuſquàm meipſum prædicaui, aliud A
quiddam ab illo ſentiens: ſed is qui miſit me pater, mandatum mihi dediſe quid dicerem, & quid loquerer. Papæ, quanta
verborum humilitas? Nunquid ô domine, priuſquàm mitte- *Humilitas*
ret te pater, & daret mandatum, non cognoſcebas quid loqui *Chriſti.*
oportebat, ſed ignarus eras mandati huius, quod eſt vita æter
na, & non cognoſcebas vitam hanc, vitam æternam? & quo-
modo dixiſti, Ego ſum vita? Vides quæ abſurditas proſpe- *Iohan.14*
ctet, ſi non bona conſideratione auſcultemus. Cognoſce igitur quare ita humiliter loquatur, nempe propter auditores, qui tam infirmi erant. Et quid vult per hæc ſignare? Nihil aliud, quàm nihil ſe vel dicere vel ſentire præter ea quę à patre. Nam ſicut, inquit, qui mandatum referunt, nihil dicunt
præterquàm eis demandatum: ita ſane & ego ipſe nihil aliud B
ſentio vel docui præter ea quę patri viſa ſunt. Hoc igitur volens oſtendere, concordiam inquam ſententiæ cum patre, recordatus eſt huius exempli, mandati inquam. Quæ igitur loquor: ſicut dixit mihi pater, ſic loquor. Atque ita quia nihil à memetipſo dixi, qualem occaſionem prætexent qui non crediderint? Citra controuerſiam enim condemnabuntur, quòd patri non crediderunt. Nihil igitur humile intelligit orthodoxus ex humilibus illis verbis, mandatum accepi, & ſimilia: ſed candide hæc exponit: ſicut & hoc, Mandatum accepi quid dicerem, & quid loquerer. ſiquidem & noſter ſermo, ſiquando vera dicturi ſumus, illa dicit quę mens ei ſuggerit, & nuſquàm alterius ſubſtantię eſt ſermo quàm mens, ſed omnino eiuſdem ſubſtantiæ.
C

CAPVT XIII.

A *Ante feſtum autem paſchæ ſciens Ieſus quod ueniſſet hora ipſius ut tranſiret ex hoc mundo ad patrem: quum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, uſque ad finem dilexit eos,* Sciebat quidem dominus & ante omnia ſecula horam mortis ſuæ: quum autem illa inſtaret, rem facit magnæ miſericordiæ, & condeſcenſione plenam, miramque erga diſcipulos præ ſe fert dilectionem. Relicturus enim illos, vehemẽtiorem charitatem oſtendit. Nam quum dilexiſſet eos, vſque ad finem dilexit eos: hoc vult, quòd nihil omiſerit eorum

Drum quæ facere decet eum qui multum diligit. Ideo & postremò pedes discipulorum omniũ lauat, vt ingerat magnum desideriũ, & magnam eius consolationẽ afferat in malis quæ passuri erant, si cogitarent quòd sic dilexerit eos, vt & pedes eorum lauerit: quare neque despecturus sit eos in multo grauioribus. Trãsitũ aũt nominat mortẽ Christi, propter assumptionem ex resurrectione. Quia igitur transiturus erat ex hoc mundo, ostendit charitatem erga suos. Suos autem discipulos
Iohan. 1. nominat secundum familiaritatis rationem. Quantum enim ad rationem creationis, eius proprij sunt omnes homines. In propria venit, & sui eum non receperunt. Sui autem etiam sancti, eo quòd familiares ei sint, quemadmodum & hoc lo-
E co suos vocauit discipulos. Adiecit autem his, qui in mundo: quia & alij erant sui, vt Abraham & patriarchæ, sed non in mundo. demigrauerant enim ab eo loco. Hos igitur suos qui in hoc mundo, vsque in finem dilexit, hoc est, perfectam erga illos charitatem declarauit. *Et cœna facta, quum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ ut proderet eum, sciens Iesus quod omnia sibi dedisset pater in manus, & quod a deo exisset, & ad deũ iret: surgit à cœna, & põit uestimenta: & quum accepisset linteum, præcinxit se: deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.*

Admirans Euangelista quòd Christus lauerit eum qui meditabatur proditionem, dicit, Quum diabolus immisisset in cor Simonis. Ita ergo vsque ad finem proditoris curam ge-
F rebat. Neque frustra apponit, Cœna autem facta, sed vt ostendatur inhumanitas Iudæ. quem neque mensæ communio placauerat. Proinde Iesus sciens quòd pater omnia tradidisset ei in manus, hoc est quòd concredidisset ei salutem fidelium, & debeat nunc omnia quæ ad salutem eorum pertineant, monstrare eis, cœpit & lauare pedes discipulorum. Humilitatis enim lex hoc loco præcipitur. Et aliter, Quum sciret quòd omnia tradidisset ei pater, & quòd à deo exisset, & ad deum iret, non timebat minui gloriam suam lauans pedes discipulorum. Non enim rapuerat gloriam, vt timeret ab illa excidere. Et propterea non dignãtur humile quiddam facere qui generosi nõ sunt, quoniam gloriam rapiunt, nolentes vllo modo humiliari, vt ne perdant quod rapuerant. At omnium rex erat & dei filius. hoc enim vult dum dicit, A deo exiui, hoc est, ex patris substantia. & iterum ad

ad deum vado. Et ita non minuebatur gloria eius qui talis A
est, ex eo quòd discipulos lauaret. Considera igitur quòd humiliari opus est eius qui à deo egressus est, & ad deum vadit. *Humiliari*
Superbire & fastuosum esse, op° est eius qui a dæmonibus exi *Superbire*
uit, & ad dæmones vadit. Quum autem audieris, dedisset ei pater: ne existimes quandam filij impotentiam hic declarari, sed disce potius reuerentiam erga patrem, & voluntatis concordiam: quia si impotens tibi videtur filius, eo quòd pater ei ea dedisse dicatur, impotentiam intellige & patrem, eo quòd filius ei regnum tradit, vt Apostolus dicit. sed non ita 1. Cor. 15.
est. Verum traditio concordiam & cooperationem dicit, vt sic dicam, & beneplacitum patris. Vide autem & eminẽtiam humilitatis. Non enim ante cœnam lauat, sed postquàm omnes recubuissent, surgit solus ipse, illis recũbentibus, & de- B
ponit quidem vestimẽta: docẽs nos vt expediti & leues simus ad ministeriũ. Linteo autẽ præcingitur ipse omnia faciẽs, lauans, & extergẽs. Mittit itẽ aquã, & hoc ipse faciens, non alij committens. Hæc autẽ omnia nobis indicia sunt & præcepta quomodo nos cũ omni alacritate ministrare oporteat, & nosipsos omnia operari, non aliis vtentes ministris. *Venit ergo ad Simonem Petrũ: & dicit ei ille. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dicit ei, Quod ego facio, tu nescis nunc, scies autẽ po* *Proditorẽ uidetur primũ abluisse christ*
stea. Non primum lauat Petrum, quãuis primatum discipulorum gerebat: sed forte proditor, quum esset impudẽs & inuerecundus, ante Petrum lotus est. Vnde hoc manifestũ? Cœpit, inquit, pedes discipulorum lauare & extergere, deinde ve *stur.*
nit ad Simonem Petrum. atque ita declarat quòd non primo C
lauerit Petrũ. Nõ enim dixisset quod venisset ad Simonẽ Petrum, sed aliũ quendã ante Petrũ lauit. Ex aliis itaq; discipulis nullus sustinuisset ante Petrum lauari. Proditorem autem hoc ausum fuisse possibile est. Nã si ab aliis discipulis cœpisset lauare quẽpiam, prohibuisset dominũ ille quisquis fuisset, & dixisset, quę & Petrus, Domine, tu meos lauas pedes? & nõ permisisset. Non igitur vllum alium lauit prius quàm proditorem, & deinde Petrum, A Petro autem eruditos cæteros ve risimile est non contraueniſſe, sed honorem hunc à domino suscepisse. Vide autem & Petri verba quantam habeant emphasim, Tu lauas meos pedes manibus illis quibus oculos cæcorum aperuisti, quibus leprosos mundasti, quibus mortuos suscitasti? tu qui hæc & maiora fecisti: meos, seruí im-

D ui imperiti: & non manus, neque aliam partem honestiorem, sed pedes, qui extremæ omnium maxime sordidæ partes ac ignominiosæ habentur? Quid igitur ait dominus? Quod ego facio nunc, tu nescis, quòd summam humilitatem in se continet, & eandem vos quoque doceat. Posthac quando eiicies in meo nomine dæmonia, quãdo videbis me in cœlum sumi, quando à spiritu discès quòd ad dexteram sedeam patris: tũc scies quòd ille qui ita sic se humiliat vt & pedes tuos lauet, tibi det tantam virtutem contra dæmones, & assumptus sit, & glorificatus cum patre, in nullo imminutus propter suam humiliationem. Et ita nunc in pectore tuo conseruas etiam ipse humilitatem, quæ te magis exaltabit, quàm humiliabit. Dicit ei Petrus, *Non lauabis pedes meos in æternum. Respondit ei Te-*
E *sus, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus, Domine non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.* Magna reuerentia Petri erga magistrum: vnde & religiose hanc
Mat. 18. eius curam à se amandat. Quanuis autẽ & alio loco increpa-
Marci. 8 tus fuerit à Christo, & oportebat certè ob increpationẽ superiorẽ nũc permittere vt lauaret ipsum dominus, tamen qa nõ considerat quàm magnum erat quod à Christo gerebatur, & non cogitat q; iterum increpaturus sit se vehementius tanq̃ inobedientem dominus, respondet, Non lauabis &c. Quid igitur Christus? Si dixisset, Humilitatem te doceo ô Petre, & propterea lauo tuos pedes: dixisset vtique ei Petrus, & iurasset quòd etiam absque pedum lotione humilitatem docuerit. Sed quid dicit ad illum? Quod maxime sciebat cor eius vel-
F licaturum, incutit ei tanquã terriculamentum quoddam, Nisi lauero te (dicens) non habes partem mecum. Nam quum ipse præ omnibus aliis discipulis magis desideraret esse cum Christo, ideo rogabat, Quo vadis? &, Animam meam pro te
Infra eod. ponam, promittebat ex charitate: huiusmodi minis animum concutit. Nam si non lauero te, inquit, nõ habes partem mecum. Vbi audiuit Petrus terribiles hasce minas, quam vehemens erat detrectando, tam vehemens, immo vehemẽtior erat admittendo, ita vt & caput ad lauandum daret. Vtrunq; autem ex charitate fiebat: & detrectatio, quia plurimum obseruabat dominum: & admissio, quia à domino separari nolebat. Tu autem quum videris aliquem valde vrgẽtem præ temeritate, ac dicentem, & cum iuramento, Nunquam faciam hoc: & deinde reuerentia iuramenti in hoc quod decreuerat pertinacem, & ex eo periclitãtem vel in anima, vel in corpore, recte vtaris hoc Petri exemplo, qui quum pertinax esset vbi vidit pertinaciã vergere in separationẽ à Christo, abstitit ab illa. *Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non opus habet nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus: & vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui proderet se: propterea dixit, Nõ estis mundi omnes.* Sumpta occasione dominus arguit proditorẽ, vt eum ab immunda sententia abduceret, & indigentem lauaci à malitia, & in aliam sententiam trãsferret. Vos igitur, inquit, quum sitis loti, non indigetis alio lauacro. Vnus autem est immundus, qui lotione opus habet. Quærunt autem multi quomodo dixerit dominus apostolis, Vos mũdi estis. Nõdum enim erant liberati à peccatis, nondum spiritũ assequuti erant. Adhuc enim peccatum prævalebat, adhuc maledi- B
ctio operabatur. Nondum enim agnus qui tollit peccata mũdi, immolatus erat. Nondum suspensus in ligno, à maledicto nos redemerat. Quomodo igitur mundi fuerunt apostoli? Est igitur dicendum quòd quanuis non fuerint liberati à peccatis: attamen propter sermonem, inquit, quem loquutus sum vobis, mundi estis, hoc est secundum hoc nunc estis mũdi, nunc liberati estis ab errore Iudaico: quia & Esaiam audi
Esaiæ. 1. uistis quomodo doceat nos lauari, Lauamini, mundi estote, deponite malitias ab animabus vestris. Et ita etiam illi quia cum magna innocentia & simplicitate versabantur cũ Christo, merito loti & mundi à domino dicuntur. Intellexerunt autem quidam per cœnam, agnitionem mysterij secundum Christum in fine seculorum, quã Christus docuit suos dis- C
cipulos, non vt maculam habentes, sed vt paratos eos faciens, iuxta hoc quod dictũ est ab Esaia, Quàm speciosi pedes euan
Esaiæ. 52 gelizantium pacem. Nam vos quidem, inquit, mundi estis, sed quantum ad vos attinet. Oportet autem & ad aliorũ purificationes vos mitti: quod per lotionẽ pedum docetur. Lauacrum igitur non facit vt intelligamus purificationem peccatorum apostolorũ, (mundi enim esse perhibentur) sed symbolum est quòd mittendi sint in prædicationem, & transuehant etiam ad alios homines puritatem, quæ sit per verbum dominicum. Idcirco & Petrus inquit, Nõ solum pedes meos laues, sed & caput, hoc est, non ad prædicationem tantũ mittas me, sed & caput meum per martyriũ purifica. Expone autem quòd & nunc hæc purificantur. Et enim & nũc cœna fit

in

A Quomodo dicti fuerint apostoli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D in diuina sacra operatione diuini corporis & sanguinis quæ proponũtur. Quid igitur ab vno quoque vt faciat exigatur, audi. Habemus in nobis omnes qui in Christũ credimus, verbum dei, & euangelij prædicationem. Omnes enim suscepimus Christum in cordibus nostris. Sed debemus in cœna il-

Verbi diuini aggrauationes.

la excitare verbum vt surgat, & deponere eius vestes, quę obtegunt illud. Vestis est auaritia: vestis, vana gloria: vestis, inuidia, & quæuis aliarum affectionũ quæ aggrauant verbum diuinum in nobis. illa oportet deponere, vt excitetur verbũ, & surgat, expeditúmq; sit, vt possit per pœnitẽtiam nostram operari purgationẽ. Verbũ enim quum surrexerit, & omnẽ sarcinam solicitudinemq; temporalẽ deposuerit, lauabit cogitationes discipulorum eius qui ipsum sequũtur. Lauabit au

E tem pedes, hoc est operatinas nostras motiones, & gressus nostros, Si autem quis opus habuerit & alia purgatione, & desiderat etiam doctrina & contemplatione probari, dicat ad dominum, Domine non solum pedes meos, sed & manus & caput, hoc est, non solũ gressus meos purifices, sed & manus, vt ego & alios manuducere, & ad bonũ simul assumere valeam: & caput, vt in contemplatiua parte diuinæ cogitationis purgatam & immaculatam de diuinis cognitionem habeam. Ita

1. Cor. 11. igitur per confessionem lauari poterimus, vt non indigni cõmunicemus cœnæ, & iudicium nobis manducemus & bibamus. *Postquam ergo lauisset pedes eorum, receptisq; uestibus suis accubuisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magistrum ac dominum, & bene dicitis sum etenim. Si ergo ego*

F *laui pedes uestros dominus & magister: uos quoque deberis inuicem alii aliorum lauare pedes. Exemplum enim præbui uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Amen amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neq; legatus maior est eo qui legauit ipsum.* Non vltrà ad Petrum solum, sed ad omnes loquitur, cautq; tantæ erga illos humilitatis ponit, quæ est, vt illius simus imitatores. Et quid si hoc quod antea dixerat Petro, scies, ad hoc tempus dicatur pertinere? Scies enim post hæc, dixit. Quando? Quando receptis vestibus accubuero, & cœpero docere vos ac dicere, Scitis quid fecerim nobis? Nam si ego quẽ vos testamini dominũ & magistrũ, & bene testamini, pedes vestros laui (& non dixit, seruorũ, indoctorum, illiteratorum: sed hoc illorum reliquit consideratione) vobis maxime necessarium est, vt alter alterius lauet pedes, hoc est, omni

omni ministerio vobis inuicem seruiatis. Id enim vult per lo A
tionem, quæ est ministeriorum infima, vt & alia longe honestiora non detrectemus. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis: hoc est, cũ alacritate. quanuis quod ego feci, maius sit. Dominus ego sum, vos autem conseruorum, pedes lauabitis. Attamen & doctores videmus pueris literas elegantiores præscribere, vt ad imitationem quanuis à longe veniant. Necessario autem apostolos admonet de his, quoniã in honore erant futuri, alij maiore, alij minore, vt ne inter se dissiderent & superbirent, sed vt omniũ ipsorum mentes purgarentur. Non est enim seruus maior domino suo, quandiu seruus est: neq; apostolus vel legatus eo qui legauit, quandiu est legatus: quando autẽ maior fit, neque seruus est, neq; legatus. *Si hæc nouistis, beati estis si* B
feceritis ea. Non de omnibus uobis loquor, ego scio quos elegerim, sed ut adimpleatur scriptura: Qui edit mecum panem, sustulit aduersum me calcaneum suum. Nunc dico uobis, priusq; fiat: ut quum factum fuerit, credatis quòd ego sim. Vt ne dicant, cur hæc dicit nobis Psal. 40
quasi ignoremus? scimus etiam ipsi humilitatis bonum: propterea dicit, Si nouistis, non sufficit hoc vobis solum, sed tũc perfecte estis beati, si & feceritis: quia & Iudęi mãdata sciuerunt, sed non beati: miserrimi autem, vtpote qui non fecerint ea. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim. Arguit & non arguit proditorem, adumbratum sermonem referens. Volebat enim eum ad pœnitentiam reducere: & ideo relictis omnibus aliis beneficiis quæ in illum collocauerat, C
posuit hoc quod maxime omnium faciebat ad confundendum eum. Qui edit panem mecum, hoc est, qui pascitur à me, qui mea mensa fruitur, quod & inimicos placaret. Et nõ dixit, Hic tradit me: sed, leuauit super me calcaneum, hoc est dolum & deceptionem contra me composuit: à certantibus sumpta metaphora, qui supplantantes aduersarios suos, dum illorum calcaneum calcant, deiiciunt. Hoc autẽ dicens, non omnibus vobis dico: ne multis terrorem incutiat, separat illum manifeste, & ostendit vnum esse hoc contra se meditantem. ideo dicit, Qui edit panem mecum. Dicente autem domino, Ego scio quos elegerim: quid dicemus de Iuda? num & illum elegit? Elegit quidem eum quum bonus esset, sicut & Saul: sed mutatus est, ipse liberi existens arbitrij. Permittit autẽ vnicuique secũdum quod vult operari. non enim aufert 1. Reg. 9
liberum

D liberum arbitrium. Mutatum autem Iudam repulit, quanuis prius elegisset. Cæterũ dum dicit, vt scriptura impleatur: ita intellige sicut similia alia de quibus sæpe diximus. Neque enim propter hoc coactus fuit Iudas prodere, vt appareant veri sermones scripturæ, id quod omni blasphemia plenum: sed vt sciamus quòd de hoc dixerit scriptura quem videmus nũc opus admisisse. Hæc autem omnia (inquit) prædico de proditore, vt quum factum fuerit, credatis quòd ego sim, hoc est quòd vera dicam. *Amen amen dico uobis, Qui recipit quemcunq; ego misero, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui misit me.* Quæ consequentia priorũ ad ea quæ nunc dicuntur, quę subdit sermoni de proditore, Qui recipit quemcunque ego misero, me recipit? Certè maxima consequentia. Quia enim dictũ erat quòd prodendus, & derelicturus esset eos & iam egressurus essent dispergendi, & variis malis affligendi, duobus modis solatur eos: & à se, ostendens eis quòd ipse passurus sit: & quæ proditori fecerit lotis eius pedibus, ad communem mensam admisso. nam si hæc cogitassent, semper omnia tulissent facilè. Igitur hic vnus quidem consolandi modus, per ea quæ fecerat inimico suo vsque ad finem, & quæ passurus erat. Insuper promittit omnium domos illis futuras apertas, & susceptendos ab omnibus qui sermonẽ eius audiuerint. Vides nũc quomodo hęc superiori cohæreant? Relicturus erat illos, innumera mala passuri erant: consolatus est eos suo exemplo, quòd prodendus à discipulo, cuius lauerat pedes. Solatur etiam prædicendo eis quòd & ipsi multa mala passuri: sed omnes illos excepturi essent: & dicit, Qui recipit vos, me recipit, & propter me deum & patrem. Attende consolationis genus. Sicut deum ipsum, inquit, in honore habebunt vos homines, atque ita propter persequutorum malitias ne mœreatis. *Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testatus est, dixitq;, Amen amen dico uobis, quòd unus ex uobis proditurus est me. Aspiciebant ergo se inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.* Cogitans dominus proditorem vtroq; priuandum. & patientia in laboribus, & excipientium ministerio, turbatur spiritu, hoc est, tristitia afficitur eius anima. Et testatus est, inquit, hoc est prædixit, protestatus est, affirmauit. Igitur discipuli hæsitantes, aspiciebant se inuicem. nam quanuis singuli bene conscij essent, de nullo malo arguente illos conscientia, sermonem tamen domini veriorem suis cogitationibus existimabant, vnde & tristantur ac hæsitant. Sentẽtia enim erat eius qui mentiri nesciebat, quam euenturam credebant. Intelexerunt autem quidam, vnus ex vobis, sic: qui à vestro choro excidit, & à vobis exiit, tradet: sicut & hoc, Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis. nam & in eo loco curiosius dictũ exposuerunt: factus est, dicunt, sicut vnus qui ex nobis cecidit. ita certe & hic propter inobediẽtiam factus est ex vobis, hoc est, excidit à vobis. *Erat autem unus ex discipulis Iesu recumbens in sinu ipsius. Nimirum is quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, ut scisciteretur quis esset de quo loqueretur. Itaque quum recubuisset ille super pectus Iesu, dicit ei, Domine quis est? Respondit Iesus, ille cui ego intinctum panem porrexero.* Quare omnibus aliis & Petro ipso tremente, Iohannes quasi delicatior recumbit in sinu domini? Et iterum, quare de seipso dicit quòd eum diligebat Iesus? Recumbebat quidẽ propter duas illas causas. Vna est, quia præ omnibus aliis diligebatur maxime. Dilectionis autem signum, recumbere cum domino. Altera, quia volebat se ostendere alienum à crimine per hoc quòd tam libera illi cum Christo familiaritas. De se autẽ testatur quòd dilexerit ipsum Iesus, vt ne quum tu audieris ip innuat ei Petrus, putes eum interrogari quasi maior sit: vnde dicit Euangelista de se quòd Petrus sibi innuit non vt maioti, sed vt ei qui magis dilectus fuerat à domino. & ita magis humilitatis, quàm ostentationis verbum est. Non enim dicit, Ego diligebam Iesum, quod de Petro protestatur. Sed quid? Ille enim, inquit, diligebat me, qui propter misericordiam & miserationẽ suã susceperat me. quod & apostolus dicit, Persequor, si comprehendam in eo quo & comprehensus sum à deo. Et iterum, Qui cognouerũt deum, immò cogniti sunt à deo. Sic igitur quum dicit, Quem diligebat Iesus, nõ gloriatio est, sed humilitatis indicium. Quare autem Petrus nõ interrogat dominum, sed Iohannes? Qua præ nimio feruore sæpe interrogauerat dominum, & increpatus erat, eius gratia nunc interrogare formidat, vt non etiam nunc temerarius arguatur à domino. Quare & Iohannes accidit ad pectus Iesu absque reuerentia & submissione? Quia nihil adhuc magnũ de domino sentiebat, neque erant edocti dignum reuerentiæ honorem exhibere. piscatores enim erant, & officii imperiti. Permittit autem ei dominus vt recumbat super pectus, mœrorem eius soluens, & mitigans turbationem mentis illorũ,

Liberum arbitrio.

A *Apostolorum fides in uerba Christi.*

B *Propter quas causas Iohannes in sinu domini recubuerit.*

C *Philip. 2. Galat. 4.*

D & in summa tristitiam sopiens. Verisimile enim etiam in faciebus eorum multum mœroris apparuisse, Et neque sic interrogatus dominus nomine proditorem manifestat, sed per buccellam tunc manifestum facit, illi admonēs proditorem, & in memoriam ei reducēs mensam & panem, quorum particeps erat, vt ne prodat, & contra pascentem insaniat. Accipe, inquit, panem, cuius mecum particeps es, memor esto cōmunis mensæ. At non intellexit anima illius præ affectione grauata. Si vis & ipse prope Iesum recumbere, & in pectus eius cadere, & mystica ab eo discere, da operam vt propter simplicem bonámq; mentem ab eo diligaris. Etenim Iohannes innocentissimus, simplicissimus, & mansuetissimus omnium erat, ideo & diligebatur. Et tu quoque talis esto, & dignabi-

Adhortatio.

E tur te pectoris sui recubitu, id quod theologicæ dignitatis symbolum est. In corde enim intelligit scriptura eloquia domini latentia. & ita reuelabitur tibi mysterium totum, & verbi proditor. Etenim cui theologiæ beneficium concreditum est, & proditor verbi, qui nō rectam tenet fidem, manifestus fit. Hæreticus enim adulterans verbum veritatis, qui est panis, illum nobis nō purum, sed intinctum ostendit. *Et quum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post offulam ingressus est in eū Satanas. Dicit igitur ei Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo discumbentium intelligebat ad quid dixisset ei. Quidam enim putabāt, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ nobis opus sunt ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. Quum ergo accepisset ille offulam, continuo exiuit. Erat autem*

F *nox quum exisset.* Vbi dominus quidē dedit buccellam Iudæ, si forte recogitaret amicitiam mensæ & panis, & à proditione desisteret: Iudas quum neque sic emendaretur, tunc plane factus est Satanæ, & traditus et vt inemēdabilis. Igitur quandiu vnus discipulorum videbatur & ex sancto illo choro, nō habebat tantum accessum ad illum Satanas. vbi autem illum diuisit dominus, & separauit ab aliis discipulis traducto eo per panem, tunc inuasit eum vt à domino derelictum, & à diuino choro separatū. Vide enim & hoc: Ingressus est in eum Satanas, hoc est, ingressus est interiora cordis eius, & occupauit animam eius. Nam prius eum foris per auaritiæ vitium turbabat, nunc autem perfecte eum comprehendit, proditionem suggerens. Dicit igitur ei Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc autem non est adhortantis ad proditionem, sed exprobrā-

brātis, & permittentis ei ad proditionem venire. dicit enim, A Fac, quasi diceret: Ecce reliqui te facere quod vis: non impedio tuam mentem, non retineo te vltra. Antea enim ipse cohibebat malitiam eius, apud se tempus mortis reseruans: sicut *Iohan. 10* & dicebat: Nullus tollit animam meam à me, sed ego pono eam à me. Hoc autem nullus cognouit accumbētium. Digna quæstio, quo pacto nullus agnouerit, quum rogatus dominus quis esset proditor, dixerit, Cui ego buccellā tradidero? Videtur igitur clam hoc dixisse Iohāni, vt nullus alius audiret: quia & Iohannes quum supra pectus recumberet, rogabat quasi in aurem, & ita proditor non manifestatus est, alioquin eum discerpsissent Petrus forte, & occidissent eum. Num ergo & Iohannes ignorabat eum? neque hic expectasset vt discipulus in tantam prorumperet impietatem. Sancta enim il- B la anima procul à tali impietate, neq; de alio facile tale quippiam suspicata fuit. Nullus ergo cognouit, sed existimauerūt quòd dicens, Fac citius, diceret de aliquo ad festum emēdo, vel vt quid daret pauperibus. Nam multam curam gerebant pauperū. Et quomodo qui alios admonet ne portent perā, neque æs, ipse marsupium ferebat? Ostendit quòd & possessione carentem, & crucifixum mundo, magnam oportet eius partis curam habere. Cæterum nox erat quum exisset. neque hoc superflue assignauit Euangelista, sed vt doceat nos quòd neque tempus prohibuerit illum, sed nocte dolum struxerit. Exiuit igitur quinta (vt mihi videtur) vespera, quando & intrauit in ipsum Satanas. Nam quarta quidem accessit ad illū, quando scilicet mulier quæ apud Matthæum, vnguentum ef- *Cap. 26.* fudit. Ipse autem vt abiuit, loquutus est cum Iudæis de tra- C ditione. At quinta vespera intrauit in illum, hoc est, occupauit cor eius: sicut aliud est percutere quempiam manu foris, & aliud est cōfundere gladio viscera. Exiuit igitur Iudas & sensibiliter & mentaliter à saluatore. Erat autem & nox: fortassis & spiritualis nox auaritię obtenebratio inuaserat eum.

Dicit Iesus, Nunc glorificatus est filius hominis, & deus glorificatus est per illum. Si deus glorificatus est per eum, & deus glorificabit eū per se. Et continuo glorificabit eum. Quoniam concidērāt discipulorum mentes, iterum eas erigit, dicens, Nunc glorificatus est filius hominis. Docet enim eos non mœrere, sed magis gaudere. Gloria enim, ipsa passio scilicet, & per ignominiosa hominibus honor cōciliatur. Et aliter, Per miracula-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D in cruce glorificatus est, sole extincto, petris ruptis, velo scisso, aliisque mirabilibus factis. Quomodo autem glorificabit deus filium? In seipso, hoc est per seipsum, non per alium, nō per angelos & archangelos, nō per alias virtutes, sed per seipsum. Omnia enim operatus est ad gloriam filij. Continuo igitur, inquit, glorificabit eum: hoc est, nō tardabit, sed in ipsa cruce: & iterum post tres dies, quum resuscitauerit eum: & post quadraginta dies suppeditata gratia spiritus discipulis. Videamus autem & ex superioribus mentē verborum. Nunc glorificatus est filius hominis: hoc est, ego doceo, miracula que facio, & non in me subsistit gloria, sed in deum & patrē transit. Quia igitur mea gloria, gloria sit patris, ne contristemini. Nam pater iterum glorificabit me, vt & ipse glorificetur. Nunquid enim ego gloriam mihi vindico, & ad illū non transit? Non, sed communis est gloria, quemadmodum & iterum glorificabit me, & non tardabit, sed mox vt ignominiosam passionem patiar, quando videbor per mortem è medio tollit: tunc magis honorabit, tunc per resurrectionem me clarum faciet. *Filioli, adhuc paulisper uobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, quò ego uado, uos nō potestis uenire: ita & uobis dico nūc. Præceptū nouum do uobis, ut diligatis inuicē, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc enim cognoscent omnes quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inter uos.* Quoniam paulo post passurus erat grauia, ea nunc prædicit eis, vt ea habeant in memoria, & præparent se ad ea. Confert autem hoc ad gloriam eius. Non parua enim gloria eius fuit, quòd discipulis prædixit quæ euentura essent eis, commemorantibus postea discipulis quòd illa eis essent prædicta. Monstrans autem, non tūc primum, sed multo antea, quòd quæsituri essent ipsum in tribulationibus cōstituti, dicit, quod & Iudæis istuc ipsum dixi, quod multo antea sciuerim. Hoc autem, Quo ego vado, indicat eius mortem, quæ transitus erat ac translatio in statum meliorem, in locum corruptibilia corpora non suscipientem. Igitur Iudæis dicebat, Quæretis me, & quo ego vado, vos non potestis venire: timorem illis incutiens, discipulis autem desiderium accendens. Et enim consueumus quando videmus quosdam ab amicis secedentes, magis accendi, & maxime si eant in locum quo nō est possibile illos ire. Igitur desiderium illis accendens, hæc dicit. Ideo & filij, adiecit: vt ne putent quòd eadem affectione qua Iudæis, hæc eis sit loquutus,

quutus, sed ex charitate. Quæsiuerunt quidem eum Iudæi, A quādo ciuitas ipsorum capta est, & ira diuinitus immissa vndiq; in eos venit, sicut & Iosephus testatur propter mortē Iesu eis hæc euenisse. Discipuli autem, quando fugerunt, & alias afflicti sunt. propterea & alio loco, Tolletur, inquit, sponsus, & ieiunabunt amici thalami. Itaq; futura prædicit & his & illis: illis quidem propter incredulitatem: his autem propter amorem, ne in inexpectata inciderēt mala. Et quoniam verisimile erat, audiētes talia, turbari animo: vt solitarios futuros consolatur, ne doleatis, dicens. Do enim vobis custodē fortem, quem si habueritis, inter vos corroborati, inuicti eritis. Deinde si dubitauerit quis, quomodo mandatum nouum das ò domine charitatem, quam & in veteri lege datam scimus? subdit, Sicut ego dilexi vos, ita & vos mutuum diligatis. Quemadmodum enim ego, inquit, gratis dilexi vos, nullis bonis operibus vestris præcedentibus, sed & quum inimica esset humana natura, eam suscepi, sanctificauiq;: ita & vos gratis diligite inter vos: etiam si offenderit te frater, ne recorderis eius. Vides quòd hoc sit nouum mandatum, diligēdum proximum cui nihil debeas: lex autem dicebat, Diliges proximum tuum: vt debitum proximo qui prius inceperat, dilectionem, retribuendum iubens. Declarans autem quod non extinguēdi post suam migrationem, sed clariores futuri sint, dicit, In hoc scient omnes. Vides quomodo asserat eos ab omnibus cognoscendos, per hoc illos non parum consolans. Nā reliquit indicium & characterem à miraculis, à charitate autem nunc cognoscibiles facit. Multi enim sunt qui miracula C fecerunt, audituri, Nescio vos. Quod autem totus orbis miraculis ad fidem adductus sit, quid mirum? Quia enim charitas aderat, ideo & virtus ad operandum miracula nō deerat. Quod si diuisi & distincti fuissent, omnia perissent, & nullus credidisset illis ita contra se furentibus. Itaque eos maiori miraculo dignos faciebat, vt vna esset anima & vnum cor credentium. *Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò uadis? Respondit ei Iesus, Quò ego uado, non potes me nunc sequi: sequeris autem postea. Dicit ei Petrus, Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus, Animam tuam pro me ponesne? Amen amen dico tibi, non canet gallus, donec ter me negaueris.* Petrus præ multo feruore magis præceps factus, quia audierat dominum dicentem, Quò ego vado, vos non potestis

D venire: interrogat, quo vadis? quasi dicens Christo, Quæ ista
est via, quam ego transire non possum? Non enim dicēdi ani
mo interrogat, sed occulte hoc subsignificat, q̄ & si difficilli
mam omnium viam transiturus sit, te sequar. Ita semper cum
Christo esse amabat. Ideo & ipse ad mentem eius respondit,
Non potes me nunc sequi, postea autē sequeris. At ille ita te-
merarius fit, vt contradiceret Christo, & non cōtentus obla-
tam esse spem bonam q̄ postea sequuturus esset, vrget pertti-
naciter: Quare nō possum te modo sequi? animam meam pro
Iohan. 15 te ponā. Vides vehementiam desiderij? Quia dominū audiue
rat dicentem, Maiorē hac charitatem nullus habet, q̄ vt ani-
mam suam ponat pro amicis suis: desiderat nunc hunc gradū
& fastigium charitatis: ideo & pollicetur animam suam po-
E nere pro domino. Igitur saluator ostēdit ei, q̄ hoc sui solius,
& nō cuiusquā hominis sit, tali cum authoritate polliceri: &
dicit, priusq̄ gallus canat, ter negabis me: hoc est: nunc: neq;
enim erit magnum interuallum. Intempestam enim noctem
dicebat, vt quum prima ac secūda custodia noctis transierit.
Quia igitur magna charitas cōtradicentem fecit, charitatem
quidē approbat, contradictionem autē resecat: ideo & denu-
dat eum superno auxilio, & docet vt suam agnoscat imbecil-
litatem. Nam si diligis, debes obedire ei quē diligis. Dixi q̄
non possis, contradicis: per negationem disces manifeste, im
possibile nō fieri quod dico. Et ita curā eius gerens permisit
eum cadere, vt & postea orbis administratione susceptā, nihil
tale experiatur, sed agnoscat se. Et vide quomodo ceciderit
non semel, sed ter. Ita derelictio dei nostram arguit infirmi-
F tatem: & qui attendit, hoc inuenit beneficium.

CAPVT XIIII.

On turbetur cor uestrū. creditis in deū, & in me credite. Quoniā verisimile erat illos turbatos esse
N quum audiuerūt de Petro præcipuē quod nega-
turus esset, ideo cōsolatur eos, & sedat cordium
turbelas. Nā quum princeps, & qui tā illustris,
priusq̄ gallus caneret, ter negaturus erat: verisimile fuit ma-
gnum eos expectasse conflictū. Deinde quasi diceret discipu
li: & quomodo non turbabimur, quum in tantas inciderimus
difficultates? inquit, Credite in deū & in me, & omnes vestri

labores soluentur, & turbatio sedabitur propter fidē in deum A
& in me. Eaque propter dixit eis, Ne turbetur cor vestrum,
vt deum ipsum esse credant, quandoquidem introspiciebat
corda ipsorum, & occultam perturbationem. *In domo patris*
mei mansiones multæ sunt. Quod si secus esset, dixissem uobis. Vado
paraturus uobis locum. Et si abiero ad parandum uobis locum, iterum
ueniam & assumam uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis.
Dixerat quidem ad Petrum dominus, Sequeris me postea:
vt autem ne putent multi quod soli Petro hoc datum sit, &
non etiam aliis, inquit, Et vos suscipiet regio illa quæ Petrū
exceptura est, atque ita non oportet turbari pro loco. Multæ
enim mansiones sunt in domo patris mei: hoc est, sub pote-
state patris mei. Per domum autem, potestatem & principa- B
tum intellige. Si autem defuissent domus, ego iuissem & pa-
rassem vobis. Et ita vtrinque nō oportet vos turbari, siue sint
paratæ, siue non sint. Nam & si paratæ essent, ego omni stu-
dio præparassem vobis. Si autem non, & propter hoc vt præ-
parem vobis locum, iuissem, & neque sic reliquissem vos, sed
suscepissem: vt vbi sum ego, & vos sitis. Vides consolationis
& animationis verba? Vbi sum ego, vos illic eritis. Non ha-
bet igitur rationem quod vos turbamini, siquidem mecū eri-
tis. *Et quo ego uado, scitis, & uiam scitis. Dicit ei Thomas, Domi-*
ne, nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam scire? Dicit ei Ie-
sus, Ego sum uia, & ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem, nisi per
me. Quia sciebat cogitationem eorum quærentem discere
quo vadat, dat eis occasionem rogandi, & dicit, Quo vado, C
scitis, & viam scitis. incitans eos ad interrogationem. ideo &
Thomas, Domine, nescimus, inquit, quo vadis: & quomodo
possumus viam scire? Hoc autem dicit Thomas præ nimia
formidine, non sicut Petrus desiderās sequi. Igitur Christus
ostendens quod facile & non molestum sit se sequi, declarat
& quo vadat, & quæ sit via. Nam vadit quidem ad patrem,
Via autem ipse est Christus. Quia igitur monet, ego sum via:
per me omnino ad patrem & vos ascendetis. Non solum au-
tem via, sed & veritas, atque ita meritō vos confidite, q̄ non
decipiamini a me. Sed & vita sum: vnde & si moriamini, non
prohibebit vos mors quo minus ad patrem veniatis. bene igi
tur fidite. Per me enim veniūt omnes ad patrem. Et quia ego
dominus sum, adducendi ad patrem omnino venietis illuc.
Neque enim per aliam viam quam per me illuc eundum est.

D Tu autem & hoc loco æqualem discito filium ei qui genera-
uit. Nam alio quidem loco patrem dicit adducere ad se. Nul
Iohā. 6. lus enim, inquit, potest venire ad me, nisi pater traxerit eum.
Hoc autem loco dicit per se adduci ad patrem. Igitur æqua-
lis est patris ac filii potestas. nam & vna operatio. Nam quū
practicen arripis, fit tibi Christus via. quum vero contēpla-
tioni vacas, fit tibi veritas. Quia autem nōnulli practicē ita
colunt, & in contemplatiua ita occupati sunt, vt vitam nō as-
sequantur, vel quod propter vanam gloriam virtutem ample
xentur, & hic recipiunt mercedem: vel quod in dogmatibus
non recte sentiunt, & ita a recta via exciderunt: additum est
viæ & veritati, hoc est practicæ contemplatinæque, & vita.
E Nam & in virtutibus omnino, & de diuinis recta disserēdo,
ad viuentem in seculum, & non ad mortuam hominum lau-
dem spectare debemus. *Si cognouissetis me, & patrem meū uti-
que cognouissetis. Et nunc cognoscitis eum, & uidistis eum.* Quo-
modo superius dixit, Quo vado scitis, & viam scitis, hoc est,
me: hoc autem loco dicit, Si cognouissetis me, & patrē meū
cognouissetis vtique? Non sunt hæc contraria. Nam sciuerūt
quidem patrem, sed non vt oportebat. Nam vt deum quidē
sciuerunt: vt patrem autem nondum: at vbi postea venit spi-
ritus, omnis eis data est scientia. Quod igitur dicit, hunc sen
sum habet: Si cognouissetis meam substantiam & dignitatē,
& patris quoque cognouissetis. Ex hoc autem tempore cœpi
stis cognoscere eum per me vt medium, & vidistis eum, hoc
est, mente vestra quātum possibile est, spectastis. Quia enim
me dominum habetis & magistrum, per me plane & patris
F scientiam, vt apprehendi potuit a vobis, modice accepistis.
nam perfectiorem nōdum accepistis. Et aliter: Si cognouis-
setis me, & patrem meum vtique cognouissetis. Nam arguit
quod ipsum ignorent. Sed quod dicitur, hunc sensum habet.
Dixi vobis, quod quo ego vado, scitis, hoc est, ad patrem: &
viam scitis, hoc est, me. Dixit ei Thomas. Nescimus quo va-
dis, & neque viam scimus. Dicebat Thomæ, Ego sum via: &
nullus venit ad patrem, nisi per me. Si igitur me cognouisse-
tis, & patrem meum vtique cognouissetis. Cæterum me sci-
tis, ergo & patrem scitis. Ex hoc enim ipsi cognoscitis eum,
& vidistis eum me viso. *Dicit ei Philippus, Domine, ostende no
bis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tanto tempore uobiscum
sum, & non cognouisti me Philippe? Qui uidet me, uidet patrem: &
quomodo*

quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Videbatur Philippo A
quòd Christum quidem bene cognosceret, patrē autē igno-
raret. idcirco & dixit, Ostende nobis patrem, ac sufficit no-
bis. Nam licet millies dicas nobis, Si me cognouissetis, & pa
trem meum vtique cognouissetis, non possumus ita discere
patrem. Ostende igitur nobis illum corporalibus oculis. Au
diens enim Philippus quod & prophetæ corporalibus ocu-
lis vidissent deum, desiderabat & ipse illum videre coporali
ter, ignorans quod illa contigerint prophetis per condescen
sionem. Igitur Christus docēs Philippū quod nō sit possibi-
le deū videri corporalib⁹ oculis, dicit, Tanto tēpore vobiscū
sum, & nō cognouisti me Philippe? Vide qa nō dixit, nō vi-
disti me, sed nō cognouisti me abducēs Philippū ab humili B
sensu, quo desiderabat patrē videre corporaliter. Sciētia eſt
de deo, dicere vult, dicitur non corporalis aspectus. Dein-
de subdit, Qui vidit me, vidit patrem. Quod autem dicit, ita
se habet. Tu quidem o Philippe quæris videre patrem visu
corporali, & putas quod me iam videris. Ego autem dico ti-
bi, quod me vidisti non vt videre oportet. Corporaliter qui-
dem vidisti me, quia & corpus fero, diuinam autem substan-
tiam nō vidisti, atque ita neque patrem vidisti corporaliter,
& ita neque ego possum patrem corporalibus oculis videre.
Etenim qui vidit me, & patrem vidit: hoc est, qui me cogno-
uit, cognoscit patrem. Nam quum vna sit substantia, scientia
quoque vna est. Confundatur Arius audiens, quod qui vi- *Arius.*
dit filium, hoc est deitatem filii, cognouit patrē, hoc est, dei- C
tatem patris cognouit. Confundatur & Sabellius, qui dicit *Sabellius*
quod vna sit hypostasis & vna persona patris ac filii. Ecce
enim diremit hypostases dominus, & aliam personam osten
dit patris, & aliam filii. dicens enim, Qui vidit me, ostendit
suam personam: & postea dicens, vidit patrem, ecce & aliam
personam. Quod si vna persona esset, nihil tale dixisset: sed
Philippo dicente, Ostende nobis patrem, respōdisset, Non
habeo patrem, sed ego sum pater & filius. Omnino autē ex-
tremæ insipientię fuerit audire quidem filium dicentem, Ad
patrem meum vado: &, Ego in patre, & quæcunque similia
sunt: non intelligere autem quod alia persona sit filii, & alia
patris, sed confundere illas. Propterea discipulum dominus
increpat quod tanto tempore sequatur se, videritque signa
ac deitatis opera, nondum autem agnouerit eum vt deū, quo

per

D per ipsum & patrem cognosceret. Nunc autem dicit, Quia corporaliter quæris videre patrem, manifestum quod nō credis neque me neque illum esse deum. *Non cognoscis quod ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis, a meipso non loquor: pater autem qui in me manet, ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in patre sum, & pater in me: alioqui propter ipsa*

Q̄o filius sit i patre & rursū q̄o pater sit in filio. *facta credite mihi.* In patre est filius, secundum quod in substātia illius apparet: & rursus pater in filio, sicut rex in imagine sua apparet, & imago in rege. Vn⁹ enim character imaginis & regis. Quod autem vna substantia mea est & patris, manifestum. Verba enim quæ ego loquor, a meipso non loquor. Non enim habeo quiddam proprium quod meum &

E separatum a patre, sed omnia cōmunia. Vna substantia est, subsistentiis separata. Non sola autem verba quæ loquor, patris sunt, sed & opera. Quia enim diuina sunt opera, deus autem pater, & ego, vnius ergo substantiæ sunt opera, atq; ita etiamsi ego faciam, pater facit: & si pater, ego facio. Credite quod ego in patre, & pater in me, hoc est, oportet quidem quū auditis patrē & filiū, nihil aliud inqrere pro cōstituēda substātiali cognatiōe. Sin vero nō sufficit hoc vobis ad ostēdendā parē substātiam & honorē, quod pater in mea substātia apparet, & ego in patris: vel propter opera credite mihi. Opera eīm dei sunt. *Amen amē dico uobis, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora iis faciet: quia ego ad patrem uado. Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam,*

F Ostendens Christus quod non hæc sola possit opera, sed & alia, & his multo plura, excellenter ea ponit. Non enim dixit quod & maiora his facere possum: sed qui credit, & cætera. Vides quanta sit virtus vnigeniti, vt etiā aliis dare possit quod faciāt maiora quam ipse fecerit. Dicēdo enim, Ego ad patrem meum vado, hoc significat: posthac vos operabimini miracula, ego autem nunc transeo. Interpretans autem nobis quomodo qui credit in illum, poterit facere magna & mirabilia, inquit, Quæcunque petieritis in nomine meo. Nam hoc loco nobis operationis miraculorum compēdium ostendit. Per petitionē enim & orationem & inuocationem nominis eius mira operari quis poterit. ita & Apostoli, In nomine Iesu Christi surge & ambula. Idcirco non dixit, Quæcunque petieritis, obsecrabo patrem, & faciet: sed, ego faciam:

faciam: suam potestatem declarans. Vt glorificetur pater in A filio. Quum enim apparet filium magna posse: glorificatur & qui tantum filium genuit. Vide enim consequentem gloriam patris. In nomine Iesu Christi facta sunt signa, a signis credebant Apostolis, ad dei notitiam peruenientes agnoscebant patrem, & ita glorificabatur in filio. Dicant Ariani, nū *Ariani.*
ea quæ per Apostolos ipse, & ea quæ per se non ipse, sed a pa *Eadē filio*
tre operationem recipiens faciebat, aliis dederit faciendi po *cum patre*
testatem, & ipse eandem non habuerit? Quare autem secūdo *potestas.*
hoc dixit? Quum enim dixisset, quodcunque in nomine meo petieritis, hoc faciam: iterum secundo dicit, Quæcunq; petieritis in nomine meo, ego faciam. Confirmans sermonem suum hoc dicit, & ostendit q̄ ipse faciat, & nō indigeat sub- B
introducta virtute. Hæc autem omnia dicit discipulis, consolans eos, & ostendēs quod non pereat nec obscuretur moriēdo. Ad patrē enim, inquit, vado. Non enim obscurus fio, nec esse cesso: sed illuc eo, vbi beatior vita: & intantum non apparebo infirmus, etiamsi moriar, vt aliis ad maiora opera faciēda vires daturus sim. Et quæcunque petieritis, dabo vobis. ne ergo tristitia afficiamini propter meam mortem, quæ talis est qualem demōstraui. *Si diligitis me, præcepta mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec nouit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manet, & in uobis erit.* Dixerat superius, Quæcūq; petieritis, faciā: ostēdit nūc q̄ nō simpliciter opōrteat petere, sed cū dilectione erga eū, & obseruatione mandatorū. tunc eīm faciā, quū sic petieritis. Et aliter, Nō hoc, inqt, C
est diligere me, tristari, & mœsto esse vultu, sed credere his *Quid sit*
quæ a me dicuntur. Mandatū enim dedi vobis, ne terreamini ab his qui occidūt corpus: atq; ita si diligitis me, hoc ob- *diligere deum.*
seruate, & posthac ne sitis tristes in morte mea. Nā tristitia affici, non est eius qui obseruat mandatū meum. Quō igitur nō obseruātes mandatū meū, sed timētes mortē, dicitis q̄ diligatis me? Insuper quia verisimile est dixisse illos ad hæc: & quō nō afficeremur tristitia, priuādi tāto solatio, & refocillatione quā ex te habemus? inquit, Nō erit hoc, nō priuabimini cōsolatione. Rogabo enim, hoc est, obsecrabo patrem: & aliū paracletū mittet vobis, aliū sicut me. Cōfundat hoc loco *Sabellius,* Sabellius, dicēs vnā personā patris & filii & spiritus sancti.

D Ecce enim audit, Alium paracletum dabo, & ita aliam perso-
Macedonius. nam spiritus. Confundatur & Macedonius, qui dicit alterius
substantiæ esse spiritum, & minorem filio. Audit enim quòd
& ipse persona sit sicut filius. Eiusdé enim substãtiæ est cum
filio, vtique autem & cum patre. nam pater & filius eiusdem
substantię. Ne mireris autem quod dicit, Rogabo patrem. nõ
enim vt seruus orat, sed vult quòd sufficientibus argumentis
testetur discipulis quòd omnino veniat super eos spiritus pa-
racletus: eiusque gratia condescendens illis dicit, rogabo pa-
trem. Nam si dixisset. Mittam, non sic credidissent: nunc au-
tem credibiliorem faciens sermonem, inquit, rogabo patrem.
Et si opus fuerit patrocinio & oratione, omnibus modis ope-
ram dabo vt veniat super vos spiritus. Id quod & nos sæpenu-
E mero dicere solemus, Animam meã ponam vt hoc fiat, quan-
uis paruo labore plerunque res egeat: attamen volentes ostẽ-
dere quòd non detractemus studium, ita dicimus. Et aliter:
Quia pro nobis dominus semetipsum obtulit hostiam patri,
placans illum per suam mortem vt pontifex, deinde spiritus
venit in nos, vtpote peccato soluto, & inimicitiis sublatis:
propterea dicit, Rogabo patrem, & paracletum dabit vobis,
hoc est, placabo vobis patrem, & recõciliabo illum vobis, so-
lutis propter peccatum inimicitiis: & ita mittet vobis spiritũ
per me, pro vestra morte placat⁹ & recõciliatus vobis. Quod
autem dicit, vt maneat vobiscum in æternum, dixit consolãs
eos. Non enim ita, inquit, temporaria erit eius cõsuetudo vo-
biscum, vt mea, sed vsque in æternum durabit: neque deficiet
F quum vos mortui fueritis, sed simul permanebit, & glorioso-
res reddet: cumque omnibus sanctis super est: & quum mor-
tui fueritis, magis, quãto scilicet sublimiores tunc corporali-
bus affectionibus. Spiritum autẽ veritatis inquit, hoc est spi-
Vetus te- ritum non veteris testamenti (nã illa figura est & vmbra) sed
stamẽtũ fi noui, quod est veritas. Habebant igitur & illi qui in lege, spi-
gura, No- ritum, sed in figura & vmbrosum, nunc veritas ipsa substan-
ua ueritas tialiter venit cum discipulis, vt ita quis dicat. Ne autem quis
opinetur quòd etiã spiritus sicut ipse incarnandus sit, inquit,
Quem mundus non potest capere. Nõ (inquit) versabitur vo-
biscum sicut ego. Non enim mundus eum corporaliter cape-
re potest, hoc est habitabit in ipsis animabus vestris, Et aliter
Mundus. Nõ potest accipere mũdus, hoc est populus ille promiscuus,
& sapiens quæ huius mũdi, quia non videt eum, eò quòd in-
comprehen-

comprehensibilis sit eius substantia. Cõtemplationem enim A
& visionem hoc loco mentis dicit. vnde subdit, neque cogno
scit eum. Vides quòd & non videt, dicens, Non cognoscit.
Propterea solatur discipulos, dicẽs, Mundus non potest cape
re illum: vobis autem hoc donum egregium datum est, & ma
net apud vos: & deinde quod maius est, & in vobis erit. Apud
vos enim, externum subsidium & vicinitatem: in vobis autẽ,
internam habitudinem & corroborationem significat. Poste
rius autẽ illud, quod & deus sit spiritus, significat, qui dicit,
Habitabo & ambulabo in eis. Igitur mundus quidem nõ po- *Leuit. 16*
test accipere spiritum, quia non cognoscit eum, vos autem co *2. Cor. 6.*
gnoscitis eũ. Quare? Quia non estis ex hoc mundo, propter-
ea capaces eius estis, & manet nunc apud vos, sed & erit sem-
per in vobis. *Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Adhuc* B
pusillum, & mũdus iam me non videt: uos autem uidetis me, quia ego
uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis quòd ego sum in patre
meo, & uos in me, & ego in uobis. Ne metuatis (inquit) creden
tes, quia dixi vobis me alium paracletũ vobis missurũ, quòd
me vltra non sitis visuri: non enim abero à vobis vsque ad fi-
nem. Veniam enim & non relinquam vos orphanos. Quia
prius filios eos dixerat, nunc consequenter inquit, Non relin
quam vos orphanos. Vt autem ne existiment quòd prius sit
manifestandus & ipsis & omnibus in corpore, inquit, Mũdus
iam me non videt: vos enim (inquit) soli videbitis me, etiam
post resurrectionem. Viuo enim, & quamuis mortem feram,
resurgam: & vos quoque viuetis, hoc est, quum videbitis me,
lætabimini, & quasi occisi reuiuiscetis in mea manifestatio- C
ne. Vel etiã sic. Quemadmodum (inquit) mors mea facta est
ad vitam, ita etiam si vos moriamini, viuetis. Ne igitur estote
tristes, vel propter me qui morior, vel propter vos. nam licet
moriamini, viuetis in æternã vitã. Illa enim die scietis quòd
ego in patre, hoc est, quum resurgam, scietis quòd non sim à
patre separatus, sed eandem habeo potestatem. Et vos in me
estis, quos ego custodio. Et ego in vobis, hoc est, vobiscum
sum, vos eripiens ex periculis, miracula per vos operans, glo
ificansque vos per omnia. Et aliter, In vobis sum, vt caput in
membris. Membra enim Christi, apostoli: & vos in me, sicut
membra in capite. Quando ergo resurrexit, manifestã de his
omnibus scientia tradidit. Gratia enim spiritus post resurre-
ctionem omnia illa docuit eos. Quum autẽ audis quòd ego
in patre,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D in patre,& vos in me,& ego in vobis,ne similiter intelligas. nam filius quidem in patre vt illi consubstantialis:in Apostolis autem vt adiutor & cooperarius : & Apostoli in eo,vt qui
Dii hoīes dicuntur. adiuuantur, & cooperatorem habentes, & ab ipso fouentur: quia & multa alia nomina de deo & hominibus dicuntur,sed
Psal.81. non similiter dicuntur. Dij enim dicimur & nos, sed non ex æquo. Dicitur filius imago & gloria patris,& homo quoque, sed non similiter. Ita hæc quoque hic intelligenda sunt, sicut
Iohan.10 & hoc. Quemadmodum misit me pater,& ego mitto vos. Nũ igitur sic debemus intelligere simpliciter,Igitur misit quidẽ filium suum pater,quum esset incorporeus,& deinde incarnatus est,& ex virgine natus est, vt & apostoli ex cælo sint, & incorporei,& deinde incarnati,è virginibusque nati sint?Sed
E ita exponere scripturas,manifeste delirare est. *Qui habet mãdata mea,& seruat ea,ille est qui me diligit. Qui autem diligit me, diligetur a patre,& ego diligam eum,& apparebo ei meipsum. Dicit ei Iudas,non ille Iscariotes,Domine, quid factum est quòd manifestaturus es nobis teipsum,& non mundo?* Sicut & superius diximus,verbis huiusce modi tristitiam illorum sedat, docens eos quòd ille diligat ipsum,non qui dolet in morte eius, quod & illi patiebantur, sed qui mandata eius & præcepta seruat de contemnenda vita præsente, & ponenda anima pro Christo & virtute:quasi ita dicens eis: Vos quidem putatis quòd præ dilectione doleatis in morte mea : ego autem pro charitatis argumento habeo non dolere. Quod autem hoc dicat,manifestum est ex his quæ postea dicit,Si diligeretis me,gauderetis vtique,quòd ad patrem eam. Qui ergo diligit me, habet
F mandata mea , & custodit ea, vt ne fur diabolus veniens rapiat thesaurum. Opus enim est diligenti custodia, vt ne perdamus ea. Qui autem diligit me,quale præmiũ inueniet? Diligetur(inquit)à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo illi memetipsum. Quare hoc dixit,manifestabo illi memetipsum? Quia post resurrectionẽ se eis manifestaturus erat cum diuiniore corpore,vt ne putent ipsum spiritum & phantasma esse,propterea prædicit eis hoc,vt videntes eum,nõ diffidant, sed recordentur quòd ea prædixerit ipsis , & quòd propter mandatorum suorum obseruationem manifestetur eis,studeantque semper seruare illa,vt & illis semper manife-
Iohan. 21 stetur. Magnũ etenim resurrectionis sacramentũ, difficilẽ ab eis susceptũ:idcirco præparat eos dicẽs quòd manifestaturus sit se

sit se eis: quia & quum resurrexisset , propterea comedit cum A
eis, vt ne videretur eis phantasma. Id quod & Iudæ nunc accidit. Opinabatur enim Iudas cuius nũc mentionẽ facit, quòd sicut in somnio videmus mortuos,ita & dominus eis manifestandus esset:ideo & dicit,Domine,quid factum est quòd nobis teipsum manifestaturus es,& non mũdo? Præ multa enim admiratiõe & stupore hoc dicebat,sicut si dixisset, Væ nobis quòd moreris,& quòd sicut mortuus manifestandus es nobis vt spectrũ. Nã quod dicit,Quid factũ est, obstupescẽte & attonita mẽte dicebat. Quid igitur dominus? quomodo à mente suspicionem eius vt fallacem refellit? *Respondit Iesus,& dixit ei,Si quis diligit me,sermonem meum seruabit,& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,& mansionẽ apud eũ faciemus. Qui nõ diligit me,sermones meos non seruat. Et sermo quem auditis,non est* B *meus,sed eius qui misit me patris.* Iudas quidẽ præ multa formidine existimabat q̃ mortuus dñs spectrũ se exhibiturus esset eis, vnde & interrogabat sicut dictũ est. Dominus autem refellẽs eius suspicionẽ,inquit, Sicut pater manifestat seipsum, ita & ego manifestabo memetipsum. Ego enim(inquit)& pater veniemus ad eos qui custodiunt sermones meos: atque ita non in somniis manifestabimur vobis,sed quia cum patre vẽturus sum,vt par est patrem manifestari,ita fiet & mea manifestatio qua vobis manifestabor. At dicendo,Mansionẽ apud eum faciemus,subuertit Iudæ suspicionem. Nõ enim somnia manent, inquit. Ego autem quum manifestor , maneo cũm patre: non igitur quasi in somnio erit visitatio mea. Prædicit C
autẽ eis(vt dixi)se manifestandũ, vt ne phantasma ipsum putent:& interim exhortatur eos ad seruãdũ mãdata sua,sciẽtes quòd seruantibus illa manifestãdus sit & pater. Sic quoq; ab eo qui non seruat mãdata,discedit & ipse pater,tãquam à nõ diligente. Nã qui non diligit me(inquit)sermones meos non seruat. Atque ita neque patrem diligit, qui nõ diligit filium. Nam sermo filij,& patris est. Qui igitur non custodit sermonem filij,vel patris:sicut odit filium,ita & patrẽ. Vos igitur discipuli custodite sermones meos. ita enim declarabitis dilectionem tam erga me,quàm erga patrem. Quidã autẽ dicunt Iudam discipulum non ex formidine , sed misericordi mente dixisse, Quare manifestaturus es te nobis, & non mundo? Volebat enim non solos discipulos, sed & totum mundũ vtilitatem ex manifestatione eius percipere. At saluator ostẽdit

non

D non omnes talia consequi, sed nos duntaxat qui mandata sua seruamus, digni videbimur sua manifestatione, patrisque dilectione. In eo autem qui custodit mandata, est deus & pater, & non sicut in filio, ita & in hoc. In filio quidem natura est, in homine autem secundum habitudinem quandam. *Hæc locutus sum vobis apud vos manens: Paracletus autem ille, qui est spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixi vobis.* Quoniã obscura erant discipulis quæ dicebantur, & alia quidem non intelligebant, & de aliis multum dubitabant: vt ne iterum interrogent eum, & dicant, Quæ mandata seruare debemus? liberat eos à turbatione, dicens, Paracletus obscura & intellectu difficilia, cognita vobis faciet. Nam hæc quæ vobis videntur obscura, dixi quum manerem & essem apud vos. Si autẽ abE ro, de omnibus docebimini. Igitur de discessu nõ oportet vos esse tristes, qui tanta vobis bona, tantamque sapientiam afferet. Quandiu enim ego apud vos maneo, & spiritus nõ venit, nihil magnum neq; sublime intelligere potestis. Subinde autem paracletũ nominat, propter continuas ipsorum afflictiones, bono illos animo esse faciens, quòd ab illo refocillandi essent. Quod autem dicit, In nomine meo veniet paracletus, hoc vult, quòd nihil alienũ à me docturus sit vos, neq; propriam opinionem sibi vindicabit: sed in nomine meo veniet, hoc est, in gloriam mei nominis, non sui: id quod faciunt cõtraria docentes, auditoribus suis proprium nomen commendantes. Quidam autem intelligunt, in nomine meo, nomen Christi, paracletus. Habemus enim (inquit) paracletũ Iesum
F Christum. Quia igitur & spiritus qui venit ad discipulos, paracletus factus est, mœstitias illorum consolaturus, in nomi-
Iohan. 1. Roma. 8. ne Christi venit. paracletus enim & ipse sicut Christus. sed & Christum Paulus nominauit spiritum, dum dicit, Vos autem
Christus Paulo spiritus nominatur. non estis in carne, sed in spiritu, si quidem spiritus dei habitat in vobis. si autem quis spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Deinde subdit, Si autẽ Christus in vobis. Vides quomodo supra dicens spiritum dei habitare in eis, deinde subdat, Christus in vobis, Christum scilicet spiritum nominans? Quia igitur spiritus Christus nominatur, ita debes intelligere, In nomine meo mittet eum pater, hoc est, & ipse nominabitur Christus. Igitur & spiritus sanctus & docuit, & suggessit. Docuit quidem, quæcunque non dixerat eis Christus, vtpote.

pote portare non valentes. Suggessit vero, quæcũque dixerat A quidem dominus, sed obscurius, vel quæ propter imbecillitatem rationis memoria comprehendere non valuerunt Apostoli. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: Non sicut mundus dat, ego do vobis. Ne turbetur cor vestrum, neque formidet.* Iterum in mœrore erant discipuli, audiẽtes dominum dicẽtem, Ego quidem discedo, spiritus autem veniet. Ideo videns turbari cor eorum, & maxime propter afflictiones imminentes & certamina, dixit, Pacem relinquo vobis, quasi ita dicens, Quid nocent vobis mundi turbationes, quum mecum pacem habeatis? Non enim talis est pax mea, qualis mundi, quæ sæpe in malo sit, & planè stulta est: sed talem ego do, vt & inter vos pacem habeatis, & vnum corpus sitis. Hoc autem fortisfimos omnium vos faciet. etiamsi multi contra vos insurre- B xerint. nihil tamen patiemini, concordia paceque mutua muniti. Deinde quia iterum dixit, relinquo, id quod recedentis erat, & satis eos turbare poterat, subdit, Ne turbetur cor vestrum, neque formidet. Igitur turbationem patiebantur ex affectu amoris & dilectione erga illum, quòd illo priuandi essent. timebant autẽ, eo quòd euentura erant illis mala post mortem eius. Ipse igitur neque turbationem ex amore, neq; timorem ab afflictionibus absque medicamine relinquit: sed vtraque sedat, dicens, Ne turbetur cor vestrum, neq; formidet. *Audistis quod ego dixi vobis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utiq; quòd dixerim, vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis.* Quia vidit dominus Apostolos non plene re C surrectionem suam sperare, neq; scire quid esset, & propterea valde mœrere & turbari vt se priuandos, attẽperans se illorũ infirmitati, dicit, Quia ego dixi vobis, vado & iterũ veniam, *Sermonẽ Christ⁹ ad* adhuc tamen & tristes estis, & mihi non fiditis. quãuis enim *auditorẽ* moriar etiam, in afflictionibus non relinquã vos. Nunc ergo *attẽperat* quum audieritis quòd ad patrem meũ vado, qui magnus, & *imbecillitatem.* me maior videtur: deberetis gaudere quòd ad illum eam, qui me maior, & omnia dura poterit auferre. Vides consequentiã sententię? Quomodo quum dicit, Pater meus maior me est, vt consoletur discipulos dixerit? Nam quia illi tristes erãt quasi non posset eos iuuare Christus, dicit, Quanuis ego nõ possem, saltẽ pater meus, quem vos me maiorem putatis, nõ tãtus habitus est qui vos iuuet? sicut & alio loco dicit, Ne existime- *Mat. 26.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tis quòd non possim orare patrẽ meũ,& exhibebit mihi duodecim legiones angelorũ. Non enim hoc loco quasi non pos-
Iohan.18 sit,hoc dicit. Quomodo enim, qui sola interrogatiõe Iudæos collectos prostrauit,retroque cedere fecit? Verum quia de eo vt homine habebant opinionẽ,eapropter hæc inquit, Ita igitur pater maior me est. Dixit enim hoc iuxta illorum sententiam,credentium ipsum quidem infirmum,patrem autẽ posse in tempore afflictionis sufficere. Et nunc dixi vobis priusquam fiat,vt quum factum fuerit,credatis,hoc est,ita bene fido,mortemque non timeo,neque tristis sum,vt & prædicam, & gaudere vos iubeam,vt quando factum fuerit, credatis mihi,quòd sicut sciui afflictiones vobis obuenturas,& prædixerim eas non mentiens,ita neque de aduentu paracleti & con-
E solationis prædicens mentiar, sed omnia vobis iucũda occurrent. Quidam autem patrem, secundum quòd principium & causa est filij,intelligunt maiorẽ esse. Maior enim me est,inquit,pater,secundũ quòd principium & causa mea est. Ex ipso enim natus sum. At maiorem ipso esse patrem,non facit ipsum alterius substantiæ. Nam quanuis in his (vt ita dicam) maior sit pater filio,sed non iam alterius naturæ est. Dein dicant hæretici, secundum quid venit ad patrem Christus? secundum quòd deus,vel secũdum quòd homo? Quia secũdum quòd deus semper in cælis erat,& inseparatus à patre:secundum humanã igitur naturã maior eo dicitur esse pater. *Posthac non multa loquar uobiscũ. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: sed ut cognoscat mũdus quòd diligo patrem,*
F *& sicut præceptum dedit mihi pater,sic facio.* Quum consolatus esset discipulos per ea quę suprà dicta sunt,iterũ dicit de morte sua,Venit enim,inquit,princeps huius mundi,hoc est diabolus. Principem autem hunc intellige mundi,non creaturę, sed mundi confusi,& mundana sapientis. Non enim cælũ gubernat ac terram,quia omnia euertisset & conturbasset,sed ea quæ sponte se illi tradunt: ideo & princeps tenebrarum dicitur. Per tenebras intellige praua opera. Et quia verisimile erat quosdam suspicari nũ & Christus propter peccata esset morti traditus,propterea subdit,In me non habet quicquam, quum non obnoxius sim morti,neque quicquam debeam diabolo:sed propter dilectionem erga patrem, voluntarius sustineo passionem. Cõtinuo autẽ repetit sermones de morte,illis adiungẽs & quæ ad consequentiã pertinebãt, vt credibiliorẽ illis

De quo mũdo intelligatur cũ dicitur Princeps huius mũdi

illis faceret. Audientes enim quòd moriatur,discunt & quòd A voluntarius, & quòd contemnat diabolum, & quòd propter charitatẽ erga patrẽ moritur. Si igitur perniciosa fuisset passio,& non salutaris,quomodo approbasset pater, qui diligebat? quomodo item filius qui diligebatur,obisset eam? Quomodo autem intelligemus quòd propter amorẽ erga patrem moriatur? Pater,inquit,qui diligit mundum,expoluit me pro illorum morte. Ego quoque patrem diligens,volũtatem eius approbo,& ostendo quòd diligam patrem,per hoc quòd mãdatum ab eo, hoc est,quòd cõplacitũ illi, & decretum ab eo, suscipio & perficio. Dicite Arianistæ,Si seruus fuit filius,non dixisset,Propter dilectionem erga patrẽ morior. Seruus enim nõ quia diligit dominum suum,facit voluntatẽ eius,sed quia seruus est,& timet supplicia. Dominus autem Iesus quia vt di B ligens facit voluntatem dei,nõ seruus est,neque creatura,sed reuera filius,patris implens voluntatem. Quum igitur audieris quòd mandauit mihi pater,non propter hoc quòd mandatum dedit,mãcipium facias dominum,vt subditũ:sed quia pater,cognosce quòd ipse filius sit eiusdem substantiæ patri: mandatum dedit,hoc est,voluit,dixit,approbauit, decreuit. *Surgite,eamus hinc.*

CAPVT XV.

E *Go sum uitis uera,& pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum,tollit: & omnem qui fert fructum,purgat, ut fructum copiosiorẽ afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem quẽ locutus sum uobis.* Quo- C niam sæpius de passione locutus, illorũ animos concussit, & intellexit eos formidare tãquàm breui capiẽdos,& prę multo timore neque dictis attendentes, fingit se illos in locũ occultum abducturos, in quo non sint capiendi. Et exurgit sanè à loco in quo erat, vt perturbationibus animarum eorum sedatis, traderet eis dogmata magis mystica. Abducit autem eos, vt posthac docebimus, in hortum quem Iudas sciebat. Atque vt apparet, secessus erat negocium, res autem ipsa expositio voluntaria in talem locum secedentis quem Iudas sciebat. Quid igitur mysticum illis tradit? Ego sum, inquit, vitis, hoc est radix, vos autem palmites: at pater meus agricola est. Circa quod autem occupatus est pater? nunquid circa radices? non, inquit, sed circa palmites.

D Omnem enim palmitem, inquit, non afferentem fructum, tollit eum, hoc est omnem hominem qui per fidē factus est pars radicis, & vnitus domino, & incorporatus ei, oportet & fructum afferre, hoc est, vitam habere virtutibus prædità. Quòd si quidem solam ac nudam confessionem fidei quis habeat, & non per obseruationem mandatorum fructum ferat, mortuus palmes sit. Fides enim absq; operibus mortua est. Omnis igitur fidelis in Christo quidē esse videtur, quatenus credit. Omnis enim palmes, inquit, qui est in me, si non attulerit fructum, tollit eum pater, hoc est, ponit extra communionē cum filio. eum autem qui fructificat, purgat. Hic autem discimus, quòd etsi valde virtute quis præditus sit, indiget tamen vt à E deo curetur. Nam quod infructuosum, neque in vite poterit esse: quod autem fructum fert, fertilius facit pater. Considera autem quòd propter afflictiones discipulorum hæc dicantur esse quasi putationes, vt vocant, rusticæ. nam ostendit eis dominus quòd per afflictiones fertiliores erunt, sicut & per putationem palmites. Tentationes enim eos fortiores declarabant. Dein ne dicant, de quibus hæc dicis? Vos, inquit, estis mundi propter sermonem quem locutus sum vobis. Vnde superius dicebat purgare patrem, nunc iterum se inducit curam agentem. Vna enim operatio patris & filij. Ego, inquit, vos purgabo per meam doctrinam. debetis itaque quod vestrum est indicare. ideo & subdit: *Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes de se fructum ferre nequit, nisi maneat in uite: ita neque* F *uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos autem palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me non potestis facere quicquàm. Nisi quis manserit in me, eiicietur foras sicut palmes, & aruit: & congregant eos, & in ignē coniiciūt, & ardent.* Ego quidem, inquit, vos purgaui per sermonem meum & doctrinā, & nihil quod ego facere debui, prætermissum est. Oportet autem nunc vt incipiantur & ea quæ à vobis sunt. Manete enim, inquit, in me. Nam ne præ timore separētur ab eo, remissas ipsorum animas constringit, & sibi iungit, & meliorem nunc eis spem dat. Quæcunque petieritis, si manseritis in me, accipietis: ab exemplo vitis clare nobis qualitatem & vitam eorum commendans, quæ dantur à se his qui sibi placent. Nam sicut ille manens in vite, fructum facit, eò quòd ab illa viuendi operationem accipit: ita & vos si mānseritis in me per obseruationem mādatorum, maiorē fructum afferetis. Qui

Nō sola fides saluat Iacob. 2.

tis. Qui autem non manet, aridus sit, hoc est, abijcit quod à A fide habuit. Si quod spirituale beneficium accipiebat, priuatur eo, & nudatur auxilio & vita quæ ab eo datur. Et quid tādem? In ignem mittitur, & ardet: Hoc autem loco & consolationem non paruam eis dat, ostendens quòd hi qui insidiantur sibi, vt Iudas, comburantur: ipsi autē qui manserint in eo, fructum afferent. Nam absque succo & viuificatione, quæ inde procedit, non poterunt quicquam facere. *Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quicquid uolueritis, petetis, & fiet uobis. In hoc glorificatur est pater meus, ut fructum copiosum af-* Verba *feratis, & efficiamini mei discipuli.* Hoc loco interpretatur no- *mea i uo-*
bis dominus quid sit quod dixit, Si manseritis in me, hoc est, *bis mane-*
si mandata mea custodieritis. hoc enim significat, verba mea *re, quid*
manere in vobis. Vult enim vt sibi per opera adhæreatur. Nā *significat.*
quicunque deo placere cupiens viuit, voluntate sua manet in B
me, quum vnitur illi per dilectionem, & seruationem mandatorum, adhæretque spiritu: sicut contra qui à mandatorū obseruatione absistit, sponte à domino alienatur. In hoc autem glorificatur pater meus, inquit, si vos fructum multum attuleritis. Gloria enim dei & patris, approbatio discipulorum si *Gloria dei*
lii eius. Nam fulgente luce Apostolorum coram hominibus, *quæ.*
glorificabatur pater cęlestis. Fructus enim apostolorum sunt gentes, quæ per doctrinam illum ad fidem sunt adductæ, factæque ad gloriam dei. *Si igitur glorificatur pater dum vos fructum affertis, vtique suam gloriam non negliget: sed ope-*
rabitur vobiscum, vt plus fructum afferatis, quo magis glorificetur. In hoc enim, inquit, glorificatus est pater meus, vt fructum multū afferatis, & efficiamini mei discipuli. Vides quo- C
modo ille est fructum afferens, qui vere est discipulus: & pater in isto glorificatur, hoc est, gaudet, & gloriam suā hoc existimat. *Si dilexit me pater, ita & dilexi uos. Manete in dilectione*
mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione, sicut &
ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Exhortatur eos vt bene confidant. dicit enim, dilexi vos. Sicut em dilexi vos, sicut me pater diligit. Hoc autem humanius dixit, Manete igitur in dilectione mea. Illius enim vos estis domini. Non enim quia audiuistis quòd dilexerim vos, contemnetis: sed dabitis operam, vt maneatis in dilectione mea. Deinde docet eos quomodo poterint manere: si mandata sua *Quis dili-*
seruarint. Nam (vt sæpe dictum est) ille est qui diligit deum, *gat deum*

D qui mãdata eius seruat. Per ônia aũt hæc ostẽdit quod tũc securi erũt, quũ vitã purã egerint. Sicut ego mãdata patris mei seruaui, & maneo in dilectione eius: & hoc tẽperãs se audiẽtium infirmitati dicit. Non enim qui omnium est legislator, mandatis obnoxius, & sine paternis mandatis viuere non potest suam vitam. hoc enim cogitare fuerit absurdissimum, Dicit autem hoc, multum eos consolari volẽs. Quia enim dicebat eis, Diligo vos, & habituri erant postea cum afflictionibus certamen, vt ne offendãtur quasi dilectio nihil illis prodesset: Ne turbemini, inquit: quia etsi me diligat quidẽ pater, permittit tamen vt patiar pro mũdo, Sicut igitur non minuitur dilectio patris propterea quòd ego patiar: ita neq; vos minus diligemini ab eo etiãsi in varias incideritis afflictiones.

E *Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meũ in vobis maneat, & gaudium vestrũ impleatur. Hoc est præceptũ meũ, vt diligatis vos inuicẽ, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, vt quis animã suã ponat pro amicis suis.* Hæc (inquit) locutus sum vobis, vt nõ imminuam gaudium vestrum. Nam gaudebant quidem quum essent simul cum eo quum miracula faceret, & glorificaretur: & ipsi quoque dæmonia eiicientes gaudebant, sicut & ipse in-
Lucæ. 10 quit, Non gaudete quòd dæmonia eiicitis. Quoniam autem & affectio incidebat, & mœror gaudiũ ipsorũ mutilabat, inquit, Hæc solatoria verba locutus sum vobis, vt semper & vsque ad finem gaudium vestrum integrum maneat, plenumque sit ac pfectũ. Nõ enim mœrore digna sunt præsentia, sed gaudio, licet crux, licet cõfusio, licet ignominia accedat Quia au-
F tem supra dicens, Si mandata mea seruaueritis, tũc manebitis in me, non ostendit quæ mãdata debeant seruare: nunc ostendit & suam claritatem, dicit enim, Vt diligatis vos inuicem, sicut dilexi vos. Non fortuito, neque simpliciter vult nos diligere inuicem, sed sicut ipse dilexit. Obserua autem quomodo supra quidem in plurali dixerit mandata, hic vero dicat, Hoc autem mandatum meum est, in singulari numero. Hoc Ideo factum opinor, quia dilectio omnia mãdata complecti-
Dilectio caput omniũ mandatorum. tur, & caput est. Dicitur autem mandata & mandatum. Porro interim ostendit nobis viam qua seruemus mandatum, nempe per seruationem vnius mandati, charitatis. Quando autem dixit, sicut ego dilexi vos, diligatis & vos inuicem: ostendit modum & summitatem charitatis. Maiorẽ enim hac charitatem nemo habet, vt ponat animam suam pro amicis. Atque ita

que ita & vos pro vobis inuicem animam ponatis, quia & ego pro vobis morior. Igitur ne putetis ex odio erga vos fieri discessum hunc. fit enim ex summa charitate. *Vos mei amici estis, si feceritis quæcunque ego præcipio vobis. Non posthac vos dico seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & cõstitui vos, vt eatis, & fructũ afferatis & fructus vester maneat, & quicquid petieritis patrem sub nomine meo, dem vobis.* Sursum deorsũmque versat charitatis doctrinam, ostenditq; nobis multis verbis q̃ istud mãdatum maioris sit momenti, & plus curãdum q̃ alia. Cõmendat autem & charitatis suæ signũ maximum. Nam in tantũ, inquit, diligo vos, vt & occulta vobis reuelauerim. Seruus enim nescit mysteria domini, vos autẽ quum nunc fitis amici mei, mysteriis B digni facti estis. Omnia enim quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Quomodo igitur inquit alio loco, multũ ha- *Obiectio.* beo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo? Omnia nota fecit eis quę illi poterant audire, & quorum erant capaces. Quãdo autem dicit, Quæcunq; audiui à patre meo, ne suspiceris quòd doctrina filius opus habeat, sed ostendit q̃ nihil alienum à patre loquatur, sed ea quę patris sunt, & quæcunq; *Q. filius* dixerit, illius sunt. Dicens autẽ, indicium charitatis meæ er- *audiat à* ga vos est, vt nota sint vobis mea mysteria: subdit & aliud *patre.* charitatis indiciũ. Ego, inquit, elegi vos, hoc est, nõ vos meã accessistis amicitiã, sed ego vestram, hoc est, ita plantaui vos, vt me diligeretis. Quomodo igitur relinquerẽ vos in posterum? Sed & posui vos, hoc est, plantaui vos, vt C eatis, hoc est, vt crescatis, & expandamini & extendamini, fructúmq; affe-
ratis. Hoc autẽ loco manifeste agricolã se esse introducit. Et superius quidẽ quando dicebat, Mũdi estis propter sermonẽ quẽ locutus sum vobis, ostendit seipsum purgãtem: nunc aũt manifestius per hoc quod dicit, Ego elegi vos, & posui vos, *Christus.* Nã agricola hoc facere dicitur, & ponit sub terram palmites. *Agricola.* Vides q̃qualitatẽ patris & filij. Et pater agricola & filius nũc ostẽditur agricola. Cõfusionẽ induere Ariane cũ his qui tecũ *Ariani.* ad impietatẽ profiliũt. Vide autẽ & aliud, Vt quicquid petieritis patrẽ in nomine meo, dem vobis, hoc est, ego dabo vobis. Tametsi oportebat iuxta cõsequentiam ita dicere, Quæcunq; petieritis patrem, dabit vobis: sed dixit, Ego dem vobis, eo q̃ omnino sit eiusdem potentiæ, quia & pater qui dat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D per dextrã suam dat: dextra autem eius est filius. Considera
Dextra dei Christus. autem hoc loco quòd quando plantati fructũ afferimus, tunc quæcunque petierimus, dabit nobis. Si autem non afferimus fructum, non recipimus, quia fructum non afferens, neque animæ petit vtilia, sed omnino mũdana & inutilia: ideoque non accipit. Quæritis enim, inquit, & non accipitis, eo q̃
Iacobi. 4. male petatis. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitis quod me priusquam vos odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret: quia uero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Vt ne opinentur apostoli quòd dominus opprobrans proferat eis quòd animam suam pro illis ponat, & quòd electi sint, ideo dixit, hæc mando vobis, non vt exprobrem, neque vt de bo-
E no quodam opere arroganter loquar, sed vt animas vestras firmiores faciam in charitate mutua, idcirco enumero meæ erga vos charitatis opera. Hæc enim mando vobis, vt diligatis inuicem. Quia autem res ardua & valde molesta est persequutionem pati, & odio haberi, consolatur eos dicens, Si vos odio habent, nihil nouum est: nam & me primum odio habuerunt, atque ita quia commune hoc mecum habetis, vt odio habeamini, fit vobis magnæ consolationis loco. Subdit autem & alium consolandi modum consolantem maxime. Propterea, dicit, oportebat vos mœrore affici, si mundus vos non haberet odio. Mundus, hoc est mali homines. Ex eo enim quòd non haberemini odio: offenderetur quòd & ipsi illorum malitiæ & iniquitati cõmunicaretis: nunc autem quia
F odio vos habent mali, gaudete. Nam propter virtutem vestram vos oderunt. Alioqui si nõ essetis virtute prediti, mundus quod suum est amaret. Quia autem ego vos elegi de mũdo iniquitatis, propterea odio vos habet mundus, vti eos qui
supr. 13 operibus suis non communicant. *Mementote sermonis mei*
Matt. 10 *quẽ ego dixi vobis, Nõ est seruus maior domino suo. Si me persequuti fuerint, & uos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & uestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum, quia non nouerũt qui misit me.* Hoc quod superius dixit, id nũc dilatans, maiorem illis cõsolationem affert. Dicit enim. Memores sitis sermonis mei, quòd non sit seruus maior domino suo: igitur neque vos me maiores. Videte igitur quo pacto me vsi sunt. Si persequuti fuerunt dominum, & vos sermonem multo magis. si me non persequuti fuissent, sed meum sermonem seruassent, & vestrum seruaturi essent: id quod non fiet. A
Neque enim meum neque vestrum seruabunt, sed omnia hęc facient vobis propter me: atq; ita si diligeretis me, sustineretis vtique propter me quem diligitis, vt dicitis. Sed & aliter consolatur, quia iniuria afficiunt & eum qui me misit. Itaque si nihil aliud, certe hoc sit vobis in consolationem, quòd ipsi & vestri, & mei, & dei sunt inimici. *Si non uenissem, & loquutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem non habent quod prætexant peccato suo. Qui me odit, et & patrem meum odit. Si opera non fecissem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & uiderunt, & oderunt non solum me, uerum etiam & patrem meum: sed ut compleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Odio habuerunt me gratis.* Num autem iuste, inquit, hęc fa- Psal. 68
ciunt, & odio habent & me & patrem meum, & vos? nũ pro- B
pterea quæ dixi vel feci, hanc mentem insumpserunt? Non, inquit: Peccatũ enim hoc inconsonabile est. Nunquid enim non veni & docui? Si non venissem, si non fuissem loquutus, potuissent dicere, non audiuimus. nunc autem prætextu caret eorum malitia. Dein quia nihil aliud prętexebant in omnibus, quàm quod propter patrem vlciscantur: (sic enim di- Iohan. 9
cunt, Homo hic non est à deo, & similia) idcirco subdit, Qui Iohan. 2
me odit, & patrem meum odio habet: atque ita nihil tale re- Deut. 18.
lictum est eis in excusationem. Non solum autem doctrinam exhibui, sed & opera adieci, qualia nullus alius, vt est miraculum de cæco, miraculum de Lazaro, & alia similiter. Quã igitur habebunt excusationem? Doctrinam sermonum præbui, adieci & opera, sicut & Moses præcepit illi obediendum C
mandans, qui & signa faceret, & pietatem doceret. nunc autem viderunt talia opera, & nihilominus me atque patrem odio habuerunt. Deinde subdit & prophetam testem, Oderunt me gratis. Nam propter solam malitiam & nullam aliã causam natum est hoc odium. Legem autem non solos libros Lex quæ
Mosi, sed & prophetarum (vt supra dixi) nominauit. Igitur intelliga-
Dauid spiritu prædicit qualis futura esset illorum malitia, & tur.
vt ipsi, mali, dictũ à propheta impleuerũt, & prophetiam veram esse comprobauerunt. *Cum autem uenerit paracletus (quẽ ego mittã uobis à patre) spiritus ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et uos testes estis, quia ab initio mecum estis* Dixerat discipulis, Persequuturi sunt vos, sermonem vestrum non seruabunt. Vt igitur dicere nõ possint,

Et nunc

D Et nunc ò domine quò mittis nos? quomodo digni fide erimus? quis ad nos attendet? quis persuadebitur? Ideo subdit, Quum autem venerit paracletus, ille testabitur de me. Fidelis, inquit, testis ille est, & ita redarguti à spiritu quòd absq; excusatione peccarint, prædicationem suscipiēt. Et vos quoque testabimini, qui ab initio mecum estis, quia & operibus & sermonibus feci deesse vobis excusationem. Bono igitur animo sitis, prædicatio non caritura est testibus, sed & spiritus cum signis & prodigiis meis testabitur, fidelisque testis erit. Est enim spiritus veritatis. Igitur spiritus veritatis vera testificabitur. nam à patre procedit, & omnia clare nouit.

Et filius mittit spiritū sanctū.

Est enim ex eo, à quo omnium scientia. Iam quod dicit. Quē ego mittam, æqualitatem erga patrem significat. Nam alio loco de patre dixit quòd mittat spiritū: hoc autem loco quòd E ipse mittat, vtique sanè equalitatem significans. Vt autem ne videatur obluctari patri, quasi ab alia substantia mittat spiritum, addidit, à patre. Nam & ipse quidem mittam, sed à patre, hoc est approbāte patre, & simul mittente. Non enim ex proprio sinu ipse prius mitto, sed à patre per me suppeditatur. Quum autem audieris quòd procedit: ne intelligas per processionem egressionem quali emittuntur ministratorij spiritus, sed naturalis subsistentia spiritus est processio. Nam nisi processionem sic intellexerimus, sed externam quandam missionem, incertum erit de quo spiritu dicat. innumeri enim sunt qui in ministerium mittuntur propter eos qui hæreditabunt salutem. Cæterum hoc loco singularis quædam & separata proprietas est procedere, vni proprio spiritui attribu- F ta. Non igitur intelligemus per processionem simplicem emissionem, sed naturalem spiritus subsistentiam. Hic igitur spiritus testis est prædicationis, & vos quoque testabimini, quòd non ex aliis audieritis, sed ipsi ab initio mecum estis. Non paruum autem est hoc testimonium, ab initio simul esse: quòd & ipsi apostoli postea concionati sunt dicentes, Qui simul comedimus, simúlque bibimus cum eo. Duplex igitur testimonium, à vobis, & à spiritu. Nam licet vos ad gratiam testari videamini: at non item ad gratiam testabitur & spiritus.

Hebr. 1.

Actuū. 10

CAPVT

CAPVT XVI A

H *Hæc loquutus sum uobis, ut ne quid offendamini. Alienos à synagogis facient uos: sed uenit tēpus, ut quisquis interficiat uos, uideatur cultum præstare deo. Et hæc facient uobis, quia nō nouerunt patrem, neq; me. Sed hæc locutus sum uobis, ut quū uenerit tēpus illud, reminiscamini eorū, quòd ego dixerim uobis.* Dixi, inquit, vobis hæc priusq̄ fierent, vt ne postea offendamini quum videritis multos non credere, & vos multa aspera pati, sed cogitate q̄ etiā anteq̄ factum, dixerim vobis. Suscipite posthac à me cōsolationem, quòd neq; in hoc decipiam vos, sicut neq; in prædictione passionum. Nam & absq; synagogis facient vos, & excludent à conciliis honestisq; conditionibus, & in summa B à sua communione seiunctos. Etenim iam conspirauerant quòd si quis cōfiteretur Christū, eiiceretur à synagoga. Non *Iohan. 9* solum autem à synagoga vos alienos facient, sed & morte pu- *Matth. 5.* nient, mortéq; ignominiosissima, vtpote ceu pernicioſos, & vt inimicos dei occident vos. Et omnis qui occiderit vos, tanto studio occidet, vt videatur deo cultum præstare, hoc est, putabit se rem piam deóque gratam facturum. Subdit autem cō solationem, quæ sufficere quæat. Hæc enim, inquit, facient quia non nouerūt patrem, neq; me. Propter me enim, inquit, & patrem hæc patiemini, igitur sustinete. Beati enim estis quum exprobrauerint, & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum contra vos propter me. Hæc beatitudo, vestra consolatio, quum eius fueritis recordati. Hæc au- C tem loquutus sum vobis, vt quando videritis molesta illa euenisse, credatis & de reliquis. Non enim poteritis dicere quòd iucunda prædixerim vobis, decipere vos cupiens. Verùm sicut annuncians tristia non decepi, ita neque læta dicens, indignus fide fuerim. Insuper vt ne sitis minus præparati, sed instructi, recordemini quòd ego vobis ea dixerim, & ideirco stetis fortiter contra aduersa.

Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram. Nunc autem uado ad eum qui misit me. Et nemo ex uobis interrogat me quò uadam: sed quia hæc loquutus sum uobis, mœstitudo implenit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis. Expedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eū ad uos. Valde grauati sunt tristitia discipuli

cum

D cum audirent talia sibi aduentura. Idcirco & dominus, hæc inquit, tam dura principio non dixi vobis, non vt ignorans, sed quia vobiscum eram, & sufficiens cõfugium ad me habebatis, & omne certamẽ in me reiiciebatur, ipsi vero in omni securitate eratis. Igitur non opus erat talibus tunc sermonibus vos præparari & præmuniri: sed nunc vadens ad patrem meum, & uos relicturus, prædico ea, vt vos muniatis. Et nullus ex vobis rogat me, quo vadis? sed præ tristitia confusi estis, & excessum mentis patimini: propter expectationẽ grauium concussa sunt corda vestra. At ego veritatem dico vobis. Vide quomodo solatur eos, etiãsi innumeris modis, inquit, magis tristitia afficiamini, ego quod vobis vtile est, dico. Nam vos quidem velletis semper esse mecum, atqui hoc

E non est expediens. Nam si ego quidem non abiero, paracletus non veniet ad vos: atque ita etiamsi vos præsentiam meã velletis, nõ obedirem vobis, sed eligerem potius quod vobis vtile, quam perniciosam vobis vestram voluntatẽ. Ita & nos debemus facere, prospicientes semper quod & nobis & fratribus est vtile, & non quod suaue. Nam si ego non morior pro mundo, & eo ad patrem, dato sacrificio & propitiatione pro peccatis, paracletus mundi non veniet. Quomodo enim adueniet si inimicitiæ non soluantur, & occisa morte pater humanæ naturæ non concilietur? Porro hoc loco Macedo-

Macedoniani cõfutantur. niani quid poterunt dicere, qui gloriam spiritus extenuãt, & seruum eum filii dicunt? quomodo conducet abire dominũ, & a duenire seruum? Atque ita etsi tristes sitis propter meam

F absentiam o discipuli, tamen propter aduentum spiritus gaudeatis, qui pluribus & maioribus vos beneficiis prosequetur. Quomodo autem dominus dixit, Quoniã hæc ab initio non

Mat. 10. dixi vobis? quandoquidem scriptum est quòd conuocatis illis duodecim, dixerit eis, Ad præsides & reges ducemini. Dixit quidem, Ad præsides ducemini, non autem, Occidẽt vos vt impios & pernicioſos, & inimicos dei. Et aliter, Illic quidem dicit quæ a gentibus eis infligenda, nunc autem quæ a Iudæis. Absque synagogis vos facient, Iudæi scilicet. Vide autem in hoc & spiritum liberum esse, & filium approbare. Etenim quod dicit, Paracletus veniet, ad potestatem spiritus pertinet. quod autem addit, Ego mittam eum, ad probationem & voluntatem filii spectat, cui placet vt veniat paracletus, & annuit, si sic dicere licet. *Et quã uenerit ille, arguet mũdum*

de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidẽ, quia A *non credunt in me. de iustitia uero, quia ad patrem uado, & posthac non uidebitis me. de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Veniet paracletus, & quæ inde vtilitas? Arguet, inquit, mundum de peccato, & ostendet eos peccatores, quia nõ credunt. Quando enim viderint per manus discipulorum in spiritu egregia signa & miracula fieri, & neque si credent, quomodo non condemnatione digni, & peccato maximo obnoxii? Nam nunc quidem possunt dicere quod fabri filius sim, & humilis matris, quãuis ego miracula faciam: tunc autẽ incredulitas omni carebit excusatione, spiritu in nomine meo talia perficiente. Itaque de peccato illos arguet, hoc est, ostẽdet eos absque venia peccare. Et de iustitia quoque arguet, quia ego ad patrem meum vado, hoc est, ostendet eis ꝙ ego B quum iustus fuerim, & irreprehensibilem egerim vitam, iniuste occisus sim, & in eius iudicium ad patrem vadam. neque enim si iniustus fuissem, ad patrem ascendissem. Quia enim vt aduersarium deo & iniquum occiderunt, ostendet eis, inquit, spiritus, quod non sim talis. Neque enim si aduersarius dei fuissem, apud deum & legislatorem hunc honorem assequutus essem, honoremque non temporarium, sed æternum. Iam quod dicit, posthac non videtis me, æternam eius apud patrem conuersationem manifestat. De iudicio autẽ arguet eos, quia princeps huius mũdi iudicatus est, hoc est, etiã per hoc me iustum, & a peccato immunem iterum ostendet me dominus, eo quòd rector mũdi a me iudicatus est & victus. *Mat. 9.* Quia enim dicebant, Dæmonium habet, & in Beelzebul mi- *12.* racula facit, & impostor est: hæc omnia, inquit, ostendentur C vana, quum apparuerit diabolus condemnatus, & ostensum *Lu. 7. 11.* fuerit omnibus quòd a me sit victus, id quod nequiuissem, si *Ioh. 8. 10* non illo fuissem fortior, & ab omni peccato alien⁹. Quomodo hoc demõstratum est per aduentũ spiritus? Omnes enim qui credunt in Christum, conculcant & contẽnunt rectorẽ mundi. vnde satis mõstratum quòd a Christo condemnatus sit multo antea. Arguit ergo spiritus eos qui non credunt, vt peccatores. Fides enim baptismi, peccata soluit per remissionem. Operationes autẽ spiritus quæ apparẽt in his qui cre- *Operatiodiderunt, non visæ sunt in his qui non crediderunt. Vnde nes spiris* redarguti sunt vt vasa mala & coinquinata, indigna spiritus *qbus appa* susceptione. Et aliter, Arguit mundum qui non credidit, spi- *rent.*

ritus

D ritus de iustitia, hoc est, quia priuatus est iustitia, qui nō credidit in iustum Iesum, eum qui propter iustitiam assumptus est in cœlos. Arguit autem & condemnat vt ignauum, quia vulnerato Satana neq; sic illum voluit vincere. *Adhuc multa habeo quæ uobis dicam, sed non potestis portare nunc, quum autē uenerit ille qui est spiritus ueritatis, ducet uos in omnem ueritatem. Nō enim loquetur a semetipso: sed quæcunque audierit, loquetur: & quæ futura sunt, annunciabit uobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Omnia quæcunque habet pater, mea sunt: propterea dixi quod de meo accipiet, & annunciabit uobis.*

Quum dixisset supra, Expedit vobis vt abeam, nūc hoc latius prosequitur, & dicit quòd nunc quidem non potestis: si
E autem venerit ille, tunc fruentes illius donis, in omnem veritatem ducemini. Quam autem veritatem inquit? num scientiam de omnibus? nam nihil de se magnum ipse dominus loquutus est. Partim dat nobis figuram humilitatis, partim & propter infirmitatem audientium, & ingratitudinem Iudæorum. Et neque legalium obseruationem solutionem manifeste introduxerat, vt contrarius videretur omnibus. Vbi autē venit paracletus, & manifestata fuit dignitas filii, & vera de
* omnibus sciētia in lucem producta, abolitis & sublatis è medio figuris legalibus, in verum & spiritualem cultum inducti sumus, per signa quæ in spiritu fiunt, cōfirmata fide. Deinde quia magna quædam dixerat de spiritu. vt ne putēt aliqui quod maior ipso sit spiritus, siquidem ipse in veritatē sit introducturus, & facturus capaces maiorum & plurium quę
Christo præsente portare non poterant: ne igitur hoc quis
F existimet, subdit, Non loquetur a semetipso, hoc est, nihil proprium loquetur præter mea. Quum enim dicit, quæcūque audierit, hoc signat, quod nihil docturus sit extra ea quæ Christus docuit. Sicut igitur & dominus ipse dicens de se, Quæcunque audiui a patre meo, loquor: non vt discentem & pue-

Spūs nihil aliud docet, quàm qd Christus.

rum se introducit, sed quod nihil vel sciat vel doceat, quàm quæ pater: ita & de spiritu dicendum. Quod autem nō opus habeat doctore spiritus, Audi Paulum dicentem. Quemadmodum nullus nouit quæ hominis sunt, nisi spiritus qui est in eo: ita & quæ dei, nullus nouit, nisi spiritus dei. Vides quō sanctus spiritus suipsius doctor sit, sicut & noster? & ex his quæ sequuntur, discet cordatus deitatem spiritus. Quæ enim ventura sunt, inquit, annunciabit vobis. Maxime enim pro-

Cap.15. 1.Co.2.

pria

pria est dei futurorum cognitio. Nam quia nihil aliud desiderabile ita est humanæ naturæ vt futurorum cognitio, con- A
solatur Apostolos & ex hoc. Intantum enim, inquit, benefaciet vobis, vt & futurorum præsciētiam vobis, quæ maxima omnium videtur, daturus sit. Præterea quia ad tentationes erudiendi erāt, ille vos præparabit, inquit, ad futura quæ vobis contingent, ne per ignorantiam absque custode incidatis in illa. Glorificabit autem & me. In nomine enim meo omnia & loquetur & faciet, & nihil diuersum dicet: atque ita & per miracula quæ per illum fient, deus credar, quū in vos discipulos meos opulētè effundetur gratia etiam post meam mortem, quum meum nomen magis fulgebit: quod citra cō trouersiā magna gloria est, si quis ignominiosè occisus, ma- B
gis claresceret incipiat. Deinde quia audiuerant dominū dicentem, Vnus vester est magister Christus: vt ne existimēt, *Mat. 23.*
quia vnus magister tu es, quomodo dicis nobis & alium fore magistrum spiritum? subdit, Quia de meo accipiet, hoc est ex his quæ noui, & ex mea sciētia. Vel & aliter, de meo, hoc est, de meo thesauro, qui scilicet patris est. nam quæcunq; habet pater, mea sunt, & meæ diuitiæ: paracletus autem ex patre loquitur: verisimiliter dico quod de meo accepturus sit, hoc est thesauro & diuitiis scientię. Quare autem spiritus tāta dedit nobis bona, & non filius? Igitur primum quidem dicimus quod viam donis spiritus filius parauerit, & ipse sit talium bonorum author. Nisi enim ipse peccatū soluisset, quo- C
modo nos spiritum obtinuissemus? Non enim habitabit spirit? in corpore subdito peccatis. Hinc est quod si magnū qd *Sapien.1.*
dedit spiritus, occasiones a Christo habuit. Deinde quia hæretici spiritui erant detracturi, quasi minor esset dignitate, *Spūs non est minor,*
eo quod posterius veniret: propterea concedit ei operari per *filio.*
Apostolos, vt per donorum magnitudinem compulsi, vel inuiti dignitatem spiritus agnoscant, & non quia posterior habeatur, propterea minor iudicetur filio. *Pusillum & non uidetis me, & iterum pusillum & uidebitis me, quia uado ad patrem.* Dicebant ergo, *Quid est hoc quod dicit nobis, pusillum & non uidebitis me, & rursum pusillum & uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebant ergo, quid est hoc quod dicit pusillum? nescimus quid loquatur.* Quare Christus recessum & mortem suam in memoriā eis reducit, quāuis magis occultanda videantur? Mentē eorū exercebat, & probatiorem efficiebat: propterea semper cō-

memorans

D memorans tristia, assuefacit illos, & ad expectationē illorū prouehit. Igitur sic hoc loco, Pusillum & non videtis me, dicens, ad triste statim addidit lætum quiddam, & iterum pusillū, & videbitis me, & ad deū vado, qui vos iuuare potest: & non pereo: sed transeo: & ad paruum quidem tempus secessus erit, postea autem perpetuo conuersabor vobiscum. Illi quidem non intellexerunt: vnde admiratur quispiā quomodo non agnouerint quæ dicebat. Videtur ergo vel tristitia mentem eorum adeo inuasisse, vt abiicerēt dictorum memoriam, vel propter obscuritatem verborum euenit ne intelligerent. Ideo Iesus videtur eis cōtraria quædam dicere. Nā si quidem videbimus te, quo vadis? si autem vadis, quomodo videbimus te? Videntur enim hæc ænigmata esse.

Cognouit autem Iesus quod uellent interrogare eum, & dixit eis, De

E *hoc quæritis inter uos, quod dixi: pusillū, & non uidebitis me, & iterum pusillum, & uidebitis me. Amen amē dico uobis, plorabitis & lamentabimini uos, mundus autem gaudebit: uos autem mœrore afficiemini, sed mœror uester uertetur in gaudium. Mulier quum parit, do-*

Hier. 31. *lorem habet, quia uenit hora eius, quum autem peperit puerum, iam non meminit anxietatis, propterea quod gaudeat hominē natum esse in mundo. Et uos igitur nunc quidem mœrorem habetis, sed iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis.* Postquam vidit discipulos non intelligere dicta, eo quod grauati erant mœrore, inculcat eis manifestius de morte sua, vt assueti verbis, etiam re ipsa eam fortiter ferrent. Etenim, inquit, plorabitis & lamentabimini vos, propter mortem ac crucem: mundus autem gaudebit, hoc est, Iudæi mun

F dana sapientes gaudebunt, eo quod interemerint ne inimicū ipsorum. Sed tristitia vestra in gaudium vertetur, quēadmodum Iudęis quoque suum gaudium in mœrorem cedet, quādo post meam resurrectionem nomen meum glorificabitur. Potes autem & mundi gaudium, non Iudæorum gaudiū intelligere, quod gauisi sunt mortuo domino, sed saltem mundi, vt sit sensus dictorum: Vos quidem mœrore afficiemini, sed hæc mea passio propter quam vos estis tristes, mundi totius gaudium & salus erit. Insuper & exemplum commune addit mulieris & partuum. Hac autem parabola & prophe-

Partus dolores. tę vsi fuerunt, dolore partus ingenti excellentiam mœroris significantes. Tale autem quiddam dicit, Apprehēdent quidem vos dolores mœstitudinis, sed dolor ille causa efficitur partus.

partus. Interea confirmat & sermonem de resurrectione, & A
ostendit mori simile esse ei qui a vulua in lucem prodit. Ne
enim admiremini quod per tantam tristitiam ingressuri sitis in gaudium, quia & mater per mœrorem in partu ad hoc
venit, vt sit mater. Insinuatur autem hoc loco & mysticum
quiddam, quod ipse soluerit dolores mortis, & nouum homi
nem nasci fecerit, posthac non corrumpendum: neque mortalem, qui est ipse dominus. Vide enim quomodo non dixerit quod post hac non recordetur anxietatis quia natus est ei
puellus: sed, quia natus est homo in mundum. Hoc enim nō
frustra ita dixit, sed volens cum emphasi & tacite insinuare
quod ipse sit ille natus homo, & incorruptibilis Iesus domi-
nus noster. Igitur exemplum mulieris parientis non per om
nia quæras adaptare his quæ circa Iesum acciderint. sed tā- B
tum vt ostendatur quod temporalis sit dolor, & magnum lu
crum doloris & resurrectionis, partus ad vitam & regenera-
tionem: alia autem omnia ad exemplum non alludūt, & me-
rito. Parabola enim si per omnia seruetur, non est parabola, *Parabolā*
sed illud ipsum quod per parabolā signatur. Et hoc loco in- *nō p̄ omia*
telligimus per dolorem parientis, tristitiam apostolorum: & *seruatur.*
per gaudium, consolationem resurrectionis: & iterum per so
lutionem dolorum parientis, descēsum ad inferos: & per na-
tiuitatem, resurrectionem primogeniti ex mortuis. Porro nō
vltra signatur infernus per matrem. nō enim gauisus est in-
fernus, sed apostoli gauisi sunt gaudio quod nullus abstulit
ab eis. tunc enim gaudebant, quādo pro nomine domini as-
pergebantur conuitiis. Insuper dicendo, Gaudium vestrum *Act. 5.*
nemo tollit a vobis, ostendit quod vltra non moriatur, sed
perpetuo viuens, illis incorruptibilis gaudii sit author futu- C
rus. *Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico uo*
bis, quæcunque petieritis patrem sub nomine meo, dabit uobis. Hacte-
nus non petistis quicquam sub nomine meo. Petite & accipietis, ut
gaudium uestrum sit perfectum. Quādo resurgam, tunc veniet
super vos paracletus, & inducet vos in omnem veritatē: me-
que non rogabitis quicquam tale, quale prius, Quo vadis? &
Ostē de nobis patrem. Omnia enim scietis in spiritu. Vel ro-
gabitis, hoc est, obsecrabitis, orabitis. Quum igitur ex mor-
tuis resurrexero, mittam vobis paracletum. tunc non me ro-
gabitis, hoc est petetis, ita vt sim vester mediator, sed suffi-
ciet vobis nomen meū vt a patre accipiatis petitiones. Ostē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dit igitur hoc loco nominis sui virtutem. siquidé quum neq; videatur, neque obsecratur, sed cum nominatur solum, talia facit. Hucusque, inquit, non petiistis quicquam sub nomine meo. Ex hoc autem tempore petite, & omnino recipietis: & ita expedit vobis vt ego moriar: siquidem apud patrem maiorem quam nunc fiduciam inuenturi estis. Non enim quod separor a vobis, existimate vos a me relictos, sed nomen meum maiorem vobis fiduciam dabit, & gaudium vestrum tũc erit plenissimum, quum accipietis omnes petitiones. Confidera autem quod ille sumit, qui sub nomine Christi petit. Nullus igitur ex his qui mundana petunt, ac animabus damnosa, in nomine Christi petit, ideo neq; accipit. Nomé enim Christi diuinum est ac salutare. quãdo autem quis petit quæ ad perditionem animæ pertinent, quomodo dicemus illum in salutaris nomine petere? *Hæc per paræmias loquutus sum uobis. ueniet tempus quum iam non per prouerbia loquar uobis, sed palam de patre meo annunciabo uobis. in illo die sub nomine meo petetis. Et non dico uobis quod ego rogaturus sum patrem pro uobis. ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quod a deo exiuerim. Exiui a patre, & ueni in mundum. iterum relinquo mundũ, & uado ad patrem.* Paræmia est sermo oblique & occulte ac per parabolas totum argumentũ ostendens. Quia igitur dominus multa eis occulte dixerat, & parabolã narrarat de muliere ac partu, dicit, Hæc per paræmias nunc loquutus sum vobis, sed venit hora quando non vltra in parabolis loquar, sed libere de patre annunciabo vobis. Post resurrectionem enim, quum se exhibuisset viuũ per quadraginta dies, loquebatur eis de patre magis mystica, & manifestiora. Prius enĩ sic putabãt eius esse patrem deum, sicut & noster est, gratia. Iterum autem dat eis fiduciam, quod habituri sint in tẽtationibus supernum adiutorium. Sub nomine meo, inquit, petetis: & in tantum vobis conseruabo amicum patrem, vt posthac neque me opus habeatis intercessore. nam ipsemet pater vos amat. Insuper vt non resiliãt a Christo, quasi ipso nõ habeant opus, sed a patre absque mediatore diligantur, dicit: Propterea amat vos pater, eo quod me dilexistis. Quãdo igitur excideritis a mea amicitia, tunc & a patris amicitia excidetis. Et quia multum eos consolatus fuit quia audiebant eũ a patre exiuisse, & iterũ ad patrẽ ire, propterea cõtinuo hoc versat: vnde & illi audiendo hæc, vtilitate percepta respirantes

In nomie Christi petendum.

A tes aliquantulum, dicũt. *Ecce nunc aperte loqueris, nec prouerbium ullum dicis. nunc scimus quod scis omnia, nec opus est tibi ut quis te interroget. Per hoc credimus quod a deo existi. Respondit eis Iesus, Nunc creditis. Ecce instat tempus, & iam uenit, ut dispergamini unusquisque in sua, meq; solum relinquatis, & tamen non sum solus, quia pater mecum est.* Quum audissent discipuli amicum illis futurum deum & patrem, neque indigere se illius intercessione, vti maxime familiares patri, exissequ illum a deo, dicunt, Nunc scimus quod scis omnia, hoc est, cognoscis quæ vniuscuiusque cor offendũt, & non opus habes vt ab aliquo discas ea. Et in hoc credimus quod a deo exieris. dei enim est scire occulta cordis. Vide autem quomodo imperfecti fuerint dicentes, Nunc scimus, qui enim tantas audierãt doctrinas, dicunt, nunc scimus. Christus autem ostẽdens eis quòd B imperfecti sint, & quod nondum quicquam magni de se intellexerint, sed deorsum & in terrenis versantur, inquit, Nũc creditis. Quodammodo improperat eis tarditatem fidei illorum. Vt autẽ ne videantur gratificari & adulari talia de ipso sentientes, inquit, Venit hora vt dispergamini vnusquisque. Vos enim, inquit, videmini de me magnum quiddam sentire: ego autem dico vobis, quod vsque adeo imperfecti estis, vt me derelicturi sitis, & innatura est vos formido, & ita neque iunctim secedetis, sed separatim dispergemini, & vnusquisque sibi ipsi de salute & profugio prospiciet. Verum ego propterea non habebo peius. non enim solus sum, sed habeo & patrem mecum: atque ita neque per impotentiam patior, sed voluntarium me permitto crucifixoribus. Quum igitur C audieris clamantem, Vt quid me dereliquisti? ne sic simplici Mat. 27. ter intellige, quod derelict⁹ sit saluator a patre: alioqui quo- Mar. 15. modo hoc loco testaretur, Pater mecum est? sed intellige vt ab humana natura dictum, derelicta propter peccatũ & abiecta, in Christo autem conciliata, & assumpta per patrem.

Hæc autem locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo afflictionem habebitis, sed confidite, Ego uici mundum. Hæc, inquit, locut⁹ sum vobis, vt ne eiiciatis me ex mẽte vestra, neq; cõmoueamini & turbemini a stabili erga me charitate, sed pacẽ habete in me, hoc est, manete indefracti, recipiẽtes fide liter quæcũque dixi vobis. Audiat autẽ & Arius, qa hæc oĩa *Arius.* quæ humilia & indigna videtur gloria filii, ꝓpter auditores dicta sunt, nõ vt nos vtamur his ꝓ dogmatib⁹. Dicta ergo sũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

D apostolis in consolationem, & demonstrant amorem quem erga illos gerebat. In mundo afflictionem habebitis. Nō in verbis erunt tentationes, inquit, sed quandiu fueritis in mundo, afflictionem habebitis: non nunc tantum, quādo trador, sed & postea: sed resistite turbationi, & cōfidite, quia ego vici mundum. Ego autem quum vicerim, nō oportebit vos discipulos dolere, sed contemnere eum vt victum. Quomodo autem vicit mundum? quia deuicit principem, affectionē mūdi. sed hoc & ex posterioribus manifestum. Omnia enim ei subiecta sunt & cesserunt. Sicut igitur Adam victo, omnis natura condemnata est: ita vbi Christus vicit, in omnem naturam victoria transiit, & virtus nostra in Christo Iesu gratiā

E assequuta est calcandi super serpentes & scorpios, & super o-
1.Cor.15. mnem potestatem inimici. Per hominē enim intrauit mors, & per hominem vita, & imperium contra diabolum. Nam si nudus homo vicisset, nihil spectasset ad nos.

CAPVT XVII.

Haec loquutus est Iesus: & sublatis oculis in cœlum dixit, Pater, uenit hora, glorifica filium tuum, ut &

H *filius tuus glorificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut quotquot dedisti ei, det eis uitam æternam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum.* Quum dixisset discipulis, Afflictionem habebitis: & ad fiduciam exhortatus esset: iterum eos erigit per præces, erudiens nos, in ten-
Mat.26. tationibus, relictis omnibus ad deum confugere debere. Et aliter, Non hic oratio est, sed colloquium cum patre. Quod autem alio loco orat, & genua flectit, ne mireris. Venit enim Christus non solum seipsum manifestaturus, sed omnem virtutem docturus. Docentem autem, non tantum verbis, sed & operibus docere oportet. Ostendere autem volens quod non inuitus, sed sua sponte ad passionem accedat, dicit, Pater, ve-
Mat.10. nit hora. Ecce enim vt optabile hoc desiderat, & gloriam vocat, non suam tantum, sed & patris: quod & factum est. Non enim filius solus, sed & pater glorificatus est. Nam ante crucem quidem neque Iudæi ipsum sciuerunt. Israel enim me non cognouit, inquit. post crucem autem totus orbis ad eum confluxit.

confluxit. Ostendit autem quæ sit gloria eius & patris, Cre- A
dere, inquit, omnem carnem, & beneficia experiri, gloria dei est. Non enim ad Iudæos solos contrahitur, sed in totum orbem extenditur. Dicit autem hoc, quoniam missurus erat illos in gentes. Vt igitur ne putent nouitatem esse, & præter voluntatem patris, indicat a patre sibi datam potestatem omnis carnis. Nam ante dicebat eis, In viam gentium ne abieritis. Quid autem est, omnis carnis? Nam non omnes crediderunt. Et sane Christus quantum ad se attinebat, omnes ad fidem adducere curabat. quod autē illi non attenderunt, nō docentis, sed non suscipientium crimen est. Quando autem audieris, dedisti, & acceperunt, & similia, intellige ea dicta esse ad auditorum captum, sicut sæpe diximus. Semper enim B
cauet ne de seipso magna dicat, & se attemperat infirmitati auditorum. Et quia offendebantur magna de eo audiētes, loquitur de his quorum capaces sunt: sicut & nos sæpe cū pueris loquimur, & panem ita nominamus vt illi, & aquā, & in summa omnia. Dein quando Euangelista de domino dicit, audi quę dicat, Omnia per ipsum facta sunt: &, Quotquot re- 1ohā.1.
ceperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Qui aliis dat, quomodo ipse potestatem nō habet, sed accipit a patre? Insuper & hic in his verbis quæ videntur humilia, asseritur sublime quiddam. Nam vt dicit, Omne quod dedisti eis, hoc per condescensionem est dictum: det eis vitam æternam, hoc potestatem indicat vnigeniti & deitatis. Dei enim est dare vitam, eamque æternam. Solum autem verum dixit patrem, opponendo eum mendacibus qui apud gentiles erant diis. Nō enim illum a patre separat. Absit. Nam quum & verus filius, C
non erit mendax deus, sed verus: sicut hic Euāgelista de do- 1.Iohā.5.
mino in epistola sua catholica, inquit, Iesus Christus, hic est verus deus, & vita æterna. Si autem vrgeant hæretici falsum esse dei filium, quia pater solus dictus sit verus deus, discant quod hic de filio Euangelista dicat, Erat lux vera. Igitur secundum eos pater est lux falsa: sed absit: & ita quando verū deum dicit patrem, falsis diis gentilium opponitur: sicut & hoc, Gloriam a solo deo non quæritis. sic enim hæretici intelligunt. Verum quia solus deus pater, filius non autē deus? Vere stulta dicta sunt hęc *Ego te glorificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem: & nunc glorifica me pater apud temetipsum gloria quam habui priusquam hic mundus esset*

D apud te. *Manifestaui nomen tuum hominibus.* Disce hoc loco quomodo glorificet & pater filium: vtique sicut & filius patrem. Ego te, inquit, glorificaui super terram. Merito addidit, super terram. in cælis enim glorificatus erat, & ab angelis adorabatur: terra autem ignorabat eum. Igitur quia filius annunciauit eũ omnibus, ideo dicit, Glorificaui te super terram, omni notitia dei disseminata, & perfecto opere quòd dedisti mihi. Hoc enim opus est incarnationis vnigeniti, sanctificare naturam nostram, & prosternere rectorem mũdi, qui se prius deum faciebat, & inserere creaturæ notitiam dei. Quomodo autem consummauit hoc, quum nondum inceperit? Quotquot dicere vult, qui venerunt ad me, perfeci. Vel quia fecit quod maximũ omnium, & radicem bonorum omnium nobis substrauit, dæmone victo, & se obiecto voraE cissimæ bestiæ morti: radicem hanc necessario sequuturi erant & fructus diuinæ notitiæ. propter hoc dixit, Perfeci opus. Seminaui, inquit, radicem plantaui, fructus autem sequentur. Glorifica igitur me pater & tu apud teipsum gloria quam habebam apud te priusquam mundus subsisteret. Nõdum autem glorificata erat carnis natura, neque incorruptibilitate fruebatur, neq; regium thronum acceperat. propterea dicit, Glorifica me: hoc est, humanam meam naturam, quæ nunc in ignominia, quæque crucifigenda & subuehe eam in gloriam, quam habebam apud te ego verbum & filius tuus priusquam mundus esset. Collocauit enim humanam naturam in throno regio, & adoratur nunc ab omni creatura. Manifestaui nomen tuum hominibus. Nunc
F interpretatur quid sit, Ego glorificaui nomen tuum super terram, hoc est, manifestaui nomen tuum. Quomodo igi-
Esa. 19. tur manifestauit filius? Etenim Esaias quoque dicit iurandum per deum verum. Sed, quod sæpe diximus, quanuis manifestum fuerit, tamen Iudæis solis, & neque illis omnibus: nunc autem de omnibus gentibus inquit quod manifestum eis futurum sit nomen dei, quum iam Christus dederit semina diuinæ naturæ, vt destrueretur idolorum cultus, quem suggessit diabolus. Et aliter, Quanuis cognouerũt deum, non tamen vt patrem cognouerunt, sed & opificem solum. filius autem patrem manifestauit, & sermonibus & operibus notum illum faciens. Nam quum se filium dei demonstrauit, manifestũ q; simul demonstrarit & illũ fuisse patrẽ.

Quos

Quos dedisti mihi de mundo, tui erant: mihi dedisti eos, & sermonem A
tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quod omnia quæcunque dedisti
mihi, a te sunt: quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt uere quod à te exiui, & crediderũt quod tu me
misisti. Duo hæc docere voluit, & q̃ non sit aduersarius deo pater, & quòd voluntas eius sit credere illos. propterea dicit, Quos dedisti mihi, tui erant. Vtraque enim ostenduntur per hoc quod dicit, dedisti mihi. Non enim rapui eos, sed tu comprobasti vt illos mihi lucrarer: & ita nõ aduersarius es mihi, sed cõcordiã habes & charitatẽ erga me ô pater. Sermonẽ aũt tuũ seruauerũt, per hoc q̃ credũt mihi, & nõ attẽdunt Iudæi. Qui enim credũt Christo, sermonẽ dei seruãt, hoc est, scripturã & legẽ. Nã Christus à scriptura annũciatur, Et aliter, Oĩa quæcunque dicebat discipulis dominus, patris erãt. Ego eũ, B inquit, à meipso nõ loquor. Dicit igitur eum aliis & hoc eis, Manete in me: & ecce seruauerunt & hoc mandatum. Manse- Iohan. 14
runt enim, & ita sermonem patris seruauerunt. Nunc cogno- & 15.
uerunt quòd omnia quæcũq; dedisti mihi, à te sunt. Quidam absque γ legunt ἔγνωκα cognoui, & inquiũt, quòd dominus dicat, Nunc cognoui ego. Sed absurdum est, & legendum est ἔγνωσαν. Nunc cognouerunt discipuli mei, inquit, quòd nihil habeo proprium, neq; à te alienus sum: sed quæcunque dedisti mihi, non vt creaturæ gratificans mihi dedisti. Non enim hæc mihi acquisita sunt, hoc est, naturaliter ad me pertinẽt vt ad filium, qui in paternis rebus potens est. Vnde autẽ cognouerunt hæc discipuli mei? Verbũ quod dedisti mihi, dedi eis. hoc est, à verbis meis & doctrinis. Semper enim eos docebam C
quòd omnia quæcũque habeo, patris sunt: & non hoc solum, sed & quòd à te exierim, & quòd tu me miseris. Nam per Euangelium totum hoc efficere vult, quòd non sit aduersarius dei, sed impleat patris voluntatem. *Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis.* Quum ostendisset quòd propter nihil aliud quàm propter ipsos hæc ad patrem dixisset: vt discant quòd diligat eos, & curam eorum gerat, inquit, Ego pro ipsis rogo & supplico, non pro mundo. Ostendi enim omnino ex hoc quòd diligam eos. Non enim solum do quæ mea sunt, sed & oro vt custodiã eos. Non oro te pro promiscuo populo, qui mundana sapit, sed pro his quos dedisti mihi, tui enim sunt.

D Et audiens continuo eum dicentem. Dediſti mihi: ne exiſtimes nuper datum principatum & poteſtatẽ talem, quòd quãdo habuit eos pater, ipſe non habuerit: & iterum nunc quum eos habet, patri ablatam poteſtatem propterea dicit, Omnia mea tua ſunt, & tua mea. Non enim nũc accepi poteſtatẽ, ſed quãdo tui fuerũt & mei fuerũt. Tua enim oĩa, mea: & quãdo ipſe habeo eos, & tu habes, & non es priuatus, mea enim ôia tua. & glorificatus ſum in eis: hoc eſt, poteſtatem illorum habeo vt dominus, qui in eis glorificor, ſicut & regis filij æqualem cum patre poteſtatem habens ac regnum, glorificatur in eo quòd tanta habet, quanta pater. Si ergo iterum filius minor eſſet patre, quomodo auſus fuiſſet dicere, omnia tua mea ſunt? Nam dominus quidem omnia habet quæ ſunt ſerui, ſer-
E nus autem non omnia quæ ſunt domini. Hoc autem loco conuerſim loqui licet, vt quæ ſunt patris, ea ſint & filij, & contra. Glorificatur igitur filius in his quæ ſunt patris. Tãtam enim omnium poteſtatem habet, quantam & pater. *Et iam non ſum in mundo: & hi in mundo ſunt, & ego ad te uenio. Pater ſancte ſerua eos per nomen tuum, quos dediſti mihi, & ſint unum ſicut & nos. Quum eſſem in mundo, ego ſeruabam eos in nomine tuo.* Quare cõtinuo dicit, iam non ſum in mũdo, quãdo erat cum eis in mũdo? Videntur enim eſſe abſurda, ſi quis hæc exponat non examinata. Alio item loco promiſit eis, Ero vobiſcum, & videbitis me: nunc aũt alia videtur dicere. Poteſt igitur vere dici. Nam quia veriſimile erat triſtari eos, vtpote qui relinquebãtur adiutore deſtituti, oſtendit quòd patri eos commendet, &
F illum cuſtodẽ eis præficiat. Quia à te vocor ego, ſeruaui ipſe illos in nomine tuo, hoc eſt per tuum adiutoriũ, & virtutem quam dediſti mihi. Quid eſt cuſtodias, vt ſint vnum? Nam ſi charitatem inter ſe habuerint, & non fuerint diſcordes, inuicti erunt, & nihil eis prævalebit. Non ſimpliciter autẽ vt ſint vnũ, ſed ſicut ego & tu, vnum ſapientes, & vnum volentes, illa eos concordia cuſtodiet. Itaque vt conſoletur eos, patrem orat pro cuſtodia eorũ. Nã ſi dixiſſet, Ego cuſtodiã vos, non ſic credidiſſent: nunc autem dum patrem pro eis rogat, bona ſpe animãtur. Ego ſeruabam eos in nomine tuo, dicit: non ꝙ ipſe non valeat aliter niſi per nomen patris, ſed, vt ſæpe dixi, infirmitati conſulit auditorum, & nõdum magnum quiddam de ſe ſentiẽtium propter hoc dicit, In tuo adiutorio ſeruabam eos. Inſuper & bene ſperare facit. Quemadmodum quũ eſſem

vobiſcum

vobiſcũ præſens, ſeruabamini in nomine & adiutorio patris, A
ita nunc quoq; credite vos à deo ſeruandos. Solet enim veſtri
curã habere. *Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis pe-* Pſal. 105
*riit. niſi filius ille perditus, ut ſcriptura compleretur. Nunc autem
ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum im-
pletum in ſemetipſis.* Multa verborum humilitas, niſi quis ea
digne exceperit. Vides enim hoc loco quid apparet. Quos de
diſti mihi, Cuſtodiui, Videtur enim annũciare patri vt cuſtodiat & pater eos. Nam ſicut ſi quis cuipiam tradidiſſet pecunias cuſtodiendas, dicat: vide, ego nihil perdidi, neq; tu perdas. At hęc omnia dicit propter diſcipulorum quietem & cõſolationem, ac gaudium, vt reſpirent, curas deponant tãquàm
reſpiciente te illos ſaluos, & cuſtodituro eos, ſicut ego cuſtodiui eos, & nullum amiſi. Quomodo ò domine, nullum perdi B
diſti, quũ & Iudas perierit, multiq; alij retroceſſerint? Quantum ad me attinet, inquit, nullum perdidi: quantũ in me fuit, nullum amiſi: ſed ſeruaui eos, hoc eſt, omnibus modis eos cuſtodiui. Quòd aũt à ſeipſis reſilierint, nihil hoc ad me. Quod autẽ dicit, Vt ſcriptura impleatur, hoc eſt, omnis quæ de filio perditionis prędicit. Etenim & in pſalmis variis de illo dictũ eſt, & in aliis prophetarũ libris. De verbulo autem vt, ſæpe diximus quòd eo vtatur ſcriptura tanquàm euentus non cauſæ ſignificatiuo. *Ego tradidi ei ſermonem tuum, & mundus eos odio
habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non
rogo ut tollas eos de mundo ſed ſerues eos à malo. De mundo nõ ſunt,
ſicut & ego non ſum de mundo.* Orans patrem vt iuuaret Apoſtolos, dicit & cauſam propter quam digni ſint vt multã à pa- C
tre conſequantur curam. Nam propter ſermonem tuũ, inquit, quem dedi eis, odio fuerunt, & ita digni erunt vt tuũ ſentiant auxilium, propter te exoſi his qui mundana ſapiũt. Vulgo enim promiſcuo exoſi ſunt, inquit, non autem ſunt ex mundo, non habent mẽtem mũdo adglutinatam, & omne ſtudium in illum inſumentem. Quomodo igitur dicit alio loco, Quos dediſti mihi ex hoc mundo, tui fuerunt? Illic quidem de natura dicens, quòd ex hominibus ſint, & pars mundi: hoc autem loco mentem & voluntatem ſignificat, dicens quòd de mundo ſint. Neque turbet te quod dicit, Sicut ego ex mundo non ſum. Non enim ſic fuerunt ſancti Apoſtoli, & non participes affectionum mundi, ſicut dominus. Ipſe enim peccatum Eſaiæ. 53
non fecit, neque inuẽtus eſt in ore eius dolus: illi autem hu-

manæ

D manæ naturæ infirmitatem non fuerunt transgressi. Ne igitur quum dicitur, Sicut ego nõ sum ex mũdo, intelligas quòd in nullo minores fuerint Apostoli domino: sed quando de patre & filio dicitur Sicut, tunc solum æqualitatem intellige. Quod autem dicit, Non rogo vt tollas eos ex mũdo, dicit volens declarare suam erga eos charitatẽ, & quòd magni illorum curam faciat, intercedens tãto studio pro eis. Non enim patrem docet pro quibus oret, nam hoc absurdum, sed (vt dixi) ostendit quòd valde diligat discipulos, & illorum agat curam. Dicit ergo patri, Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt eos in mundo serues à malo. Repetit igitur, Ex mũdo non sunt, multo subsidio habent opus. Nihil enim commune ha-
E bent cum terra, cælorum facti ciues: & ita quia mũdus omnis vt alienis vsus est eis, tu cælestis posthac vt cœli ciues serues. Dicit autẽ talia audientibus discipulis, vt magis odiant mundum, & non erubescant de tãtis suis laudibus. Serua eos à malo, non deliberatione à periculis, sed de permanentia & firmitate in fide. Vnde & subdit. *Sanctifica eos in veritate tua. Sermo tuus veritas est. Sicut me misisti in mundum, & pro eis ego sanctifico meipsum, vt & ipsi sint sanctificati in veritate.* Sãctos fac, inquit, per dationem spiritus, & custodi eos in rectitudine sermonis & dogmatũ. & erudi eos, & doce veritatẽ. Sanctificatio enim est rectorum dogmatum seruatio. Quod autem de dogmatis dicat, manifestũ. interpretatur enim, Sermo tuus veritas est, nullum in eo mendacium. atq; ita si & illos feceris seruare ser-
F monem tuũ, & custodire à malo, in veritate sanctificabuntur. Manifestum autẽ & aliud quiddam. Sanctifica eos in veritate tua, hoc est, separa eos in verbum & prædicationem, & fac eos sacrificium, quod veritati tuę ministret, huic suam vitam consecrẽt. Subdit enim, Sicut me misisti in mundũ, & pro eis ego sanctificǫ meipsum, hoc est, offero sacrificium: ita & illos sanctifica, hoc est, separa in sacrificium, in prædicationem, & cõstitue eos veritatis testes, sicut & me misisti veritatis testẽ, & hostiam. Sancta enim dicũtur omnia quæ deo reposita. Ita & ipsi sicut & ego, sint sanctificati & oblati tibi deo, non sicut quæ secundum legem sacrificantur in figura, sed in veritate.

Sacrificia uetera, figuralia. Sacrifica enim vetera figuralia erant, & omnia sancta in figura fuerunt separata à deo, aliud spiritale quiddam adumbrantia, vt agnus, columbæ, turcures, &c. Animæ autẽ quæ deo offeruntur, in veritate sunt sanctificatæ & cõsecratæ deo: sicut &

Paulus

Paulus dicit, Exhibete membra vestra sacrificium viuum sanctum. Sãctifica igitur & cõserua discipulorum animos, & fac eos veras oblatiões, & corrobora vt pro veritate se sacrificẽt. *Non pro eis rogo tantum, Sed pro iis qui credituri sunt per sermonem eorum in me, ut omnes unum sint, ut credat mũdus quòd tu me miseris: & ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum, & ut cognoscat mundus quòd tu me misisti.* Dixerat, Pro ipsis ego sanctifico meipsum. vt igitur ne putet quis quòd pro solis Apostolis mortuus sit, subdit, Non pro his rogo solum, sed & pro omnibus qui credẽt per sermonem illorum. Hoc autem loco iterum erigit Apostolorũ animos quòd habituri sint multos discipulos. Quia enim dixit, Non pro his solis rogo, vt ne offendãtur Apostoli quasi nihil singulare præ aliis habeant, cõ B solatur eos, significãdo fore illos plurimorum fidei & salutis authores. Et quia satis commendarat eos patri, quasi fide sanctificans eos, & sacrificium eos veritati sacrum consummans, dicit postea iterum de concordia, & à quo cœpit (principium dico charitatis) in eo nũc ferme cõcludit, ac inquit, Vt omnes vnum sint, hoc est, vt pacem & concordiam habeant, & in no bis, hoc est, vt indiuisiuam erga nos seruẽt fidem. Nihil enim *Discordia doctorum offẽdit discipulos.* ita offendit discipulos, vt diuelli & nõ idem sentire doctores. Quomodo enim persuadebunt, qui nõ idẽ sapiunt? Propterea dicit, Vt & ipsi vnũ sint in fide erga nos. Sicut tu pater in me, & ego in te. Iterũ æqualitas per omnia est. Nõ enim possibile vt ita vniamur inter nos, sicut pater filio: atq; ita quũ dicit, vt debeamus fieri misericordes, sicut pater, intellige. Vt mũdus C credat quòd tu me miseris. Etenim à concordia discipulorum ego doctor comprobor quòd à deo exiuerim. Si autẽ pugnauerint inter se, non dicẽtur pacifici esse discipuli: neque me, si pacificus non fuero, fatebuntur à te missum. Vides quomodo vsq; ad finem cõcordiã erga patrem instruit? Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis. Qualem gloriam data esse dicit? Eam quæ per signa & per dogmata & doctrinas, & aliã quoque gloriam, concordiæ scilicet, vt sint vnũ. Ista enim gloria maior est, quàm ea quæ signorum. Nam sicut & deum admiramur, quia nõ est seditio, neq; pugna in natura eius, & maxima ista gloria est: ita & illi, inquit, hoc loco, à cõcordia dico, fiant clari. Ego in eis, & tu in me. Hoc loco ostẽdit quod apostoli & patrẽ in se receperunt. Ego enim (inquit) in ipsis sum,

& te

D & te quoq; habeo in me, & ita etiã tu in eis es. Alio autem so
co & patrem etiam ipsum aduenturum dicit, & mansionẽ fa-
Sabellius. cturum: Sabellij os concludens, & duas substantias manife-
Arius. stans. Hoc autem loco & Arij insaniam reprimens. patrem
enim inquit per ipsum fieri i discipulis. Vt iciat mũdus quod
tu me miseris. continuo autem hoc dicit, ostendens pacẽ, quæ
valeat etiã conciliare omnia. Nam vt lites omnia dissoluunt,
ita concordia omnia copulat. *Et dilexisti eos, sicut & me dile-*
xisti. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum:
ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante
conditum mundum. Iterum hoc loco per sicut, intellige signi-
ficari quasi hominem dilectum esse. Itaque quum dixisset fu-
turos tutos, sanctos, multos per eos credituros, multã habitu-
E ros gloriã: dicit nunc & de prẽmiis & coronis quę post hanc
vitã repositã sunt. Volo enim, inquit, vt vbi sum ego, & illi
sint. Et ne quum hoc audieris, existimes ꝙ eãdem dignitatẽ
assequuturi sint, subdit: Vt videant gloriam meam. Nõ enim
dixit, vt fruantur gloria mea, sed vt videãt. Homini enim re-
2. Cor. 2 quies maxima, videre filium dei. Hæc enim est omnis glo-
Iohan. 17 ria dignorum: quod & Paulus dicit, Nos autem reuelata fa-
cie gloriam dei contemplabimur. Ostendit igitur hoc loco
quòd non sit, quemadmodum nunc videtur eis, in vili habi-
tu inueniendus tunc, sed in gloria quam habuit ante conditũ
mundum. Habebam autem hanc gloriam, inquit, eò quòd di
lexeris me. Insertum enim est, Quia dilexisti me. Igitur sicut
superius dixit, Glorifica me gloria quam habui anteq̃ mun-
F das esset: ita & nunc ante conditum mundum sibi datam glo
riam inquit, deitatem. Dedit enim ei reuera pater deitatem,
vt pater filio naturaliter. Nam quia genuit eum, necessario e-
tiam gloriæ author fuit & suppeditator, qui substantiæ au-
thor dicitur. *Pater iuste, & mundus te non cognouit, ego autem*
te cognoui: & ii cognouerunt quòd tu me miseris. Et notum feci eis no
men tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, &
ego in ipsis. Postquam credentibus hæc precatus est, & tanta
eis bona pollicitus, dicit quiddam multæ misericordiæ & be
nignitatis plenum. Pater enim inquit, iuste, ego quidem &
omnes homines hæc bona assequi vellẽ, qualia precatus sum
fidelibus: sed non cognouerũt te, ideo priuabuntur præmiis
& gloria. Ego autem te cognoui. Carpuntur autem hoc loco
& Iudæi, qui se dicebant cognoscere deum, & ostendit eos

non

non cognoscere patrem. Mundum enim Iudæos dicit sepius. A
Et Iudæi quidem dicunt, quòd tu non me miseris, ego autem *Mundus*
his discipulis & nomen tuum cognitum feci, & notum faciã. *Iudæi di-*
Quomodo autem notum faciam? Misso eis spiritu sancto, qui *cuntur.*
inducet eos in omnem veritatem: & si didicerint quis tu sis,
tunc dilectio qua dilexisti me, in ipsis erit, & ego in eis. Sciẽt
enim quòd non separatus ego, sed valde dilectus & germa-
nus filius, ac coadunatus. Quum agnouerint autem hoc, &
fidem erga me & dilectionem seruabunt. Insuper in illis ma-
nebo ego qui tales fuerint, quiq; te agnouerint, & me vt deũ
coluerint, immobilémque erga me fidem custodierint.

CAPVT XVIII. B

Hæc quum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis Matt. 26
trans torrentem Cedron: ubi erat hortus, in quem in- Marc. 14
H *trauit, & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui* Lucæ. 22
tradebat eum, locum, quòd sæpe conuenisset Iesus illuc cum discipulis suis. Non, inquit, quum preca
tus esset Iesus: sed, hæc quum dixisset. non enim oratio erat,
sed colloquium ad solatium discipulorum factum. Media au
tem nocte iter facit, & flumen transit, festinátque vt ueniat
in locum proditori notum, seipsum permittens homicidis: vt
ostendat quòd sponte ad passionem veniat, & laborem mi-
nueret Iudæis se quærentibus. Nam ne fatigarentur huc & il C
luc obambulantes, quærentes eum: abiit ipse ad eos, & se ma
nibus inimicorum infert. Inuenitur enim in horto, quasi in
carcere quodam. Et ne existimes quòd delitescendi gratia il-
luc se contulerit, subdit Euangelista quòd & Iudas nouerit
locum, atque ita magis manifestari quàm occultari voluit in
locum illum veniens. Sciebat autem & Iudas, quia sæpe illuc
conuenerat Iesus cum discipulis suis. Solitaria enim loca, & *mystica*
silentij officinas quærere solebat dominus, & maxime siquã- *traditur*
do mysticum aliquid tradebat. Vnde autem Iudas cognosce *dominus,*
bat quod in horto hac hora esset Iesus, & non in domo dor- *solitaria*
miens? Sciebat dominum frequenter extra ciuitatem perno- *petebat Ie-*
ctare, & eapropter etiam tunc exisse foras. Et aliter, Ipso se- *su.*
sto maxime hunc morem seruasse creditus est, docens discipu
los suos sublimius quiddam. Docebat autem (vt diximus) in

talibus

D talibus locis mystica. Igitur quia tunc dies festus erat, coniectabat illic eum esse, differentem discipulis iuxta morem suũ in festo. *Iudas ergo quum accepisset cohortem, & à pontificibus & pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis ac facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia quæ uentura erant super se, processit, ac dixit eis, Quem quæritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui prodebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in ter-*

Militaris ordo, auri mancipiũ. *ram.* Pecuniis impetrarunt vt cohors se iuuaret. Militaris enim ordo, auri mancipium est. Multi autem veniunt, timẽtes eos qui Iesum sequebantur, & ab eo pendebant propter

E doctrinam & miracula. Laternas & faces gestant, vt ne occultans se in tenebris aufugeret. At ille intantum fugam nõ quærebat, vt obuiam exiret seipsum tradens. Et rogat quidem, non quòd ignoret, & discere opus habeat. Sciebat enim omnia, inquit, quæ uentura super eum erant. Et ita quia sciebat quòd ad se venirent, rogat non indigens vt doceatur, sed ostendere volens quòd & præsens non visus vel cognitus esset, si voluisset. Sed & rogat vt alienus, & neque à voce agnoscunt eum Iudas vel alij. Quod autem non propter tenebras ignorauerint eum, prædixit Euãgelista eos cum facibus aduenisse. Pone autem quòd propter tenebras non agnouerint eum, opottebat certe à voce ipsum agnouisse. Interrogat igitur. vt ostendat (vt diximus) se neque à specie, neque à voce cognitum fuisse. Ita ineffabilis erat eius virtus. Et ita neque

F crucifigere potuissent, nisi volũtarius se obtulisset. Quòd autem non solum excæcarit oculos eorum, sed & supini ceciderint vna interrogationis voce prostrati, signum fuit casuros eos qui contra Iesum venerant, vniuersali gentis istius ruina, quæ post Christi mortem super eos venit, sicut & Hieremias prædixit, Domus Israel cecidit: non est qui resuscitet. Cadunt igitur omnes qui sermoni diuino sunt aduersarij. Hortus autem à quo solus nostra sumpsit originem, paradisum referebat. Nã qui cecidimus in horto paradisi, vidimus in horto salutarem passionem sumpsisse initium, & omnia quæ prius corrupta, reparata esse. *Iterum ergo eos interrogauit, Quem quæritis? At illi dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus & dixit, Dixi uobis quòd ego sim. Si igitur me quæri-*

Supr. 17. *tis, sinite hos abire. ut impleretur sermo quem dixit, Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.* Prostrauit quidem eos vt retror-

vt retrorsum caderent, declarans potentiam suam, & quòd ad passionẽ veniret. Ad hæc etiam hoc prouidens, vt ne quis dicat Iudæos non peccasse, eo quòd illis se crediderat & manifestarat, propter hoc ostẽdit eis hoc miraculum, quod sufficiebat ad repellendos eos. Vbi autem in malitia sua perimãserunt etiam post miraculum, tunc se manibus eorum permisit. Et vide quomodo vsque ad vltimam horam dilectionem erga proximos non reliquit. Nam si me quæritis, inquit, sinite illos abire, vt impleretur sermo quem dixerat, Quos dedisti mihi, ex eis non perdidi quenquam. Perditionem autem dominus animę dicebat, quia nullus periit qui ab eo doctus fuit. Euangelista autem & ad corporalem trahit. Miraculum autem quomodo non comprehenderint illos Apostoli, & dissecuerint eos, in primis autẽ Petrus incitarit eos. Vnde manifestum quòd comprehensi virtus hoc fecerit, & sententia quam prædixerat, nullum esse ex illis perdendum: id quod & Euangelista docens nos quòd hoc fuerit proter sententiam domini, ne interficerentur discipuli, inquit, vt impleretur sermo quem dixit, ne vllum ex his quos dedit ei pater, amitteret. nam propter infirmitatem securos eos fecit à tentationibus. Ita & nos nunc regit, etiam si ignoremus. Vnde quando incidis in tentationes, crede quod nisi cognouisset te posse illas euadere, non permisisset te in eas incidere, sicut neque tunc discipulos. *Simon ergo Petrus quum haberet gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. erat autem nomen seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in uaginam. An non bibam poculum quod dedit mihi pater?* Quum Petrus vidisset dominum prostrauisse illos. & impletus esset fiducia propter vocem dominum dicentis, Sinite illos abire: existimauit quòd tunc esset tẽpus vindictæ, extractoque gladio percussit seruum. Quod si quæras, quomodo is qui iussus est nõ portare perã, neq; duas tunicas, gladium haberet? Disce q̃ portauerit illum in vsum agni paschalis etiam post cœnam: vel quòd timens insidias, olim in hoc præparauerit. Quod si dubitas, quomodo, quum iussus fuerit non percutere, illis vt homicidis restiterit? Audi quomodo non semetipsum, sed magistrum maxime vltus fuerit Deinde quòd nondum perfecti tunc erãt. Nam vide quomodo postea extrema ferre gaudet, nũc autem pro magistro indignatur, & caput illud inuadit, & cũ aberraret, auriculam

A *Prostratio uis Iudæorum causa*

B

Petr⁹ *quare percusserit gladio*

C

solam

Universidad de Deusto
Biblioteca

D ſolam abſcindit. Ieſus vero reſtituit, & per hoc miraculũ iterum inſipientes Iudæos refrenat ab impetu ad homicidium. Nam quia magnum erat miraculum in auricula, propterea & nomen ſerui apponit Euangeliſta, vt ſi legentes diſcredãt, ab illo quærant num ita factum ſit. Porrò dominus Petrum quidem reprimit, & interminatur dicens, Mitte gladium tuũ in vaginam. Conſolatur autem dicendo, Poculum quod dedit mihi pater, an non vis vt bibã illud? Oſtendit enim quòd patiatur non propter illorum virtutem, ſed ſuam permiſſionem, & q; nõ ſit aduerſarius deo, ſed vſque ad mortem faciat voluntatẽ pãtris. Dicendo autem, poculum, inſinuat mortem dulcem, & deſiderabilem in ſalutem hominum. Cæterum tu hic attendas deſecari auriculam ſerui pontificis, ſignum fuiſſe inobedientiæ illorum. Cæcitas enim in Iſrael facta eſt, vt audientes nõ audiant, propter impietatem erga ſaluatorem, quæ maxime fuit pontificum. ideo & auriculę abſciſſio in ſeruo pontificis facta eſt. Quod autem reſtituta eſt auricula, ſignificat Iſraelitis olim reſtituendam auriculam, quę nunc eſt ablata. Etenim Helias cum venerit, reuocabit eos ad Chriſtum, & conſunget patres nobis filiis, ſicut & Malachias dixit. *Cohors igitur & tribunus, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas is qui conſilium dederat Iudæis, quòd expediret unum hominem mori pro populo.* Poſtquam omnia fecit quę ad reprimendum illorum furorem pertinere videbantur, illi autem non intellexerunt, tunc tandem permiſit ſe abduci. Porro illi alligant & abducunt ad Annam, gloriantes facto, & quaſi celebrari cupientes, perinde ac magnum trophæum excitaſſent. Cæterum prophetiæ Caiphæ meminit, oſtendere volẽs quòd pro ſalute mundi hæc facta ſint, & quòd tam excellens ſit veritas, vt & inimici eam prædixerint. Vt enim non turbemur audientes vincula, meminit prophetiæ, quòd ſalutaria fuerint & mors & vincula, qua de cauſa & hæc pertulerit.

Poculum mors. Auricula obedientiã ſignat.

Malac. 4

Iohan. 11

Sequebatur autem Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit autem diſcipulus ille alter qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. Quis erat alius diſcipulus? Ille ipſe qui hęc ſcripſit. Occultat autem ſe propter humilitatem, quia honeſtum opus narratoris

tus erat, ſequutum ſe eſſe fugientibus aliis. propter hoc occultat ſeipſum, & præponit ſibi Petrũ. Sequebatur enim inquit, Ieſum Simon Petrus: deinde ſubdit, Et alius diſcipulus. Propter humilitatẽ igitur ſe occultat, & propter iſtucipſum eius rei meminit, vt diſcamus quòd certius narret ea quæ in atrio ſint facta, eò quòd intus fuerit. Vide autem quomodo & propriã laudẽ reſecuerit. Nam vt ne quĩ audieris quòd ingreſſus ſit, exiſtimes eum fortiorem aliis, dicit, notus autem erat põtifici. Petrum vero prædicat, eo quòd propter amorem ſecutus fuerit: & quia non erat notus, foras ſteterit. Nam quòd & Petrus ingreſſus fuiſſet niſi timuiſſet, manifeſtum. Quia enim Iohannes exiuit, & oſtiariam iuſſit vt illum introduceret, ſtatim ingreſſus eſt Petrus. Quare autẽ Iohannes non introduxit eum, ſed mulieri hoc commiſit? Quia valde adhærebat Chriſto, & ſequebatur, nolens ab eo ſeparari. *Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria, Num & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille, Non ſum. Stabant autem ſerui & miniſtri, qui prunas congeſſerant, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem & Petrus ſtans, & calefaciens.* Interrogat ancilla Petrum, non cõtumelioſe, non præfracte, ſed valde manſuete. Non enim dixit, Num & tu ex diſcipulis es impoſtoris? ſed hominis illius: id quod magis eſt miſerantis. Dixit autem, nunquid & tu? quia Iohannes intus erat. Et mulier quidem ita manſuete alloquebatur. Ille autem nihil horum ſentiebat, neque in animum recipiebat Chriſti prædictionem. Ita infirma res humana natura eſt quando à deo derelinquitur. Quidam autem ſtulte Petro gratificari volentes, dicunt quòd non timuerit, nec negauerit Petrus, ſed voluerit quidem ſemper cum Chriſto eſſe, & eum ſequi: deſciuit autem: quia ſi confeſſus fuiſſet ſe diſcipulum Ieſu, ſeparandus fuiſſet ab eo, & non vltra habiturus erat locum quo ſequeretur, & videret deſiderabilem, & propterea negauit dicẽs, Non ſum. Nam & ex eadem ſententia ferunt fuit. Putauit enim ſe facere ea quæ miniſtri, & vt vnus illorum, vt ne ex triſtitia faciei deprehenſus excludatur à videndo Chriſto, reiectus è medio vt diſcipulus eius.

A

Natura humana infirma.

B

C

Erat autem cum eis Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ipſius. Reſpondit Ieſus, Ego palã loquutus ſum mũdo, ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo quo omnes Iudæi cõueniũt, & in occulto loquutus ſum nihil. Quid mę interrogas? Interroga eos qui audierũt quid locutus ſim ipſis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Ecce hi sciũt quæ dixerim ego. Hæc autẽ quum dixisset, unus assistẽs ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, Siccine respondes pontifici? Respondit ei Iesus, Si male loquutus sum, testare de malo. sin bene, cur me cædis? Interrogat pontifex Iesum de discipulis, fortasse in hunc modum, Vbi sunt? aut qua mente eos collegerit, & quid volens. Quasi enim nouatorem & seditiosum voluit eũ arguere. Et de doctrina quoq; interrogat qualis sit, num à lege recedens, & pugnans cum Mose: vt inde inuenta occasione tanquam aduersarium dei occidat. Quid igitur dominus? Respondet illi iuxta suspicionem eius, Ego quidem, inquit, in occulto nihil locutus sum. Nam tu quidẽ suspicaris me seditiosum quendam, & in occulto consilia struentem. Ego autem tibi, inquit, dico, q; nihil in occulto locutus sum, hoc est
E nihil seditiosum. Et sicut tu opinaris, nihil innouo, neq; dolosa & occulta mente proprii quiddã locutus sum. Quia nisi sic intellexerimus quòd ad suspicionem pontificis hæc dixerit, videbitur mentiri. Nam multa dixit in occulto, vtpote ea quę supra captũ multitudinis erant. Quod autem dicit, Quid me interrogas? Interroga vos qui audierunt: non pertinacis est, sed fidentis in dictorum veritate. Interroga enim, inquit, inimicos insidiatores ministros illos qui ligauerunt me. Ista enim est veritatis indubitata demonstratio, quando quis habet inimicos testes eorum quæ dicit. Nam ministri quidem,
Iohan. 7. inquit, qui antea dixerunt, Nunquã locutus est homo sicut ille. Et quum ita respondisset, nõ est eis admirationi, sed alapa cæditur: quo quid fieret impudentius? Et quum posset omnia
F concutere & abolere, nihil quidem horum facit, sed verba loquitur quæ omnium bestiarum sæuitiam demulcere possent. dicit enim, Si quidẽ habes vt reprehendas ea quæ nunc à me dicta sunt, ostendere quòd male dixerim. si autem nõ habes, quid ferocis? Vel & sic, Si male locutus sum, hoc est, si male docui quando docui in synagogis, ecce nunc testimonium perhibe de mala doctrina, & plene instrue pontificẽ, qui nũc interrogat de doctrina mea. Si autem bene docui, & me admirati estis etiã vos ministri, quid me nũc cædis, quem prius admirabaris? Percussit igitur minister dominum, magno crimine se liberans. Nam vbi Iesus in testes vocaret assistentes, dicens, Ecce hi sciunt quæ dixerim ego: volens minister se liberare à suspicione quod non esset ex admiratoribus Iesu, percussit eum. Iesus autem dicendo, Ego in occulto locutus sum

sum nihil, reducit in memoriam prophetiam dicentem, Nõ A
in occulto locutus sum, neque in loco terræ tenebroso. Et Esaiæ. 41
misit eum Annas uinctum ad Caipham põtificem. Stabat autem Simon Petrus, & calefaciebat se. Dixerunt ergo ei, Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abciderat Petrus auriculam: Nonne ego te uidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cecinit. Abducunt eum ad Caipham, eo quòd ipsi nullum crimen inueniebant in eo, fortassis suspicati illum sapientiorem inuenturum aliquid dignum morte contra Iesum, supplantantem vel in responso, vel deprehensurum in aliquo facinore. At Petrus feruidus amator tanta grauitate detinebatur, vt etiam quum magister abduceretur, non com- B
motus sit, sed adhuc feruerat, & iterum interrogatus neget, & non solum primo, sed & tertio. Quare autem Euangelistæ omnes simul de Petro scripserunt? Non accusantes discipulum, sed nos erudientes quantum malum sit non totum tribuere deo, & in seipso confidere. Admirari autem decet domini misericordiam, qui quum ligatus esset, & abduceretur, non neglexit discipulum, sed conuersus vidit Petrum, sicut alius Euangelista dicit, & aspectu opprobrat ei infirmitatem, & ad pœnitentiam ac lachrymas excitat. Quod autem tunc accidit Petro, etiam nunc videre licet euenire multis. Nam ligatur quidem sermo dei qui in nobis est, & quasi captiuus ducitur, siue à voluptate siue à tristitia in seruitutem reductus. Vtroque enim modo vincimur & abducimur, vel C
præ prosperis, vel præ aduersis mundi deum obliuiscentes. Et condemnatur quidem sermo, vincit autem absurditas. Et seruus alapa cædit dominũ. Ita enim habet affectionum tumultus, quando mens nostra quasi Petrus aliquis sæpe pertinax fit, quasi non negatura verbum, & ideo & stat & calescit. Stat quidem, eo quod non inclinetur, neque humilietur, sed in sua pertinacia constanter maneat. Calefacere autem se dicitur, eo quòd præ feruore & fastu pertinacia laboret. Arguit autem eum ancilla, parua quædam voluptas, & effœminãs, statimque negat sermonem. Sed & quadam aduersa tentatione arguitur, sicut tunc Petrus à seruo, & ita infirmitas eius deprehenditur. Sed precemur vt aspiciat nos Iesus verbum dei, & ad pœnitentiã & lachrymas prouocet: quod fiet quando exiuerimus ex atrio põtificis qui dominum crucifigit, &

Petri negatio cur scripta.

Deo totũ tribuendũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Drector est mũdi. Quando enim extra mundum quis est, atriũ
Hebr.13 rectoris mundi egreditur. Tunc enim ad pœnitentiam synceram exurgemus: sicut & Paulus dicit, Egrediamur ad eum extra portam, hoc est mundum, opprobrium eius ferentes.

Matt.27 Ducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autẽ mane, & ipsi
Mar. 15. non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent pa
Luc. 23 scha. Exinit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationẽ affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic nocẽs, haudquaquã tibi tradidissemus eum. Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundũ legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam, ut sermo Iesu impleretur quem dixit significans qua morte esset moriturus.

Ad multos iudices ducunt dominum, opinantes se illum con
tumelia affecturos. Sed reuera per multa tribunalia clarum
E reddũt. Dominus enim per omnia illa exiuit non conuictus de crimine, robur habens cui contradici non potuit. Ducunt ergo eum ad prętorium. Non enim habebant ipsi potestatem occidendi, vtpote rerũ potientibus Romanis. Vel quia timebant ne postea pœnas luerẽt, accusati quòd indemnatum interfecissent. Erat autẽ mane, inquit: vt discas quòd per dimidiũ noctis à Caipha interrogatus sit. Prius enim quàm gallus cantaret, abductus est ad Caipham. Quid autem ab eo interrogarit, silentio prætermittit Euangelista. Alij autẽ dixerũt: Quum noctem in illis perfecissent, mane ad Pilatum duxerunt. Ipsi autem non sunt ingressi in prętorium, vt ne polluerentur. O dementiam. Iniuste quidem occidebant, & nõ putabant se pollui: & pollui se credebant si ingrederẽtur in præ
F torium. Quid autem est, Vt comederent pascha? Sane dominus illud fecit prima azymorũ. Vel igitur intelligamus per pascha, festum septem dierum, vel quod ipsi quidem manducaturi erant in parasceuæ vespere. Ipse autem dominus vno die prævenit, reseruans sui occisionem parasceuæ, quando & olim fuit pascha. Porro Pilatus aliquãto humanior ipse egredit ur, & quia dominum vidit vinctum, non existimauit hoc loco causam habere contra Christum, sed interrogat de causa vinculorũ. At hi quum nihil possent dicere, Nisi hic esset malefactor (aiunt) non tradidissemus eum. Vides eos omni loco declinare accusationes. Annas interrogauit, & nihil inuenit. Ad Caipham misit, qui iterum quum examinasset eũ, ad Pilatum misit. Deinde Pilatus interrogat, Quam accusationem

tionem habetis cõtra hunc? Et neque hoc loco dicere aliquid A
possunt. Vnde quia nihil dicunt, Accipite, inquit, vos illum. quia enim vobisipsis iudiciũ iudicastis, & arroganter loquimini, quasi nihil vnquam mali feceritis, Nisi enim (dicẽtes) fuisset malefactor, non tibi tradidissemus eum: ipsi accipite & iudicate. Si autem ad me detulissetis causam, & formam iuris seruasseris, necessariũ fuisset proferre causas hominis. Iudicate igitur eum vos. Ego enim neutiquam talis iudex fuerim. Igitur si lex vestra absque causa sæuit. iudicate ipsi. At il
li dixerunt, Nobis nõ licet occidere quenquam. Hoc autem dixerunt scientes quòd Romani ad crucẽ condemnarent rebelles. Vt igitur crucifigeretur dominus, & mors eius innulgaretur, eius gratia prętexunt q̃ nõ liceat sibi occidere: alioqui quomodo Stephanũ lapidarunt? Sed, vt dixi, crucifigi do B
minum volentes hoc dicunt, quasi sic dixissent, Nobis non li Actu. 7
cet occidere in cruce quenquam. desideratissimum autem esset nobis quòd crucifigeretur. Vt sermo Iesu impleatur quem dixerat de morte sua, nempe quòd crucifigendus esset, vel q̃ non à Iudæis, sed à Gentibus occidendus. Quum ergo dixis- Ioh.3.12.
sent Iudæi, Nobis non licet occidere: tunc accipiunt eũ Gentiles, & pro sua consuetudine crucifigunt. Et ita impletur sermo Iesu, & quòd traditus, & quòd crucifixus. *Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei, Tu es ille rex Iudæorum? Respondit Iesus, A temetipso tu hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Respõdit Pilatus, Num ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti? Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum* C
meum, ministri mei utique decertarent ne traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Vocauit Iesum Pilatus seorsim. Et quia magna quædam de eo erat opinio, volebat omnia euidenter cognoscere, liberaturus eum à tumultu Iudæorum. Interrogat igitur num rex sit, quod apud omnes de eo ferebatur, in medium afferens. Christus autem quærit num à semetipso hoc dicat, vel ab aliis: non ignorans, sed detegere malam Iudæorum mentem volens, vt ita à Pilato condemnentur ipsi. Ideo & Pilatus mox à Iudæis sibi traditum dicit, sese à crimine liberans. Et aliter, Interrogat Pilatum dominus num à seipso dicat, vel ab aliis persuasus. Arguit autem per hoc eum insipientem esse, & absque iudicio condemnantem, & quasi in hunc modum dicit Pilato, Si qui-

D dem à teipso hoc dicis, monstra signa meæ rebellionis. si autem ab aliis edoctus es, igitur diligentem inquisitionem facito. At ille quid audiuerit ab aliis, non dicit: simpliciter autem sequitur sententiam populi, &, tradiderunt te, inquit, mihi. Quum autem dicit, Quid feci?ti? verbum quasi ad amaritudinem adducti & exasperati videtur. Dicit enim, Quid feci?ti? At dominus respondendo, Regnum meum nō est de hoc mundo, duo hæc corrigit. Docet enim Pilatum vt sciat se nō esse purum hominem, neq; ex his terrenis, sed deum, & dei filium, & soluit suspicionem tyrannidis. Non est enim regnum meum de hoc mundo, & ita ne timeas me vt tyrannū & seditiosum. Nam si esset ex hoc mundo regnū meum, ministri mei certassent vtiq; vt non traderer Iudæis. Hoc autē loco præsentis regni infirmitatē significat, eo q̄ à ministris habeat robur. Supernū autē sufficiens est. nullo indigens. Mani
E chęi hinc sumpta ansa dicūt, Mundus hic nō est à bono deo. *Manichei eōfutātur* nam filius dei (aiunt) dicit, Non est regnum meū hinc. Non enim dixit q̄ non sit in mundo, neq; q̄ non sit hic. Nam regnum quidē in hoc mūdo & ab eo regitur, & sicut ipse vult, transit. Non est autē de mundo regnum eius, sed supernū & ante secula, & non hinc, hoc est, ex terrenis constitutum, sed hic quidem imperat & regit. non autem est hinc, neq; constitutum ex illis inferioribus: alioqui quomodo intelligeretur
Iohan. 1. hoc, In propria venit, si mundus hic non esset eius proprius?
Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respōdit Iesus, Tu dicis, quòd rex sum ego. Ego in hoc natus sum. & ad hoc veni in mundum, ut testi
F *moniū ferā veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocē meā. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et quum hoc dixisset, iterum prodiit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in pascha. Vultis ne ergo dimittā vobis illum regē Iudæorum?* Quum Pilatus interrogasset dominum num rex esset, Ego (inquit) in hoc natus sum, hoc est, vt rex sim. Natura enim hoc habeo, & ex eo q̄ natus sum de patre. nam istucipsum de rege natū esse, regem me esse testatur. Et ita quum audis quòd vitā dederit filio, & iudicium, & alia
Iohan. 5 omnia, ita intellige, quòd hęc omnia filius à patre habeat. Et propterea veni in mundū, vt istucipsum dicam & doceā, persuadeāmq; hominibus omnibus q̄ rex sim ac dominus. Conciliare autem per hoc volens Pilatum, & persuadere vt dicta suscipiat, inquit, Omnis qui est ex veritate, audit vocē meam.

Et ita

Et ita & tu o Pilate, siquidem veritatis es filius, eamque desi- A
deras, audies vocem meam, credesque me regem esse, non talem quales sunt mundani, nec acquisitum habētem regnum, sed naturale, & a natiuitate ipsa a deo & rege illud suscipientem. Perstringuntur autem hoc loco quod non sint ex veritate, quia vocem eius audire nolunt. Et quum non sint ex veritate, mendacia vtique contra ipsum finxerunt, & non vere mortis reus est. Sic igitur paucis illis verbis Pilatum rapuit, atque ita, vt de veritate interrogarit quid sit. Ferme enim inter homines abolita erat, & ignorabatur ab omnibus in infidelitate adhuc permanētibus. Quia autem tempore quidem indigebat proprio quæstio hæc, & vrgebat vt eriperet Iesum a Iudæorum furore, idcirco egreditur ad eos, & dicit, Ego B
nullam causam inuenio in eo. Et id quoque sapienter. Non enim dixit, Quāuis peccauerit, & dignus sit morte, attamen festi priuilegio eum gaudere facite. Primum autem eum liberauit ab omni crimine: & tunc orat eos vt absoluant, vt si qui dem absolutus fuerit Iesus, nulla eis gratia debeatur. dimisissent enim innoxium. si autem condemnarint, ostendatur eorum malitia, quod innoxium cōdemnarint. Vide autem quē sensum habeat quod dicit, illum regem Iudæorum. Manifeste enim per hoc excusat Pilat⁹ Iesum a peccato alienum: sed frustra arguitur ab eis vt regnum desiderans. Non enim si regem se faceret, & contra Romanorum potētiam extolleret, dimitteret eum Romanorum præses: & ita dicendo, Num regem illum Iudæorum dimittam? Per omnia Iesum innoxium declarat, & deridet Iudæos, quasi talia dicēs, Quem vos
accusatis falso vt regnum inuadērem, & rebellantem ac sedi- C
tiosum dicitis, illum oro vt absoluatis. & manifestum quòd non ita sit. Quidam autem, in hoc natum esse non intellexerūt de æterna illa a patre natiuitate, sed posteriore è virgine. Propterea enim factus sum homo, & natus ex Maria, vt mendacium & diabolum expellam: diuinam naturam ostendens regnare super omnia. Veritas igitur, hoc est mea scientia, & salus quæ per hanc: propter hoc scilicet veni, vt veritatē, sciētiam dei, & salutem largiar. Dignum autem est vt quæratur, vnde moti Iudæi consuetudinem habeāt dimittendi vnū vinctum. Primo enim dicere possumus quòd docētes doctrinas, mandata hominum, plurima iuxta sua capita protulerūt, nec diuinis vsi fuerunt legibus: vnde & hoc ita se habet, inque

Quare Iudæi vnum vinctū dimittebant

D consuetudinem abiit etiam absque ratione, qualia multa absque legis præcepto. Deinde talis inuenta est lex in scriptura, à qua verisimile est profectas esse absolutiones illas condē-
Nu.35. natorum. Scriptum est enim de eo qui præter volūtatem suā occiderit, si non propter inimicitias, vel dedita opera affligere voluit vicinum, iaciens vas vel lapidem, & casu percutiēs prætereuntem, moriatúrque homo, inuoluntarius sit homicida talis: iudicabit autem omnis synagoga, & absoluent quidem illum à morte: non enim maligna mēte occidit. Constituent autem eum in ciuitate refugii, hoc est fuga mulctabūr. Ex hoc forte erant impulsi, vt coniectare possumus. ita enim morem firmarunt, vt absoluantur qui de homicidio fuerint
E condēnati. Nam lex quidem iubebat hoc esse officium synagogæ Iudæorum. Et quia Romanis cesserat regnum, Romanos fecerunt dominos absoluendi, sicut & nunc Pilatum Clamauerunt rursum omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbā. Erat autem Barabbas latro.

CAPVT XIX.

Mat.26. Mar.15. Lucæ.23. T *Vnde ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius & ueste purpurea circundederunt eum, ac dicebant, Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis. Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis quod nullam in eo causam inuenio. Exiuit ergo Iesus fo-*
F *ras gestans spineam coronam, & purpureum pallium, & dicit eis, Ecce homo. Quum ergo uidissent eum Pontifices & ministri, clamabant dicentes, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus. Accipite eum uos, & crucifigite. ego enim non inuenio in eo causam. Respōderūt ei Iudæi, Nos legē habemus, & secundū legē nostram debet mori, quia filium dei se fecit.* Vide per quàm multa mōstratur Iudæorum malitia. Barabbam enim manifestarium latronem petunt, dominum verò tradunt. Flagellat igitur eum Pilatus, vt consoletur & mitiget eorum furorem. Nam quia verbis non potuit eum eripere, flagellat, studens & ipse vel per hoc insaniam eorum placare. Et permittit vt chlamys & corona ei circumponātur, quò eorum ira exhauriatur. Milites vero omnia ad gratiam

gratiam Iudæorum faciunt. Nam quia audierunt Pilatum A dicentem, Regem illum Iudæorum dimittam: irridēt nunc eum vt regem. Neque enim a Pilato instigati hoc faciebant, qui etiam & nocte inuaserant Iesum præter sententiam præsidis, pecuniarum gratia Iudeis gratificantes. Placidus enim erat Pilatus, & non efferis moribus, sicut Iudei. Porro educit Iesum, iram illorum extinguere volens: sed illi neque sic mā suefacti sunt. Clamant autem, Crucifige eum. Quum vidisset autem Pilatus omnia hæc frustra fieri, dicit, Accipite eū vos & crucifigite. ego enim non inuenio in eo causam. Facit autem hoc, impellens eos in rem eis non concessam, si forte sic absoluatur Iesus. Nam ego quidem, inquit, habeo potestatem crucifigendi, nullamque inuenio causam: vos autem nō habentes potestatem crucifigendi, dicitis eum reum: accipite B igitur eum, & crucifigite, sed non habetis potestatem. Itaque talis quidē erat mens Pilati, mitior videlicet quàm par erat, neque seueriter pro veritate instans. At illi etiam in hoc consuli, dicunt quòd secūdum nostram legem debeat mori, quia filium dei se fecit. Vide quomodo malitia sibi non constet. *Malitia* Supra dicebat eis Pilatus, Accipite eum, & secundum vestrā *sibi non cō* legem iudicate. & illud non approbarunt. nūc iterum dicūt, *stat.* Secundum legem debet mori. Supra accusabāt quòd fecisset se regem, nunc de mendacio redarguti, accusant quòd filium dei se fecerit. Tametsi quid hoc criminis fuerit? Si opera dei facit, filium dei esse quid prohibet? Vide autem diuinam dispensationem, quomodo illi quidem ad multos iudices duxerint dominum, vt infamarent & contaminarent eius gloriā, sed cōtumelia in caput ipsorum reciderit. Hinc enim magis C insons demonstratur, rem tam diligenter disquirentibus. Quoties vel Pilatus confessus est se nihil inuenire morte dignum? *Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, & habeam potestatem absoluendi te? Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset e superuis. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.* Pilatus quidem audito breui sermone quòd sit filius dei, paueſcit. Illi etiam operibus diuinis visis eum occidunt, propter quæ adorare oportebat. Interrogat aūt eū non vt prius, Quid fecisti? sed, Quis es

tu?

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tu? Nam quia tunc quidem vt regni inuasorem arguebant, merito rogabat, Quid fecisti? Nunc autem quia accusant q̃ filium dei se fecerit, rogat, Vnde es tu? Iesus autem tacet. Dixerat enim ab eo Pilatus quòd in hoc natus sit. &, Regnum meum non est hinc: attamen nihil ex his percepit vtilitatis, neque restitit aliis pro veritate, sed cessit turbę tumultuanti. Idcirco dominus interrogationes eius, vtpote factas temere respuens, nihil respondet. Omnino autē videtur Pilatus non esse seruidus & constans, sed is quem vel pauca quædam terriculamenta concutiunt. Nam & Iudæos timebat, & Iesum vt filium dei horrebat. Videamus autem quomodo seipsum condemnet per ea quæ dicit, Potestatem habeo crucifigendi te, & potestatem habeo dimittendi te. Si enim hoc totū habes, & in te situm erat, quare non dimisisti quem innoxium
E inuenisti? At dominus fastum eius deprimens inquit, Nō haburisses, potestatem vllam, nisi fuisset tibi superne datum. Nō enim ita simpliciter morior, sed mysticum aliquid perficio, & prædefinitum est hoc superne in salutem hominum. Ne autem cum audieris quod supetne sit datum, existimes Pilatum apud deum à culpa liberatū, statim subinfert, Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ostendit enim hinc & Pilatum peccato, quāuis minori, obnoxium. Non enim quia superne datum est, hoc est, cōcessum est vt moriatur Christus, statim extra noxam sunt Pilatus & Iudæi: sed vestra quidem voluntas malum voluit, deus autem permisit & concessit vt in opus hoc progrediatur. Igitur mali nō sunt citra culpam,
F quia deus permittit ipsorū malitiam prodire in opus: sed eo quod & volunt & faciunt, omni condemnatione sunt digni.

Et ex eo quærebat Pilatus absoluere eum. Iudæi aũt clamabant dicentes, Si hunc absolueris, non es amicus Cæsaris. Quisquis se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem quum audisset hunc sermonē, produxit foras Iesum, sedítque pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotus, hebraice autem Gabbata. Erat autem parasceue paschæ, hora ferme sexta. Postquā dominus perstrinxit Pilatum per verba, & accusationem manifeste adhibuit, quòd nisi voluntarius ego meipsum darem, & pater concederet, non habuisses potestatem contra me, & quòd peccatum habeas & tu, & Iudas, tamen maius qui me tradidit: vel etiam populus, eò quòd super dolorem vulnerum meorum addidit, & non est recordatus vt faciat misericordiam, sed quum inuenisset me consilio

consilio & adiutorio destitutum, cruci tradidit, & neque talia iudicia in quibus innoxius declaratus sum, eū placarūt, sed clamarūt, crucifige crucifige: quū iis inquam dictis dominus perstrinxisset Pilatum, quærebat ex hoc ille magis dimittere eum: Iudæi autem accusauerunt quòd se fecerat deū, & sua lege arguerunt. vnde Pilatus ex hoc magis timuit, & voluit dimittere eum, ne forte deum offenderet. Iterum igitur confugiunt ad eos qui extra legem ambitiosum terrent Pilatum. Nam quia viderant eum pietate moueri, ne filiū dei occidendo Iesum peccet, metum Cæsaris incutiunt, & accusantes dominum de tyrannide, Pilatum magis terrent quasi offensurum Cæsarem si rebellem illum dimittat. Et vbi ille in tyrānide deprehensus? Vnde autem hoc ostendetis? num a purpura? num a diademate? num a militaribus signis? nonne
B omnia quæ habebat, vilia? & stola, & cibus, & domus? Immo ei nec domus erat. Sed o Pilatum parum virilem. Periclitari sibi visus est, si quidem hanc causam indiscussam negligeret. Nam vadit quidem quasi examinaturus negocium. hoc enim sessio significat. Nulla autem examinatione facta tradit illū, existimans se sic illos placaturum. Quomodo autem Mar- *Mat. 15.*
co dicente tertiam horam quando Christus crucifigebatur, *Cōcordia*
Iohannes sextam dicit? Igitur hoc soluūt quidam, quòd scri- *euangelis-*
pturæ schema sit, Nam litera quidam tertiam horam signifi- *starum de*
cat, & est character eius talis, ⊢ litera autem quæ sextam si- *hora qua*
gnat, habet characterem talem, s. Verisimile igitur literam *Christus*
gamma a scriptoribus non attentis transisse quibusdam mu- *crucifige-*
tilatis in characterem episemi quo sextus numerus signatur, *batur.*
& sic errorem hunc ortum. Quod autem hoc verisimile sit fa C
ctum esse, & tertiam horam scriptam esse etiam apud Iohannem, & non sextam, sicut nunc, manifestum hinc est. Nam quum tres Euangelistæ, Matthæus, Marcus & Lucas consonanter dicāt quod à sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam, manifestū quòd dominus noster ante sextam horam, priusquam fierent tenebræ, crucifixus sit, scilicet circiter horam tertiam, sicut Marcus prodit, & Iohannes similiter, quanuis scribentium error mutauerit gamma in episemi characterem. Et nonnulli quidem sic dicunt. Alii autem aiunt quòd Marcus quidem horam qua lata est sententia de crucifigendo domino, manifesto & absque dubitatione ponat: vtique

quia

D quia crucifigere & punire ab eo tẽpore iudices dicuntur, quo
sententiam proferunt, eo quòd vis pœnę & mortis in linguis
quoq; sit. Eius gratia Marcus tertia hora crucifigi eum dicit,
à qua Pilatus sententiam exposuit. Iohannes autem, quũ Mar
cus dixisset tempus sententiæ, horam in qua dominum cruci
fixerunt, dicit. Cæterum considera quanta acta sint inter sen
tentiam à Pilato de cruce, & horam ipsam in qua in crucem
dominus ascendit. Quum dimisisset Barabbam, flagellauit Ie
sum, & tradidit eis vt crucifigeretur. Nam Barabbæ dimissio,
condẽnatio erat domini. Illudunt milites, & vide quanto tem
pore verberetur ad maiorem illusionem. Eduxit eũ Pilatus,
& loquutus est cum eo. Iterum ingressus diiudicat Iesum, ite-
rum egressus loquitur cum Iudæis. Hæc omnia sufficiebant
E ad insumendum tempus ab hora tertia vsque ad sextam: quæ
Iohannes exponens diligenter, vtpote is qui alios fuit sequu
tus, horæ sextæ meminit, quando & tradidit eum perfecte vt
crucifigatur, non vltra loquens cum Iudæis, vel diiudicans Ie
sum, sed extremam proferens sentẽtiam. Si autem quis dicat,
Quare circiter horam tertiam quũ dicatur crucifigi, vult ite-
rum absolui illum? Discat primum quidem, quòd à multitudi
ne coactus dedit sententiam: deinde à somnio mulieris impul
sus fuerit. Nũciabat autem illa ei, Nihil tibi & iusto. Insuper
considera & Iohannem dixisse quòd fuerit hora ferme sexta,
quasi non definiẽs, & in ambiguo relinquẽs dixit, ferme sex-
ta. Et ita nihil diuersum, quòd de hora non videntur conue-
nire Euangelistę, si quidem concederemus esse differentiam.
F Vide enim hoc, num omnes dixerint quòd crucifixus sit. At
hoc quidem ab omnibus est confessum: de hora autem alius
dicit esse tertiam, alius quasi sextam, & quid hoc obest verita
ti? Veruntamen hæc dæmonstrata sint ex abundantia, quòd
nulla sit diuersitas. *Et dicit Iudæis, Ecce rex uester. Illi autem
clamabãt, Tolle, tolle crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Regẽ uestrũ cru-
cifigam? Respondẽrũt pontifices, Non habemus regem, nisi Cæsarem.
Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur, Acceperunt autem Ie-
sum: atque is baiulãs crucem suam, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ,
locum, hebraice autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum, & cum eo a-
lios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.* Sæpe diximus quòd
Pilatus magis fuerit mollis & ambitiosus, quam asperis mo-
ribus. Vide enim & nunc quòd forma quidẽ examinis & iudi
cij vtitur, sed omnino molliter rem agit. Ecce enim, inquit,
rex

rex vester. Neque enim Iesum condemnat, neque Iudæos ma A
nifeste confutat, sed quasi occulte exprobrat eis vt sycophan
tis: quasi dicat, Ecce qualem hominem dicitis attentasse inua
dere regnum, vilem scilicet, & nihil tale attentare audentem:
& ita accusatio vestra falsa est. Quid enim habet ille quod ty
ranni? num milites, diuitias, nobilitatem? Ecce rex vester: quę
vtilitas si hunc occideritis, qui hominem ne in minimo qui-
dem nocere poterit? Et hæc quidem Pilatus non instanter &
firme & pro veritate certãs. At illi, Tolle, tolle, crucifige, in-
quiunt. Vrgent & querunt crucẽ propter malam opinionem,
vt velit adiudicari Christo. Ignominiosissima enì erat mors
crucis, & maledicta: sicut dictum est, Maledictus omnis qui *Deut. 21.*
pendet in ligno. Nescierunt autem quòd sicut per lignum
ruina, ita per lignum correctio. Insuper vide quomodo alium B
regem præter Cæsarem non agnoscunt, voluntarie se Roma- *Iudæi q̃s*
norum imperio subiicientes, & dei regnum repellentes. Ideo *Romanis*
& deus eos Romanis tradidit, quos sibi reges salutarant, de- *traditi.*
stitutos diuino præsidio & cura. Tunc igitur tradidit illum
eis, insipiens. Oportebat autem inquirere num vere habuisset
potentiam ad inuadendam tyrannidem. At ille cedit impro-
uidus, effœminateque sententiam dat. Portans autem crucem
suam egreditur. Abominabile enim putabant omnino vel li-
gnum attingere, & propterea condemnato & maledicto, ma
ledictum lignum imponunt. Vide autẽ & in veteri typo quo-
dã hoc factum. Isaac enim & illic ligna portans, vadit vt im- *Gene. 22.*
moletur. Ita & hoc loco dominus crucem habens vadit, quasi
miles arma gerit, quibus aduersarium prosternat. Quòd aũt C
Isaac figura sit dñi, manifestũ. Isaac eñ interpretatur risus vel *Isaac typ⁹*
gaudiũ. Quis aũt alius gaudiũ nostrũ factũ est, q̃ is qui in cõ- *Christi.*
ceptione humanæ naturæ per angelum χ̃ῦ ἐφ, hoc est gaude,
communicauit? Quæ enim virgo audiuit euangelia, omnis
natura suscepit. Huius Isaac pater est Abraham, pater mul-
tarum gẽtium, qui est deus super omnia, & qui Iudæorum est
pater & Gentium, cuius voluntate & consilio crucem filius
eius portat. Verũtamen in veteri, in sola voluntate patris res
tabat, figura enim erat: hoc autem loco opere completur. ve-
ritas enim erat. Fortassis sicut illic Isaac dimissus est, & agn⁹
immolatus est: ita & hoc loco diuina natura impassibilis mã-
sit: humana autem natura, quæ & agnus dicitur, quia Adæ et
raticæ ouis filius, immolatur. Quomodo autem alius Euan-
gelista

D gelista dicit quòd Simonem compulerint vt ferret crucem? Vtraque contigerunt, & in principio quidem dominus ipse crucem gerés exiuit, quia lignum maxime abominabile erat: & nemo alius attingere volebat. Post quàm autem exiuerunt, obuiam venerunt Simoni, & ita imposuerunt ei lignum. Porro Caluariæ locum dicebant, sicut narratio prodit, quòd illic sepultus sit Adã: vt vbi principium mortis, illic & casus eius fieret. Traditio enim ecclesiastica est, quia prior Iudaica, Post quàm eiectus fuit homo ex paradiso, domicilium ibi habuit in solatium bonorum quæ in paradiso, data ei terra illa quæ omnium aliarum optima esset & pinguissima. Homines igitur qui tunc habuerũt pro miraculo mortui caluariam depilatam, in loco illo habitantes, inde eum nominauerunt, &

Adã in mõte Caluariæ sepultus.

E post diluuium fama hæc à Noe in omnes diuulgata est. Vnde & dominus vbi fons mortis, illic moritur, vt illum sicceret. Crucifigunt & duos alios cum eo. Ipsi quidem per hoc infamare magis eum volentes, quasi & ipse latro esset. Veruntamen & ipsi prophetiam in hoc inuoluntarij replerunt: nempe quòd cum impiis reputatus est. Vide autem & domini sapientiam, quomodo & hoc quod faciebant in iniuriam ipsius domini, in gloriã ei⁹ euenit. Nã & in ipsa cruce latronẽ saluauit, quod nullo miraculo min⁹ est, & ex hoc magis apparet deus, & ipse sol⁹ glorificatur, q̃uis & alij glorificati sint. id quod nõ fuisset factũ, nisi innoxius fuisset, & nõ (vt sic dicã) legis præuaricator, sed & supra omnẽ legem, & præuaricatorũ iudex.

Esaiæ. 15

Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem

F *scriptum, Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt, quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, & Græce, & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorũ, Noli scribere rex Iudæorũ, sed quod ille dixerit, Rex sum Iudæorũ. Respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi.* Scribit & titulum Pilatus super crucem, hoc est, causam & manifestationem & inscriptionem. Ita enim interpretamur titulum. Significabatur autem per titulum, cuius esset crux. Cæterũ scribit titulum, partim vlciscens se de Iudæis vt sibi inobedientibus, & ostendens malitiam eorum, quòd insurrexerint cõtra proprium regem: partim & gloriam Christi defendens. quia enim illum cum latronibus crucifixerũt coinquinare nomen volentes. Pilatus ostẽdit quòd nõ fuerit latro, sed rex eorum: & hoc nõ vna, sed tribus linguis manifestat. Verisimile enim erat

Titulus quare scriptus.

erat multos gentiles propter festũ cõmiscuisse se Iudæis, sicut A
& euangelista superius docuit de quibusdam gẽtilibus qui videre volebãt Iesum. Vt igitur omnes agnoscerẽt, omniũ vocibus Iudæorũ insaniã infamauit. At illi etiã crucifixo inuidebãt. Et quid dicũt? Scribe q̃ ille dixerit. Nã nũc quidẽ cõmunis sentẽtia Iudæorũ apparet. Si aũt oppositũ fuisset q̃ ipse dixerit se regẽ, visum fuisset crimẽ temeritatis & arrogantiæ illius. Sed Pilatus non obtẽperauit, & in priori stetit sententia. ideo dicit, Quod scripsi, scripsi Cæterũ & aliud magnũ quiddã dispẽsatur: quia defossis tribus crucib⁹, in ista mãsit, vt ne ignoraret quę esset crux dñi. ꝓpter hoc dispensatũ est, vt sola titulũ haberet & inscriptionẽ, vt ꝑ signũ tale cognosceretur. Latronũ enim cruces titulũ nõ habebãt. Insinuat autẽ & subliminis quiddã inscriptio triplicib⁹ literis inscripta. Manifestat B
enim dominũ regẽ esse philosophiæ practicæ, & naturalis, & theologicæ. Practica esñ per Romanas scripturas figuratur. Nã Romanorũ principat⁹ maxime virilis erat, & strenuus in rebus bellicis. per Græcas vero, naturalis, cui vacabãt Græci: per Hebraicas deniq; theologica. Nã Hebræis diuinorũ cognitio cõcredita fuit. Gloria igitur ei qui per crucẽ apparuit tale habere regnũ, & qui mundũ vicit, practicã nostrã virtutẽ roborauit, scientiamq; naturæ largitus est, & ab illa nos duxit in interiora velamẽti, in suã dico scientiã & contemplationẽ, theologiam videlicet. *Milites ergo quã crucifixissent Iesum, acceperunt uestimenta eius, & fecerũt quatuor partes, uniculque militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, a summo contexta per totum. Dixerũt ergo inter se, ne scindamus eã, sed sortiamur* C
de ita cui⁹ sit, ut scriptura impleretur dicẽs, Partiti sunt uestimẽta sibi, Psal. 21.
& in uestem meam miserunt sortem. Per illa potissimũ implentur prophetiæ, per quæ diabolus insidiatur. Et vide veritatem. Tres fuerunt crucifixi, attamẽ in hoc solo implẽtur prophetica dicta. Et cõsidera prophetæ diligentiã. Nõ enim solum quòd diuiserint, sed & q̃ partiti fuerint, dixit propheta. Igitur alia quidem distribuerũt, tunicam aũtẽ non, sed sortiti sunt. Quod autẽ à summo fuerit contexta, non frustra fuit appositum. Et alij quidẽ dicũt allegoriã per hoc signari, q̃ non simpliciter homo fuerit crucifixus, sed & deitatẽ supernè habuerit. Quidã vero genus dicũt tuniculæ Euãgelistã narrare. Quia enim Palæstini duos pannos committendo contexunt vestes, pro futura vtentes cõtextu: manifestãs Iohãnes quòd

Tunica inconsutilis.

talis

D talis fuerit tunicula, dixit quòd à summo per totum fuerit cõ
texta, hoc est, ab initio & superne vsque ad infima. Manifestat autem hinc vilitatem vestimentorum Christi. Alij autem dicunt quòd in Palæstina contexantur licia non sicut apud nos. Nam supra quidem est, filum, infra autem cõtexitur panno, & ita regressio fit, sed contrario modo. infra enim sunt fila, in summo autem contexitur cõtextus. & talis quoque fuit tunica domini. Sacramentum quoque & per hoc nobis insinuatur. Nam corpus domini superne quidem contextum est.
Lucæ. 1. Spiritus enim sanctus venit super virginem, & virtus altissimi obumbrauit eam. licet enim hominis naturam susceperit, quæ infra est, & ceciderit: tamen superne spiritus sancti gra-
E tia constitit & compacta est diuina caro. Igitur sanctum cor-
Corpus Christi indiuisibile. pus Christi indiuisibile est, & diuiditur & communicatur in quatuor partes orbis, vsum præbens singulis, & vniuscuiusq; animam sanctificans, cum corpore per suam carnem vnigenitus & integer in omnibus est existens vbique. Nũquam enim
1. Cor. 1. diuisus est, sicut & Paulus clamat. Quia autem ex quatuor elementis vniuersum constitutum est, intelligere licet per vestimenta Iesu, visibilem & propositam hanc creaturam, quam dæmones patiuntur quãdo in nobis sermonem dei occidunt. Dant enim operam vt suam faciant & nostram partẽ per affectiones ad mundana: sed tunicam non possunt diuidere in his quæ sunt sermonis per quem omnia constituta sunt. Nam
F licet infinities decipiar à fluxis & transitoriis, iterum tamen agnosco ea esse transitoria, & rationem ac substantiam prætereuntium & fallacium non ignoro. *Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria vxor Cleophæ, & Maria Magdalene. Quã uidisset ergo Iesus matrem, ac discipulum adstantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus. deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.* Milites quidem fabant pro sua insipientia. Ipse autem matris curam habet: docens nos vsq; ad extremũ spiritum omnẽ habere debere curã eorum qui nos genuerunt. Et vide quomodo quum essent &
Parẽtibus obediẽdũ modo non obsistant pietati. aliæ mulieres, solius matris curam agat. Nam oportet quidem parentibus ad pietatem obsistentibus non parere, non obstentibus autem omni cura seruire: sicut & ipse quum migraret è vita, quòd verisimile erat matrem dolere, & præsidium requirere, concredidit discipulo præfecturam eius. Occultat autem

autem proprium nomen Euangelista, modestiæ gratia. Nam A
si voluisset arrogans esse, caulam etiam apposuisset propter quam fuisset dilectus. Et enim verisimile erat magnam quandam istam esse & mirabilem. Iam papæ quomodo obseruat discipulum, fratrem suum illum faciens? Vsqueadeo bonum est manere apud patientem Christum. nam in fraternitatem illius ducit. Admirare autem quomodo in cruce omnia absque turbatione facit, matris curam agens, propherias implens, latroni paradisum aperiens, ante crucem autem laborans, sudans, anxius: atque hæc quidem humanæ naturæ, illa autem diuinę virtutis. Confundatur Marcio, & omnes alij qui Christũ nugãtur in mũdo appariuisse iuxta apparẽtiam tãtũ. Nam
Marcion. natus non fuisset, neqi matrẽ habuisset. Quomodo autẽ soror matris eius diceretur Maria Cleophæ, quum non habuerit a- B
lium puerum? Cleophas frater fuit Ioseph, & quum absque liberis esset mortuus Cleophas (vt quidam dicunt) Ioseph eius vxorem duxit, & filios fratri peperit, quorum vna & nunc cõ
Scriptura cognatos dicit fratres. memoratur Maria, quæ soror dicitur Deiparæ, hoc est cognata. Solet enim scriptura cognatos dicere fratres, sicut & Isaac de Rebecca dicebat, Soror mea est, quanuis vxor esset. Ita & hoc loco soror Deiparæ dicitur, quæ Cleophæ vxor habita est, propter cognationem. Itaque quatuor Mariæ celebrantur
Gene. 24 in Euangeliis. Prima deipara, quam & Iacob & Ioseph matrem
Quatuor Mariæ. nominat. Illi enim pueri fuerunt Ioseph, ex priori vxore ei nati, fortasse vxore Cleophæ. Dicitur autem Deipara mater eo-
Lucæ. 8. rum, quia nouerca. vxor enim habebatur Ioseph. Secũda Ma-
Iohan. 11. ria Magdalene, è qua eiecit septem dæmonia Iesus. Tertia C
Cleophæ, & quarta Lazari soror. Assumpsit igitur discipulus
Mulieres cõsuẽtia, ac fides. Mariam in sua. Vide autem quomodo muliebris sexus permanet in aduersitatibus, & viri omnes dereliquerunt dominum. Ita ergo venit corroborans quod infirmum erat, & assumens quod nihili habitum. *Postea sciens Iesus quòd omnia consummata iam essent, vt cõsummaretur scriptura, dicit, Sitio. Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi uero impleuerunt spongiam aceto & hyssopo, & impositam admouerunt ori eius. Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.* Quum vidisset, inquit, Iesus quòd omnia consummata essent. hoc est, nihil intermisisset quod suæ dispensationis erat. ita enim mors eius libera erat. Non enim prius mors corpus eius
Iohan. 10 inuasit, quàm ipse voluit. Voluit autem, quum complesset o-

D mnia. propterea & dicebat, poteſtatem habeo ponendi animam meam. Dicit itaque, ſitio: prophetiam hoc loco implēs. At illi impietatem ac malitiam ſuorum morum declarantes, aceto eum potant, id quod condemnatis faciebant: quia hyſſopum propter hoc aderat, vt lethale. Quidā autem hyſſopum dicunt calamum. talis eſt enim ſummitas calami. Circunponunt igitur calamo ſpongiam, eo quòd in ſublimi erat os Ieſu, & ita prophetiam impleuit, Et in ſiti mea potauerūt me aceto, dicentem. Potatus itaque dixit, Conſummatū eſt. Hæc ſcilicet prophetia cum alijs, omnia conſummata ſunt. Abſque turbatione autem operatur, & cum poteſtate omnia, quod declarant ſequentia, & ſic conſummata ſunt omnia. Inclinato capite (neque enim ipſum affixum erat) emiſit ſpiri-
E tum, hoc eſt, expirauit, quanuis in nobis contrarium fiat. Primum enim expiramus, & deinde inclinamus caput. Ille autē prius inclinauit, deinde expirauit. Ex quibus omnibus manifeſtatur quòd ipſe fuerit dominus mortis, & omnia ſecundum poteſtatem fecerit. *Iudæi ergo, quoniam paraſceue erat, ut non remanerent in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, ac tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alteriut qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autē quū uenifſent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed unus militum lancea latus eius fodit, & cōtinuo exiuit ſanguis & aqua.* Tradidit quidem ſpiritum dominus deo & patri, oſtēdens quòd
Apparitiones animarū falſæ. poſthac animæ iuſtorum in monumentis non verſantur, current autem in manus patris omnium: ſed peccatorum animæ in locum ſupplicij detractę, hoc eſt, in infernum depellentur.
F At illi camelum deglutiētes, & culicem liquantes, tali patrato facinore de die obſeruando diligēter cogitāt. Dicit enim, Vt ne maneant in cruce corpora, rogauerunt Pilatū, hoc eſt, obſecrauerūt, vt tollantur. Quare autem confringi crura eorum petunt? vt ſi etiam ſuperuinerent, inutiles eſſent. Latrones enim fuerant. Nolebant igitur in die feſto videri punitores & homicidæ. Et aliter, Etiam lex ita præcipiebat, ne ſol occumberet in ſupplicio hominis. Vide autem quomodo per ea quæ ſtruunt Iudæi prophetiæ impleantur. Sic ergo & in hoc loco duæ prophetiæ implentur, vt poſtea Euangeliſta dicit. Etenim oſſa Ieſu non confringunt quidem, pungunt tamen eum, gratificantes Iudæis, & ſanguis & aqua egreditur.

Nam

Nam illi quidem etiam mortuum corpus contumelia affice- A
re conantur. At cōtumelia illis in miraculum vertitur, & ſanguinem quidem ex mortuo corpore prodiſſe admirabile eſt. Veruntamen poſſet quis ſyncophantarum dicere quòd veriſimile ſit vitalem quādam virtutem adhuc fuiſſe in corpore. Aqua autem egreſſa, omnem controuerſiam miraculo tollit. Non ſimpliciter autē hęc fiunt, ſed quia eccleſia per duo iſta & ſit & conſiſtit. Nam per aquam quidē generamur, per ſanguinem autem & corpus paſcimur. Quum igitur accedis ad *Aqua &*
calicem cōmunionis ſanguinis Chriſti, ita affectus ſis quaſi *ſanguis*
ex ipſo latere bibas. Cōſidera autem, quomodo per ſaucium *de latere*
latus, vulnus lateris, hoc eſt Heuæ ſanatur: & ſicut in paradi- *chriſti ma*
ſo vbi Adam obdormiuit, ablata eſt ab eo coſta, ita hoc loco *nāt. quid*
quum dominus obdormiuiſſet, coſtā militi dedit. Rhōphęa B *ſignēt,*
autem militis, figura eſt rhomphææ verſatilis quæ prohibet *Gene. 3.*
nos à paradiſo. & quia omne quod verſatur, niſi quid obſiſtat, non abſiſtit à ſuo curſu, dominus oſtendens quòd rhomphæam illam ſiſtat, ſupponit in figura latus frameæ militis, oſtendēs nobis quod ſicut framea militis appulſa lateri ſtetit, ita, & flammea ſtabit, & non vlra interminetur, & verſione ſua exterreat, prohibendo ingreſſum in paradiſum. Confun- *Armenij*
dantur Armenij, qui non admiſcent in myſterijs aquam vi- *negantes*
no. Nō enim creduur (vt videtur) quòd aqua ex latere egreſ- *aquā e la*
ſa ſit, quod admirabilius, ſed ſanguis tātum. Et hoc loco de- *tere Chri*
ſtruunt magis miraculum. Itaque ſanguis ſymbolum hominis *ſti fluxiſ*
crucifixi: aqua vero, quòd is ſit ſuper hominem, hoc eſt deus. *ſe cōſutā-*
Et qui uidit, teſtimonik perhibuit, & uerk eſt teſtimonium eius, & C *tur.*
ille ſcit quod uera dicit, ut & uos credatis. Facta ſunt enim hæc ut ſcriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et *rurſus alia ſcriptura dicit, Videbunt in quem pupugerunt.* Non ab alijs (inquit) audiui, ſed ipſe præſens vidi, & verum eſt teſtimonium. Merito. Iniuriam enim enarrat factam, & non magnum vel honorificum aliquid, vt ſuſpectus ſit ſermo: ſed propter hoc (inquit) hæc diligenter enarro, & ea quæ ignominioſa videntur, in medium affero, vt & vos credatis, tanquam omnino veris, & non fictis. Nam qui ad gratiam loquitur, glorioſa magis ponit. Quia autem & Moſes dignior fide ſe videbatur, adducit & hunc teſtem. Quod enim ille dixit de agno qui immolabatur in paſcha, quòd os non confringetur, hoc inquit Euangeliſta in Chriſto impletum eſſe. *Exod. 12*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Et multa est cognatio figuræ ad veritatem. Impletur autem
Num. 9. & alia prophetia quæ dicit, Videbunt in quem pupugerunt.
Zach. 12 Quando enim venturus est iudicare, tunc videbunt eum in corpore meliore & diuiniore, & cognoscent hi qui pupugerunt, ac lugebunt. Insuper & his qui non crediturí erant, fidei ianua & iudicium fuit quod ab inimicis est attentatú, vt Thomæ. Nam per latus fidem resurrectionis accepit. Os quidem
Iohan. 20 Iesu non conteritur, latus autem eius scaturit nobis fontes, essentiam & vitam nobis dãtes. Aqua quidem essentiam dedit, quia per eam peruenimus ad hoc vt Christiani simus: sanguis autem vitam, per ipsum enim pascimur. Nam agnus quidem verbum est dei, qui à capite vsque ad pedes comedendus est. Caput quidem symbolum est deitatis (ipsa enim est caput) pe
E des autem carnis. ipsa enim extrema est. Insuper & intestina eius mysteria & occulta reuerenter in cibum habentes, ossa non cõfringimus, hoc est, difficilliores & grauiores sensus. Quę enim non possumus intelligere, ea non conteremus: hoc est, non dabimus operam vt male & periculose intelligamus. Et enim quando sane sentimus, tunc non conterimus. sana enim seruamus diuina. Quando autem torserimus, & hæreticum sensum acceperimus, conterimus & confringimus solidum & difficilé sensum. Igitur hæc difficilia intellectu, igni tradenda sunt, hoc est, spiritui sancto, per quem efficiuntur & terminãtur, eo quòd omnia scrutatur etiam profunda deus.
Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathiensis, qui erat discí-
Iohan. 3. *pulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus*
F *Iesu: idque permisit Pilatus. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes ad libras ferme centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumento nouum, in quo nõdum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Iesum.* Quare non vnus ex duodecim accessit ad Pilatum, & ex septuaginta erat Ioseph, & audet hoc? Nam si propter metum Iudæorum dixerit quis delituisse discipulos, & hic eodem correptus fuerat timore. Dicendum igitur quòd hic valde nobilis fuerit, & Pilato notus, quia nobilis erat. Vnde quum existimasset extinctam esse Iudæorum iram, eò quòd aduersarius illis crucifixus nunc esset, absque pauore accedit, & sumptuosam facit sepulturam

sepulturam cum Nicodemo. Nihil diuinum de illo vterque A
sentiebant, sed affecti erant vt erga purum hominem, quia talia afferebant aromata, quæ potissimum possent corpora diuturna conseruare, & cohibere ne statim corrũperentur: quod ostendit eos adhuc nihil magnum de eo cogitasse, veruntamen amorem suum declarant. Non enim sepeliũt vt cõdemnatum, sed sumptuose, vt mos est Iudæis: quoniam tempore impediebantur. Nam nona quidem hora facta erat mors: deinde quum in medio tempore accessissent ad Pilatum, verisimile erat vesperam ingruisse, quum non licebat operari. Ponunt ergo eum in monumentum. Erat enim in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum. Singulari autem dispensatione factum est vt in propinquo esset monumentum, vt & discipuli possent adesse, & spectatores actestes factorum fieri, & milites mitti possent ad custodiam, & vt cessaret etiam propter locum, furti suspicio: quæ omnia nõ contigissent si procul fuisset sepultus. Nouum autem erat sepulchrum, in quo nullus adhuc erat positus: vt nõ calumnietur quis resurrectionem, quòd alius resurrexerit, & nõ Iesus. Et aliter quoque nouum monumentum symbolo quodam manifestat futuram nouitatem per sepulturam domini contra mortem & corruptionem, & quòd innouãdi simus omnes in illo. Vide autem & diuitias paupertatis domini propter nos. Qui enim non habuit domum in vita, neque post mortem sepulchrum habet, sed in alieno deponitur: & quum nudus esset, à Ioseph vestitur. Est & nunc Iesus mortuus, quum occiditur ab auaris & violentis, vel à fame hoc patitur. sed & C
nudus est. quæcunque enim pauper patitur, Christus patitur. *Christus mortuꝰ et nudus in paupibꝰ.*
Imitare & tu Ioseph, adde aliquid bono. Ioseph enim interpretatur additio, & nuditatem tege Christi, hoc est pauperis. Hoc autem fac non semel, & in monumento pone animam, & semper memor esto talium operum, cogitaque & cura. Admisce autem & myrrham & aloen. Amara & mordacia seculi illius iudicia animo reponere oportet, & vocem illam quæ maledictos auocat, & in ignem mittit immisericordes, quo nihil amarius puto. *Monumẽtũ in propĩquo, & nouum.*

D

CAPVT XX.

Mat.28. Marc. 15 Luc.24

V Na uero sabbatorũ Maria Magdalene uenit mane quũ adhuc tenebræ essent, ad monumentum, uidetque lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo & uenit ad Simonem Petrum, & ad alterũ illum discipulum quem amabat Iesus, & dicit, Sustulerunt dominum à monumẽto, & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, uenitque prior ad monumentum. Vnam sabbatorum nominat quam nos dominicam vocamus.

Sabbata Iudæi dicunt hebdomadæ appellitant.

Nam sabbata, dies hebdomadæ nominant: vnam autem dierum sabbati, primam. Etenim reuera dies omnes vna sunt: sæpe autem quum accipitur vna, & cõponitur, multas facit. Vna itaque est prima: bis autem si accipiatur, fit secũda: & si tertio, tertia: & deinceps. Futuri autẽ seculi typus est dies iste, q̃

E seculum vnus dies est, nũquã morte dissectus & dimidiatus. Deus enim sol est eius, qui nunquam occidit. Igitur quemadmodum in hoc resurrexit dominus corruptibile suum corpus incorruptibile recipiens: ita & nos in futuro seculo incorruptionem recipiemus. Venit igitur in hac vna hoc est prima sabbatorum, hoc est dierum sabbati & hebdomadæ, Maria Magdalene. nam sabbatum quidem præterierat, & non vltrà à lege prohibebatur: & abit à loco, volens consolationem quandam inuenire: & quum vidisset lapidem sublatum, magna festinatione venit ad Petrum & Iohannem. Nam dominus quidem resurrexerat lapide suprapositò, & obsigna-

F to sepulchro. Quia autem & testes quosdam resurrectionis esse oportebat, & in sepulchrum ingredi, tollitur lapis ab angelo. Maria autem nihil adhuc de resurrectione sciens, furtum & ablationem vocat quod contigerat de eo. Et discipuli assistunt monumento, & vident lintea sola posita, id quod veræ signum erat resurrectionis. Neque enim si trãstulissent quidam corpus, nudassent illud: neque si furati essent, curam habuissent deponendi sudarij euoluendi, & ponendi seorsim in vnum locum, sed simpliciter sicut potuissent accepissent corpus. Propter hoc etiam Euangelista prius dixit quòd cum multo vnguento sepultum fuerit, quòd non minus bitumine lintea corpori adhærere facit: vt quum audierimus quòd sudaria sua illic fuerint posita, ne credamus dicentibus quòd furtim sit ablatus. neque enim ita insipiens fuisset fur,

quòd

quòd in rem superuacuam tantam insumpsisset curam & tem A
pus, & non fuisset visus in hoc esse occupatus, & furti reus fu
turus. Igitur qua hora quidem fuerit resurrectio, nullus scit, *Hora re-*
sicut & tempus secundi aduentus incertum. Quanuis autem *surrectio-*
Matthæus dicat profundo vespere factum esse terræmotum, *nis icerta*
Iohannes autem mane quum essent adhuc tenebræ, Mariam *Matt. 28*
veniisse, & vidisse remotum lapidem: non est diuersitas. Nam
primum quidem hoc dicimus, quod apud Matthæum quidem mulieres venerunt vespere sabbatorum: apud Iohannem autem non mulieres nunc memorantur. Superfluũ enim fuisset, quum Matthæus hoc prius dixisset, vt Iohannes eadem diceret. Sed Maria Magdalene venit mane. Multi enim fuerunt aduentus ad sepulcrum. venit enim interdum cum aliis mulieribus, interdum autem sola. Vnde Euangelistæ varias B
visitationes posuerunt, alinsque aliam dicentes videntur dissonare. Nam primum quidem dicimus quod aliam visitationem dicat Matthæus mulierum, & aliam Iohannes Mariæ Magdalenes. Deinde, profundo vespere, & mane quum adhuc essent tenebræ, id quod alius dicit profundo diluculo, in idem tendunt: quia omnia illa tempora fuerunt medium noctis. Si autem rogas, quomodo assidentibus custodibus Iohannes & Petrus accesserint ad sepulchrum, & mulieres? Ve simpliciter dicã, mox vt resurrexisset dominus, & adstitisset angelus sepulcro cum terræmotu, custodes inerunt vt nunciarent Pharisæis, & ita sepulcro à custodum præsidio relicto, libertatem accedendi habuerunt discipuli. *Et quum se inclinasset, uidit posita linteamina, non tamen intrauit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum. Et uidet* C *linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus qui uenerat prior ad monumentum: uiditque & credidit. Nondum enim nouerant scripturam, quòd oportuisset eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo rursus discipuli ad semetipsos: Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se in monumentum, & uidet duos angelos amictos albis, sedentes unum ad caput, & alterum ad pedes illic ubi posuerant corpus Iesu. Dicut ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Sustulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum.* Vide hic quàm alienus à fastu sit Euangelista, quomodo testetur diligentiam Petri in scrutando.

D Nam quum ipse præueniſſet, & vidiſſet iacentia lintea, non vltrà curioſe quærit, ſed expectat illum: Petrus autem feruentiſſimus, introgreſſus omnia diligenter exploranit: tunc hic poſt illum ingreſſus vidit ſepulcralia ſeparatim poſita, ac credidit: non quod ſurrexiſſet dominus, ſed quod furto ablatus eſſet. Credidit enim Mariæ dicenti, Suſtulerunt dominum, Quare autem credidit Mariæ, & non cogitauit quod ſurrexiſſet? Nondum enim ſciuerunt ſcripturam, quòd oportebat eum à mortuis reſurgere, & propterea crediderunt Mariæ, ſuſpicantúrque furtum & ablationem. Igitur hi quidem abierunt ad ſeipſos, hoc eſt per ſeipſos, & nihil vltra curioſius inquirentes. At Maria (muliebre enim genus affectionibus E magis obnoxium, & ad lachrymas propenſum) ante ſepulcrum ſtat, & plorat. Quia enim non habebat Ieſum, vel locum videns in quo fuerat poſitum deſiderabile corpus, ex hoc ſolo conſolationem inuenit: vnde & maiorem meretur viſionem quàm diſcipuli. Quæ enim illi non viderunt, ea hæc conſpicata eſt, duos angelos inquam. Maximæ conſolationi ei erant angelorum conſpectus, & fulgidus illorum habitus. Sedere autem vnum ad caput, & alterum ad pedes, manifeſtant quòd ſciant quid amplius, & ſi rogentur, poſſe docere. Porrò dicendo, Cur ploras? magna compaſſione plenum eſt. Nam vt ne turbetur mulier interrogatione hac, perturbationem mulieris reprimunt, manſuete ac placide dicendo, Quid ploras? Illa autem magna affectione & amore dicit, Suſtulerunt dominum, proptereáque ploro: neſcio enim F quo tranſtulerint eum, vt eo vadens inungam corpus, & vel mediocrem ex eo conſolationem inueniam. Tu vero diſce hic Petrum practicum & feruidum, Iohannem autem contemplatiuum, & ad diuinorum cognitionem idoneum. Sæpius igitur contemplatiuus cognitione & ingenio præuenit, practicus autem detrimentũ habet, attamẽ feruore ac ſtudio illius vincit alacritatẽ. Et videt prior diuinũ quoddã myſterium practicus. An non tale quiddam contingit in diſciplinis? Etenim quum duo pueri ſunt, vnus ingenio acutior, alter tardior, præoccupat hic ſuo ſtudio velocitatem naturæ alterius. Etenim in ſpiritualibus ſæpe practicus, & ſermone idiota, ſenſu quiddam ſublimius percipit contemplatiuo. Sed & omnis anima quæ dominatur affectionibus, Maria dicitur. Purgata igitur per affectionum depoſitionem, vi

Mulierũ conditio.

Petr⁹ practicus, Iohannes cõtemplatiuus.

det

det Ieſum ſimul deum & hominem. Nam angelorũ vnus qui A ad caput ſedet, deitatis ſymbolum eſt: alter autem ad pedes, incarnationis verbi, quæ eſt extrema. *Hæc quum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & uidet Ieſum ſtantem, & neſciebat quòd Ieſus eſſet. Dicit ei Ieſus, Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa existimatur quòd hortulanus eſſet, dicit ei, Domine, ſi tu aſportaſti eum, dicito mihi ubi poſueris eum, & ego tollam eum. Dicit ei Ieſus, Maria. Conuerſa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus, Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad patrem meum. Sed uade ad fratres meos, & dic eis, Aſcendo ad patrem meum, & patrẽ ueſtrum: & deum meum, & deum ueſtrum. Venit Maria Magdalene, annuncians diſcipulis quòd uidiſſet dominum, & ea dixiſſet ſibi.* Maria Quare conuerſa eſt retrorſum Maria, quum loqueretur cum *quare conuerſa* angelis? quid accidit ei quòd cõuerſa eſt retrorſum? Videtur B *uerſa* igitur, dum illa colloqueretur cum angelis, Ieſus ſtetiſſe poſt *retrorſum* eam, & illos territos quia ſpectauerant dominum, & habitu, & forma, & aſpectu, ſtatim dixiſſe quòd viderint dominum: quumque hoc audiuiſſet, mulierem cõuerſam eſſe retrorſum. Nam angelis quidem in habitu quo terrebat, apparuit: Mariæ autem nõ item, ſed in ſimplici & communi. Ideo & illum putauit eſſe hortulanum, horti videlicet illius in quo ſepulchrum erat: vnde & dicit, Domine, ſi aſportaſti eum: hoc eſt, ſi tu furatus es: & non dicit Ieſum, ſed eum, quaſi ad eum qui ſciret, faciens ſermonem. Si igitur tu portaſti & abſtuliſti ac furatus es eum ex hoc loco, dic mihi quò poſuiſti eum: & ego illum tollam, & trãsferam in locum ſuum, vbi magnifice ſepelietur. Fortaſſis enim metuebat ne forte Iudæi & in mortuum corpus deſæuirent: & propterea volebat in aliam incognitum locum eum transferre. Plena enim affectionum erat mens mulieris, nõ valens ſublime quiddam cogitare. ideo & dominus, quia à ſeipſa ſublime quiddã intelligere nequibat, ſua voce ſe illi notum reddit. Quum enim ſolo nomine vocaſſet eam, dicens, Maria: ſui notitiam illi conceſſit. Nam ſicut Iudæis aliquando innoteſcebat, aliquando etiam preſens incognitus erat: ita etiam loquens quando voluit ſeipſum illis notum faciebat, ſicut & nunc quando voluit, cognoſcibilem ſe fecit Mariæ per vocem: qui etiam ſi loquutus diſſiſſet, Mulier cur ploras? nõ agnouiſſet eum mulier. non enim volebat Ieſus. At quando voluit, tunc per vocem agnitus fuit. Conuerſa mulier, dicit ei. Cur hoc illi loquuta eſt, ac dixit, Die

mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

D mihi quò posuisti eum? & nunc Euangelista dicit quòd conuersa. Videtur itaq; quod postquã ipsa dixit, quo posuisti eũ? conuersam esse ad angelos, interrogaturã forsitan quare expauefacti fuissent, deinde vocatam à Christo, perculsam per vocem, & conuersam ad illum ab istis, & ita agnouisse, ac dixisse, Rabboni: & voluisse quidem accedere ad eum, & esse cum eo sicut prius, & fortassis vt desiderabilem vnguẽto perfundere. At ille euexit eius mentem, vt melius quiddam de se sentiret, maiorique reuerentia se obseruaret, dicens, Ne tetigeris me: hoc est, non vltra res se habent vt olim, neque similiter vobiscum conuersari volo. Nam quanuis nec verbis hoc dixerit, sic tamen intelligitur. Ascendo enim ad patrem meum, & illuc festino. Illuc enim festinanti, & non iam tale
E habenti corpus, quale dum conuersaretur cum hominibus, maiori iam reuerentia operæprecium fuerit attendere, & vt præstantiori quàm communis tactus & colloquium & cõuersatio ferat. Vide autem quantam sententiam breuiter loquutus fuerit Euangelista. Dixit enim, ne tangas. Deinde quasi interrogasset quispiam, Quare? inquit, eo quòd non iam tale mihi corpus est, quale quum in terra versarer, sed quale in cœlo & sursum. Et deinde quasi iterum subinferret: Quare igitur nunc in terra ambulas, si tale habes corpus? Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem meum, ascẽsurus autem sum. Hoc enim per sequentia manifestat, dicens, Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: quanuis non statim ascenderit, sed post quadragin
F ta dies. Quomodo igitur hoc dicit? Mentem eius erigere volebat, & persuadere quòd in cælos iret, & per hoc solatium caperet. Quia autem dixerat, fratres: subdit, Et patrem ve-
Deus pater noster & Christi
strum. Paterenim & noster deus, sed gratia, domini autem pater natura. Sic deus quoque modo diuerso, noster enim natura, Christi autem iuxta humanitatem. deus enim eius fuit secundum quòd humanam assumpsit naturam. Abit igitur Maria, quum ei dominus ita loqui dignatus esset, & annunciat ea discipulis. Tantum bonum est perseuerẽtia & assiduitas. Assiduus igitur & tu sis, & discES forsan quiddam, & discipulorum verbi futurus es doctor. *Quum ergo esset uespere die illo, qui erat unus sabbatorum, & fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, uenit Iesus, stetitq; in medio, & dicit eis, Pax uobis. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus ac la-*

tus suum. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis A *iterũ, Pax uobis. Sicut misit me pater, ita & ego mitto uos. Hæc quum dixisset, flauit in eos, & dicit, Accipite spiritum sanctũ quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunq; retinueritis, retenta sunt.* Postquam Maria annunciauit hæc discipulis, verisimile erat vel illos non credidisse ei: vel si crediderunt, doluisse quòd ipsi non fuerint habiti digni, idcirco illo die eis assistit sitientibus, propterea quòd à muliere audiuerãt eum resurrexisse. Quia autem timebant Iudæos, ideo magis videre desiderabant, vt inde esset eis aliquanta consolatio. Assistit igitur vesperi. Expectauit enim donec omnes congregarentur. Clausæ autem erant fores, vt ostendat quòd ita surrexit suprapositio lapide super sepulcrum. Quomodo autẽ non putauerint illum phantasma, admirabitur quispiã. Mulier prius B magna eos fide firmarat, & aliter, mansuetam eis faciẽm exhibuit, & voce fluctuabundas eorum mentes placauit. Quum autem dixisset, Pax vobis, hoc est, ne turbemini: memores eos fecit verbi quod ante crucem dixerat eis, Pacem meam do vobis. Gauisi autem sunt viso domino. Et hoc quoque prædixerat eis ante crucem, dicens, Videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Quia autem cum Iudæis absque indiciis gerebant bel- Iohan. 14
lum, iterum dicit, Pax. Sicut enim mulieribus dixit, Gaude- 16.
te, eo quòd in luctu erant: ita illis pacem dat propter bellum quod cum Iudæis habebant, & habituri erant. Congrue igitur illis gaudium, vt mœrẽtibus, & maledictis olim vt in tristitia pariant: viris autem pacem dicit propter pericula prædicationis. interim & crucis bona declarat, quæ pacis sunt. C Ideo quia per crucem pax facta, mitto vos ad prædicationẽ. Consolans autem eos & animãs inquit, Sicut misit me pater, ita & ego mitto vos. Meum opus, inquit, suscipite, & cõfidite quòd vobiscum sim futurus. Vide autem & authoritatem, nõ dixit, obsecrabo patrem meum, & mittet vos: sed, mitto vos. Insufflat autem, & dat eis spiritum sanctum, nõ perfectũ donum patris nunc eis tribuens (hoc enim in Pentecoste daturus erat) sed ad susceptionẽ spiritus idoneos eos reddens. Accipite, inquit, spiritum sanctum: hoc est, estote idonei ad suscipiendum spiritum. Dicendum autem quòd & potestatem quandam & donum spirituale dedit eis, non vt mortuos suscitẽt, & virtutes faciant, sed vt remittãt peccata. ideo & subdit, Quorum remiseritis peccata: ostendens quòd genus spiritualium

D ritualium donorum eis dederit, remissionem videlicet peccatorum. Post assumptionem autem misso spiritu: & signorũ & aliorum charismatum virtutem eis largitus est. Digna autem quæstio, Quare nõ in Galilæa discipulis apparet, sed in
Mat. 26. Hierusalem, quum Marcus & Matthæus dicant promisisse
Mat. 14. eum illis se videndum in Galilæa? Quomodo ergo in Hierusalem apparet? Dicunt igitur quidam, Quid hoc? Non enim dixit, in Galilæa dũtaxat videbo vos, in Hierusalem autẽ nõ videbo: & ita amplius apparet, & non mendacium. Deinde enim videndum se in Galilæa ab omnibus discipulis, & non a duodecim tantum, sed & a septuaginta promittit. In Hierusalem autem solis duodecim visus fuit. Neque est vlla hic diE uersitas. Visus enim est ab omnibus in Galilæa, a duodecim autem in Hierusalem. nam plures visiones fuerunt: vnde alii has, alii illas scripserunt. Fortassis autem de eadem materia tradentibus duobus Euangelistis, implet quæ a priore dicta
Sacerdotum dignitas. sunt, posterior. Vide insuper sacerdotum dignitatem, quod diuina sit. Dei enim est remittere peccata. Sic igitur illi honorandi sunt vt deus. nam quanuis indigni sint, quid hoc? Diuinorũ donorum ministri sunt, & gratia operatur per eos,
Nu. 22. sicut & per asinam Balaam loquutus est. non enim indignitas nostra gratiam prohibet: atq; ita quia per sacerdotes gratia suppeditatur, honorandi sunt. *Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat quum eis quãdo uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli, Vidimus dominum. Ille autem dixit eis,* F *Nisi uidero in manibus eius uestigium clauorum, & misero digitum meum in uestigium clauorum, & misero manũ meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterũ erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit ergo Iesus ianuis clausis, & stetit in medio illorum, & dixit, Pax uobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & admoue manum tuam, & immitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed credens. Respõdit Thomas & dixit, Dominus meus, & deus meus. Dicit ei Iesus, Quia uidisti me Thoma, credidisti: Beati qui non uiderunt, & crediderunt.* Non erat Thomas cum discipulis. verisimile enim illum ex congregatione nondum fuisse congregatum. Quid autem est
Dydimꝰ quod dicitur Didymus? Interpretatio est nominis Thomas. Merito aũt meminit interpretatiõis eius nominis, vt ostẽdat nobis quòd dubitator quidam, & id vitii à principio habuerit, vt & nomen indicat. Dicentibus autem aliis discipulis do-

domino,

domino, non credit: non illos mendaces existimãs, sed resurA rectionem impossibilem putãs. ideo & arguitur, vt supra mo *Vt crede* dum curiosus. Nam quemadmodum facile credere, leuitatis *re facile* est: ita valde obluctari, rusticitatis est crassitudo. Vide enim *leuitatis*, quomodo neque oculis dicebat se credere, sed &, nisi misero *ita uehe-* manum meam, addidit. Vnde autem sciebat latus habuisse Jo *mẽtius re* ca? Audierat à discipulis. Quare non statim apparet ei, sed *luctari ru* post dies octo? vt quum edoceretur à condiscipulis, & his *sticitatis*. qui ea audierant, in maius desiderio accenderetur, & fidelior in futurum fieret. Ostendere autem volens dominus quòd & tunc aderat quando incredulitatis verba cum discipulis tractarit Thomas, non expectauit vt ab eo tale quiddam audiret, sed ipse prior, quæ desiderabat, implet. Etenim verbis iisdem visus est dicens. Et vide quomodo loquatur primum B increpans, Affer manum tuam: & dein admonens, Ne sis, inquit, incredulus, sed credulus. Vides manifestam ex infidelitate fuisse dubitationem, & frustra quosdam gratificari Thomæ, dicentes quòd data opera & prudenter non facile cre- *Thomas* diderit? Nam dominus incredulum vocat. Vide autem quo- *uere ire* modo is qui prius incredulus, tactu lateris verbum optimum *dulus.* indicauit. Duas enim naturas & vnã hypostasin vnius Christi docuit. Dicendo enim dominum, humanam indicat naturam: nam de hominibus dicitur dominus, sicut, Domine, si *Iohan. 20* tu sustulisti eum. Dicendo autem, deus meus, diuinam substãtiam ostendit: & ita vnum & eundem esse dominum & deũ. At dominus ostendens nobis quòd fidei sit recipere ea quæ C non videntur, dicit, Beati qui non viderunt, & crediderunt. *Fidei est* Hoc loco discipulos intelligens, qui neque fixuram clauorũ, *recipere* neque latus tetigerant, & crediderunt. Non illos autem solũ, *inuisa.* sed & eos qui postea crediderunt. Non priuans autem Thomam beatitudine, hoc dixit, sed consolans eos qui non viderant. Quia enim multi dicunt, Beati oculi qui viderunt dominum, solatur eos quòd multo beatius sit non vidisse. *Quare* Quomodo autem corpus incorruptibile monstratum est ha- *Christus* bere & clauorũ typos, & humana manu tangibile factũ est? *post resur* Per attemperationem ad illorum infirmitatẽ facta sunt hæc *rectionem* omnia, quòd ingressum clausis ianuis, & ita tenue ac leue, *tãgise p-* omnique liberum fuit crassitudine. Et vt credatur firmius re- *misit.* surrectio, hæc monstrantur. Et propterea surgit habens si- *Mat. 14.* gna crucis & vulnera: quia & quòd comedit, non necessitatis *Mar. 6.*

erat,

D erat, sed ad confirmationem resurrectionis comedit: & sicut ante crucem in fluctibus ambulans, non alterius naturæ corpus habuit, ita & nunc palpabile ipsum, & typos habens ostēdit. Et quanuis palpabile & visibile, simul tamen & incorruptibile ipsum circumfert, vt fides confirmetur: & non necessitate & lege corporis. Omne enim quod comeditur, in secessum vadit, & alteratur: id quod de Christo nō erat dicendū, sed vi quadam inuisibili & diuina consumebantur edulia, ad confirmationem resurrectionis tantum assumpta. Vide autem quomodo propter vnum hominem Thomam nō dedignatus est ita condescendere dominus, & latus ostendere, vt saluet animam vnam incredulam, ita & nos neque minimum contēnere debemus. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in hoc li-*
E *bro. Hæc autem scripta sunt, ut credatis quod Iesus est Christus filius dei, & ut credentes uitam habeatis per nomen eius.* De quibus signis hic dicit Euāgelista? num de his quæ ante crucē? Nō, sed de his quæ post resurrectionē fecit coram discipulis suis. Quæ autem ante crucem, non coram discipulis, sed omnibus faciebat. Atque ita hæc de quibus nunc dicit Euangelista, post resurrectionem sunt facta. Cum solis enim discipulis versabatur quadraginta diebus, signa ostendens resurrectionis. Sicut enim ante crucem faciebat signa, ostendens se esse filium dei: ita post resurrectionem perficiebat signa coram discipulis, ostendens se filium hominis, & habere corpus, idque incorruptibile & diuinius, & non iam carnalibus
F legibus subditum. Quum igitur multa facta sint signa resurrectionis, hæc solum scripta sunt, & neque hæc ostentationis gratia, vel vt ostendatur gloria vnigeniti, sed vt vos, inquit,
Esa. 19. credatis. Et quod lucrum, & cui cedens? non Christo, quæ enim eius vtilitas dum nos credimus? sed in nosipsos redundans. Dicit enim, vt credentes vitā habeatis in nomine eius. Credentes enim quod resurrexit & viuit, nobisipsis vitā paramus. Propter nos enim surrexit & viuit. Qui autem mortuum ipsum esse putat, & neque resurgere neque viuere, ille sibi mortem & corruptionem adiudicat & affirmat.

CAPVT

CAPVT XXI. A

Ostēdit manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis. manifestauit autem sic. Erāt simul Simon Petrus,
P *& Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael, quī erat a Cana Galilææ, & filii Zebedæi, aliique ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado piscatum. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exiuerunt & ascenderunt in nauim statim, & illa nocte nihil ceperunt. Mane autem iam facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quod Iesus esset. Dicit eis Iesus, Pueri, num quid obsonii habetis? Responderunt ei, Non. At ille dicit eis, Mittite in dextram nauigii partem rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ mul* B *titudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon ergo Petrus quum audisset quod dominus esset, tunica succinxit se (erat enim nudus Petrus) & misit se in mare. Alii autem discipuli nauigiolo uenerunt: non enim longe aberant a terra, sed circiter cubitis ducentis, trahētes rete piscium.* Quum dicit, manifestauit semetipsum dominus, significat Euangelista quòd nisi voluisset ipse per seipsum illis condescendens manifeste. non fuisset visus in corpore incorruptibili. Quare & loci meminit maris Tyberiadis? Ostendit quod non iam vltra timebant Iudæos vt antea, sed magnam partem timoris abiecissent. Ideo & non inclusi erant, sed & prospectabant e domo, quod prius non audebant, & vbique ambulabant, ibantque vsque ad Tyberiadem, que distat a Hierosolymis, & est mare Galilææ. Piscabantur autem discipuli, quia nihil aliud habebant quod facerent. neque enim ipse semper cum eis conuersabatur, neque spiritus datus erat, neque doctrina perfecte concessa, ideo suam artem sectabantur. Petrus enim quum actuosissimus esset, non ferebat ocium, sed in opere feruebat, & sequebantur cæteri, eo quòd coniuncti erant. Et quum adesset eis laborantibus & miseris, non statim se ostēdit, vult enim prius loqui cum eis: vnde & dicit, Pueri num quid obsonii habetis? quasi emp-
turus ab eis quiddam. Vt autem negarunt, & quum iussisset eos mittere in dextram, consequuti sunt quiddam: dicit discipulus quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Iterum hoc loco inuenimus discipulorum proprietates ostēdit. Nam perspicacissimus quidem Iohannes, Petrus autem feruentior

C *Discipuli post Christi resurrectionē ante spiritū missum suā artem sectabantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duentior. ea propter Iohannes quidem agnoscit dominum: Petrus verò prior venit ad eum. Succingendo enim se, reuerentiam ostendit. Mittendo autem se in mare, declarauit desiderii magnitudinem. non enim expectat vt alii, sed natans aduenit, quanuis ducentis cubitis abessent à terra. Est igitur ἐπενδύτης linteum quoddam quod Phœnices & Syri piscato
Epēdytes. res se amiciebant, siue nudi essent, siue vestiti, hoc superimponentes, simpliciter autem dicendum quòd sicut pictores pingunt Apostolos super vestibus tectos. igitur quia nudus erat Petrus, & piscando laborabat, in reuerentiam se induit ependyten (hoc est enim succingi) & prior vadit ad dominū. Nō enim parua quædā erant quæ fiebāt sed magna. Nam primū q̄ multi pisces capti sunt, deinde quòd rete non est scissum.

Vt ergo descenderunt in terram, uiderunt prunas positas, & piscē
supra positum & panem. Dicit eis Iesus, Afferte de piscibus quos prē
E *didistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenū*
magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et quum tot essent, non
est scissum rete. Dicit ei Iesus, Venite, prandete. Et nemo discipulo-
rum audebat interrogare eum, dicentes, Tu quis es? quū scirent quod
dominus esset. Venit itaque Iesus, & accepit panem, & dat eis, &
piscem similiter. Haciam tertia uice manifestatus est Iesus discipulis
suis quum resurrexisset a mortuis. Et hoc est miraculum quod nunc vident, prunam dico & piscem atque panem. Nō enim fiebat ex materia proposita, sicut quū satiaret de duobus piscibus ac panibus quinque, tot millia, sed simpliciter ex nihilo. Quum dixisset autem dominus, Venite prandete, nullus exquirit, neque audet interrogare. Non enim vltra tantā
F habebant fiduciam, sed cum silentio ac timore admirabantur. sciebant enim quod dominus esset. Ideo neque interrogabant vti figuram alienam videntes, sed multo pleni stupore valde stupescebant. Et voluissent quidem de eo interrogare aliquid, sed metus & manifesta aspectio, quòd nō esset alius, sed ille ipse, non permittebant interrogare, sed solum
Iohā. 6. comedebant ea quæ eis creauerat. Quomodo autem creauit? sua potestate. Non enim iam in cœlum suspicit, & patrē inuocat. illa enim fiebant vt se nobis attemperaret. Iubet autē de piscibus afferre, vt ostenderet non esse phantasma quod videbatur. Sed hoc loco quidem non dicit quòd comederit cum eis. Lucas autem dicit quod comederit. Quomodo autē comederit, non est nostrum dicere. More enim admirabili facta sun

cta sunt hæc, non quod natura eius cibo habeat opus, sed nostri causa ad confirmationem resurrectionis fiebant. Ostendens quoque non illum continuo apud eos fuisse, neque similiter vt prius, dicit. Hoc iam tertio manifestatus est. Intellige insuper hæc & per allegoriam. Nox enim erat quādo tenebræ idololatriæ inualuerunt, ante solis Christi aduētum, quando prophetæ laborauerunt, & nihil ceperunt. Nā quan uis vnam gentem Israeliticam conclusisse in sagena videbantur, tamen quia & hæc subinde ad idololatriam redibat, nihil forte apprehenderunt. Vbi autem diluculum solis iustitiæ insulsit, & apostolicum rete iectum est. A

Quia hic deficiente charta in exēplari, operepreciū visum est nonnulla infarcire, tu mi lector boni consulas, & si vel in exēplar non mutilū incideris, vel probatius quiddam habueris, tu quoque in medium afferre non dedigneris. B

tunc prosperata est apostolorum piscatio, Petro cæteros inhortante. An non in die Pentecostes sagenæ videntur multitudinem comprehendisse, quum primi sermonis retiaculo tria millia, & secundo sermone quinque millia comprehenderent, vere implentes dictum domini, Posthac faciam vos piscatores hominum? Vide autem num & episcopi cuiusuis typum gerat Petrus? qui quādiu nox est, & Christum nō agnoscit vere, frustra laborat, operamque ac oleum (vt dicitur) insumit incassum. Non enim nostri laboris, sed Christi gratiæ est, si felicior cui captura cōtingat. Porro & ad dexteram mittendum erit rete, vt iusta intentione & animo pio piscaris, nempe vt omnia ad salutem atque ædificationē & gloriam Christi agantur, quo demus Christo obsonium quoddam, qui cibum suum nostram salutem putat. Neque fieri potest vt tunc frustra laboremus. mox enim gratia dei, quę per Iohannem signatur, dominum ostendet, fide illustrans, quæ neutiquam otiosa, facit nos erubescere de nostra nuditate, & contemptis omnibus periculis festinare ad Christum. Non enim tunc Petrus submergi timet, vt antea, vt veniat ad terram viuentium, in qua nunc Christus mortis victor stat. Mari enim vita illa confertur: futura autem littori, in quo Christus. Et certe qui tales sunt, non procul absunt à littore. mu-

Act. 2.

Mat. 4.

Petr⁹ typū gerit episcopi.

C

Mari uita præsens, littori futura cōfertur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D nicipatus enim eorum in cœlo est. At ne quem pigeat laboris, ecce dum nos pascere dominum studemus, ille parat & ministrat nobis cibos igni spiritus cóctos: panem scilicet illum, quem qui comedit in regno cœlorum, beatus est: piscéque assum, humanitatem inquam, spiritus sancti ardore pro nobis in cruce coctam: & diuinitatem panis qui de cœlo descendit. Tunc erit vnicuique gloria, si fidelis dispensator ac piscator fuisse comprobabitur, vbi summa cõcordia futura, ita vt rete non scindatur. *Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Iohannis diligis me plus his? Dicit ei, Etiam domine tu scis quod amem te. Dicit ei Iesus, Pasce agnos meos. Dicit ei rursus secundo, Simon Iohannis diligis me? Ait illi, Etiam domine tu scis quod amem te. Dicit ei, Pasce oues meas. Dicit ei tertio, Simon*
E *Iohannis amas me? Indoluit Petrus quod dixisset sibi tertio, amas me? dixitque ei, Domine, tu omnia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: quum esses iunior, cingebas te, ambulabasque quo volebas: quum autem senueris, extẽdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo non vis. Hoc autem dixit significans qua morte glorificaturus esset deum.* Quare Christus qui scrutator est cordium, nihilque ignorat, interrogat? Non hoc facit vt discat sicut nos, sed vt doceat & manifestet alio-
Mat. 18. rum fidem: sicut & quum interrogaret, Quem dicunt homines filium hominis? quam fidem confessionemq; a nobis requirat, indicabat. Ita hic daturus orbi magistros ac doctores quales illos esse velit, terna interrogatione bene inculcat. Et videtur mihi, amare Christũ, & ea quæ Christi sunt sectari,
F antea insinuari per missionem retis in dextrã partẽ: pascere autem, per inuctionem & capturam. Interim Petrũ, quia præ aliis ceciderat, maioriq; esset feruoris, & dignus cui amplior committeretur ministerium, comprobaturus, ter proprio nomine vocat, vt ne dubitet remissa sibi peccata. Dicit autem primum, Diligis me plus his? postea in duabus aliis interrogationibus tantum dicit, Diligis me? Quare hoc? Præ-
Mat. 26. tulerat se prius aliis arrogantius, dicens, Et si omnes alii scandalizati fuerint in te, ego te non negabo. Proinde tũc desiderabatur in eo humilitas, quam nunc lapsu & pœnitentia lucratus esse apparet. Amare enim se Christum fatetur: sed quod præ aliis amet, nondum dicere audet, quanuis dicere potuisset, Quod præ aliis diligam, vel ex hoc vno discere potes, q̃ aliis naufragio ad te veniẽtibus, ego impatiẽtia desiderij

desiderij in mare me misi, vt ad te venirem. Sed de hoc tacens dicit, Etiam domine, tu scis quòd amem te. Scite autem Christũ amorem nostrum deitatis iudicium est, qui scit an vere amemus, & melius scit quàm nosipsi. Omnia modestiæ & ardentis charitatis sunt verba. Docetur itaque, pastorem ouium dei, & amore Christi præditum esse, & virtutum prærogatiua se nulli præferre debere. Ita Christus & gregi consulit, & se diligentes remunerat, & super multa cõstituit, nempe super eos pro quibus sanguinem suũ effudit. Audiant episcopi, & prædicatores verbi, quid eis commendetur. Pasce, inquit, oues meas. Ministerium affert, quo tuã erga summum pastorem charitatem probes. eo si fideliter functus fueris, summum honorem assequutus es. Non facit dominũ, non principem: non regem Petrum, sed pastorẽ esse iubet. Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habẽt super eas, benefici vocantur. Non facit mentionem lactis vel lanæ, quę tamen gratæ oues debent pastoribus, vt ne sua sectetur, sed quæ aliorum. Pasce, inquit, non occide: ad ædificationẽ, non ad destructionem officio fungere: pastor esto, non lupus. Ne contempseris oues amplexando hoc seculum. meæ enim sunt oues. De hœdis & porcis, quibus margaritæ non sunt obiiciendæ, nihil præcipit, sed de ouibus, & de his qui verbum dei audire cupiunt. Indoluit autem Petrus, non ægre ferens tertio repetitam rogationem, sed timens ob suam imbecillitatem. Et propterea iam non prædicitor negatio, sed constans amor, quòd nec si moriẽdum, relicturus sit dominum vt antea. Et tunc quidem iunior eras, & relictus es tuæ voluntati: & quanuis accingeres te quasi me sequuturus, voluntatis tamen tuæ impetum sequutus es, quo scilicet te ducebat carnis amor. Posthac non ita erit. nam quanuis senueris, & per ętatem minus feruido sanguine, mea tamẽ gratia roboratus, voluntati tuæ renunciabis, non quærendo ea quæ caro docet, sed illam perdens, tua sponte protendes manus ad vincula in cruce, quum alius te cinget. Quum teipsum cingeres, ibas in perditionem: ego autem te accingam, vt cohibita voluntatis tuæ carne perstes. Cæterum extensionem manuum, crucifixionem vocat: quæ quum habeatur ignominiosissima, gloriosa tamen & beata est post Christum passum, & nentiquam timenda: quandoquidem propter Christum si fuerit, gloriosa erit, dũ pro eo morimur, qui antea pro nobis in cruce fuit

A
Pastoe ouium Christi amet. Episcoporũ & prædicatorum officium.
B
Lucæ. 22
2. Cor. 13
C

Universidad de Deusto
Biblioteca

D mortuus. *Et quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus, uidet illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est ille qui te tradet? Hunc ergo quum uidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus, Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quòd discipulus ille nõ moreretur. & non dixerat ei Iesus, non moritur: sed si eũ uelim manere donec ueniam, quid ad te?* Obscurius dictũ, manifestius ponit. Ita te alius cinget, vt me sequaris, non fugias. Nunc iubeo vt sequaris. crucifixus sum, sequaris & per eadem vestigia. Qualis ego pastor fui, talis & tu sis: & non solum mortẽ
E non formides, sed & lætus obeas, si quidem vtilitas exposcit
Iohan. 13 onium. Vnde & in cœna dixerat, Quo ego vado, non potes me nunc sequi, sequeris autem postea. Cæterum Petrus animatus verbis Christi, non contendebat, sed quia & Iohannẽ dilectione feruere sciebat, idq; multis coniecturis, nempe q̃ vicissim dilectionis signa dominus illi ostenderet, permittẽ; illum dormire super pectus suum: cupiebat scire num ille quoq; eadem indicia charitatis exhibiturus esset: & propterea ægre à Iohanne auellebatur. Quia enim diligebat Iesum, Iohannem quoque à Christo dilectum, multum amabat. Et ita quodammodo conuersus est, & magis ad amoris sui teneritudinem, quàm strenuitatem qua impleretur mãdatum domini, respiciens, dicit, Domine, hic autem quid? Num & ille
F te, quia plurimum te amat, morte quoque glorificaturus est? Itaque cunctabundum eius & curiosum animum corripit respondens, Si hunc velim manere, quid ad te? Vides quomodo instituatur episcopus ardẽs charitate, insignis modestia, strenuus, miniméq; cũctabundus. Tu me sequere, inquit. Absit à te curiositas, vllâve cunctatio. volo tu me sequaris.

Hæc interseruimus lector, & in hoc tibi opinor gratificati. nunc sequuntur quę in exemplari continebantur.

quod hoc ferme significat, Veni, inquit, assume omes, egrede re in mundum. Igitur quia vidit dominus Petrũ curam agentem Iohannis, & ab eo auelli nolentẽ, dirimit eos propter intempestiuã affectionem & consuetudinẽ. Opus, inquit, quod tibi concreditũ est, perfice, & sequere me, qui educo te, & prædicationem, & totũ orbem in manus tuas trado. Illum autem si velim

si velim manere in hoc loco, Galilęa scilicet, & nõ mittere te- A
cum, quid ad te? Donec veniam, quidam sic exponũt, Donec, *Donec ut*
inquit, contra Iudæos, qui me crucifixerunt, veniam, percus- *niam, q̃o*
surus eos in virga Romanorum, & subuersurus eorum ciuita- *exponitur*
tem. Dicunt enim Apostolum illum vsque ad vespasiani imperium, locaque superiora peragrasse, prædicantem, & manentem illic: quando autem capiendæ erant Hierosolymæ, transiisse. Igitur quia magnum prædicationis opus, non erãt coniungendi, sed separãdi, vt vnus ad hos, alius ad alios iret. Quare autem meminit Euãgelista recubitus supra pectus, & *Iohan. 13.*
quòd interrogauerit, Quis est qui te tradet? Non hoc simpliciter, neque fortuito euenit, sed vt ostendat libertatem Petri post negationem. Nam qui antea nõ audebat interrogare de *Præfectu*
traditore, sed alteri cõmittebat interrogationẽ, illi omnium B *ra oĩa*
præfectura concreditur, & non solum committitur, sed & pro *Petro tra-*
illo ipso qui maxime diligebatur, interrogat, & fit mediator *dita.*
apud dominum. Admirare autem quàm sit alienus à fastu Euangelista, quomodo quorũdam suspicionem corrigit, quòd non recte cognouerint quid de eo dominus dixerit, sed putauerint quod non moriatur, id quod nõ erat, sed manere iubet eum dominus, non quòd non moriatur, sed quòd non sit iungendus comes Petro prędicationis tempore, manere autẽ debeat suo loco. Iam manere donec veniam, hoc est, donec mihi placuerit vt & illum educam ad prędicationem. Te enim nũc *Præest p-*
educo, vt præsis orbi, & sequaris me ipse autẽ maneat hoc lo- *trus orbi.*
co, donec redeam, & educam etiam ipsum sicut te. Quidã autem sic intelligunt, Quum audisset (inquit) Petrus, quòd mo- C
riatur pro Christo, dixit: & Iohannes quid? Num morietur & ipse? Omnis enim qui natus est, & moritur. Dixit autem: Si voluero manere, hoc est, viuere eum vsque ad consummationem seculi, vt & tũc de me testetur. Vnde & dicunt viuere eũ, & ab Antichristo occidendum cum Helia prædicantẽ Christum. Quanuis autem & monumentum eius ostendatur, quid hoc? Nam viuens quidem ingressus est in illud, & deinde trãslatus, sicut & Enoch & Helias. Igitur Euãgelista euertit falsam opinionem existimantium quòd nõ moriatur discipulus hic, sed immortalis sit. Vere enim mendacium est, immorta- *Hõ, morta*
lem esse hominem. Quanuis enim Enoch & Helias non sint *lis.*
mortui, attamen mortales sunt. Ita & hic quoque quãuis non fuerit mortuus, tamẽ morietur. Igitur, quòd non moritur, hoc

D est immortalis sit. falsum est. Alii autem affirmant quòd mortuus fuerit: & quod dicit, Si eum voluero manere, intelligunt sicut interpretati sumus. Omnes opiniones diximus: ne quâ ignorent studiosi. Nobis autem placet, vt, donec veniam, intelligatur sicut Chrysostomo diuino & aureo illi ori videtur, & non de vita, sed quòd non sit iungendus Petro. *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit, & scimus quod uerum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipse opinor mundus capere eos qui scriberentur libros.* Quare quum nullus Euangelistarum alius de seipso perhiberet testimonium, hic de seipso testatur? Dicitur postremus ad scribendum accessisse, quũ motus & excitatus esset ad id per Christum. E propter sæpe dilectionis meminit, ostendens causam propter quam ad scribẽdum accesserit, quòd Christus cõmiserit hoc opus ei qui præ aliis magis diligebatur. Et scio, inquit, quòd vera dicit, hoc est, certis indiciis cõpertum habens, scripsi quæ scripsi, vtpote qui interfui omnibus sermonibus, & operibus, & passionibus, & his quæ post resurrectionẽ acciderunt. Dilectus enim eram, & non excludebar, atque ita fidenter & de meipso dico quòd vera dico, prouocatus vt exquirerem quæ facta sunt, & singula examinarem, vt solemus homines omnes quando bene fidimus veritati, ne forte testimonia nostra negentur, id quod & Apostoli dicebant. Nos sumus testes eorum quæ dicimus. Et spiritum dedit obedientibus sibi. Vnde autem manifestum, inquit, quòd vera dicam, & non aduler præceptori? F Ex eo quòd multa prætermitto, vnde perspicuum quòd non aduler. Qui enim ignominiosa omnia in medium protuli, & non abscondi quòd eum & prȩuaricatorem legis, & seductorem nominauerunt, & dæmoniacũ, nentiquàm adulatus fuerim. Qui enim adulatur, & ad gratiam loquitur, contrarium facit: positisque contemptibilibus, gloriosa in medium adducit. Ne admireris autem quòd libros si qui de operibus Iesu scribantur, mundum dixit non capere, sed intellecta ineffabili vi dei verbi, dictum fideliter accipe. Nã sicut nobis loqui. ita illi multo facilius est facere ea quę voluit. Quidam autem per hyperbolen more scripturæ putãt dictum. Mos enim scripturæ est hyperbole vti: sicut, Vidimus ciuitates pertingẽtes in cælum, & vidimus viros, & eramus sicut locustæ corã eis. & quæcunque sunt similia. Ita igitur quòd non possit mũdus capere

Chrysostomus os aureum.

Iohãnes à Christo ad scribẽdũ mouetur

Actu. 2.

Iob. 8. 19

Mos est scripturæ hyperbole uti.

capere libros qui scribantur intelligere licet. Quidam autem A per mundum intelligunt eos qui mundana sapiunt: opera autem quæ facta sunt à Iesu, diuina, & mysteriis plena, tàm in visibili q̃ in inuisibili creatura: & quæ futura sunt, & mysteriis sunt referta, mundanum hominem non posse intelligere: sicut & quum dicitur, Multa habeo quæ non potestis portare modo. Cæterum precemur nequando dictorum factorũq; Christi obliuiscamur, sed reuoluamus librum hunc dilecti, & scrutemur in eo positum thesaurum in miraculis ac verbis Iesu, vt sic valeamus purificari & vita & sermone, consequamúrq; in die reuelationis ineffabilia opera & mysteria, quæ nunc quandiu in mundo sumus, capere nõ possumus: & perficiamur in Christo, qui dilexit nos, & per dilectum suum discipulum illustrauit nos in Theologia & agnitione sui, & patris, & filij, & spiritus sancti: cui sit gloria in seculorum se- B cula. Amen.

Iohan. 16

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca


Universidad de Deusto
Biblioteca